CHRISTOPHORI BESOLDI, JC.

THESAURUS PRACTICUS,

CONTINENS EXPLICATIONEM TER-
minorum atque Clausularum, in Aulis & Dica-
steriis usitatarum.

VBI SIMVL QVAMPLVRIMA, AD ROMANI IMPERII
tam Ecclesiasticum, quàm Politicum Statum; Mores item, Historiam, Linguamq; Germanicam pertinentia; & variam pariter rerum cognitionem suggerentia, nonnulla quoque Iuris Responsa succincta, & tàm nova, quàm vetera Documenta, &c. passim interseruntur.

IUNCTAE SUNT CHILIA-
DES QVATVORDECIM (ET QVOD EXCVRRIT) QVÆstionum Politicarum ac Iuridicarum, maximè Practicabilium; secundum Alphabeti, materiarumque seriem dispositarum. Quæ per remissionem ad præclarissimorum, Neotericorum inprimis Iureconsultorum Miscellanea scripta, deciduntur.


Opus, quod in Aulis Vniversalis, Locorumque Communium vicem supplere potest.

COLLECTORE
Johanne Jacobo Speidelio, Stutgardiano,

TUBINGÆ,
Apud PHILIBERTUM BRUNNIUM,

ANNO M. DC. XXIX.





LECTORI
C. B.

GEMINUM TIBI HIC OFfertur Opus, amicisſime Lector: quod licet haut ingenii ſubtilioris redoleat acumen; non tamen ſine labore compilatum fuit. Ac quoque, ut ſpero, non ſine tuo fructu. Fatentur omnes docti, & experientia etiam teſtatur quotidiana, felicius in ſtudiis ſuis progredi eos, qui cuncta quæ legunt, notatuque digna putant, in certos redigunt locos, quâm ſi *Memoriæ* ſuæ fidant: quæ utcunque nunc magna ſit, levi tamen caſu, & ipſo etiam temporis latenti progreſſu debilitatur, variarumque rerum



obruitur accumulatione. Ac ſunt quoque non pauci, qui *Locos* hoſce, *Communes* vulgò dictos, eâ ſolum de causâ non contexunt, quod vel methodum ignorant, vel telam hanc ordiri cunctantur. Utriſque opis hîc adminiculum aliquod, adfertur: Loci nempe opportuni, tàm Germanici, quàm Latini, rerum æque ac verborum, ad quæ propria redigas obſervata; ſimulque plurima jam conſignata exhibentur, quæ facili operâ reddi locupletiora queunt. Et prior quidem libellus, comportatus eſt ad imitationem Obſervationum Dn. Pauli Matthiæ *Wehneri*, & Dn. Johannis *Rudingeri:* qui cum cunctis operam præſtiterint admodum gratam, vix eſt, ut hæc noſtra ingrata eſſe poſsit: cum ſuppleat ab iis omiſſa, eorumque

Au-

Auctorum ſubſidio utatur, qui ab utroque illorum, intacti manſerunt.

Congeries verò Quæſtionum Juridicarum ſimul & Politicarum (quæ me Suaſore compilata eſt) non opus habere videtur commendatione operoſiori: cùm primo quaſi aſpectu, ſtatim officium ſuum probet. Supplet namque Indicem univerſalem, ſexaginta circiter Scriptorum Miſcellaneorum: qui cum omnes propè Methodi neglexerint Leges, non in promptu eſt, ullâ proſpicere Conjecturâ, quid in illis quæras. Si in Schola Theſes ſunt conſcribendæ, ſuppeditat hæc Sylloge, copiam diſceptationum, in uſu & foro frequentiorum: monſtratque Interpretes quandoque complures, qui eas non leviter ſolùm,

ſed ex profeſſo evolverunt. Deprehendent hîc Pragmatici, Quæſtiones & caſus frequentiores, in terminis, quod ajunt, deciſos; aut ſaltem iis, qui in quæſtione verſantur, maximè vicinos: quo ferè nihil amplius in Foro expeti ſolet.

Si quid erratum hîc, inconſideratèque poſitum eſt, benignè interpretabuntur, ſi qui præditi ſunt humanitate; quique nil humani à ſe alienum eſſe ſciunt. Non collineat ſemper, qui ad carpendum promptior exiſtit: nec melius ſtatim dicturus fuiſſet, qui acriùs reprehendit. Facilè magis eſt, redarguere atque exagitare aliena, ſuo quàm ex ingenio proferre reprehenſione majora. Palma in medio poſita eſt: edant ſimile quid, ſi qui cenſuram ſine

ne suffragio exercent: Statuantque vel nobis exemplar ἀνεπίληπτον, quod imitemur; vel Momi non abhorreant agnomen: cujus reprehendendi libertas omnibus nota fuit, opera ignorabantur. Vale.





Epigram-



Epigramma

In Thesaurum Practicum

DN. CHRISTOPHORI BESOLDI, IC. ET ANTECESSORIS CELEBERTIMI, &c

UT primùm ingenio fœcundi cura Besoldi,
Doctrinæ lautas gignere cœpit opes:
Extemplò legêre sibi Juvenesq́ Viriq́,
Quæq́ domi possent, quæq́ juvare foris.
Nunc ubi THESAURUM *feta indolis arca recludit;*
Publicas ingentes hauriet usus opes.
Hinc calathos feret alma Themis, Sophie inde canistra:
[illegible]tium, inexhaustis tot cumulata bonis.
Gloria pone sequens, curru sublimis eburno
Vecta, per Astriferi lucida texta pepli;
Authoris vastum laudes diffundet in orbem,
Quà patet ille solo, quà natat ille salo.
Desine nunc tantos, Besolde operose, labores:
Omnia, Thesaurum qui dedit, ille dedit.

faciebat

Ioannes Martinus Rauscher,
Professor Poëtices Publ.

Thesaurus Practicus,

CONTINENS EXPLICATIONEM TERMINORUM ATQVE

Clausularum, in Aulis & Dicasteriis Romano - Germanici Imperii usitatarum.

UBI

QUAMPLURIMA, AD statum Reipublicæ, Mores, Historiam, Linguamque Germanicam pertinentia, passim interseruntur.

COLLECTORE

CHRISTOPHORO BESOLDO. IC.



TUBINGÆ,

Typis PHILIBERTI BRUNNII.

ANNO MDCXXIX.



I. Abbreviaturen.

A Confectione instrumentorum, Notæ sive Zifræ (ab Hebræo *Sepher*, id est, litera, ita dictæ) aliaq; signa vel imagines, quibus aliquid significari vel denotari potest, excluduntur. Per notas autem intelliguntur literæ singulares, ex quibus integræ voces colligi possunt. Vndè *notis notare*, est compendiosè, non integris ac omnibus literis quid scribere. Quorum auctor Mecænas fertur, qui velocitatem scribendi excogitavit. Brodæus *lib. 4. miscell. cap. 9.* quamvis multò antiquiores, & jam Ciceronis tempore cognitæ videantur. Vndè Polydor. Vergilius 2. *cap. 7.* easdem Tironi, liberto Ciceronis adscribit. Cujus etjam notæ extant: ferè imitantes Sinensium scribẽdi morem. Ab hisce verò notis *Notarii* nomen traxerunt. *Sigla* vocat Iustinianus (quasi singulæ literæ, singula notent verba) eaque prohibet *in l. 1. & 2. C. de vet. jur. enucl.* Namque, ut idem loquitur Imperator *in auth. quod si fine. C. de Testament.* non siglis, sed literis integris est utendum. Quemadmodum autem Notæ & sigla; sic etjam verborum Abbreviaturæ in Instrumẽtis sunt vitandæ; quod & dilucidè confirmat Constitutio Imper. Maximiliani I. *de Notariis de An. 1512. §.* Item die Notarien sollen sich auch hüten / jhre Instrumenten mit so vil gekürtzten dunckeln / oder zweiffelhafften worten / oder auch durch Ziffer / zeichẽ oder notas, sonderlich die nit gemeinlich allen bekandt seind / dieweil dieselben gar leicht geendert vnd gefälscht werden mögen; Sondern mit gantz gemeinen leßlichen vnd / erkandten Buchstaben / in Lateinischer oder Teutscher Spraach zuschreiben / rc.

Duo autem sunt Notarum fines (1) ut iis, quamvis citata oratio, & excipiatur & celeritatem linguæ manus sequatur: ut alicubi *in epistolis* Seneca ait. (2) Ad consilia occultanda, maximè in Bello, vid. Ioh. Baptist. Portam *tract. de occult. liter. not.* ac hac de re & ego tracto *in dissertat. de Legat. cap. 1. num. 4.* Sed posterior hicce modus non

ad celeritatem tendit; cùm plerunq; operosior sit scripturâ usitatâ. Plura non dico, cùm quod ad antiquitatem spectet, diligenter investigaverit Clariss. Berneggerus *ad Sueton. in Vespasian.* §. 3.

2. Aber.

Particulæ hujus adversativæ natura est, præcedentibus adversari in jure & in facto; & sic denotat diversum casum, & quid amplius importat. Bart. *in l. hoc amplius.* §. *de his autem. ff. de damn infect.* Dd. *in l. si ita scriptum ff. d. liber. & posthum.* Hæcque dicto Aber/ æquipollet conjunctioni *Ast*, *At*, *verùm*, *verò*, *atqui*, *autem*, *sed &c.* Rudinger. *in observat. verb.* Aber. quæ latè ab aliis explicantur. vid. Tuschum *practicar. concl. lit. D. concl.* 248.

3. Abforderung.

Avocatio, evocatio, advocatio, revocatio, quoad præsentes terminos, synonyma sunt. Ioann. Wames. *in c. ut nostrum.* 56. *sub n.* 1. *d. appellat.* Describitur autem avocatio, ut sit litis coram inferiore pendentis, ad superiorem, absque appellatione, facta translatio, Gail. 1. *obs* 41. *n.* 2. Grævæ. 1. *concl.* 41. *consid.* 1.

Quamvis autem, quòd superior caussam coram Iudice inferiore pendentem, eo in statu, quo est apud illum Iudicem, ad se; vel motu proprio, vel ad partis instantiam possit avocare, apertissimi juris sit, Berlich. 1. *concl.* 6. *in princ.* Interdum tamen ex pacto vel lege, superior huic suo renunciat juri. Ita in foro Saxonico, Elector caussas coram Iudicio Curiali pendentes, avocare non solet, Berlich. *d. loc. num.* 4. *& seqq.*

Sic pariter jure Camerali *part.* 2. *tit.* 35. cautum est, ne caussæ suppositæ Iurisdictioni Camerali, ab Imperatoriâ clemêtiâ avocentur. Grævæ. 1. *concl.* 41. Quamvis dissentiat Berlich. *decis.* 158. Cujus opinatione, ego de potestate extraordinariâ, & ex singulari caussâ usurpatâ, intelligendam esse putarem. Vid. me *de jurib. Majestat. Polit. cap.* 5. *n.* 4.

4. Abgefundene Herren.

Ius primogenituræ ubi viget, primogenitus, cæteris fratrib. suis (qui hodie & dignitatem & titulum nominis retinent) tantum assignare tenetur, quantum ipsis pro natalium splendore, & facultatibus principatus, ad vitæ sustentationem honestè sufficerit: & tamen sibi etjam commodè supersit, quò Principis vitam agere, & cùm honore Principatui præesse possit. Ritterus. *de homag. cap.* 3. *num.* 55. Kecker. 1. *Polit. f.* 115. *c.* 25. Cothm. *respons.* 3. *nu.* 26. *& multis seqq. vol.* 4. Quam exclusionem Galli *Appeunage* vocant, quasi ad panem, regiamque sustentationem côcessa; alii *Abbannagium*, à banno, Germanica voce, quasi Abbannung/ Abfindung, dicût. Quod Ius ut antiquissimû, Hieron. *in cap.* 49. *Gen.* ita optima ratio-

tione introductum esse videtur: ne sci. Regna, Principatus atque Patrimonia divisione destruantur, sed per unionem conserventur. Et etjam, quia Lucano *lib. 1.* teste,

Nulla fides Regni sociis,

esse solet. Quâ de re plura non est quod addã, cùm cumulatissimè meas cogitationes expresserim, in *tr. d. Regia success. lib. 1. diss. 4. &c.*

5. Abgesönderte Kinder.

Iure Lubecensi, dissortes Filii, seu abgesönderte Kinder/ non tantum illi sunt, quibus coram Senatu certa bonorum pars legitimè est assignata; *tit. 2. art. 33.* sed & illi, qui cùm ad ætatem pervenerint, certâ bonor. parte in dotem acceptâ, elocantur & nuptum dantur. *d. tit. 2. art. 34.* qui sic se habet: Wann ein Vatter seinen Sohn oder Tochter/ jhr Eh außsteuret mit sonderlichem bescheidenẽ Güte/ der Meynung/ das also daß Kind von jhme soll Abgetheilt oder Abgesondert seyn/ würde damit der Sohn oder die Tochter/ neben jhren Freunden vnd Vormündern der Zeit begnüget seyn/ so ist solche Person/ Sohn oder Tochter abgesondert vnnd Abgetheilet/ es seye Wenig oder Viel. Dn. Ernest. Cothman. *respons. Iuris. 96. num. 20. vol. 2.* Idque videtur species quædam esse veteris Emancipationis. Sic & vetustissimis Sueviæ moribus, adhûc quibusdam in locis non abolitis, duplex fuit ratio, soluto matrimonio, liberisque extantibus succedendi, das Theil vñ Verfangẽschafft recht. Vigore hujus, liberis certa bonorum portio, vel species, & plerunq; immobilia affecta erant. Secundum illud verò, liberi cum superstite conjuge viritim bona dividebant. Vnd würdẽ also für Vätter: vnd Mütterlich Abgefertigt. Also daß sie fortet/ an dem Vberlebenden/ da selbiges eintweder Kinder ex secundo matrimonio, oder ein ander Ehgemächt verliesse/ nit mehr erben köndten. Hujusque moris mentionem facit das alte Würtemb. Landtrecht. *par. 3. f. 289.* §. Es wehre dann. & §. *seq. ac part. ult. folio 330.* §. Im fahl aber. & *f. 349.* §. Wo fehr aber. Et addatur Dn. Georg. Everhard. *cons. 43. num. 56. & seq. vol. 1.*

6. Absagung / Feindtbrieff.

Qui bellum alicui inferre constituit, necessariò tenetur eũ prius per Legatos (qui *Feciales*, item *Caduceatores* appellantur, Ego *de Legatis cap. 2. num. 9. &c.*) vel per literas monere, ut præstet quod debet, aut rem, quam per violentiam detinet, reddat. Si verò adversarius hâc denunciatione spretâ, & neglectâ, petitioni locum dare recuset, Bellum ei per Feciales illos, simul indicitur. Ego *de arte jureq; Belli, c. 5. n. 4.* Quem Belli indicendi actum, *Diffidationem* vocant. Zasius *in* §. *sicut aq; discretis. in fin.* & ibi Iason. *Instit. de actionib.* Quæ definiri potest, quòd sit denunciatio animi hostilis, quâ quis alii cuipiam significat, se eum armis, igne,

A 3 spo-

spoliis & rapinis persequuturum. Hanc olim ad Belli justitiam, solam sufficere arbitrabantur, Ego *d. loc. num 5.* quæ consuetudo etjam in Lombardiâ vigebat; Tuschus *lit B. conclus. 39. num. 11.* ut & in Germaniâ nostrâ, da das Faustrecht noch galte. Lehman in der Speirischen Cronick/*lib. 5. cap 112.* At post Pacem publicam sancitam, Wann einer einem absagt / oder jhme Feindtschafft zuschreibet/ oder Brandzeichen stecket / vnd jhne mit Raub / Brand/ Mordt/zubeschädigen bedrawt vnd befehdet/solches würdt für hochsträffliches Fehden geachtet/teste Ioachim. à Beust. *ad l. admonendi. 31. num. 1179. vers. quia verò. ff. de jurejur.* Hocque de Crimine tractatum singularum edidit Dn. Bocer. ad quem Lectorem remitto.

7. Abschrifft/ Copey.

Quod describitur ex Instrumento authentico vel originali, auß dem Original oder Haubtverschreibung / exemplum nominatur, vulgò beglaubte Abschrifft oder Copey. Notandum verò est, exemplum regulariter non probare, nisi producatur originale, per *l. 2. ff. de fide Instrum.* Non enim convenit, ut suspecta scriptura in Iudicio fidem habeat. *d. l. 2. & c. 1. extr. eod.* Fieri namque potest, ut non omnia fideliter exprimantur & describantur: aut fortè qui scripsit, non rectè legerit authenticum, vel quædam temerè, aut operâ desultoriâ neglexerit, vel mutarit. Castell. *controv. quotid. 16. nu. 5.* Sicque iniquum, imò absurdum haberi debet, incertis velle probare certa. Cùm minimè fallax esse debeat id, quo aliud probatur. *l. 5. C. de Iur. & fact. ignor. l. 1. §. 8. de dot. præleg. l. 33. & 34. ff. de condit. & demonstrat.*

Exemplum autem fidem facit, si inter Acta fuerit repertum, Mynsing. *6. obs. 75. num. 1.* dummodo per Notarium actorum collatum, Mynsing *d. loc.* vel in archivo positum fiet, Marta *in Dig. decis. c. 22.* Gabriel. *concl. 1. tit. de probat.* modò existat integrè descriptũ. Mascard. *de probat. concl. 914. & 711. nu. 61. & seqq.* Cacheran. *decis. 69 num 8.* Alex. Trentacinq *lib. 2 de fide Instrum. resol. 8. 8.* Gabriel. *de testib. concl. 5. n. 16.*

Interdum etiam probat exemplum authoritate antiquitatis, quæ pro lege reputatur. Myns. *6. obs. 74. n. 2.* vel denique si exemplum cum originali per Notarium collatum fuit, Gail. *1. observ. 134. nu. 24.* Myns. *6. obs. 79. nu. 3. & 4.* præsente, aut per contumaciam absente adversario. arg *auth. qui in Provincia. C. ubi d Crim. agi oport.* Pertinet hùc, quod *Vidimus* vulgò vocant: cùm nempè Princeps, vel Civitas quædam Imperialis, attestatur; se vidisse aliquod Documentum, illudque omni ex parte integrum invenisse: ac postea id describi faciat, suoque muniat sigillo.

8. Abbt / Abbteyen / gefürstete Abbt vnd Abbtissin.

Ab-

Abbas est Pater, & vulgò sumitur pro Monasterii Præfecto: Vnde & dicitur Prælatus. Iustinianus Archimandritam vocat *Novell. 5. & 123.* vide König. *Polit. part. 1. cap. 37.* Ordines autem nonnulli, imprimis Mendicantes, non habent Abbates, sed Priores seu Guardianos. Habent verò Abbates etiam Priores; qui disciplinam Monasticam curant: cùm Abbates circa externorum bonorum administrationem magis sint occupati.

Nonnunquàm verò in Historiis, Abbates Proceres, seu Nobiles dicuntur, quod usque in montibus Pyrenæis observari, testatur Cujacius *lib. 1. feud. 1.* & Hugonem illum Capetum, qui Galliæ Regnum arte fuit adeptus, Abbatem Hugonem fuisse nuncupatum, asseverat Hottoman. *in Lexic. feud. verb. Abbas.* Erant autem Proceres seu Primores, aut Barones seculares, quibus Abbatiarum proventus fruendos Rex concesserat ad tempus. Et ita Guil. Paradinus *annal. Burgund. lib. 2. sub An. 1103.* testatur, se monumenta vidisse compluria, in quibus Proceres Galliæ his nominibus usi fuerint: Dux & Abbas, Comes & Abbas. Alibi: Abbates & Comites, Abbatiæ & Comitatus.

Abbates autem Principali dignitate condecorati, **Gefürstete Aebbt** vulgò vocantur, quibus etjam competunt Regalia. Et hi *in Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 2. & seqq.* comprehenduntur verbo **Fürstmässige**. Ejusmodi Abbates sunt Fuldensis, Hirsfeldensis, Murbacensis, Prumensis, Campidonensis, Stabulensis, Corvejensis, S. Emerani Ratisponæ. Tales quoque sunt duo Præpositi, nimirū Elwangensis & Berchtesgadensis. vid. Regner. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 134. & seqq.* Abbatissæ item: Quedlinburgensis, Gernrodensis, Buchoviensis, Andloviensis, Paurmeister, *lib. 2. de Iurisdict. cap. 10.* Carolum IV. quatuor opulentiores Abbates, titulo Principum decorâsse, dixi *in tr. de statu Reip. sub altern. cap. 3. num. 5.* Sed hic mos vetustior esse comparet, ex traditis R. P. Caroli Stengelii *in Monasterolog.* ubi de Monasterio S. Emerani. Illud ait, Monasterium, Romano Imperio, quoad secularia immediatè subjectum est, à quo & Regalia in feudum tenet. Albertus Romanorum Rex, concedit Abbati Regalia feuda Principatus. Idem fecit Ioannes Rex Bohemiæ, nomine Patris sui Henrici Imperatoris, tunc in Italiâ agentis, Anno 1313. his verbis: **Verleihen jhme seine Fürstenthumb vnd Regalien/ꝛc.** Item Wenceslaus & Rupertus, in feudum concedunt Regalia & secularia feuda Anno 1401. & postea A. 1405. **Lehenschafft vnd Mannschafft/ꝛc.** unde & Princeps Imperii ab illis Imperatoribus, Regibusq; nominatur.

Ludovicus IV. Imp. ita illi scribit: Dilecto nostro Principi, Alberto Abbati S. Emmerani in Ratisponâ. An. 1332. Ludovicus Marchio, filius Ludovici IV. vocat eum **den Ersamen vnd**

Geist-

Geistlichen Fürsten. An. 1348. Principes Bavariæ sunt Advocati ac defensores hujus Monasterii, quoad ea bona, quæ in Bavaricâ ditione sunt sita: cætera, sicut & ipsum Monasterium, ad Romanum Imperium spectant.

Idem Dn. Stengelius de Campidonensi Abbate. Consequutus est, inquit, venerabilis Abbas pro se & successoribus omnibus, insigne privilegium ab Adriano Pontifice, in quo Pontifex Campidonam, alteram vel secundam Romam appellans, ab omni eam Episcopali jugo exemptam, & perpetuò liberam esse statuit. Abbati verò concedit plenã potestatẽ, ante meridiem sacra faciendi, post meridiem verò gladii, ad exercẽda jura forensia, ad tuendos bonos, ac è medio tollendos malos, usurpandi. Vndè Versus natus, quem Abbas & Princeps loci hujus, cum Herbipolensi Episcopatu communem habet:

Campidona sola judicat ense & stolâ.

Est etjam Campidonẽsis Abbas unus è quatuor illis, quibus inter Germaniæ Proceres sunt primæ sedes, quique in consessibus publicis ac pompis, maximè honorantur: utpote quibus amplissimæ sint Iurisdictiones, nomenq; & jura Principum Imperii obtinere cẽsetur. Hoc Monasteriũ verò Advocatos ac tutores habet, Ducẽ Bavariæ Marschallũ: Saxoniæ Ducem, Pincernam; Montisfortis Comitem, Dapiferum; ac Comitem de Nellenburg, Camerarium.

9. Abtheilung der Herrschafften.

Feuda dignitatum, ex notoriâ Germaniç consuetudine, & feuda inferiora, vi juris feudalis, dividi queunt: Gail. *2. obs. 153.* Quando autem territorium dividi potest, etjam Iurisdictio ei annexa, eodem modo (sive allodialis sive feudalis sit) dividi solet: ut multis persequitur Fulvius Pacianus *de probation. lib 2. cap. 36. num. 78. & seqq.* Sique unus ex sociis provocet ad divisionem, reliqui id impedire non possunt. Gail. *dict. obs. num.* 11. Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 36.* vide quæ frater meus p. m. respondit *cons. 8. decad. 1.* Siquidem Iurisdictio territorio cohærens, cum universitate territorii, tanquàm accessorium & pertinẽs, consideratur, ac dividitur vel transfertur. *l. 1. §. 1. initio.* ubi Bart. Bald. & alii *ff. de offic. Præfect. Vrb.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl 6. in not. lit. a.* & Menoch. *lib. 3. præsumpt. 97. numer. 10. 12. & 14.* Quod & in Italiâ observari, tradit Alexander. *consil. 22. num. 5. lib. 4.*

10. Abtrag.

Dictio Abtrag in sententiis, præsertim eo in casu, ubi quis vulneratus fuit, non solùm pœnam vel pecuniariam mulctam, Iudici debitam (die Frevel) sed & id quoque, quod actori pro curatione vulneris, aut si quid præterea damni ex eo is sentiat, deberi poterat (nisi occasionem, provocando alium, ipse-

ipsemet dedisset) comprehendit. Moller. *ad constit. Sax. part. 4. constit. 10 numer. 10.* vide Speckhan. *Centur. 3 quæst. 6. class. 2. n. 5.* ubi dicit *ex constitutione Electorali 10.* provocantem, provocato, si ipsum quidem non occidit, sed mutilavit aut vulneravit tantùm; hoc nomine nihil præstare debere: cum textus ibi expressissimè dicat, daß er einigen Abtrag zugeben nicht schuldig seyn solle. Ac addit, quod verba hæc, etiam de expensis in curando vulnere factis, sint intelligenda. Ego *in delibatis ex lib. 9. ff. tit. 2. quæst. 1.* Sciendum tamen est, quod hoc in casu die Besichtigung unpartheiischer Barbierer omninò requiratur. Dn. Boccer. *class. 4. disput. 2. thes. 34. de L. Aquil.* ubi *thes. seq.* addit, deformitatis propter cicatrices causatæ, ac item dolorum seu Cruciatus, deß Schmertzens/ rationem non haberi. Ibique ait: errare indoctos Rabulas forenses, quando in libello actionis L. Aquiliæ für empfangenen Schmertzen und Schaden einen Abtrag begehren. Quid verò si in libello, doloris (deß Schmertzens) solùm fiat mentio, an quis damnum intellexisse censeatur? ita dicunt, & sic judicatum observavit frater meus p. m. im Febr. An. 1614. Vor dem Obergericht allhie ex consilio quorundam ICC. similiter Vorm Hoffgericht 7 Sept. An. 614. Indè si ex delicto in futurum debeantur alimenta, veluti si quis Opifici manum dextram amputaverit, non dubium est, vulneratum posse petere operas, quibus cariturus est, arg. *l. fin. ff de his qui deje. vel effud.* Sed in modo probandi observandum est discrimen. Nam pro hujusmodi interesse & damnis, jurari poterit in litem contra homicidam dolosum, per text. *l. si quando.* ubi Iason. *num. 57. C. unde vi.* Secus contra eum, qui casu vel culpa homicidium commisit: quia tunc non potest probari per juramentum in litem, sed testibus vel aliis legitimis probationibus. Plotus *in tract. de in litem jur. §. 40. n. 6.* Roland à Valle *consil 39. num 2. vol. 2.* Ioseph. Ludovic. *decis. Lucens. 62. n. 32. & in tract. commun. opin. conclus. 39. limit. 1.*

Ac quid de Iure Saxonico sit receptum, vide Martinum Colerum *tractat. de aliment. lib 3. cap. 12. num 21.* Actor autem qui neque ex jure Civili in litem potest jurare, veluti quod non ex dolo, sed culpa vel casu damnum actori illatum sit, liquidationem vel probationem suam, ad informandum Iudicis arbitrium, imprimis petet ex traditis Coleri *d. tract. lib. 2. cap. 2.* junctis iis, quæ scribit Tiber. Decian. *consil. 9. num. ult. vol. 1.*

Est autem hic notandum diligenter, quod Iudex in æstimando damno cumprimis spectare debeat vitæ genus hominis læsi, putà illius operas & opificium, quod exercet; cujus item sit ætatis: id est, quamdiu adhuc superstes futurus verisimiliter credatur. *gl. ad l. 3. in verb. impensarum ff. si quadrup. pauper. fec. dic. per l hæreditarium ff. ad L. Falcid.* Sic aliquando nobili militi,

utroque oculo ex vulnere insidiosè orbato, in Camera Imperiali multa millia pro militaribus officiis, quibus postea cariturus erat, per sententiam adjudicata sunt, Gail. *2. d. PP. c. 2. num. 19.* & in supremâ Curiâ Würtembergica Anno 1590. 4. Iunii, actori, cui brachium alterum planè inutile factum erat, adversarius pro eo damno condemnatus fuit in 150. flor. Anno item 1587. 20. Septembr. per sententiam reus pro damno jussus fuit flor. totidem dare actori, quod hujus brachium & quosdam debilitaverit digitos, non tamen omninò ad ejus opificium inutilia hæc facta erant membra. Similiter Anno 1588. 14. Martii, actrici, cujus alterum humerum reus ita fecerat debilem, ut ipsa brachio vix uti potuerit, damnum hoc æstimatum fuit florenis centum. Sic etiam An. 1594. 29. Maii, Actori fabro ferrario, cujus sinistra ad ejus opificium inutilis facta erat, reus pro isthoc damno condemnatus est in florenos centum & quinquaginta: Prout refert Dn. Bocer. *dict. disput. thes. 33.* Alia exempla in Schedis privatis consignavit frater meus, nempè Anno C. 1614. in Martio, viro quinquagenario, qui ob vulnus in capite inutilis factus fuit, & sine bacillo vix ambulare potuit, pro operis, quibus caruit & cariturus erat, cum expensis adjudicatæ fuêre 723. libræ. Sed notandum, daß er vierjährige Versäumnus/vñ auff 100. fl. Unkosten gefordert. Eodem Anno & Mense, cuidam von Altorff/ Iuveni 20. annorum, pro vulnere in capite, cujus causâ expedite loqui non potuit, & maximos dolores in membris sentiebat, adjucati 700. flor. darunder auch der Unkost (so auff 150. fl. sich beloffen) begriffen. Adde Consilium Franconicum Wehneri 20.

Aliter omnia se habent, si injuriarum realium nomine, actio instituatur, (quam cum utili Aquiliâ cumulari consultum omninò est) ubi non solum dammum, sed & injuria, die Schmach vñ Unbilligkeit/ in considerationem venit. Sicque etiam ratio tunc haberi potest der außgestandenen Schmertzen/ qui aliàs inæstimabiles sunt, & ita in qualitate damni considerari non possunt.

Deniq; apud nos in praxi observatur, daß der Schad/ nicht gleich in der Vorurtheil taxirt, sondern in gemein ein Abtrag für zugefügten Schadē/ Artzetlohn/ Versaumbnus/ vnnd sonst auffgewendten Unkosten zuerkandt/ selbiger aber erst hernacher in puncto taxationis summatim gewürdigt/ vnnd in der Nachvrtheil gesetzet würdt: In Sachen N. ist der hievor zuerkandte Abtrag/ taxirt vnd gewürdigt für vnnd an N. fl. welche der Beklagte dem Klägern baar (oder Zihlsweiß pro Iudicis arbitratu) zuerstatten/ schuldig seyn solle. Solet verò injuriarum nomine si quid adjudicetur, statim in prima sententia oder in der Hauptvrtheil determinari. Ibi enim non opus est tali liquidatione, sed Iudex ex qualitate facti de animo injuriandi cognoscere,

scere, & quid eo nomine dari debeat, arbitrari potest.

II. Abschoß/ Abzug/ Nachsteur.

Plerisque in locis, speciali privilegio, lege Municipali vel consuetudine hocce detractionis Ius arrogant sibi Magistratus, Thoming. *decis. quæst. illustr. quæst. 26. num. 38.* ita ut quandoque decimam, interdum quartam, quandoque tertiam, den zehenden/ viertten oder dritten Pfenning / aut plus, minusvè hæredibus peregrinis decerpere solent. Andr. Rauchbar. *lib. 1. quæst. 15. in pr.*

Porrò in numerum Civium ascitus, vel nativitate jus Civitatis habens, non tenetur in perpetuum ibi permanere, nec ab istius loci Magistratu detineri invitus potest; sed eo etiam dissentiente licitum est ei, domicilium suum aliò transferre, & emigrare, modò id malitiosè non fiat. *l. ordine 15. §. pen. ff. ad municip. l. in bello. 12. ff. de captiv. & postlim.* Græværus *lib. 2. concluf. pract. concl. 36 consid 2. num 3.* Honded. *cons. 5. num. 13. & seqq. vol. 1.* Ego *de jure Civium, cap. 2. num. 11 ad fin. & cap. 3. num. 10.* Quo in casu plerisque in Germaniæ locis receptum est, ut in hoc transferendi domicilii & migrationis eventu, certa bonorum portio vel quota, oder etwann auch doppelte Steür/ per Magistratum detrahi possit. Berlich. *lib. 3. concluf. 52. num. 12.* Schepliz *ad consuet. March. part. 3. tit. 8.* Ernest. Cothman. *lib. 1. consil. 19 num. 1. 2. &c.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 36. num. 9.* ubi addit, ita Augustæ, Noribergæ, Spiræ, & in aliis multis Civitatibus constitutum esse. Dauth. *de testam. de mat. test. circ quam. limitat. 24. num. 69.* Cöpen. *decis. quæst. illustr. quæst. 11.* Gilman. *tom. 3. Symphorem. fol. 143.* Dn. Dapp. *de Civitatib. Imperialib fol. 32.*

Sed vix dubitari potest, quin statuta den Abzug permittentia valeant. Cùm in Recessu Comitiorum de Anno 94. Ratisbonæ celebrato, non obscurè approbentur. Arumæus *ad Aur. Bull. cap. 16. num. 13. fol. 269.* Cöppen. *decis. 11.* vid. Berlich. *lib. 3. concluf. 51. & seq.*

Quod autem quidam tradunt, nõ deberi die Nachsteur / eo in casu, ubi subditi inviti emigrare cogũtur, quemadmodum ita decisum fuisse in causa Heilbronn / contra die Statt Schwäbischen Gmündt / refert Reichvvin. *in formul. fol. 202. num. 3.* Id vix est, ut probari queat, cùm pax Religiosa de An. Ch. 1555. §. Wa aber vnsere / ꝛc. contradicat.

Si verò Magistratus alicujus ditionis, Civitatis vel loci, jus habeat detrahendæ vel deducendæ certæ portionis de Hæreditatibus, Legatis, fideicommissis, mortis causâ donationibus, rebus utensilibus vel expeditoriis, quæ alienigenis, peregrinis vel exteris obveniunt; utrum hoc jure vel privilegio, adversus liberos Parentum, vel Parentes liberorum hæredes uti possit? quæ-

runt & negant nostrates. Rauchbar. *d. quæst. 15.* Schæffer. *pract. quæstion. 10. part. 2.* Sed usus affirmat.

An etiam hoc jus detractionis locum habeat in nominibus debitorum? vid. omninò Modestin. Pistor. *part. 3. quæst. 124. num. 122. &c* De dote autem, vestibusque festivis, vix est ut justè detrahi quid possit. Cöpen. *decis. 6.* Liberat etiam ab onere hoc Academicos Cothman. *consil. Academ. 19.* eumq; secutus Arumæus *ad A. B. c. 16. n. 14. f. 269.* Tubingæ verò, tantùm Professorum & Officialium Academicorum heredes descendentes, hic sunt immunes.

Sed contra quos, quibusque in bonis locus sit huic juri, quibus item cautelis queat circumveniri? consule Berlich. *tom 3. cõcl. 53.* ac vide meum tractatum *de AErar cap. 4* §. 14. *vers Tertio.*

Vtrum Magistratui competat der Abzug in mobilibus vel immobilibus, si hæc defunctus reliquerit, vel is, qui domicilium aliò transferre cupit, habeat in alieno districtu vel territorio? vide Rauchbar. *quæst. 17.* Et videtur, ad id esse respiciendum, ob diese Güter zuvor in loco domicilii versteuret worden.

At utrum Peregrinus vel alienigena, cui quid legatum est, hanc detractionem in re legatâ admittere, an verò hæres eam redimere, integramque legatario præstare teneatur? tractat Rauchbar. *quæst. 16.* Sanè cùm onus hoc personæ, non rei occasione imponatur, magis est, ut hæredem non tangat.

Verùm, juris ratione inspectâ, quemadmodum collectæ; ita & der Abzug Regalibus adscribi debet: nec itaque à Nobilibus de novo, non veteri consuetudine suffragante, exigi potest.

In Wurtembergico Ducatu, müssen die jenige frembde / deren Herrschafft nicht sonderbar mit ihrer Fürstl. Gn. &c. verglichen / die Nachsteur / der Erbschafften / so im Land gefallen / erlegen. Sonsten aber darff ein Burger ohn allen entgelt frey hinweg ziehen / idque vigore deß genanten Tüwingischen Vertrags de Anno 1514.

Vicinum hisce Iuribus est *Albinagii Ius*, quod in Gallia, Regalibus accensetur, Fr. de Clapperiis *decis. caus. 1. quæst. un. part. 4. caus. 2. quæst. 1. p. 14.* Nobiliss. Dn. Mager. *tract. de Advocatia armata. cap. 15. num 136. &c.* Ego *de juribus Majest. Polit. cap. 7 num. 6. & de Iure Civium. cap. 4 n. 2.* vigore cujus, hæreditates Peregrinorum, in universum Fisco cedunt. Eoque in casu æquum est, ut talionis jus erga ejusmodi populos usurpetur, vnnd daß man auch die jhrige nicht erben lasse. Schultes. *quæst. pract. 6.* add. Hart. Pistor. *observ. 43.* Sapit verò jus hoc morem Romanum antiquiorem, quo peregrini pro hostibus habebantur: id ut erga Barbaros & infideles usurpari potest; ita iniquum est, si Christianos in una Ecclesia viventes gravet, inter quos nempè arctior cognatio, vinculumque fraternitatis esse debet.

12. Aca-

12. Academiæ, Vniversitäten.

Monasteria olim Academiarum fuisse loco, sunt qui dicunt. v. me *tr. d. Majest. f. 136.* Quâ de re ita R. P. Carol. Stengel *de Monaster. in præfat. ad lector.* Adjunctæ olim, inquit, Monasteriis erant Scholæ, in quibus & tenerior ætas ad ætatulæ huic consentaneas literas informabatur: & maturior ad maturiores ac severiores. Præerat Scholæ doctissimi quique & probatissimi Monachi; hoc tamen discrimine, saltem aliquibus locis, ut duplices essent Scholæ; aliæ internæ, Religiosis erudiendis dicatæ; aliæ externæ, in queis seculares, procerumque & nobilium liberi instituebantur.

De hoc eodem instituto præclarè scripsit Trithemius *in Chron. Hirsaugiensi*, & post multa hæc subjungit: Magna in eis fervebat devotio: arsit in eorum mentibus regularis disciplinæ zelus commendandus, qui eos nunquam sinebat esse otiosos: salvo enim officio Divino, cui omnes devotè insistebant, de reliquo Monachi studio vacabant scripturarum, quibus non solùm illuminabantur intellectu, sed etiam compungebantur affectu. Ita de Collegio Leodiensi, præclarè Chronicon Belgicum magnum his verbis: Fuerunt hoc tempore (Anno 1131.) in Ecclesia Leodiensi Canonici residentiam facientes, filii Regum 21. Ducum quoque filii 14. Comitum vero 29. Militum & Baronum 7. inter quos etiam fuêre plures diversarum gentium Doctores & Magistri solennes. Quâ de re ita etiam scribit Aub. Miræus, *in laudat. funebri S. Thomæ*, quæ juncta est ejusdem Miræi *originibus Monasticis*, *fol. 399.* ubi inquit: celeberrimas olim Scholas suis in Monasteriis Benedictinos habuisse: Enimverò majores nostri literas tradendi curam, jam inde à primis Ecclesiæ temporibus, Sacramento ordini demandandam esse censuerunt, quod plurimum referre existimarent, si pueri pietatem cum literis sensim instillatam auribus, oculisque imbiberent, apud viros Ecclesiasticos assiduè versantes. Primis itaque seculis *Benedictini* in Palæstra illa Scholastica, magno & suo & Reipublicæ commodo desudarunt: unde & nationum omnium favor, & opes illis immensæ accesserunt. Idem postea studium atque operam erudiendæ juventuti *PP. Dominicani* impenderunt, ut Ferdinandus Castellus, & alii rerum à Dominicanis gestarum Scriptores, Petrus item Ribadeneira in vita B. Ignatii Lojolæ commemorant.

Successerunt, seu potius adjunxerũt se hisce, PP. Societatis Iesu: qui in toto terrarum orbe aperuerunt Scholas.

Posteà separatim cõstitutæ sunt Academiæ. Sic teste Petr. à Beck. *in descript. Aquisgran. f. 66.* De Carolo M. loquens. Ad fidei, ait, propagationem scientiarum sacraria, & Academias instituit, Pariensem, in qua fundanda usus est qua-

tuor doctissimis Discipulis: Beda venerabili Presbytero, Alcuino Rabano, Claudio & Iohanne Scoto, quos ex Angliâ accivit, & à quibus multa Carolus didicit. Recognoscit hoc beneficium piè & prudenter Perpinianus, *in Orat. de Div. & Hum. Philosoph.* aitque, ante octingentos annos circirter, in Vrbe Parisiensi summi Imperatoris Caroli M. authoritate, Humanarum & Divinarum artium sedem constitutam, & ætatibus singulis ingenii, industriæ, eruditionisque extitisse florem: addit per paucas esse Scholas benè constitutas, quæ ortum & Incrementa suæ Scholæ, Parisiensi accepta referre non debeant: ajunt alii ipsum Carolum quodam tempore visitâsse Scholam Vniversitatis Parisiensis à se institutam, conspexisse compositiones pauperum, profectumque in studiis, ac dilaudâsse promissis promotionibus; Divitibus autem ac nobilibus, confidentibus in splendore familiarum ac opulentiis, minitatum interposito Iuramento, ni studiis impensius invigilarent, frustraturum eos omni gradu honorum. Ille etiam idem Vniversitatem Bononiensem, Gymnasium Ticinense, nunc Papiense, in Osnabrug quoque Scholas erexit, in quarum altera Græcæ, alterâ, linguæ Latinæ professio fieret.

Palatini Vicarii omnia agunt, ut Provisores Verweser vnnd Verwalter; eorumque potestas in rebus est, quæ vel omninò non, vel haut sine incommodo moram admittunt, ut infra Deo dante, dicam suo loco. At verò Academias erigere, Principes novos facere, &c. res sunt, quæ moram nô modo patiuntur, sed & postulant. Quare nec Argentoratenses Academiam à Vicario, sed à Cæsare petiverunt.

Ius Ergò Academiæ erigendæ, Afflictus *in c. 1. in pr quæ sint regal.* meritò recenset inter ea, quæ soli Imperatori côpetunt. Zasius *part. 15. de feud. n. 14.* Cl. Seyssel. *in specul. feud tit. qui feud. dare poss.* Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib. 3. part. 2. num. 2.* Ordinat. Camer. *part. 1. tit. 3.* §. Deßgleichen. Ego *d. Majest. folio 185. &c.* Imò creatio Doctorum, Licentiatorum, &c. ad reservatam potestatem pertinet Imperatoris, nec eam gratiâ, nisi ex indulto Imperatoris quis habet: sed nec hactenus ullus à Vicario creatus est Baccalaureus, multo minus Academia instituta. vide Svevium *disc. 7. de Iur. publ. c. 22. n. 5. apud Arumæ.*

Neque tamen dubium est, quin à Pontifice erectæ & confirmatæ Academiæ, pro veris Academiis sint habendæ. Matth. Stephani *tract. de Iurisdict. lib. 3. part. 2. num. 19.*

Estque porrò Germania præ cæteris nationibus hoc nomine felicior, quod plures celeberrimas Academias habet. Vt est *Heidelbergensis*, côdita à Ruperto Ruffo Electore Palatino Anno 1346. côfirmata A. 1387. 18 Octobr. *Pragensis* à Carolo IV. Imperatore & Rege Bohemiæ A. 1361. *Vienensis* à Rudolpho & Alberto III. Austriæ Archiducibus, fratribus Germanis, eodem anno. Co-

lonienfis curâ & operâ Senatus A. 1388. *Erphurdiana* à Dagoberto Francorum Rege, ut ajunt instituta, à Bonifacio IX. Pontifice Max. privilegiis honorata A. 1391. *Herbipolenfis* à Ioanne Episcopo Würciburgico A. 1404. *Lipfienfis* à Friderico I. Electore Saxon. A. 1409. *Roftochienfis*, à Ioanne & Alberto, Ducibus Megapolensibus, & pariter à Senatu Rostochiensi A. 1415. *Gryphifvvaldiana*, condita ab Vratislavo, IX. Duce Pomeraniæ, Anno 1457. 18. Octobr. *Bafileenfis* à Senatu Basileensi A. 1459. *Friburgenfis* ab Alberto VI. Archiduce Austriæ, Anno 1460. *Ingolftadiana* à Ludovico & Georgio, Patre & Filio, Ducibus inferioris Bavariæ A. 1472. *Tubingenfis* condita ab Eberhardo Barbato, primo Duce Würtembergiæ A. 1477. introducta 3. Iulii *Moguntina* à Diethero Isenburgico, Archiepiscopo Moguntino, Anno 1482. *Witebergenfis* condita à Friderico III. Electore Saxoniæ A. 1502. introducta 18. Octobr. *Francofordiana* à Ioachimo I. Electore Brandenburg. A. 1506. *Marpurgenfis* à Philippo Hassiæ Landgravio A. 1516. *Argentinenfis* à Senatu Argentinensi: incepta A. 1538. nuper demum privilegiis ornata. *Regiomontana* ab Alberto Marchione Brandeburgico, primo Duce Borussiæ A. 1544. *Ienenfis* seu *Salana*, condita à Ioanne Friderico I. Electore Saxon. A. 1548. introducta A. 1558. 2. Februar. *Duacenfis* in Belgio à Philippo II. Rege Hispaniæ, A. 1561. *Dillingana* in Sueviâ, ab Ottone Truchsessio Walpurgio, Episcopo Augustano & Cardin. A. 1564. *Lugdunenfis* Batavorum ab Ordinibus A. 1575. 1. Febr. *Iulia Helmftadiana* à Iulio Duce Brunsvvicensi & Lunæburgensi A. 1576. *Altorphiana* à Senatu Norimbergico A. 1581. *Gieffena* à Ludovico Landgravio Hassiæ A. 1607. introducta 7. Octobr. quæ tamen ante paucos annos iterum Marpurgensi (cujus Colonia erat) juncta fuit.

Galliæ Academiæ sunt, *Parifienfis* à Carolo M. condita A. 791. *Lugdunenfis* A. 830. *Montifpeffulana* A. 1196. *Aurelianenfis* à Philippo Pulchro Rege Galliæ, & Clemente V. *Lemovicenfis* à Pontifice Romano A. 1312. *Cadurcenfis* à Ioanne XXII. Rom. Pontifice A. 1320. *Andegavenfis* à Ludovico I. Duce Andegavensi, Rege Siciliæ & Neapolis, Anno 1346. *Avenionenfis* A. 1391.

Italicæ Academiæ: *Bononienfis* cujus Theodosius II. Imperator habetur auctor A. 423. *Papienfis*, sive *Ticinenfis* Insubrium, fundata à Carolo M. A. 791. instaurata à Carolo IV. Imp. A. 1361. *Patavina* à Friderico II. Imp. A. 1221. *Ferrarienfis* à Friderico II. Imp. eodem anno. *Perufina* in Hetruariâ florere cœpit A. 1290. *Pifana* in Hetruriâ instituta à Laurentio Medice, Principe Florentino, reparatur A. 1539. *Senenfis* à Pio II. Pontif. Rom. A. 1387.

Angliæ Academiæ: *Cantabrigienfis* à Sigisberto Orientalium Anglorum Rege instituta A. 630. *Lindifarnenfis* ab Osvvaldo Northumbrorum Rege. A. 640. *Oxo-*

Oxoniensis ab Alfredo Rege Angliæ A. 895.

Hispaniæ: *Conimbricensis* in Lusitaniâ à Ioannne II. Rege Portugalliæ, Anno 1482. *Complutensis* à Francisco Ximene Archiepiscopo Toletano: *Hispalensis* à Roderico de S. Ælia: *Toletana* à Francisco Alvaro: *Granatensis*, à Fernando Talabruicensi Hieronymiano. A. 1517. *Salamanticensis*, &c. quas recenset Bibliotheca Hispanica, edita in 4. apud Wechelianos.

Dania habet *Hafniensem*, à Christiano III. Rege Daniæ & Nortwegiæ conditam, A. 1539.

Polonia Cracoviensem, à Casimiro II. Rege Poloniæ, A. 1364. confirmatam ab Vladislao Jagellone, A. 1400.

Brabantia Lovaniensem, à Ioanne Duce Brabantiæ, A. 926.

Scotia Sanctandreanam, A. 1411.

Burgundia Dolanam, à Philippo Bono Duce Burgundiæ fundatam, Anno 1426.

Sunt & in Africa Academiæ, de quibus Leo Afer.

Sed de jure Academiarum, vide Dn. D. Thomam Lansium, Matth. Stephani, & me, in tractatibus hac de re singulariter conscriptis. Quò & maxumè conferunt Consilia Academica Dn. Cothmanni. Et historias Academ. congessit Middendorpius. Chronologiam etiam Academiarum habet Dn. Alltedius in *Chronologia sua. tit. 23.* Historias verò & Encomia singularium quarundam Academiarum plures conscripserunt. Perusinæ nempè & Oxoniensis Alb. Gentilis. Gymnasii Pataviensis Riccobonus. De Montepessulana, Ioh. Steph. Strobelbergerus, & de Academia Tubingensi, videri potest *tr. meus de Majest. fol. 186. ut & tr. de jure rerum fol. 64. &c.*

Quid sit autem Academia, & ubi & à quo sic dicta, tàm exactè quàm breviter docet Laërtius *lib. 3. in Platone* de quo sic: Reversus autem Athenas Scholam habebat in Academia. Est verò Academia Gymnasiũ suburbanum, nemorosum, ab Heroë quodam Academo appellatum. Et mox subdit, primitùs Hecademiam ab eodem Hecademo nominatam, productis tàm Eupolios, quàm Timonis versibus. Timonis de Platone sunt hi:

Hos inter Dux ille Plato latissimus ibat;
Cujus ab ore melos manabat, quale Hecademi
Arbustis lepida modulantur voce cicadæ.

Prius enim per he Hecademia vocabatur. Ita hactenus apud Laërtium.

Eâdem de appellationis origine invenies apud Aristophanis Scholiasten *ad Nubes*; & apud Suidam *in lexico.* Vnde Horatii versus *lib. II. ep. II.* Sic legendus est:

Atque inter sylvas Hecademi quærere verum.

Id est, quærere veritatem inter Academicos sive Platonicos: non autem scribendum *Academi*, cum nullus ità vocatus sit.

Suidas porrò tria dicit fuisse Athenis Gy-

Gymnasia: Lycæum, Cynosarges, Academia: v. Petr. Halloix. Soc. Iesu *Notis in vitâ S. Iustin. f. 281.* Nec infrequens fuit, Gymnasia ex loco denominare. Ita etiam dicti sunt Stoici, à loco ubi disputabant; qui στοὰ ποικιλὴ, id est *Porticus varia*, sive elegans appellatur, à varietate asserum aut tabularum depictarum, quibus ornata erat. Pariter Peripatetici dicti sunt ab ambulatione: Græcè enim περιπατεῖν, est ambulare, quod Aristoteles, eorum Princeps, ambulando philosopharetur. Halloix *dict. loc. fol. 278.*

13. Actum, oder geschehen seind diese Ding.

Hujus claus. effectum esse dicit Hond. *consil. 33. n. 45. & seq. vol. 1.* ut Instrumentum lectum fuisse partibus, probet. Hæc item clausula denotat Instrumenti perfectionem, illiusque publicationem: maxumè in principio adposita inveniatur, non in medio vel fine. Matta *claus. part. 1. clausul. 4.*

14. Adel / Edelmann / Edleknecht / Adelschalck.

Germanicum Edel / oder der Adel / fortè à Græco ἄεθλιος, quod benemeritum notat, seu præmio affectum: quo ipso Nobilitatis origo demonstratur. Stephani *de nobilitate, cap. 1. num. 10.* Hebræi etiam *Atsilim*, optimates, Magnates selectos, à vulgo separatos, & axillarum instar in populo eminentes vocat. Sunt qui à godal derivant, quasi magnos. v. me *tr. d. tribus domest. societ. speciebus f. 87. & seq.* Adde Andr. Helvigium *in Originib. diction. Germanicarum. verb.* Adel / Adler / Edel. Nonnulli ab Aquila dictum putant, vom Adeler / quod ut illa altius volatu penetrando, aves longè post se intervallo relinquit; ita & nobiles virtutum gloria, cæteros hominum ordines longè antecellant. (Verùm Aquilam potius ab Adel (quasi nobilis avis) quàm è contrà dictam puto.) Vel ab ἀθλεῖν, i. e. placuit, quia nobiles propter virtutes omnibus placent, vel ab ἕδαλον sedes, hoc est, possessio & bona, quia Nobiles ut plurimum æstimantur ab opulentis possessionibus.

Sic & ab Adelo Frisonis, Frisonicæ gentis conditoris filio, Suffrid. Petri *in descript. Fris. decad. 1. cap. 2. in fin.* Iosias Nolden *de stat. Nobil. cap. 1. n. 15. & seqq.* ut & ab *Adelingis* vel *Edhilingis* Saxonicis, qui erant præcipuæ dignitatis proceres, Andr. Knichen. *de Iure territ. cap. 1. num. 28. & seqq.* perperàm deducunt: cùm hi potius vom Adel ita fuerint cognominati. Quod vel ipso Knichenio adparet: *qui d. loco* post alios ait: gentem Saxonicam tripartito constitisse ordine. Alii siquidem *Adelingi*, nobiliores scil. *Frilingi* alii, quasi liberi relicti, *Lazzi* cæteri, *id est*, Coloni seu adscriptitii glebæ, eigne Leut / indigitati,

C Christ.

Christ. Lehemann, In der Speyrisch. Chronick. *lib. 2. cap. 4.* v. omn. Glossar. Lindenbrogii *in verbo Adalingus.*

Et quamvis, ut allegatus Dn. Nolden, *d. l. num. 29.* inquit, omnes subditi, aut etiam cives olim in genere Leut/sive Leudes/aut etiam *Leodes* fuerint dicti, Goldast *rer. Alemanicar. tom. 1. f. 226. & seq.* Lindebrog. *in glossar. verb. Leudes.* Inter hos tamen quidam homines servientes, Arme Leut/ servilis sive potiùs libertinæ conditionis dicebantur, non à paupertate, sed à manu seu brachio, Ego *d. tr. d. trib. domest. soc. speciebus. fol. 31.* Indè Galli dicunt *de main mort.* Nobiles verò specialiter Mann sive Manne indigitabantur, Ego *in discurs. de Com. & Baron. num. 16.* Pariter ut apud Hebræos discrimen erat inter cives, ut alii Viri, vel filii viri, alii alicujus hominis dicebantur. Piscator *in Schol. ad Salomon Proverb. c. 8.* Drusius *Hebraic. Quæst. lib. 1. cap. 21. & ad loca Genes. cap. 31.* Parili ferè sensu, quo nos dicimus Patritios simul & Plebejos. Hæcque differentia *Psalm. 49. v. 3.* planissimè observatur, ubi ita loquitur Propheta: Auscultate omnes habitatores orbis, etiam filii hominis, & filii viri, pariter Dives & pauper; & qui filii viri indigitantur, pro Nobilibus sumuntur. Similiter jure feudali Saxonico, Vasalli simpliciter Manne vocitantur, quasi præditi virilitate, animoque strenuo & recto, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 2. num. 85.*

Nobilium olim titulus solis Ducibus Comitibus, Baronibus, tribuebatur, Conr. Rittershus. *in proleg. ad comm. feud.* Christ. Lehman. in der Speyr. Chronick. *lib. 2. cap. 14. & 19.* Reliqui verò Nobiles, Ministeriales aut feudatarii, vulgò Edle Knechte/Alb. Crantz. *in metropol. lib. 3. c. 11.* Crusius *annal. Suevic. part. 1. lib. 10* vel Knechte deß Heiligen Reichs vocabantur, Ordinatio Regiment. *de anno 1500. tit.* Von der Knecht vnnd Ritterstewr, Recess. Imp. *de A. 500. §.* Wir oder der. Iof. Nolden. *de nobil. cap. 1. num. 58.* Et inde Adelschalck/*servi* Principis vulgatissimè Nobiles omnes dicebantur. Lindenbrog. *in gloß. verb.* Adelschalck. Quod etiam testatur Reiner. Reineccius *in tr.* Von deß Adels anfänglichem herkommen *fol. 24. & seq.* ita enim ait: Edle Knechte seindt die andern Nidrigen vom Adel gewesen/vnnd haben dahero diesen Namen bekommen/daß sie den Herrn im kriegen/vnd andern Händeln mit Dienst verpflichtgewesen. Sic Gregorius IX. Pontifex, Marchionem Misnensem *in c. constitutis 46. de testib.* Innocentius III. Ducem Carinthiæ, *in. c. venerabilem. in fin. extra de elect. & elect. pot.* & Innocentius IV. Comitem Poloniæ, Regis Portugalliæ fratrem, *in c. 2. de suppl. neg. Prælat.* nobiles viros appellant.

Et quamvis Imperator in inscriptionibus & titulis Comitum ac Baronum, hunc stylum retineat, dem

Edlen

Edlen / vnsern vnnd deß Reichs lieben Getrewen N. Graven oder Herrn zu N. nisi tamen Principibus celsioris gradus titulum tribuat, hi literas ne resignare quidem, sed sine responso remittere solent, si nos non fallit Nolden. *d. l. num. 61.* Quod secus est in Gallia, ubi Rex omnes omnino Nobiles & Principes (ut Comicus jocatur) eodem pectine tondet, cum hac inscriptione *A Monsieur Monsieur, &c. vel à nostre aimè & Loyal N. N. Prince N. N. Gentilhomme, &c.*

Vnd das vor Zeiten / die Graven in gemein / auch von den privatis Edel genennt worden / jenige aber so etwas Vornemer / Edel vnd Wolgeboren / ist auß vielen alten diplomatibus zuerweisen.

Also haben die Graven von Waldeck dem Durchleuchtigen / Hochgebornen Fürsten vnnd Herrn / Herrn Ludwigen Landgraven zu Hessen / in Aufftragung jhrer Eigenthumbs Güter zu Lehen / Jhrer Fürstl. Gn. versprochen / vñ mit einem Eydt geschworen / daß sie gedacht Jhre Fr. Gn. getrewe Edelmann seyn vnnd verbleiben wöllen. Wie auß dem *append. Tomi 7. actor. publ Londorp fol. 4.* zusehen.

Ministeriales certè, quorum in historiâ Germanorum mentio frequens est, nostri Equites sunt, die Ritterschafft. Saxonibus die Erbare vnd gute Männer: à ministerio, quod ratione clientelæ Principibus debent, Knapen oder Knecht. Latinè servi, servientes & famuli: sic enim diplomata loquuntur.

Distinguuntur & quasi opponuntur liberæ conditionis hominibus (den Freyhern) apud Bruschiũ *de Monaster. pag. 41.* Ex his qui torque donabantur, Milites Ritter appellabantur, reliqui, famuli vel servi. Exemplo sint diplomata (quæ refert Dn. Meibomius *ad Levoldi origines Marcanas. f. 40.*) & Magni Ducis Brunsuicensis, illud hoc modo clauditur: Testes hujus rei sunt Gevehardus & Burchardus de Werberge, nobiles: Lippoldus de Vreden, & Baldevvinus de Dalem, Milites: Henricus de Veltheim, & Burchardus de Asseburg, Famuli. Anno MCCCLVII. Et in alio Transactionis Instrumento: Nos Burchardus de Asseborg, Ioannes de Oberge, Conradus de Saldere, Milites: Gebhardus de Werberge, Henricus de Heimborg, Gunzelinus de Asseborg, Burchardus de Asseborg, dictus Lochte, Gebhardus de Bortfelde, Ludolfus de Veltheim, famuli. Rem explicat paucis Fabricius *in Chronico Misnensis* his verbis: Illo tempore (circa Ann. MCCCLXXX.) non amplior virorum nobilium fuit titulus, quàm ut strenui famuli nominarentur, quod literis probari potest: Equites verò Aurati, ut dicerentur Milites, vide Cranzium *in Metropol. lib 1. cap. 2. lib. 3. cap. 11. & infra verb.* Ritter.

15. Adelich Lehen vnnd Güter.

Feudum *Nobile* propriè dicitur illud quod suũ nobilitat possessorem, *c.1. quis dic Dux.* Et dicitur Nobile, q[uia] aut Nobilem invenit, & recipit, ac ostendit, aut nobilem facit. Bl. *in c. inter dilectos in 6 col. de fide Instrum.*

Vulgò verò Triplex feudum Nobile esse ajunt: Iohan. Schneidevvin. *in prelud feud num 33.* Gothofr. Anton. *disp Feud 1. th 6 lit. b.*

Quoddam enim est nobile, quod aliàs Regale dicitur, Fahnenlehen/ quãdo per Imp. dignitas Ducatus, Comitatus, confertur Duci, Marchioni, & hi Capitanei Regis dicuntur.

Secundum est *Minus Nobile*, quod Dux, Marchio, Comes, Nobilibus concedunt, qui propriè *Valvasores* vocantur, wann Fürsten / Graven vnnd Herrn denen von Adel Lehen verleihen.

Tertium est *mediocriter & aliqualiter Nobile*, quãdo habentes feudum à Duce vel Marchione, id aliis inferioribus infeudant, qui dicuntur *minores Valvasores.*

E contra feudum Ignobile est, quod possessorem non nobilitat. §. *cæteri quis dic Dux.* quod à minoribus Valvasoribus *Minimis Valvasoribus*, seu valvasinis confertur: qui ab istis non consequuntur aliquam nobilitatem. *d. §. cæteri.* quod & dicitur feudum Burgense, Burger: oder Bauwrenlehen (ferè ad naturam emphyteuseos accedens: cùm plerunque canon vel census, non servitia militaria inde præstentur) Sicque capio, quod dicunt: posse hodie etiam quemlibet Rusticum res suas infeudare, dummodo habeat legitimam bonorum suorum administrationem, Schneidevvin *d. loc. num. 34. in fin.*

Primi ordinis Vasallis, nobilitatem per Feudũ tribuit Rex seu Imperator. Cæteris tum demum, si cum annexo militiæ onere, antiquitus resederit in familià illà. *c. 1.* ubi Cujac. *quis dic. Dux.* Borcholt. *d feud c. 4. n 14, & 15.* Non enim nisi Majestatem habenti, competit jus nobilitandi.

In Saxonia solùm Feudum Regale, nobilitandi effectum habet. Reliqua nobilia feuda (Adenlich oder Ritterlehen) ita dicuntur, non quod Vasallus consequatur ratione feudi nobilitatem; sed quod qui jam sunt verè nobiles, ut nobiles (possunt enim ut quivis alius etiam plebeja feuda sibi comparare: & contra, plebeji feuda nobilia, Hippol. à Coll: b. *in nobili suo num. 28.* Tiraquell. *de nobil. cap. 7. num. 14.*) de istis feudis investiantur. Lehenrecht *c. 2. & 20.* ibi: Es erhöhet nichts d: s Mannes Schilt dann Fahnenlehen. & gloss. *ad cap 78.* fac. *gl. 1.* Landr: *lib. 1. art. 27.* Schrader. *de feud. p. 2. cap. 3. num. 15.* confer Math. Coler. *decis 203. n 27.* Qua in parte cum Iure Saxonicó consentire videntur mores totius Germaniæ, Rosenthal.

de

de feud. cap. 2. quæst. 2. num. 9. Vti quoque in Gallia viget eadem consuetudo, Eguin. Baro *lib. 1. de jure benefic. c. 3. vers. sane beneficia.* Conr. *in meth. de feud. rubr. de divis. feud.* Bodin. *de Republ. libr. 3. cap. 8. num. 355. folio 565.* Ac proinde à possessione feudorum non regalium, apud nos certum Nobilitatis argumentum sumi nequit. Eguin. Baro *d. cap. 3. vers. sunt enim & mores.* vid. Adrian. Gilman in *symphorem supplic. & vot. Cam. tom. 4. p. 1. vot. 3.*

In Hispania verò, omne feudum, pro quo secundum usum ac consuetudinem illius Regni præstatur militare servitium, nobile censeri, auctor est Intrigliol. *centur. feud. 1. quæst. 31. num. 25.*

Sic & Rusticus feudum nobile emens, non inde nobilitatur. Ego *de trib. domest. sec. spec. fol. 96.* Et sic quædam bona (freye Adenliche Güter vocant) in Suevia existunt, quæ privilegium etiam per consequens tribuunt possessori, eáque concedunt immunitatem & exemptionem: sed non nobilitatem. Sic non semper Dux, vel Comes aut Baro est, qui habet Ducatum, &c. sed vocantur Innhabere derselben.

Sed & hoc ex documentis antiquis addo. An. 1351. ist von Carolo IV. die Herrschafft Helenstein vnnd Haidenheimb / so zuvor sonderbare Freyherrn gehabt / mit aller Zugehördt den Graven zu Helffenstein / zu einem Edlen Erblehen ewiglich zubesitzen / verlihen worden.

Quidam putant ein Edellehen / seye ein Gefreyt oder Freyherrlich Lehen / quia Barones tunc Nobiles vocabantur.

16. Adler.

Deß Reichs Wappen hat einen Adeler (1) darumb / dieweil Moses hievon geprophezeyet hat / *Deutero. 28. vers. 49.* Der HErr würdt ein Volck vber dich schicken von ferrne / von Ende der Welt / wie ein Adeler fleucht / deß Sprach du nicht verstehest. Welches etliche auff die Römer deuten.

(2) Dieweil der Römisch Burgermeister C. Marius, im Cimbrischen Krieg / einen Adler in seiner Kriegsfähnen am allerersten gefuhrt hat.

(3) Dieweil der Adler aller Vögel ein König ist / vnd am höchsten fleugt.

Es hat aber der Römische Adler zween Köpff / da einer gegen Morgen / der ander gegen Abendt sihet: zu Erinnerung / daß vor Zeiten das Römisch Reich in zwey Theil getheilt worden ist / nämblich von den zweyen Mit Keisern / die zugleich gewesen / &c. Wie nach Constantini Magni Zeiten offters beschehen. vid. Mey*nr. d. Iurisdict. qua. 4.* Constantinopolitani etiam Imperatores, duplicem Aquilam habuerunt: quasi ipsorū Imperium in Asiam & Europam porrigatur. Sed & in antiquis marmoribus Romanis, duplex Aquila invenitur: quę dicitur denotare legio-

legionem gemellam. Freher. *ad Petr. d. Andlo. 2. c. 14. fol. 199.* Qui idem de Andlo hac de re *ibid.* ita scribit: Quoniam Imperii nobilissimum armorum insigne semper fuit, eaque causa à Romanis antiquitùs in vexilli signum assumpta, tradente Valerio *lib. 1.* quod Remo & Romulo in sacro Aventino monte, observantibus auspicia, Aquilas ibidem viderunt: quod quidem auspicium, eò quòd Aquila sit omnium avium regina, prosperrimi Imperii signum esse voluerunt. Non tamen Romulus, Romani parens Imperii, illicò ab exordio ducebat Aquilam in vexillo. Sed & fasciculos fœni pro vexillis Milites habuerunt. Verùm crebrescentibus bellis, Duces Legiónum in vexillo signum Aquilæ primo detulerunt, unde Luçanus ait:

Vt nota fulsere aquila Romanaque campo. &c.

Est & in hodiernum aquila coronata, Imperatorum armis inviolatum insigne consecratum, designans præeminentiam, quam habet in Mundo Cæsarea sublimitas. Vnde & in *Ezechiele* loquens Propheta de Nabuchodonosor Orientis Monarchâ; Aquila, inquit, grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, &c. De prærogativa Aquilæ etiá latè agit Pier. Valer. *in hieroglyph. lib. 19.* ubi, quod Iovi gestet tela, quod multis Imperium & Regnum præmonstraverit; quod sit volucrum regina, quod ejus conspectus indicet felicitatem; quod Aquilam sacrârint Persæ ante Romanos, & quæ sunt similia alia.

Etiam hoc eruditissim⁹ Drusius *ad loca difficiliora Numeri cap. 4.* annotavit, in castris Israëlitarum vexilla quatuor fuisse: nempe in vexillo Iudæ, Leonem, in vexillo Ruben, Hominem, in vexillo Ephraim Bovem, in vexillo Dan Aquilam. Vbi etiam addit, Iuda castra habebat ad orientem, & sibi adjunctas tribus Issachar & Zabulon. Ruben castra habebat ad meridiem, & sibi adjunctas tribum Simeon, & tribum Gad. Ephraim erat in occidente, & cum eo Manasse & Benjamin. Dan in Aquilone & sibi adjunctas habebat tribus Aser & Naphtali.

17. Advocaten.

Advocati sunt, qui partibus litigantibus operam suam aut commodant, aut locant, vel præsentiam mutam quidem & segnem sistunt; hos enim generali vocabulo & amplissimo *Advocatos* Latini vocant, & quicunque etiam operam sedentariam dant litigatoribus (so den Partheyen zu Hause mit Schrifften stellen dienen / oder sonst Rhaten) dicti, quod advocentur, accersanturque, ut partibus adsint. Polletus *in historia fori Romani. lib. 2. cap. 1.*

Dicuntur quoque Patroni, Causidici

dici, Cognitores, Subſcriptores, Pragmatici, Submonitores, Cuſtodes, Laudatores; & qui honorariam præſentiam commodant, atque etiam Teſtes: Nam hi Advocati Plauto dicuntur *in Pœnulo*, ubi aguntur gratiæ teſtibus, & rurſus in poſterum advocantur in hunc modum, eodem Polleto, *d. l. fol. m. 106.* obſervante.

Lyc. *Malus es, captatum me advenis cum Teſtibus,*
Tuorum apud me nemo, nec quicquam tui.
Agr. *Mementote illûc Advocati.*

Sic & Ciceroni in Quintio: Advocati dicuntur adeſſe litiganti & cauſæ; quia præſentes in ſubſelliis cauſam, in quam advocati erant, habitu, voce, nutu, vel aliàs tuebantur.

Officio Advocationis, qui fungi vult, neceſſe eſt, ut ſit integræ famæ: nam notatus infamiâ, nõ admittitur. *l. 1. § 9. ff. de poſtul.* Munus enim Advocati eſt dignitas. Infamibus autem porta dignitatum patere non debet, per *l. 11. C. de dignit.* Sed verò Officium advocationis dignitas quidem eſt, ſed ſine gradu. Dignitas etenim duplex eſt, una ſine gradu, ut *in l. un. C. de Infamib.* Integræ dignitatis homines. Altera cum gradu: quæ manat ex honore aliquo ſive magiſtratu. Dignitas ſine gradu eſt non ex honore, ſed integra exiſtimatione. In quo genere dignitatis Patroni forenſes excellunt, propterea(que) officium eorum dicitur laudabile *in l. 4. C. de advoc. diverſ. Iud.* Vndè etiam Imp. Theodoſius *in Nov. 31.* refert, Corpus advocatorum, eſſe ſeminarium dignitatum. vid. Marcil. *ad Inſtit. tit. de except. §. ult.*

Sicuti autem officium Iudicis neceſſarium eſt, ut nempè mali coërceantur, boni(que) ſubleventur. *c. apud cum c. ſeq. quæſt. 23.* Sic etiam Advocati munus haut minus utile reputatur. Et indè publicũ, & eam ob cauſam inventum eſſe dicitur, ut iis ſuccurratur, qui jus ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant. Menoch. *de arb. Iud. quæſt. caſ. 369. cent. 4. lib. 2.* adde Ioann. Baptiſt. Magon. *in Cynoſura Advocator. cap. 6. num. 20. & ſeqq.*

Quâ eâdem de causâ reſcribitur *in l. Advocati. C. de advocat. diverſ. Iudic.* Officium eorum, non minùs humano generi proficuum eſſe, quàm ſi patriam armis defendant.

Deteſtandi .a. ſunt Advocati illi, qui multis inutilibus verbis homines prægravant, arg. *l. 2. C. de vet. Iur. enucleãd.* Eleganter ad hunc ſenſum Agellius *in noct. Attic. lib. 1. cap. 15.* Qui ſunt inquit, leves & futiles & importuni locutores, qui(que) nullo rerum pondere innixi, verbis humidis & lapſantibus diffluunt: eorum orationem benè exiſtimatum eſt in ore naſci, non in pectore, &c. Sic & Paris de Puteo, *tract. de Syndicat. de exceſſib. Advocator. verſ. Advocati* ſcribit: Advocati cauſarũ excedunt, qui filacterias ſuas perorando dilatant, ut appareant ſcioli, quos reprehendit Evangelium, di-

cens

cens: dilatant autem filacterias suas, & magnificant fimbrias, &c. Et plerunq; ubi multiloquium, ibi cōfusio est. Dùm namque quis effuso sermone se jactat, in promptum incidit sui periculum. *l. fin in fin. C. de dot. promiß.* Et virtus in modicis consistit ex multis. *in auth. de referen. circ. pr.* quia nihil, quod immensum est, bonum existit, *auth. de men. ord. in pr.* Propterea Iudex finem imponit Advocato multum oranti. *l. proxima. ff. de his qua in testam. delent.* & ex officio interdicere potest Advocato verboso. *l. quisquis C. de postul. l. ampliorem C de appellat. d. l. tanta. §. si quis autem de vet. jur. enucl.* v. Paridem d. Puteo, *d. loc. n. 3. & seqq.* ubi excessus advocatorū refert, adde Arumæum *2. decis. 11. n. 26. &c.* Advocatorum item, omniumque in foro postulantium, in convitiando, cavillando & maledicendo protervitas, procacia, temeritas quomodo sit coërcenda & punienda; tradit Speckhan. *cent. 2. claß. 4. quæst. 40.*

Indocti Rabulæ forenses, in jure Municipali Würtembergico *p. 1. tit. 17. §. Hieneben aber. fol. 95* Entenmeyer appellitantur, von einem verrüfften Auffwickler deß Namens / welcher sich im Bauren Krieg gebrauchen lassen.

Advocatorum autem imperitorum, avarorū, & malitiosorum copia effecit, ut politici in utramque partem soleant disputare: An ii utiles, & in Republ. ferendi fient? v. me *de Informat. & coacti. subditor. fol. 171. & seq.*

Quæstiones de Advocatis, ad casus conscientiæ pertinentes, discutit Gutierrez. *lib. 1. pract. quæst.* Putà: An causam verè dubiam defendere possit? An in causâ injustâ, transactionem conciliare debeat? An contra aliquem de jure respondens, adversario in eâdem causâ, Patrocinium ritè præstet? &c. Adde mea delibata *ad tit. ff. d. postul.* Et quoque de Advocatis multa habet Langlæus. *semestr. lib. 1. per tot.*

18. Agenten.

Agentes hodiè vocamus Sollicitatores, vel Procuratores in Aula Cæsaris & alibi: sed plerique sunt Procuratores, vel potiùs venditores verborum, & Procuratores in rem suam, censente Ernest. Cothmanno *in rubr. Cod. Iustin. num 24.* Interdum etiam exploratores, & novellarum dubiarum seminatores. In quo autem differant à Legatis, & quando soleant mitti, docui ego *tr. d. Legatis. c. 2. n. 6. & seq.*

19. Afferlehen.

Subfeudum dicimus, quādo Vasallus feudum suum alteri itidem concedit in feudum. *c. beneficium. si de feud. defunct.* Andr. Kohl. *tr. sing. d. subfeudis cap. 1. num. 4.*

Cōstat quidem, omnem feudi alienationem, sine consensu domini esse prohibitā; per *t. tit. de prohib. feud. al. per Frider.* ex pristino tamen jure hoc refer-

servatum censetur, ut Vasallus, etiam irrequisito Domino, feudum suum alteri nomine feudi concedere, & de eo subinfeudare illum possit. Montan. *de feud. lib. 2. cap 4.* Duaren. *cap. 5. num. 6.* & multis authoritatibus tam de jure novo, quam novissimo, probat idem Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 44. in princ.* Hocque beneficium Galli vocant *arrierefief.* Eguin. Baro. *2. feud. cap. ult.* & taliter subinfeudatum Belgæ **een Achterlehemann** appellant. Cur autem generaliter omnis alienatio prohibita, nihilominus verò subinfeudatio concessa sit, dictu haud proclive esse ait Pistor. *d. l. n. 2.* sed tamen hanc reddit rationem, quod nimirum non solum penes Vasallum primum jus feudi etiamnum resideat, isque Vasallus remaneat, & domino servitia præstare teneatur; sed etiam mediante illius persona, alius ratione ejusdem feudi, iisdem pactis & conditionibus obstringatur, atque propterea nullam conquerendi causam justam habere videatur dominus superior. Duar. *de feud. cap. 12. num 13.* Iacobin. de S.Georg. *vers ita etiam quod ipsi num 5.* Vnde apud Vasallum subinfeudantem, dominium quoddam remanere, ratione Iuris Vasallagii, quod habet in Vasallum, quem sibi infeudavit, tradunt interpretes, præsertim Bald. *in c. cæterum de judic.* Soc. Sen *cōs. 256. vol. 2.* pulchre Molinæ. *ad consu. Paris.* *§. 1. gl. 6. n. 3. & seq.* add. omninò Kohl. *de subfeud. c. 1.*

Ne autem Dominus incommodo aliquo afficiatur ex eo, quod feudum absque consensu ejus alteri concedi potest, tria ad hujus subinfeudationis validitatem, potissimum requiruntur. (1) Vt res infeudetur illi, qui sit similis conditionis & qualitatis ad serviendum Domino. *c. beneficium. si de feud. defunct. c. 1. §. Similiter. de L. Corradi.* Ex quo sequitur, muto, surdo, aliisve inhabilibus personis subfeudum concedi minimè posse. vide Kohl. *cap. 2. num. 3. & seqq.* Quod autem necessarium sit, ut subvasallus sit paris dignitatis, nobilitatis, vel authoritatis cum Vasallo, negat Kohl. *d. l. num. 7.* (2) Vt iisdem pactis & conditionibus concedatur, ad quas subinfeudans obstrictus erat. Kohl. *cap. 2. n. 17. & n. 44. &c.* (3) Vt hoc fiat sincerè, & sine fraude. Sed vide Pistor. *dict. loc. num. 4. & seqq.* Qui pulchram statim subjicit quæstionem: An nimirum subvasallus alienans feudum, requirere teneatur consensum immediati domini, an verò superioris.

Regulariter itaque quicquid concessum est in feudum, etiam subinfeudari potest, per *d. c. beneficium.* Curt. *de feud. p. 4. n. 83.* Schrader. *p. 8. c. 2. nn. 10.* Vult. *3. lib. 1. cap. 10. nu. 79.* Nec refert, sive totum feudum Vasallus concedat in subfeudum, sive par-

D.

partem ejus quotam, puta dimidiam, tertiam, quartam, *cap. 1. §. si verò.* ubi Dd. *qualit. olim pot. feud. alien.* Kohl. *d. c. 1. n. 6. &c.* Qui idem *c. 3.* disquirit, quando concessio subfeudi valere non possit.

Subfeudum ad quem pertineat, resoluto subinfeudantis jure. v. Kohl. *cap. 5.* Sanè si Principi territorium aliquod magnum concedatur, & is particulas quasdam (puta castra, pagos, &c.) nobilibus quibusdam subinfeudet: tunc etsi aliàs resoluto jure dantis, etiam jus accipientis cessare videatur: Attamen hic aliud esse videtur, cùm ad utilitatem Ducatus tendere videatur, Milites & Vasallos habere.

20. Ahnen.

Moribus Germanorum est receptum, ut octo generationes Nobilium ex utroque latere, sine defectu nobilitatis probentur, daß einer vom Vatter vnnd Mutter / vnd deroselben groß vnd Elter Vatter / auch Groß vnd Elter Mutter / von Alters her ererbten Helm vnd Schildt auffzulegen habe: vel, daß einer seine Acht Ahnen zum wenigsten erweisen könne. Illaque paternæ & maternæ lineæ, per octo generationes nobilitatis series incorrupta, quomodo ritè computetur, docuit frater meus p. m. *in differt. d. Nobilit. juncta tr. meo de trib. domest. societ. fol. 124.*

Quæ consuetudo Germaniæ in Ecclesiasticis Collegiis Capitularium, præsertim superioribus, auff den Hohenstifften / tàm Principum & Comitum, quàm Nobilium (similiter etiam, bey Auffnemmung zu den Ritters Orden S. Iohannis, vnd Equitum Marianorum) attestante Matth. Stephani, *tract. de nobil. cap. 5. num. 68.* strictè, observatur, ut non solùm non nisi Principes, Comites, Nobiles, sed etiam non nisi hoc modo perfectissimi sint, in iis admittantur. Sie müssen vollbürtige Rittersleute seyn / welche ihre Ahnen vnnd Helm beweisen können. At de Iure Canonico nulla habetur ratio nobilitatis in hujusmodi Collegiis. Stephani. *dict. loc.* Non enim generis, sed virtutum nobilitas, vitæq; honestas gratum Deo faciunt, & idoneum servitorem: ad cujus regimen nõ multos secũdum carnem nobiles & potentes, sed ignobiles & pauperes vocavit: eò quod non est Personarũ acceptio apud ipsum, ut scribit Petr. Ancharanus. *consil. 131. ad exclus. circ. med. per c. pen. de præbend.* ego *d. tr. d. trib. domest. societ. specieb. fol. 97.* Sed verò urgent è contrà alii tenorem fundationum, & bona eâ conditione, fuisse talibus Collegiis data.

Pariter haud ad Ludos Equestres (zun Turnieren) ab Heinrico I. institutos, admittuntur, nisi qui suam nobilitatem ex quatuor avis Paternis & Maternis probare possint, Stephani. *d. cap. 5. num. 69.* Eâdem ratione in Silesiâ Ius & judicium Equestre, das Ritter-

terrecht/ requirit Nobiles, qui insignia quatuor, tàm Materna, quàm Paterna demonstrare possint, ut patet *ex tractatu de jure & Iudicio Equestri Silesiæ* Georgii Wentzkhy. Stephani. *d. l. num. 70.*

Potest tamen Imperator, vi supremæ potestatis, novo homini gratiam facere, ut ad Ludos Equestres, vel ad Collegia Canonica eum habilem reddat. Pruckman. *in tract de Regalib. § soluta potestas. cap. 4. membr. 1. effect. 4.* Vnde in Privilegiis Nobilitatis, In den Wappenbrieffen/ sequentia communiter apponuntur verba: Vnnd vmb solcher seiner Redligkeit/ Adelicher guter Sitten/ Tugendt/vnd andern zur Anreitzung/ nach gleichmässigen Ehren/ Tugendt/ Adel vnd Redligkeit zustreben/ so haben wir mit guter Vorbetrachtung / wolbedachtem Muth/ gutem zeitigen vnser Edler Rähte/ vnnd lieben Getrewen/ Raht vnnd rechtem Wissen / auß Römischer Keyserlicher / auch Hungerischer vnnd Böhemischer Königlicher Macht vnd Vollkommenheit/ gedachtem N.N. sampt seinen Ehelichen Leibs Erben/ vnd deroselben Erbens Erben/ Mann vnd Frawen Personen/ zu ewigen Zeiten in den Standt vnnd Grad deß Adels vnserer vnnd deß Heiligen Römischen Reichs/ auch vnserer Königreichen/Fürstenthumen vñ anden/ recht Edel geboren Wappens Lehens vñ Thurniers Genossen auch Rittermässiger Leut erhäbt/ darzu gewürdiget/ geschöpfft/geadelt/vnd Sie der Schaar/ Gesell: vnnd Gemeinschafft deß Adels zugefügt/ zugestelt/ vnd vergleicht/ allermassen vnnd Gestalt/ als ob sie von jhren vier Ahnen/ Vatter vnd Mutter geschlechten beederseidts recht Edelgeborne Lehens Turniergenossen vnnd Rittermässige Leut geboren weren/ꝛc.

Quandoquidem autem, teste Tacito *lib. 17. annal.* mortalibus insitum sit, recentem aliorum felicitatem ægris oculis intueri: sæpè ideò fieri solet, ut taliter nobilitati apud reliquos nobiles per odiosa nomina, newe gebachne/vel gepfefferte vom Adel/in invidiæ fumum per novitatis lucem vocentur, qui ut Agapetus ad Iustinan. Imp. scribit, *in paraenet. c. 4.* in majorum suorum nobilitate delicias faciunt, quod Aulicũ vitare debere, monet Eberhard à Weihe *in aulic. Polit. thes. 69.* & vide me *d. tr de trib. domest. societ. f. 99. & d. Majest. fol. 184.*

Ac porrò ea consuetudo in Angliâ est, ut qui hodiè de plebe ad dignitates Equitum, Baronũ, Comitum, &c. evehuntur, omnium sententiâ, pro nobilibus, Baronibus atque Comitibus censentur, Alber. Gentil. *de nupt. lib. 4. cap. 13.* Ios. Nolden. *de statu nobil. cap. 6. num. 6.* Quapropter ut nupero fœtu Nobiles recentem dignitatem ab aliorum malitia (quæ κατὰ πόδας subsequitur invidiam) & conviciis tueri possint, evenit, ut in Instrumento Nobilitatis, ferè semper Clausula pœnalis annectatur: Ludovic.

Schvvartzmajer. *lib. 1. miscell. c. 13.* ita ut si quis offensus fuerit, ad pœnas privilegio insertas agere, & Imperialis Cameræ judicium adire possit. Ios. Noldem. *d. cap. num. 7.* Qui enim ita nobilitantur, non possunt dici indigni; quippe Principi attestanti se ob benemerita concessisse nobilitatis beneficia, credi debet. per *l. 3. Cod. de crim. sacrileg.* & tradit Menochius *cons. 1003. num. 77. & seqq. lib. 11.* vide Nolden. *d. cap. num. 9. & seqq.*

Quod autem avus & avia, patris, matrisvé nomine contineantur, eo in casu, quibus à masculino fœmininum concipi, & ad nepotes filiorum vox porrigi solet, tradit & illustrat Gravetta. *cons. 964. per discurs.*

21. Aidt / Aidtsstatt.

Germanicum **Eidt** / ab Ebræo *Ed*, hoc est, testimonium, aliqui factum volunt. Iurantes enim testimonium perhibent rebus. Aut à joda *scivit*: quia certam scientiam requirit. Posset etiam deduci à Græco ἀΐδης, quod infernum significat. Iurantes namque offerunt se ad pœnas gravissimas quasque, si fallant. Ea autem potissimum etymologia probatur Eberto *in historia de Iuramentis. tit. de vocabul. Germanic. fol. m. 18.* quam habet Goropius *lib. 4. Hermathena*, ubi **Eydt** facit ab **Een** vel **Ein** / ab uno, ut sit **Eidt** / quasi **Eindt** / unitum, videlicet cum eo, qui solus verè est unus, & cum quo convenire & consentire se asserunt, qui jurant. Hinc **einen Vereiden** / id est, atque **einen Vereindten** / adigere quem, ut se applicet ad unum illud verum: & ut diris se voveat, si aliud quid dicat, quàm quod cum uno illo consentiat. Sic **Neidt** / odium, dicitur, quasi **nicht eindt**. Qui enim oderunt invicem, neque inter se sunt uniti, neque etiam utrinque cum uno illo vero, æqualiter uniti esse possunt. vid. Speckhan. *cent. 3. quæst. 1. class. 4. in fundam. sub num. 91.*

Promissio autem **an eines recht geschwornen Aidtsstatt** / Iuramento æquiparatur, & pro Iuramento corporaliter præstito habetur, quoad vinculum Contractûs, adeò ut ei contraveniri nullo modo possit. *c. ad aures* & ibi Panorm. *num. 13. de his qui vi met. c. pervenit. de fidejuss. c. & si Christus. de jurejur.* Felin. *in c. præterea. num. 15. de sponsal.* Ias. *ad l. 3. §. jurari. num 3. ff. de jurejur.* Vbi paria esse dicit, promittere per fidem, & jurare per Deum. Zas. *in l. ait Prætor. §. jurati. ff. de jurej.* Myns. *c. 1. obs. 17.* Gail. *2. obs. 59.* Borcholt. *de jurej. c. 1. nu. 26.* Göden. *consil. 103. n. 98.* Wesenb. *cons. 10. num. 24. & seqq. & cons. 13. num. 102.* Tessaur. *decis 47. num. 2. 9. 11.* Franc. *de fidejuss. cap. 5. num. 365.* Cothm. *Acad. resp. 17. num. 42 &c.* Schurpff. *consil. 37. n. 11. & 21. cent. 2. & consil. 53. num. 19. cent. 3.*

Et ut aliàs pro juramento habetur, si Deum testem invoco, vel Deus mihi

hi testis erit, *Ias. in d. l. 3.* Vt & si juro per salutem meam, bey meiner Seelen Seeligkeit / *l. qui per salutem. l. non erit. in pr. ff. de iureiur.* Quocunque enim modo juretur per verbum æquipollens, id juramenti vim habet, & Iure præsertim Canonico observari debet. Bart. *in auth: Sacram. puber. numer. 8. &* ibi Salicet. *num. 6. C. si advers. vendit.*

Sic certè servare, quæ an Aidesstatt promissa sunt, pars fidei Christianæ videtur: Quanquam enim propriè non sit juramentum, ubi nomen Dei non invocatur: Attamen haut absurdè etiam dici potest, & hic in effectu Numen invocari, sensu, licet non verbis, *arg. l. q. per salutem ff. de iureiur.* saltem ex mente ejus, cui promittitur, quæ potissimùm est attendenda, præsertim ut valeat actus, & non pereat. Gl. & Dd. *in c. ex literis: 7. de sponsal. & matrim.* Et semper in promissionibus publicis ac sacris, sensus magis attenditur, quàm verba, plusque intelligi, quàm dici solet. *c. antecessor. 11. quæst. 3: c. beatus. 22: quæst. 2:* Ego *de Fœderib. f. 77.* Sicq; promiss. o bey Fürstlichen/rc. Trew Ehren Glauben / adhuc magis pro juramento habetur: cum nempè ita promittit vel attestatur publica persona.

Sed hac de quæstione vid. omninò Eberh: Speckhan. *cent. 1: quæst. 4.* Et me *disp. de jurejur: 1. thes. 15. &c.* Sanè assertio religiosa videtur, promittere per fidem Christianam: bey seinen Christlichen Trewen vnd guten Glauben. Alias dici solet, ubi lex Iuramentum requirit, aut statutum certam formam præscribit, illam præcisè observandam esse, nec sufficere, jurare per æquipollens: ut v. g. in renunciatione nobilium filiarum. Dn. Kellenbenz, *tract. de renunciat. quæst. 3.* Dauth. *in repet. c. quamvis. num. 23. &c. fol. m. 54. &c.*

22. Aigenthumbliche Güter.

Non hæc clausula semper pro iis bonis est accipienda, quæ pleno jure ad nos spectant: sed quandoque propria bona & ea vocantur, quæ quis possidet, & ex quibus fructus percipit, licet ea ab alio recognoscat, *l. 1. sub fin: princ: 2: verb. agros nostros: ff. si ager vectigal.* Alex. *consil. 86: incip. in causa datiorum. num. 2: vers. non obstat verbum dominii. lib. 1.* Schneidewin. *in §. feræ. Inst. de rer. divis. & acq: ear: dom. num. 5: sub fin: vers. ut nec eis in fundo proprio.* Paulus de Castro *consil. 144: incip: videtur dicendum: nu. 1. & seq. lib. 1.* Item si solùm ibi habeat Iurisdictionem: v. Berlich. *decis. 151.*

23. Alchimi.

Chymiatrica, quæ ignis beneficio, purum ab impuro separat, vegetabilia, animalia & mineralia in sua principia resolvit, & si opus, vicissim

coagulat, ut medicamenta pura efficiat: uti sunt Quintæ essentiæ, spiritus, oleâ, tincturæ, magisteria, &c. Huc ergò ars destillandi aquas ex herbis, &c. pertinet.

Et Chymia certè in multis illustrat etiam Theologiam, & inprimis documenta quædam seu paradigmata resurrectionis præbet, ut Dn. Ioann. Rudolphus Camerarius, Amicus meus, *in Sylloge memorabilium, cent. 1. num. 92. & 93.* ex Quercetano refert, & inter alia scribit: Magni nominis Vir, Polonus, apud Cracovienses Medicus, usque adeò eleganter & philosophicè apparare norat cinerem ex omnibus plantæ cujusvis partibus, idque cum omnibus tincturis & impressionibus omnium plantæ partium, earumque usque adeò scitè spiritus conservare, omnium facultatum authores, ut plures quàm triginta, ejusmodi artificiosè ex Cineribus paratas plantas, easque diversas haberet vasculis suis vitreis contentas; Hermetico sigillo obsignatis, quæ titulum plantæ ac proprietatis ejus inscriptum habent: ita ut siquis rogaret, sibi Rosam, aut calendulam demonstrari, tunc cinerem illius plantæ arriperet, cujus specimen esset editurus: ut si Rosam nempe tibi monstrari cuperes, vasculum Rosæ titulo insignitum exhiberet: ex cujus vasis fundo, lucernæ igni admoto, aliquantum incalescens, tenuissimus ac impalpabilis ille cinis, ex se apertæ Rosæ speciem emitteret, quam sensim crescere, vegetari, ac formam penitùs, caulis, foliorum, tandemque geminæ floridæ rosæ umbram ac figuram exprimere, & tandem explicatissimam rosam producere, apertis oculis intueri liceret: ut nihil certius, nihil elegantius, quàm ex umbratili illâ Rosâ, apertissima Rosa enucleari, ac conspici posset: omnibus usquequaque suis partibus absoluta, ut planè corpoream diceres, quæ spirituali tantum ideâ, reverâ tamen spirituali essentiâ dotata sese intuendam præberet: cui nihil aliud constaret, quàm congruæ terræ mandari, ut solidius corpus assumeret. Hæc autem umbratilis figura, vase ab igne remoto, rursus in suos cineres relabebatur, suumque chaos evanescendo sensim repetebat.

Ratio hujus arcani, non obscura potest esse ei, qui Hermeticæ Philosophiæ vel gustum saltem habet. Et certè probabile videtur, vix aliquid ita destrui posse, ut intereat omni ex parte, & materia, pristinâ suâ formâ, etiam in cinerem & pulverem redacta, planè exuatur; semper enim semina quædam remanere videntur, quæ vel calore naturali fota reviviscunt, vel etiam vi ignis purgata resuscitari queunt. Innuit hoc apertè D. Paulus *1. Corinth. 15.* ubi ait: Sed dicit aliquis, quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient?

ent? Insipiens tu, quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus futurum est: seminas, sed nudum granum, utputa tritici aut alicujus cæterorum.

Deus autem dat illi corpus sicut vult: & unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piscium. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate; surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, & deinde quod spiritale.

Certè si flores, restitui queunt; ita multò minus sic interit homo (creatura nobilissima & perfectissima, ac Microcosmus) quin cum ignis omnia consumet, atque purgabit, in corpore suo spirituali is resurgere, illudque uniri cum anima sua, & ita perfectus homo restitui queat.

Fovenda ergò omninò est Alchimia (1) propter Arcanorum naturæ penitiorem cognitionem, & (2) sanitatis causâ. Quo intuitu Iacobus Bornitius *de rer. sufficientia tract. 2. cap. 19.* suadet, ut Principes & Politici, in hoc doctissimo seculo, diligentiam adhibeant, ne vulgaris peritiæ Pharmacopæi & Medici, in suâ Republica medicinam exerceant, sed salutis hominum causa ex choro Chimiatricorum eligantur, probitate morum, & peritiâ artis, quibus se, liberosque suos in ægritudine corporum committant.

Nec interim Medicorum Galenicorum, Arabicorumque usus damnari debet. Non enim tuta semper sunt chymica medicamenta. Citò curant, citò perimunt etiam, quæ suppeditat Chymia. Nec item eorum curæ, miraculosæ quæ videntur, perennant.

At verò (3) Chrysopoeja, Gold und Silber zumachen / artificium esse videtur, periculi & dispendii plenum, quodque etiam Romanos magnates, ipsosque Cardinales pauperi res reddere, anonymus attestatur *in discurs. Polit. de l'estat de Rome au Roy treschrestien. A. 1626. impresso,* ubi *f. 14.* de Patriciis Romanis ita scribit: *Ils sont endebtez, & le reste du Peuple aussi, pourceque chacun d'eux, ou la plus grande partie, & mesmes les Cardinaux, & autres Ecclesiastiques, est attache à la vanité, à l'apparence, à la Pierre Philosophale. Et par telles occasions repeuz d'esperance, consomment le plus clair de leur bien.*

Hinc aurea sententia aureis literis notanda: Gold machen wer es weißt / sagt es nicht / wers nicht weißt / wolt es gern

gern sagen/vnd kans nicht/vnd dencke mich zubetriegen / vnd mir mein Gelt abzuliegen. Bornitius *de rer. sufficientia tract. 2. cap. 41.* ubi quidem exempla retulit quorundam, qui verum aurum fecisse dicuntur. Ac porrò addit:

Acht Stuck volgen der Alchimey/
Rauch / Asche / vil Wort vnnd Vntrew/
Auch seufftzen tieff/vnd schwehr Arbeit/
Armuth vnd allerley Kranckheit:
Wilt du nun darfür sicher seyn/
So gehe nicht zu mir herein.

Item, Goldmacher vnd Alchimisten/
Bey Fürsten vnd Herrn sehr einnisten/
Bey Edel vnd Vnedel auch/
Machen für Gold ein Schmach vnd Rauch.

Mentionem item facit le Seigneur de Villamont *lib. 3. cap. 18. sui Itinerarii Hierosolymitani*, cujusdam Cypriotæ, nomine Antonio Bragadeno, quem Lapidem Philosophicum invenisse refert, eumque miris laudibus ornat; sed tamen ille idem Anno 1597. attestante Mercurio Gallo Belgico, impostor inventus, & Monachii capitis supplicio affectus fuit; ut etiam *in appendice dicti Itinerarii fol. 468.* recensetur.

Optimam sanè Alchymiam, ditandiq; rationem, proverbium Hispanicum suppeditare videtur: ***Alquimia provada, tener renta, y no gastar nada.*** Id est, probatam habe Alchimiam, reditus habere certos, eosque benè dispensare.

Nec immeritò Hieronymus Cardanus *tract. d. utilitat. ex advers. capienda, lib 3. fol. 202.* monet, vitanda esse maximè, quæ depauperant hominem dulciter: ea autem sunt quinque, *Ludus, Alchymia, Architectura, lites criminales & luxus.* Ludus duobus modis hominem depauperat, dum pecuniæ amittuntur, & dum negliguntur negotia & artes: Verùm non semper qui ludunt, amittunt, sed qui vel imperiti sunt, vel infortunati, vel qui cum deceptoribus ludunt: luxus verò manifestè depauperat hominem, sive quis circa libidines, seu circa commessationes profundat. Alchymia verò nova spe sempe. animos replens, loculos evacuat: nec ulla sine fructu certior aut major jactura, quanquàm ludus quandoque celerius cuncta absumat. Numerum eorum, qui horum modorum altero repentè mendici facti sunt, non facilè collegerim.

Drusius verò *ad loca Genes. cap. 38.* ***Chemian*** priscam Ægypti vocem esse. ***Ham*** enim quando scribitur per ***Heth*** Ægyptum denotare, quæ & ***Cham*** dici possit. Alchymiam autem vocari, arabicus si articulus præponatur, ut fit *in Almanach, Alkermes, Alembicum, &c.* Ac quoque Hispanica multa vocabula, ab ***al*** incipientia, ex Arabico restant.

Et

Et fuit certè antiquiſſima Alchymia: quâ de re Melchior Guilandinus *in Papyro, membr. 6. num. 5. &c. fol. 178.* ita ſcribit: Suidas ait, *diphtheram*, quam Argonautæ ex Colchide advexerunt, librum fuiſſe ex membranis, qui artis ejus, quam Chymiam vocant, arcana pandebat, ut aurum eſſet faciendum, meritoque membranam eam appellatam eſſe auream, propter emolumentum, quod ex eâ acquirebatur. Alii *Diphtheram* interpretantur pellem capræ, quæ Iovem lactârit, in quâ creditum eſt antiquitùs, illum omnia ſcribere, quæ fierent. Vnde quæ nec in hiſtoricorum literis extârent, nec in hominum memoria ſervarentur, ea velut ex Iovis diphthera petita dicebantur. Quanquam autem utraque hæc expoſitio profiteatur, diu ante Ptolemæos in pellibus ſcriptitatum fuiſſe, quod mihi contra Varronis pronunciatum ſatis eſt: tamen Suidæ opinioni non parùm favere videtur id, quod ſuper ea verba Apollonii ex *lib. 2. Argonauticorum*, quem aureum utique poſuit Mercurius, colligitur his verbis ab Interpretibus: λέγεται τῇ τοῦ ἑρμοῦ ἐπαφῇ, τὸ δέρας τοῦ κριοῦ γενέσθαι χρυσοῦν: dicitur ſcilicet contactu Mercurii, pellem arietis factam eſſe auream. Quibus verbis videri poteſt ſignificari, non illum Deorum internuncium atque interpretem, petaſo, talaribus & caduceo inſignem, ſed potiùs hydrargyrum, quo Chymici ad aurum conflandum utuntur: hydrargyrum inquam, non illud vulgare, ſed quod à vulgari per ignem & arenam albam ſepties mundatum eſt, & privatim argentum vivum ſapientum, aqua mercurialis, materia metallorum, perpetua diſpoſitio, materia prima artis, vitrum perenne, incorruptumque, & oleum vitri appellatur. Hoc genere liquoris fiunt lampades, perpetuò ardentes, quod penitùs incredibile videretur, niſi Hermolaus Barbarus, Vir Clariſſimus, & de cujus fide nemo jure dubitaverit, *libro Corollariorum 5.* & Franciſcus Maturantius, homo eruditiſſimus *in Epiſtola ad Alphenum amicum*, jamdudum teſtati fuiſſent, inveniri alicubi in ſubterraneis Italiæ monumentis, lucernas perpetuò fulgore lucentes, qualis fuit illa Maximi Olybii in agro Patavino, juxta Oppidum Atheſte eruta, quam arſiſſe ſupra mille & quingentos annos, tradit *libr. 1. antiquitatum Patavinarum calce*, Bernhardinus Scardeonus, Vir ſingulari cum doctrina, tum probitate admiranda. Certè in hiſtoria eſt, Diocletianum Imperatorem veterum ſcripta de fuſione argenti, atque auri, per totam Ægyptum conquiſita, concremaſſe, nec ex illâ arte ditati Ægyptii, & pecuniæ freti copiis, deinceps contra Romanos rebellarent. Vt propè affirmare auſim, ſtudium Chymicæ artis apud barbaras gentes antiquiſſimum fuiſſe, ad Romanos verò & Græcos deri-

vatum tardius, præsertim cùm Aristoteles quoque ejus meminisse videatur. Nam *23 probl. 13.* quærens, cur mare potius sit flammam emittere, aqua potabilis non item, causam reddit, quia oleum arte ex sale extrahi possit. Quod equidem oleum nemo sine Chymicâ arte eliciet, etiamsi salem mille torcularibus quàm arctissimè comprimat, atque adstringat.

Plura de Alchemia Petrus Binsfeld *de Maleficu, fol. m. 383.* Franciscus Torreblanca *de Dæmonologia libr. 2. cap. 4.* Benedictus Pererius *lib. 8. Physicorum cap 19.* Latherus *lib 3 de censu, cap 11.* Ego *de AErario cap. 3. num. 11.*

24. All/Alles/Allen.

Verba in allen andern Fällen / universalia sunt, & omnes casus includunt, per text. *in l. Iulianus ff. de leg. 3. l. à Procuratore. Cod. mandat.* & ad hoc facit, quod Bartolus dicit. *in l. generaliter. §. uxor. ff. de usufr. leg.* & in simili casu tradit Roman. *consil. 44.*

Dictio omnis All / omnia includit & nihil excludit. *d. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. in fraudem in fin. ff de milit. test.* cum multis adductis per Decian. *in cons. 84. num. 13. vol. 3.* Bursat. *in consil. 176. num. 11. libr. 2.* imò ad casum improprium trahitur, & virtute ejus includuntur illa, quæ aliàs non includerentur. Dec. *cons. 69. num 4.* Iason. *in l. servi electione. §. cum fundus. num 24. ff. de leg. 1.* Gravett. *cons 294. n. 2. & cons. 447* (ubi verborum universalium effectus recenset) Rubeus. *cons 23 num 3* Cephal. *cons. 172 n 9. lib. 2. & cons 497. num 20. lib. 4.* Menoch. *consil. 26 num 17. libr. 1. & consil. 123. num. 3. lib. 2.* Ac item verba universalia ea comprehendunt, in quibus specialis requiritur mentio, Cravett. *d. cons. 294. col. 3.*

Clausula, *Omnia & singula* alles vnd jedes / ad quæcunque pacta & capitula Instrumenti refertur: Bald. *in addit. ad Specul. tit. de empt. vendit. col. 1. vers. quæ omnia.* nam qui omne dicit, nihil excludit, *d. l. Iulianus. in princ.* Bald. *in rubric. Cod qui accus. non poss.* ubi dicit idem de verbo *Quilibet* & v. *Singula*, quæ important divisionem & disiunctionem capitulorum. Baldus. *in. l. 2. col. fin C de probat.* Et tale nomen distributivum, habet vim specialis dinumerationis. Bald. & alii *in l. Stichum. § stipulatio. d. V. O.* Aretin. *in l. si ex toto. §. si ita. 1. de leg. 1.*

Itaque Clausula comprehendit omnia, & exigit concursum omnium, quæ apta sunt comprehendi; Anton. de Butrio. *consil. 19.* Socin. *consil. 147. col. 3.* Bertazolius, *tractat. Clausul. Instrum. Claus. 4. gloss. 3. n. 1.* & omnia quæ principaliter, seu incidenter vel accessoriè in Instrumento sunt descripta. Alex. *consil. 17. col. 1. vol 3.* Ruin. *consil. 137. nu. 6. volum. 1.* Omnia item complectitur & includit, Bertrand. *consil. 249. numer. 33.* Ripa. *lib. 3. respons. c. 5. num. 5.* etiam respe-

respectu pœnæ. Iason. *in l. Titia. §. fin. ff. d. V. O.* latè Parif. *consil. 97. num. 91. & num. 121. lib. 1.* Curt. Iun. *consil. 74. num 3.*

Sic verbum *quibuscunque*, quod reddi solet per All vnd Jede/, secundum Bertazol. *tract. de Clauf. clauf 4. gl. 30.* aptum est omnia comprehendere, in tantum, ut tradat Baldus *in c. Imperiales. in pr de prob. feud. alien per Feder. & in c. in præsentia. de probat.* quod licet de natura feudi heredes extranei, vel successores nō admittantur, tamen si sit concessum pro *quibuscunque hæredib.* etiam extranei venire possint. Dd. *in l. quædam §. nihil. de edend. & in Gallus §. etiam de liber. & posth.* Id quidem plerique reprobant, quia hujusmodi etiam verbum generale, restringitur ad habiles, Aretin. & Socin. *in d. §. etiam.* Sed clarum tamen est, quod tale verbum generale operatur, ut ampliet significatum verbi, cui adjicitur, & extendat ad latissimum, & faciat comprehendere in dispositione, quæ aliàs non comprehenderentur, ut latè declarat, plura adducendo, Mars. *in l. unius. §. cogniturum. num. 19. cum plurib seqq.* ubi ostendit etiam comprehendere inhabiles, *ff de quæst.* Alciat. *in l. moventium ff. de V. S.*

25. Allein.

Dictio allein / negationem ad omnes alios casus continet. Munnoz de Escobar. *de ratiocin. admin. cap. 7. numer. 44* Surdus *decis. 291. num. 19.* omnemque extensionem prohibet, & omnia, præter expressa, excludit. Meichsner. *decis. Cameral. 9. num. 7. lib. 1.* Franc. Ripa. *in l. fin. quæst. 41. num. 136. C. de revoc donat* Bart. & Dd. communiter *in l. 1. ff si quis jus dic. non obt.* Panorm. *in c. Ecclesia. de caus. poss. & propr.*

Dictiones exclusivæ seu taxativæ, ut sunt dictiones *tantum, tantummodo, solum, solummodo, duntaxat, non amplius, non solum, &c.* negativè positæ, positum affirmant, & implicant aliud, de quo erat majus dubium, & minus videatur inesse, per *l. & non tantum. ff. de pet. hered. l. & eleganter. §. non solùm ff. de dolo. l. non solum. ff. de liberat. legat. & l. cum non solum. C. de bon. quæ liber.*

Affirmativè verò positæ, affirmant illud quod ponunt, & excludunt seu negant, omne aliud, adeò quod excludant omnes alias personas, & omnes alios casus præter expressos. Dictio enim taxativa, est exclusiva omnium casuum extra orationem, in qua ipsa est, positorum. *l. 2. C. de patrib. qui fil distrah. l. ob æs C. de præd. minor. l. contractus. ff. de R. I. c. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss & propr. c. contingit. de fide Instrum* vid. Everhard. *in loc. à natura diction taxativ. n. 2.*

Quæ conclusio, nimirum quod dictio taxativa sit exclusiva omnium casuum extra ordinem, in quo ipsa est,

 posi-

positorum, quatuor modis secundum eundem Everhard. *num. 3. & seqq.* limitatur ac restringitur (1) ut procedat, nisi gratiâ contrarietatis evitandæ aliud suppleatur, *d. l. contractus ff. R. I. l. fin. C. de patr. potest.* gl. junct. text. *in l. 1. verb. & libertis. C. de honor. poss. contra tab.* (2) limitatur ut procedat, quoad casus vel personas dissimiles, vel similem rationem habentes, dictiones taxativæ nunquam excludunt. *l. ob æs. & ibi gloss. C. de præd. minor. l. ita nobis. &* gl. *in verb. quinquennii. C. ad l. Iul. de adult.* Natura enim termini taxativi est, sic excludere ab ipso extranea, quod cuncta pertinentia ad ipsum includat. *clem. exivi de Paradiso. vers. cum autem d. V. S.* vide Everhard. *d. loc. num. 4.*

Tertio limitatur, ut non procedat, quoad ea, quæ veniunt ex consuetudine. Ludovic. Rom. *consil. 114.* quem vide, & adde Everhard. *numer. 5.*

Quartò limitatur, non procedere, quoad personas heredum: quia heres censetur eadem persona cum defuncto, *in auth. de jurejur. à morien. præst.* Vndè non excluditur per taxativas. Everhard *sæpè dict. loc.* quem consule per tot.

Dictiones etiam taxativæ, für sich allein / für sich selbsten / etc. efficiunt pactum personale, & quod nec ad hæredes transit. Hart. Pistor. *observat. 154. num. 24.* ubi tractat illam quæstionem: An pactum de retrovendendo directum, transeat ad heredes.

26. Allenthalben / nichts davon außgeschlossen.

Quæ verba latissimè patent, adeoque omnia comprehendunt, quæcunque dici aut excogitari possunt. Cravetta *consil. 357. num. 27. & consil. 381. num. 4.* Etiam ad ignorata, nec cogitata trahuntur, ex quo in genere saltem hoc cogitatum intelligitur. Cravett. *consil. 415. num. 21. & consil. 680. n. 6.* post Alex. *cons. 42. col. 4. post. med. n. 8. lib. 1.* Corn. *cons. 6. lib. 1.* Dec. *consil 345. n. 1.* vide Andr. Schæffer. *pract. quæst. part. 3. quæst. 44.* ubi hanc quæstionem pertractat: Rustici obligati ad excolendum certum districtum, seu certam universitatem, agrorum sub formula: Allenthalben was in solchem bezirck begriffen / davon nichts außgeschlossen / etc. num teneantur etiam excolere agros post Contractum in illo districtu quæsitos, maximè si dominus contemplatione hujus obligationis, alia quędam servitia ipsis remiserit?

Vbique, quocunque loco, verba hæc restringenda sunt ad terminos habiles, & interpretanda civiliter de loco apto & idoneo tribuente competentiam. Coler. *de process. part. 2. c. 1. num. 57.* Cùm leges semper idoneos ac habiles terminos supponant. *l. qui testamento. 20. ff. qui test. fac. poss.* Pinel.

in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 85. v. Shæffer. *part. 2. quæst. 35.*

27. Allermassen.

Dictio Allermassen / quæ æquipollet dictioni *omnimodo*, nec non & dictioni *omnibus modis*, est præcisa, nullam penitùs exceptionem, restrictionem vel dispensationem admittens. *gl. in l. si cum exceptione §. sed & si quis. verb. ommimodo & §. quatenus. v. omnimodo*: & ibi Bart. *ff. quod met. caus.* Tiraquel. *in repetit. l. si unquam verb. revertatur n. 89. C. de revoc. donat.*

28. Allodium. *v. infra in* v. Lehen.

Alodis, terra propria; paterna & Aviatica. Sicque Brissonius in suo lexico *Alode* vel *Alodum*, *alodium* vel *Allodium*, dicitur proprium cujusque liberi hominis patrimonium, quod Romano more vocabant Prædium censui censendo, vel prædium mancipi: vel quod jure Quiritum, aut mancipio & nexu tenebatur.

Sic apud Adonem *in Chron. ætat. 6.* Baptisatis Saxonibus, & ingenuitate & alodo firmitas fidei roborata; si amplius amissa Christianitate in perfidiam relaberentur: id est, sub pœna libertatis & patrimonii amittendi.

Indè rerum Barbarici Scriptores duo bonorum genera constituerunt: *Allodia*; quæ pleno jure patrimonii sic tenebantur, ut eo nomine nulla neque gratia, neque merces, neque opera deberetur: & *Feuda*, quæ beneficio alterius sic tenebantur, ut eorum nomine gratia & opera quædam deberetur.

Verisimile nonnullis videtur, verbi originem primam ex eo manâsse, quod nationis bello subactæ prædia bipartitò dividerentur: & melior pars Militibus fruenda in beneficii loco attribueretur; altera pars plebis, ac reliquæ multitudini: quod etiam nunc Germani dicunt All Leüd / quasi universæ plebi.

Vide quæ ad hanc vocem notavit Pythæus *in suo glossario*, quod Capitulis Caroli M. adjecit, adde etiam Petr. Gregor. *lib. 6. Syntagm. cap. 1.* Ego *de Monarchia fol. 90.* deduco à Lot / Saxonico, quod nobis est Loß. Vnde adhuc Galli dicunt *Lot*, & *Lotir*, für loß / vnd lossen. v. etiam me *d. nat. popülor. fol. 102.* & Nicod. *au grand. dictionaire: verb. Aleu.* ubi Alodium etiam Alaudium dici ait: *pource que celuy, qui a une telle terre*, non tenetur laudare, vel nominare, *de qui il la tient.*

Exindè Alodiarius, qui allodium ab aliquo accepit, aut potiùs mancipium ejus est. Goffridus Abbas *vind. in epist. ad Girardum*: Dn. Girardo, laudabilis vitæ Episcopo, S. Romanæ Sedis Legato, frater Goffridus ejusdem sedis alodiarius & Servus.

Idem *in epist. ad Cononem*: Cononi vitæ laudabilis Episcopo, frater Goffridus ejusdem sedis alodiarius, &c.

29. Als / gleichwie.

Dictio *ut*, ponitur aliquando similitudinariè pro sicut, *l. in laqueo. ff. de acquir. rer. dom.* nõ exemplificativè. Nicol. Bellon. *in supputat. Iur. cap. 10. ad l. cum Prætor. §. 1. ff. de Iud. num. 2.*

Dictionis *prout*, natura est, ut stet restrictivè, utque præcedentia restringat & limitet. Bart. *in l. edita. numer. 29.* & ibi Bald. & Dd. ac Iason, *num. 36.* Franc. Purpur. *nu. 230.* Dec. *num. 85. Cod. de edend.* Et dubio carere, ait Schraderus, quod dictioni, *prout*, in Germanicâ linguâ æquipolleat dictio wie/ & dictio als. *consil. 1. nu. 301. vol. 1.*

30. Alsdann.

Dictio *tunc* alsdann / est adverbium temporis, *l. tutor. ff. de susp. tut. l. 4. §. 1. ff. de cond. & demonstrat. l. 1. §. rectissimè. ff. de vi & vi armat.* & restringit dispositionem ad illud tempus, à quo ea incipere debet *l. 2. § fin. de cond. & demonstr.* Decius. *consil. 63. num. 2.* Hieron. Gratus. *consil. 106. numer. 2. part. 2.* Vel temporis extremitatem significat, & verificari non potest, nisi in casu nominato. Ancharan. *consf 356. nu 3. vers. hoc probatur. l. pen. ff. de test. Tutor.* Dec *consf. 63. n. 2.* Cur. Sen. *consil. 42. num. 25.* Pacian. *consil. 63. num. 61. & seqq.* Arumæus *lib. 2. decis. 2. num. 33.*

Vel dictio alsdann / ejus est indolis, ut omnia præcedentia prius facta & completa esse velit, quàm illa disponat, *clem. un. de conceß. præb. & clem. 1. de jur. Patron. l. 4. §. 1. de cond. & demonstr.* Hartman. Pistor. *quæst. feud. 27. num. 26.* Barth. Socin. *consil. 5. num. 7.* Vnde & ante implementum, nec venit, nec cessit dies, nec nata est obligatio. *l. cedere. ff. d. V.S.*

Hæc tamen restrictio per *l. Titius §. Lucius.* ubi Bart. & alii, præsertim Ias. *in 1. notab. ff. de lib. & posthum.* non impedit extensionem, quæ fit ex voluntate Testatoris conjecturatâ, ad casum similem expresso. Petr. Surd. *consf. 336. num. 46.* Ac dictiones *tunc & eo casu*, quando substitutionem restringant, vid Cravett. *consf. 989.*

31. Also das.

Quod dicitur Clausulam *ita quod*, stare augmentativè, non restrictivè, hoc regulariter non procedit, sed potiùs stat declarativè, & taxativè, ac præcedentem restringit dispositionem. *l. Lucius. §. qui habebat. ad Trebell. l. Gallus. §. idem credendum, in fin. d. lib. & posth.* Riminald. *consil. 263. num. 40. & consf 313. num. 29.* ubi dicit, per hæc verba restringi fideicommissum ad personas expressas supra, non autem ad alias extendere.

Præterea natura dictæ Clausulæ est,

est, ut intelligatur secundum supra dicta. §. *quoniam scimus. vers. & ita. in auth. de testib.* Alciat. *cons. 492. n. 17.* Ruin. *cons. 18. num. 11.* ubi ait, intelligi eo modo, quo supra fuerat dictum, Paris. *cons 70. num. 47. vol. 2.* ubi, quod sit relativa, retentis terminis præcedentibus, Ioann. Petrus Surdus *lib. 3. cons 315. num. 29.*

32. Alter.

De gradibus ætatis vide Speckhan. *in quæst. 44. cent. 1.* ubi ait: quinque ætatis gradus numerari *in l. un. Cod. Theod. de his qui veniam ætat.* pueritiam, adolescentiam, firmatam ætatem, perfectam ætatem, & senectutem. Simulque tradit, qui proximi infantiæ, pubertatique dicantur: quod in materia delictorum, pœnisque imponendis maxumè sciri debet.

Astrologi, secundum septenarium & novenarium ætates distinguunt. Indeque annos hebdomaticos, climactericos, & Enneaticos dicunt. v. Ranzovium *in Catalog. Imperatorum, &c. qui artem Astrologicam amârunt.*

Hi autem anni, ut in corpore humano ratione valetudinis & temperaturæ, effectum aliquem habere possunt: ita non sine superstitione, in externis, iis vim aliquis adscribere potest.

33. Alte Sitten.

Quod de Romanis dicitur:

Moribus antiquis stat res Romana
Virisque.

Idem de Germanis dicere licet, & quod Horatius innuit, omnia quotidiè ruere in pejus, cùm ait:

Nostra ætas pejor avis
Tulit nos nequiores,
Mox datura progeniem
Vitiosiorem.——————

Illud idem conqueritur Poëta Germanus, author deß Heldenbuechs Wolffram Meister von Eschenbach. *in præfat. lib. 1.*

Hievor ward Zucht vnd Ehre/
Geliebet also recht sehre/
Wo ein gefüger Mann kam/
Daß man gern von jhm vernam/
Beyde singen vnd sagen
Das was genem zu den Tagen.
Lesen in einem Buche/
Man auch gern geruche/
Vnd nam auch das wol achte/
Wer gute Gedicht machte;
Wort vnd darzu Weise/
Das hörte man viel leyse/
Vnd lernte es viel gerne.
Nu ist der Kunste Kerne
Erst herfür gesprungen/
Was hilfft das die Jungen/
Die nun zu tag auffwachsent/
Kunst/Ehre/Zucht sie lassent/
Alle hüpsche Freude/
Laub/Graß/Blumen/Heide/

Vnd

Vnd lüstlich grüne Wälde/
Der klaren Brunnen Kälde/
Die Vögel wol hören singen/
Nach hüpschheiten ringen.
Das was hievor der Jungen Spil/
Nu ist der Boßheit also vil/
Bey dieser Zeit so viel gewassen/
Daß sie die Ehre lassen/
Als fast vnd also sehre/
Das Schand ist worden Ehre/
Den Reichen vnd Armen/
Das laß dich Gott erbarmen.
Das Luder vnd Doppelspil/
Karten vnd verzehren vil/
Vnd verliegen Frawen vnd Mann/
Wer nun auff Erden das nicht kan/
Der ist so rechte vnwehrt/
Daß sien niemandt begehrt.
Es ist auch jetzundt also gestalt/
Das Raub vnd vnrechter Gewalt/
Vnd die in Schanden gelebet han/
Söllen für die Frommen gan/
Mit jhren falschen Tücken/
Die Frommen sie verrücken.
Die billich sölten die beste syn
Das erbarme dich HErre myn.
Das Geistlich vnd Weltlich
Herrschafft verkehret sich/
Frid vnd gute Gericht
Ist worden gar zu nicht.
Wer nun nicht mit Spitzsachen/
Kan Recht zu Vnrecht machen:
Vnd Vnrecht zu Recht/
Der ist ein einfältiger Knecht
Er sole in ein Closter kommen/
Er mag niemandt nicht gefrommen.
Es hat auch niemandt wenig Ehre/
Dann die da sind Lasterbere
Daß seynd die Wucherer/
Vnd verfluchte Versetzer/
Die durch falsch vnrecht Gut/
Tragent so grossen Vbermut/
Daß sie die Armen verdringen/
Wie sie das vollbringen
Vnd Gott noch sie erkennen/
Noch will ich euch mehr nennen/
Das ist Vnkeuschheit/
Die thut manchem Menschen leid/
Es sy Mann oder Frawen/
Der wir gar viel schawen/
Wer den/die also gwinnen/
Mit also falschen Sinnen/
Daß sie also ersterben/
Den Gottes Haß erwerben.
Davor vns Gott behüte/
Durch sin milte Güte/
Nu klag auch gar sehre
Das alle Land so leere
Sin Warheit vnd Trewen:
Wol den die rechte Rewen
Haben vmb jhre Missethat/
Derselben mag wol werden Raht.
O leider der ist kleine/
Der Leben si so reine/
Daß sie gantz ruhen/
Vmb jhr Sünde bruwen
Als sie von recht solten syn.

Et paulò post:

Es deucht mich noch besser seyn/
Daß man etwan ließ den Wein/
Vnd in einem Buche lese
Daß man damit die Zeit verwese:
Dann

Dann daß man sitzt vnd saufft/
Vnd Schand vnd Laster haufft/
Vnd do bey Gott vbel handelt/
Das ist gar vnredlich gewandelt/
Die Alten haben vor gern gelesen/
Darumb möchten sy dest Weiser
Wesen.

Indies in pejus ruere mores, non solum nos reputamus, sed & omni seculo existimatum fuit. Sic Seneca *1. de benefic.*

Hoc majores nostri questi sunt, hoc nos querimur: eversos esse mores, regnare nequitiam; in deterius res humanas & in omne nefas labi. vide me *in praecognitis politicis. fol. 117.*

34. Alt Vätterlich Lehen.

Alt: oder Vätterliche Lehen heissen/ welche von den auffsteigenden/ biß auff den vierdten Gradt/als von dem Vatter/Anherrn/Vhranherrn vnd desselben Vatter/ an vns kommen. *c. un. §. hoc quodque. de succeß. feud.* & ibi Bl. *in fin.* Alvarott. *in praelud. feud. in 6. divis.* Wir wollen solch: billich allein Vätterlich solten genannt werden: vnd die andern Lehen/ so vber den vierdten Grad an vns kommen/ Alte Lehen heissen möchten. Sonträgt sich doch zuweilen zu/ daß eins für das ander gebraucht würdt/ *d. c. un. de succ. feud. & c. un. d. succ. fratr.* Also/daß man Alte Lehen/ Vätterliche Lehen heißt/ vnnd widerumb. Es ist aber für gut vnnd notwendig geacht/ daß man auff diese beede Wort fleissig Achtung gebe; Nämblich Alt vnd Vätterlich/ daß sie in den Lehenbrieffen zugleich gesetzt werden/ also: Wir leihen diese Alt: oder Vätterliche Lehen besagten N. etc. auff das hierdurch Irrung vnnd Zwyspalt möchte vorkommen werden; Zasius *de feud. cap. 3.* adde Schneidewin. *in praelud. feud. num. 63. &c.* & Gotho-fr. Ant. *disp. 1. th. 5. lit. c.* Sicque inter feudum Paternum & Antiquum, in effectu nulla est differentia: nisi quod sub antiquo feudo plures cōtinentur Personae, quàm sub feudo paterno. Roland. à Valle. *cons. 41. num. 12. volum. 2.* Iohann. Borcholt. *ad consuet. feudor. cap. 4. num. 2.*

35. Allweg/Allzeit/Immer in Ewigkeit. *vid. infra verb.* Dewigkeit.

Dictio *semper*, apposita in dispositione significat tractum temporis, & omni casu & tempore. per *l. 1. ff. solut. matrim. l. semper. quod vi aut clam.* Similiter dictio *in perpetuum*, habet tractum successivum in futurum, & denotat tempus in secula seculorum, ut scribit Bart. *in l. annua. §. Titia. ff. de annuis leg.* Peregrin *de fideicommiß. artic. 27. num. 2. fol. 251.* Riminaldus *cons. 279. n. 16. & seq. lib. 3.* Castillo *quotidian. controv. cap. 22. num. 91.* allegant in eum sensum plures.

Sic & voces *quocunque tempore*, ita sunt universales, ut omne tempus sine restrictione comprehendant, Zas. *cons. 12. num 78. lib. 1.* gl. *in l. cum pœna. 38. verb. nec ne ff. de arbitr.* & text. *in l. ballista. 39.* ibique Bart. *num. 1. & seq. ff. ad SC. Trebell.* adde Iacob. Schultes. *quæst. pract. lib 2. quæst. 55. num. 2.* Et quanquam aliàs infinitudo in jure non facilè tolerari soleat; *l. 13. §. fin. ff. de damn. infect.* Quoties tamen clara & perspicua partium conventione introducitur, omninò toleranda erit. Schultes. *d. loc. num. 4.*

Si autem Testis dicat se vidisse Titium possidere per 30. annos semper, licet dictio *semper* denotet continuationem seu perpetuitatem, & impossibile sit, eum semper potuisse in fundo esse; imò, si probetur, Titium aliquo tempore fuisse absentem: non tamen dictum testis redarguitur falsum: quia potest esse, ut viderit testis omni anno illi responderi de fructibus à Colono, vel viderit, quod possessor semper potuit uti re, si volebat. Ioann. Schneidevvin. *ad princ. Inst. de usucap. num. 60.*

36. Ambassador.

Sumitur pro Legato: descenditque ex Italico *Ambasciatore* vel Gallico *Ambassadeur*. Quem & Hispani *Embaxador* vocant; ac novi Græci ἀμπασαδῶρον. Meurs. *in Glossar* Et mediæ antiquitatis etiam Scriptores pro more, Latinâ civitate donârunt: Quibus frequens fuit usus, barbaricas voces Latinisare. Sic Petrus de Vineis, *2 cap. 8.* Diversorum *nuntii* Prælatorum, *Ambasiatores* Civitatum rebellium Lombardorum.

Ambascia quoque latinè dicitur legatio, Leg. Salic. *lib. 1. §. 3.* Si in Dominica Ambascia fuerit occupatus, manniri (vom Manen/ hoc est, citare) non potest. Sed verò ab Italis & Gallis non mutuavimus hancce vocem, sed sibi ereptam, repetierunt Germani: quibus Ambacht adhuc ante ducentos annos in usu erat. ut docui *in spicileg. d. legatis. f. 11.*

Sunt tamen qui derivent à Græco ἀμφαδίζειν, quod est mittere. Sed verò non probabile est, Latino-Barbaricos Scriptores, à puro Græco desumpsisse vocabulum illud: aliàs enim & vetustiores illam usurpâssent.

Quod verò absolutorum Principum Legati, Botschafften / Gesante: Statuum verò ad Comitia *Deputati*, Abgesandte: Quos verò Princeps ad subditos mittit, *Commissarii* vocentur: ut & alia ad hanc materiam spectantia, notavi *d. tr. d. Legat. fol. 15.*

Appositè verò anonymus *in discursu Polit. de l'estat de Rome, f. 47* definit: Legatū Celuy qui est esleu par le Prince pour aller vers autre Prince representer sa personne, & y traicter affaires plus par des forces d' un bon entendement, & celles du bien dire, que non

non à main armeé, si le cas n'y eschet, & aussi pour observer les actions, & deportemens de celuy, ou ceux, vers lesquels il est envoié, pour jouer dignement ce personnage en un Theatre, ou il y a tant d'yeux clair voyans.

Sed non importunè monet Franciscus Guicciardinus *hypomnesi 1.* Princeps Legati sui operâ alium circumventurus, primò omnium Legatum ipsum decipiat, oportet. Sic enim ille majore animi conatu negotium sibi commissum exequetur, seu orandum, seu aliquid aliud agendum sibi sit, existimans penitùs, seriò & sine ullâ simulatione omnia isthæc à Principe suo per se agi, remissius utique aut timidiùs tractaturus ea, quæ simulatè agi intelligat. Pari cautione utendum est omnibus illis, qui aliena opera falsam quandam opinionem aliorum animis instillare conantur.

Hincque Heinricus Wottonus, Regis quondam Magnæ Brittaniæ, ad Venetam Rempublicam Legatus, eundem ita definit, quod sit vir bonus, peregrè missus, ad mentiendum Reipublicæ causâ.

Et etiam *in d. discursu de l' Estat de Rome. fol. 47. & seqq.* accuratè instruitur Residens Ambassator, qui ex Galliâ mittitur Romam. Vt & Fulvius Pacianus *lib. 2. de probationib. cap. 33.* de Legatis natis à latere: Sagminibus, Ceryciis, Caduceo, &c. multa scitu digna tradit. Item: an & quibus casibus, propriis vel alienis negotiis se interponere queant. Vt &, an ac quando dicenti se Legatum, incumbat onus probandi commissionem suæ Legationis.

37. Ampt/Pfleg/Pfleger.

Denotat corpus alicujus capitis, puta einer Vestung oder Statt. Schrader. *de feud. part. 3. cap 4 num. 25. &c.* So hangt einem Ampt/ unzweifelig ein Iurisdiction an/ weil der Nam Ampt/ Ambactia, Præfectura, &c. mit dem Wort Pfleg/ ubereinstimpt/ Gilmann. *Symphorem. tom 1. part. 3. vot. 23 numer. 69. vers. alterum caput est.* Pfleg autem, Imperium seu Iurisdictionem designat. Gilman. *rer. judic. lib. 2. decis. 35. num. 11.*

Sic & in Bavariâ Pfleger/ pro nostro Obervogt oder Statthalter usurpatur.

Ambactum autem, Ambasciá, &c. merè Celticam, & ita etiam Teutonicam esse vocem, servumque mercenarium denotare, jam modo dixi, & etiam ex Ennio ac Cæsare docui, *tr. d. nat. populor. fol. 88.* Sic & adhuc Belgæ usurpant Ambachtsmann/ pro mercenario, qui quotidiè locat operas suas, ut indè rem quærat.

38. Amptsbücher.

Scripturæ & Libri Officialium publicorum & aliorum, quibus fides

publicè data est, publicam & plenam fidem merentur. Innituntur namque authoritate publica, & præpositi sunt publicâ fide, ad rationes, reditus & expensas publicas. Beust. *in l. admonendi. numer. 844.* Menoch. *2. cas. 91.* Olim etiam muniti fuerunt publicâ authoritate argentarii, ideò & eorum libri fidei publicæ reputabantur. *l. argentarii 10 ff. de edend.* Bornit. *de Instrum. lib 3. cap. 11.*

39. Amptsknecht/Amptsdiener.

Cohortales (vulgò Amptsknecht/Amptsdiener) sunt Officiales & apparitores Præsidis in Provinciâ, qui utique in Provinciis erant perpetui: *l. Præsidis. ff de reb. credit.* huic uni obnoxii ministerio, nec optati à Præside, nec in Provinciam deducti. vid. D. Vultej. *ad tit. Cod. d Iurisd. tit. 23. leg. 1. num. 12. &c. fol. 487.*

40. Amptmann / Amptleut / Verwalter / Schaffner.

Prætores, Officiales & Scabini Nobilium, nullam per se habent Iurisdictionem, Matth. Coler. *de processib. execut. part. 2 cap. 1. num. 131. vers. tan en hi. & seq.* Sed per Comites, & Nobiles tantum ad unam atque alteram causam delegari & constitui solent; Henning Göden. *cons 39. nu. 21.* ita & omnia ferè ex jussu & nutu Nobilium vel Superiorum faciunt & disponunt, Matth. Coler. *dict. loc. numer. 131. sub fin. vers. utque maximè sedeant.*

Sic Prætor, vel alius à Nobilium subditis & hominibus, Decimas, census & alia tributa, Nobilium subsidio non implorato exigens, vel eos ad debita servitia requirens, nudum tantum ministerium executionis exercet, quod propriè non est Iurisdictionis. Berlich. *dec. 59. num. 6.*

Si territoria sint distincta, sub uno tamen Principe & Domino constituta, tunc unus Præses vel Præfectus, alterius Præsidis subditos, absque subsidiariâ requisitione citare potest. Berlich. *d. decis. 59. num. 2.* Verbi gratia: Præfectus Tubingensis alium in Præfectura Herrenbergensi habitantem, citare posset: quia ille non utitur propriâ, sed communis Principis Iurisdictione. Sed usus contrarium observat, ut quoque *ibid. num. 9.* Berlichius notat.

Officiales porrò fines sibi commissos observare debent, & non progredi ulterius, nec quod aliis datum & mandatum est, sibi arrogare, text. *in l. quicunque. 2. C. d. executor. & exact. l. 1. Cod. d appar. Præf. anno. l. missi. 6. vers. qui si ultra. Cod. d. exact. tribut.* Bald. *in l. extra. num. 5. vers. quia omnis Officia'is. & seq ff d. Iurisdict.*

Vicissim, si pro officii ratione aliquid agant, ex eodem facto Domini con-

conveniri queunt, Mod. Pistor. *quæst. 89.*

Sic itidem, Quæstor malè administrans res Domini sui, reditusque in proprios usus convertens; quos posteà persolvere nequit, quomodo debeat puniri? tractant Virgilius Pingitzer, *quæst. illustr. 47.* Vincent. Hondedæus *consil. 82. vol. 2.* Berlichius *tom. ult. conclus. 57.* Dn. Bachovius *volum. 2. disput. 30. thes. 1. lit. f. fol. 1066.* Ego *tractat. de AErar. cap. 2. §. ultimò. num. 4. ad fin.*

Dubium non est, quin hi, qui in officio fraudulenter versantur, die jhren Herrn in der Rechnung was hinderhalten / oder sonst abtragen / jhm zu Nutz / vnnd dem Herrn oder den Vnderthonen zu Schaden / furtum committant, & ut tales puniri queant. Et licet plerisque videatur, eos mitiùs, quàm alios fures esse plectendos, tamen magis est, ut gravius puniri mereantur. Tùm (1) quia ferè semper perjurium intervenit, tùm, quia (2) falsum intercurrit; & (3) peculatum sapit hocce delictum.

Non tamen puto, statim puniendos eos, qui pecuniam publicam non furantur, sed eam suo periculo & fidei commissam ut propriam utilitatem conferre solent, so nicht Rechnung thun können: eos enim regulariter de residuis teneri, constat, *l. 2. l. 9. §. 1. ad L. Jul. pecul.* Nisi dolus adsit & animus furandi, nicht wann einer sonst auß Fahrlässigkeit nicht Rechnung thun kan. Et ita hîc arbitrium Iudicis prudentis est adhibendum.

At quomodo Officialis vel Administrator annonæ, Verwalter oder Schaffner / teneatur, si ipsi aliquid furto &c subtractum, wann jhme etwas auß der Zehent oder Ampt Scheuren abgetragen / & quomodo tale furtum probetur, consuluit Ioann. Vincent. Honded. *cons. 90. vol. 2.*

Et tandem, omnia ferè, quæcunque de Officialibus dici vel sciri possunt, sedulâ operâ congessit Paris de Puteo *in tract. de Syndicatu.*

41. Amptsassen.

In Electoratu, & reliquis Saxoniæ Ducatibus, da die Edelleut Landsassen seind / aliter ac apud nos in Sueviâ, differentia Nobilium Mediatorum, & Immediatorum est introducta est. Illi namque die Amptsassen / hi verò die Schrifft: oder Cantzley Sassen indigitantur. vide *infrà* in v. Schrifftsassen.

Amptsassii autem sunt & dicuntur, die vnterm Ampt sitzen / qui Toparchis & Præfectis, den Amptschössern subjiciuntur. Dan. Moller. *ad const. Sax. Nov. August. p. 1. const. 5. num 14.* Knichen. *de vestit. pact. p. 2. cap. 5. nu. 1. & seqq.* Ritter. *de homag. cap. 4. numer 83.*

Et hanc diversitatem exindè ortum habuisse, quidam autumant, quod quidam Nobiles prædia rustica

sub Præfectis sita acquisierint, ac postea qualitati feudali subjecerint, id quod cuivis liberum esse, haud controvertitur. Marta *de Iurisdict. part. 1. cap. 29. num. 7. & 8.* Cephal. *consl. 168. num. 51. vol. 2.* Gail. *2. observ. 158. n. 1.* Aliam hujus rei causam & originem deducit Andr. Knichen. *in tractat. de pact. vestit. lib. 2. cap. 5. num. 6.* quem vide.

Quia verò prædia ista Iurisdictione mediata ab initio tincta fuerunt, postea nullâ aliâ hac in parte immutatione subsequutâ, necessariò Nobiles isti ratione domicilii sub Iurisdictione mediata Præfectorum remanserunt. vid. Casp. Ziegler. §. Schrifftsassii. *in pr. n. 5. & seqq.*

Indè etiam Amptsassii coram suis Præfectis, non verò in Curiis, in den Hoffgerichten/ primam instãtiam sortiuntur. Es müssen die Edelleute (wie eben mässig auch die Burger vnd Bauren) so vnter den Emptern gesessen/ zuvor bey jhren Amptleuten vndt Amptschössern belangt vnd gehalten werden. Churfr. Ober-Hoffgerichts Ordnung. *sub rubr.* Wer vor das Ober-Hoffgericht/ rc.

Et licet actor aliquis Amptsassios istos in Curiâ, quoad primam Instantiam, convenire tentet; illi nihilominus per exceptionem fori delinatoriam privilegium primæ Instantiæ allegare, & ad Iudicem suum se remitti, jure petere possunt. vide Ziegler. *in* §. Schrifftsaßii. *conclus. 1. n. 2. & seqq & in limitat. per tot.*

42. Amptsteür.

Præfecturalis Collecta est, quam Præfectus cum Senatu oppidano, omnibus de Præfectura Civibus, Oppidis & Paganis, sive Rusticis imponit, die Amptsteür. Dn. Præcept. Bocer. *de collect. cap. 5. num. 1.* Municipalis collecta est, quam Civitatis Provincialis Incolæ, in communem sui Municipii usum præstant. Bocer. *d. l. num. 2.*

Sed verò, cum collecta Regalibus adnumeretur, eam universitas suis civibus imponere nequit; nisi necessitas earum rerum exigat, quæ ipsorum administrationi sunt commissæ. Ego *tr. d. jure rerum. fol. 245.*

43. Ander/ Andere/ andere alle/ rc.

Dictio *cæteri*, est respectiva similium. Ias. *in l. quæ dotis. num. 9. ff. solut. matr.* Sic dictio *alius* simpliciter prolata, est repetitiva similium; gl. *in l. si fugitivi. C. de serv. fugit.* & facit positionem ejusdem qualitatis cum præcedentibus, ut not. *in c. sedes. extra de rescript.* vid. omninò Tusch. *lit. D. conclus. 245.*

Dictio *in aliis*, est implicativa similium. *l. si fugitivum. C. de serv. fugitiv. l. plu-*

l.plures.de fide Instrum. Socin. *conf.124. vol. 4. sub. fin.*

Dictio *alia quacunque*, est implicativa universalis, ejusque virtutis & potentiæ, ut comprehendat non solum casus expressos, sed etiam improprios, majores expressis. Dec. *consil. 77.* Gravett. *conf. 294. & conf. 308.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. quæst. 7. numer. 20. & seqq.* Socin. *consil. 47. libr 4.*

Et sub verbo *quibuscunque*, etiam venire insolitissima, tradit idem Gravett. *dict. consil. numer. 7.* Socin. *consil. 200. vol. 2.* And. *in. c. consuluit. extra de appellat.*

Dictio *alius* vel *alter*, de sui natura est relativa & repræsentativa ejusdem qualitatis, cujus erat illa, de quo facta erat mentio. Alex. *conf. 204. nu. 3. & seq. lib. 2.* Ruin. *conf. 130. nu. 1. lib. 3.* Dec. *conf. 182. n. 18. vers. & dum postea.*

44. Anderer Gestalt nicht.

Dictio Anderer Gestalt nicht / sive *non aliter*, vel *non alio modo*, habet vim limitativam, restrictivam, atque hoc operatur, ut præcedens dispositio generalis, non aliter locum habeat, nisi concurrentibus omnibus qualitatibus postea expressis, atque etiam non nisi in casu expresso, Decius *consil. 61. num. 2. & conf. 85. num. 4.* Paris. *conf. 18. n. 6. & 7. lib. 1. conf. 19. n. 15. & seq. lib. 2.* Thom. Grammatic. *decis. 49. nu. 3. & 4.* Schrader. *consil. 36. vol. 2. n. 1.* Potissimum hoc procedit, quando huic dictioni adjungitur vocula doch: Tunc enim ex hâc geminatione, sine conjunctione illarum duarum restrictivarum dictionum, colligitur præcisa & enixa mens disponentis, quod ipse dispositionem suam in nullo alio casu locum habere velit. Paris. *conf. 18. n. 7. lib. 1. arg. l. balista.* cum ibi not. *ff. ad SC. Trebell.* Bart. *in l. cum scimus. C. de agric. & censit.* Everhard. *in loc. leg. loc. à locutionis geminatione.*

Hæc Clausula *& non aliter*, inducit formam, ita ut ei non possit renunciari, & contractus corruat, non obstante quacunque partium derogatione. Felyn. *in c. cum dilecta. 22 col. 10. in fin. vers septimum. de rescript.* Mandos. *ad Rom. consil. 402 verb. & non aliter.* ubi etiam, quod ista verba inducant decretum irritans, quando nimirum post illa addita est Cl. *& si aliter fiat, actus, sit nullius roboris & momenti.* Stephan. Gratian. *tom. 2. discept. forens. cap 208. num. 22.* Et quod Decretum irritans, det formam, tradunt Iason. *in l. 1. de lib. & posthum. & in l. non dubium. C. de legib.* Dec. *conf. 228. num. 1.* Roman. *conf 23.* Mandos. *ad eund. consil 66 verb. formam.* Gratian. *d. loc. numer. 24.*

45. Andere Ehe.

Hæc verba, Germanis alias sive diversas, & non secundas nuptias designant.

gnant. Quia etiam Latinis, & in jure nostro, secundæ nuptiæ, non numerum, sed diversitatem à præteritis denotant, & posteriores, sive subsequentes omnes in infinitum comprehendunt, *l. si quis. 8. §. talem. C. de secund. nupt.* ubi tertium conjugium venit nomine secundi, dicitque ibi gloss. *in v. 6. secundo thoro*, omne matrimonium dici secundum, quod primum sequitur. & Sichard. *in rubr. C. de secund. nupt. num 9.* dicens, appellatione secundarum nuptiarum, venire omnes, quæ non sunt primæ. Sequitur Menoch. *consil. 4. numer. 38. vol. 1.* Rol. à Vall. *cons. 72. nu. 41. volum. 1.* ubi dicunt, quod dispositum de secundo conjugio, locum etiam habeat in tertio, adeoque in infinitum, ut ait Mantica *in conject. ult. vol. lib. 11. tit. 19. n 9 in fin.*

Sed, quæ ad secundas nuptias, eorumque inprimis Ius spectare videntur, inveniri possunt apud Ioh. à Ripa, Ioh. de Garron. Steph. Bertrand. & Ioh. Nicol. Arelata, *tractatib. hac de re singular. Coloniæ apud Gymnic. simul impressis.* & etiam me *tr. d. trib. domest. societ. specieb. fol. 8.*

46. Angariæ, Posten/Frohnen.

Angariæ, quibusdam sunt Equorum præstationes ad cursum publicum; apud Persas erat *ἀγγαρεῖον δρόμημα*, cursus pernicissimus Equitum. Nos *Postas* appellamus, quasi posituras.

Sumitur etiam Angaria pro operis publicis, ob negotium aliquod obortum, cui celeriter providendum est, impositis, *l. 2 C d. SS. Eccles.* Ac olim eo nomine significabantur munera onerum vehendorum, Provincialibus imposita.

Accipitur porrò non rarò Angarus, pro Tabellario Persico, operario ministro, aut nuncio Regum. Martinus *in Lexic. Philolog.* Hinque ejus originem Persicam esse ajunt: ut monui *in tract. de Majestat. f. 182.*

Angariæ verò sunt Frohndienst. Vnde Angaria sumitur pro Frohnfasten / oder Quattember. Et angariari naves dici solebant, quibus onerum transmittendorum necessitas injungebatur. At pro injustâ coactione, utitur voce Angariæ Arnulphus Lexoviensis *pag. 79. b.* Sæpiùs ad regales cum cæteris trahor angarias, eorumque, quibus deesse non possum, frequentibus infestor injuriis. Ita etiam usurpatur *Matth. 26. & Luc. 15*

Differunt autem Angariæ & Parangariæ apud Iureconsultos, quâ de re, ut & in genere de Angariis, videri potest Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regalibus. cap. 13.* aliique de Regalibus scribentes.

Angariarum quoq; & Parangariarum præstatio, inter Iura sublimia, quę Regalia dicuntur, recensentur *lib. 2. Feud. tit. 56.* quod ea Regis Iura propria sint.

47. An-

47. Angefäll. *v. infra verb.* Geding / Gnadenlehen / oder Expectanz.

Vocabulum hoc variæ est significationis. Etsi utplurimum accipiatur von den Gnadenlehen / quæ alicui debentur, in fata concedente hodierno possessore feudi absque liberis masculis. Pruckman. *consil. 31. nu. 29. vol. 1.* Haud rarò tamen latius etiam extenditur, ut idem quod hereditatis verbum denotet. Quâ in re usus communis loquendi inspiciendus, ab eoque vera vocabuli expositio petenda erit. Quippè cùm omnis vocabulorum potestas stet, cadatque ex usu loquendi. Coler. *de process. executiv. in præfat.* Pruckman. *d. loc. num 30.*

48. Angelt.

Vulgò contrahentes solent in venditionibus prædiorum, partem precii paciści præsente pecuniâ, statim post contractam emptionem, persolvendam; reliquum in exiguas summulas dividere, annuatim præstandas, donec totum pretium exsolutum sit: initio præstationis primæ facto, ab anno eo, qui partem pretii præsen em sequitur; & ista quidem pars præsens, Angelt communiter vocatur (als welches man baar angibt) hæc verò divisis pensionibus partita, Erbgelt sive Tagzeiten. Schultes *pract. quæst. lib. 1 quæst. 23. num. 1.*

49. Anlaitung

Nihil aliud est, quàm immissio ex primo Decreto, eamque de jure communi, citatio per Edictum vel publicum proclama præcedere solet: vnd also würdt es observirt in dem Kayserlichen Hoffgericht zu Rotweil / vnnd Schwäbischem Landgericht zu Altorff / genannt Weingarten. Imò interdum etiam declaratio banni, vnnd Anlaitungs Brieff decerni solent. Morisque est, quod possessio ex primo Decreto, Anlait zu Rotweil / complectatur omnia bona debitoris, ut & in aliis Iudiciis Provincialibus. Quam immissionem ex primo Decreto, Anlait / si nemo defenderit, oder versprechen würdt / ad petitionem Actoris, deß Anlaiters / decernuntur erlangte Recht / quæ vim habent immissionis ex secundo Decreto: & insuper etiam executoriales, Schirmbrieff / ad Magistratum loci, sub cujus Iurisdictione sita sunt; qui etiam executionem facere tenetur. Et quando illa immissio, Anlait / Magistratui loci & bonorum insinuata, denunciataque est: potest nihilominus possessor intra tredecim septimanas & tres dies, à tempore insinuationis factæ computandas, comparere, & immissioni ex primo Decreto factæ, contradicere: eoque ita comparente, causa ibidem deducitur: sin minus, ad petitionem immissi ex secundo Decreto, is immittitur. Paulus Matthias Wehner

in notis ad Reformat. Rotvvilens. part. 2. tit. 10. fol. 143.

50. Annatæ.

Annatæ taxæ. Qualis autem taxa sit, ostendit Platina in vitâ Bonifacii IX. Annatarum inquit, usum, beneficiis Ecclesiasticis primus imposuit, hâc conditione, ut qui beneficium cōsequeretur, dimidium annui proventus Fisco Apostolico persolveret. Vndè etiam Annatæ dictæ fuerunt. Hanc autem consuetudinem omnes præter Anglos, admisére, qui id de solis Episcopatibus concessêre, in cæteris beneficiis non adeò, &c. v. Carol. Molinæ. *in Edict. contr. parvas datas.* & Sleidan. *libr. 4.* Titulus ab initio erat speciosus, atque popularis, nimirum ut in bellum contra Saracenos atque Turcas semper paratus esset Thesaurus. Post abusus etiam nomine, inter Gravamina Germanicæ nationis relatus fuit hicce mos, ut videre est apud Sleidan. *lib. 1.* & de his non uno loco Wolfius agit, ut Index monstrat. Sed num hodiè reditus Ecclesiastici melius, quàm olim collocentur, ipsa facti evidentia declarat.

51. Anschlag.

Æstimatio, pro temporum ratione mirè variatur: Also werden in einem alten Brieff de dato 1462. zu Engstlaten/ Balinger Ampts/angeschlagen ein Malter Vesen 14. Schilling Hel.

Ein Malter Habern 10. ß. hlr.
Ein Hun für 6. hlr.
Ein Faßnacht Hennen für 1. ß. hlr.
Ein Ganß 9. Pfenning.

Sed cur pretia rerum, olim minora, quàm nunc, alibi, Deo dante, dicetur.

Ac hoc porrò est notandum, daß die beständige Einkommen/ als vnablässige Zins/ ꝛc. in denen Anschlägen/ da man Güter/ welchen alle Obrigkeit anhängig/ verkaufft/ offt doppelt: das ist/ ein Güldin/ per viertzig capital gewürdiget werden. *v. infra* Herrengült.

52. Anstand.

Induciæ sunt, cum in breve & præsens tempus convenit, ne invicem hostes sese lacessant, vulgò ein Anstand oder Fride/ der auff gewisse Zeit bestimt ist. *l. postliminium §. Induciæ. ff. de captiv. & postlim.* Varroni *Induciæ* sunt, Pax Castrensis paucorum dierum, vel belli feriæ: ibique bellum manet, sed pugna cessat. A. Gellius *libr. 1. cap. 25.* Itaque differunt à verâ Pace: Quòd finitis induciis, partes rursum sunt in guerra.

Barbari Inducias *Treugam* vocant, à Germanico Trew. Interpretes tamen ajunt, Inducias esse ad modicum tempus; sed Treugam in longum extendi, *vid. extravag. de Treug.* Et differt tàm pax, quàm Induciæ à Fœderibus in eo, Treuga sivè induciæ fiunt inter hostes: Fœdera contrahuntur inter socios bellum inferentes.

Pa-

Pacem autem, seu inducias frangenti, eædem etiam licitè rumpuntur. Gilken. *ad l. cùm proponas. 21. C. d. pactis.* Interdum tamen pactum addi solet, ut pax per læsionem rupta non censeatur, sed damnum debeat resarciri. Lehman in der Speyrischen Chronick. *fol. 762.* Plura congessi *in tr. d. Pace.*

53. Apotecker.

Qui præparant & vendunt Medicamenta, Pharmacopolæ dicuntur. *l. 3. §. 1. ad L. Corn. d. sicar.* Nec enim videtur è dignitate artis medicæ, ut Medicus ipse Medicamenta præparet, vel vulneri manus admoveat: Ideò partes quædam concreditæ sunt Pharmacopæis & Chirurgis. Pharmacopæi faciunt & componunt Medicamenta.

Hi in bene constitutis Rebuspublicis juramento singulari astringuntur, cujus formulam refert Adamus Volckmannus im Notariatbuch *p. 3. cap. 15.* Vom Apotecker Aidt/ vnnd seinen Gesellen Se velle colligere simplicia tempestivè, & diligenter exsiccare. Composita se dispensaturum secundum artis medicæ præscriptum, quæ saccaro condienda, non melle &c. venenosa & abortum causantia, nemini cessurum, inprimis ignotis, præparaturum summâ cum diligentia ea, quæ purgant, obsoleta & deperdita abjecturum, æquo pretio pauperi ac ditiori venditurum: nec quid pro quo adhibiturum, sed omnia consilio Medici facturum: quod si contra fecerit, & venenosa temerè, vel fatuis vel suspectis hominibus vendat, tenetur ad pœnam, Menoch. *2. cent. 4 cas. 359.*

An autem Pharmacopola ipse teneatur, si minister venena ex errore præbeat ei, qui Medicamenta petit? ea de re responsa extant in Consiliis Altorffinis *cons. 31. & seq.*

54. Appellation.

Ob auffer eines vom Adel Lehengut die Appellation für den Directum Dominum vnnd Lehenherrn / oder für den Vasallum gehe vnd gehöre? v. Widembach. *quæst. nobil. quæst. 9.* An item concessio Jurisdictionis, pertineat etiam ad Instantiam secundam, v. Camill. Borell. *d. Magistrat. 4. cap. 8.*

In caussis Feudalibus si ad Imperatorem adpelletur, Iudex à quo, se coram Imperatore sistere debet, de latâ sententiâ rationem redditurus. *cap. 1. §. fin. quo temp. miles.* ubi Schenck. Curt. Iun. *part. 7. n. 33.*

Cætera habentur *in tr. meo de appellatorio Iuvamine inscripto.*

55. Archiv.

Archivum est locus, sive scrinium, in quo Acta Principis vel urbis reservantur. Aliàs Tabularium & Grammatophylacium, vel Archia & Can-

cellaria dicta. Vnde Archiotæ, id est, Custodes Archivorum, *l. ult. §. si quoque. ff de muner. & honor.* vide Bornitium *de Instrument. lib. 2. cap. 10.*

Scripturis ex Archivo desumptis de Iure communi, plena fides adhibetur. per text. *in auth ad hæc item & charta. de fide Instrum. Novell. 49 c. 2. c. pervenit. 1. §. invenienius. cap. 30. quæst. 1.* Ac quoque de Iure Würtembergico, est text. *in tit. 34. lib 1. fol. 130. §.* Item Rodel / Vrbar / vnnd andere alte Schrifften / die in vnsern Stätten / Gewälben vnd Kästen verwahrt seynd. Deßgleichen Zinß: Steür: vnd vnd Rechenbücher / so in vnserer Stätten Rahtshäuser ligen / die alle sollen für vnsern Gerichten gute Kundtschafft geben; doch vnsern Gerichten / fürnämblich / wo Einrede geschicht / jhr Erkandtnuß darüber vorbehalten.

Idque locum inprimis habet, si Scriptura sit antiqua, nec ulla adsit causa suspicionis, adde Du Rutg. Ruland. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 3. & seq.*

Quid item requiratur, ut Scriptura e archivo publico producta valeat, late tractat Schrader. *vol. 1. consil. 5. per tot.*

56. Armkast / Gottskast.

Sacrum ærarium est, quod continet pecuniam ad sacros & pios usus collectam. Cujus modus proprius videtur consistere in Eleemosynis. Vlus sacri Ærarii sive Gazophylacii, deß Gottes Kastens / necessarius est, & fuit in quàvis Republica. Constat enim omnis Respublica pauperibus, æquè ac divitibus, aliisque personis miserabilibus. Vndè publicè interest, ærarium ex pecunia publica, ad sustentationem earum in promptu haberi. Iacob. Bornitius *de Ærarii redditib. lib. 10. cap. 2. a princ.*

Modus verò Ærarii sacri, præter cæteros, proprius videtur in Eleemosynis, quas pii conferunt, vel stato tempore, vel extra ordinem, spontè tamen. Quibus varia potest ansa & occasio porrigi. Possunt enim colligi Eleemosynæ singulis diebus Dominicis, vel Festis, von Hauß zu Hauß. In hospitiis publicis, in Herbergen: deßwegen Allmosen Büchsen allzeit sollen auffgesetzt werden / ut peregrini pauperibus quid conferant. Item in Conviviis solennibus, Sponsalium, Nuptiarum, baptizatorum; itemq; in funeribus: auff Verlöbnussen / Hochzeiten / Kindttauffen / Leichbegängnussen. Adde & alios modos, quibus Sacrum Ærarium ditari potest, ex pecunia pro pulsu Campanarum, Glockengelt / ex pretio sedium in templis, Stulgelt. Item pro sepulcris in Cæmiteriis publicis, aut in Templis.

Nota quoque, morem in quibusdam Civitatibus, ut emptores & venditores rerum immobilium, quamprimum convenerint, aliquid nummorum ad pios usus, puta Thalerum, vel grossos aliquot pendere, & in cistam

stam publicam, quæ hujus rei gratiâ in Templis collocata, Schedula in Testimonium contractus celebrati apposita, recondere teneantur: vulgò den Gottes Pfenning einlegen. Quâ pecuniâ non illata, contractus quasi nullus censetur, ut testatur. Bornitius *supr alleg. loco.*

Moribus quoque nostris singulare, & Sacrum Ærarium est, quod der Hailig indigitatur. Ferè enim olim in honorem illius Sancti, cui vel Ecclesia Parochialis dicata erat, vel quem Oppidum vel Pagus sibi elegerat Patronum, certi reditus destinati erant; ad onera pia sustinenda: Zu Erbawung der Kirchen / oder deren Ornat, auch Erhaltung der Armen.

57. Armuht / Arme Parthey.

Paupertas multa privilegia, & etiam incommoda in jure nostro habet, quæ congessit, Speckhan. *1. centur. quæst. 37. & 39.* & Francisc. Vivius *decis. 222. ac 268.* Qui idem Speckhan. *d. cent. quæst. 38.* docet, quomodò ea probetur.

Et sanè Iudex, quandoque pauperi litium sumptus cogitur suppeditare. Speckhan *quæst. 35.* Ut & creditor tenetur alere inopem debitorem, ad ipsius instantiam incarceratum. Francisc. Vivius *decis. 529.* Subditi quoque compelli possunt ad subsidium pauperibus præstandum. Consil. illustr. *in fol. Francof impressa. part. 1. cons. 86.*

58. Arrest / Verarrestieren.

Arrestatio, Arrest / Kummer / est injectio manuum, cùm alicui à Magistratu interdicitur, ne excedat ex eo loco, in quo inventus est, nisi rebus cum eo compositis, qui de illo apud Iudicem conquestus est: vel cùm res alicujus, quacunque ex causa pro securitate nostrâ, authoritate publicâ detinetur, ita ut nobis invitis ex illo loco, negotio nondum sopito, aufferri non possit, Petrus Peccius *in tractat. de jure sistendi, cap. 1. num. 4.* adde Matth. Colerum *de processib executivis, part. 1. cap. 2. numer 159. & seq.*

Indè qui Arrestum frangit, pro Iudicis arbitrio acriter punitur, *l. 1. ff. de effract.* quæ lex licet loquatur in eo, qui violat carcerem; tamen idem est & hic, Oldrad. *cons. 65. incip. hic agitur.* ubi dicit: rumpens arrestum, æquiparatur rumpenti carcerem; & eum sequitur Mandos. *in tract. de monitor quæst. 8.* Petr. Pecc. *de Arrest. cap 28. num. 1. & seqq.*

Et Arrestum descendit à Gallico *arrester*, hoc est, impedimentum præstare, sistere gradum, commorari. Licet hoc verbum, Galli alio & nunc communiore significatu, pro Sententia, Decreto vel Decisione Iudiciali usurpent: quemadmodum Iohann. Papponius observationes suas *Arresta* inscripsit. Et licet quidam Arrestum hac significatione, derivent à

Græco ἀῤῥέσκω, id est, placeo; tamen similiter ab *arrester*, à sistendo, standoque descendit: Sicut dicimus: stat sententia, stat apud animum; & sic pariter rebus judicatis, ut quæ pro veritate habentur, est standum. Petr. Frider. Mindan. *de processib. cap. 46. n. 3. lib. 1.*

At quo jure Arrestum sit introductum, & quà ratione sustineatur? vide Petr. Pecc. *d. tract. cap. 2.* Quis res vel bona alterius sistere seu arrestare possit? tradit idem Peck. *cap. 3.* & vid. Dispp. Basileens. *tom. 5. disput. de Arrestis. thes. 11. & seqq.*

Arresta autem omnia sunt odiosa, Schultes *in addition. ad Modestin. Pistor. quæst. 136. num. 15.* ut per boves & ignorantes jus ministrari censeatur, ubi ejusmodi Arresta & Saxamenta facilè conceduntur. Coler. *de processib. executiv. part. 2. cap. 3. nomer. 148.*

Non dantur, nisi in debito liquido, vel summariter probato, Köpen *quæst. 29. num. 16.* adeò ut quidam Instrumentum tantum requirant. Berlich. *decis. 107.*

Qui aut quorum bona legitimè arrestentur, vid. Peck. *d. l. cap. 4.* Dispp. Basileens. *vol. 5. l. disp. d. Arrest. thes. 26. & seq.* ut & Berlich. *tom. 1. conclus. 50.* docet, quomodo ritè fiat arrestum rerum. Item, qui & quorum bona seu res arrestari non possint, tradit Peck. *cap. 5.* & Dispp. Basileens. *d. l. thes. 40. & seqq.* Quo in loco Arresta fieri nequeant, consule Dispp. Basileens. *thes. 90.* Quo autem tempore fieri possint vel non, vide *sæpe dict. Disp. Basil. thes. 96. &c.* Et quatenus tempore Nundinarum? docet Berlich. *1. conclus. 53.*

Dubitatur, an hospes peregrini apud se divertentis bona, donec sibi pro cibo & potu satisfactum fuerit, possit arrestare? Negativam qui tuentur, dicunt: quod pignus propriâ authoritate non liceat occupare, *Dd. in l. 3. C. d. pignor.* Nec enim ullum aliquem absque Iudicis interventu, quasi per vim & proprium factum alterius alicujus bona, imò & hypothecam sibi ipsi arrogare vel posse vel debere: esse enim hoc sibi ipsi jus reddere, quod nemini permittitur, *arg. l. 1. & t. t. C. ne quis in propr. caus.* Quod si verò fecerit, & reddere rem Domino, & pretium ejus restituere cogi. *l. si quis in tantam. § si verò. C. unde vi.* Imò & jus crediti, pignorisque eum meritò perdere, *l. extat. ff. ad L. Iul. de vi privat.* Quin & hoc in specie in caupone obtinere, tradunt Menoch. *de recuper. poss. remed. 5. & 9.* Coler. *in proc. executiv. part. 1. cap. 5. nu. 106. & seqq.*

Non desunt tamen contrarium tenentes. Concedit enim Caupo Viatori subire suum tectum, eumque sartum ac tectum ab omni fraude, necessariis ad focilandum sublestas vires remediis instruit, omnium in cauponam illatorum custodiam tacitè su-

suscipit, & factum etiam aliorum præstat, *l. 1. §. fin. l. 2. ff. nautæ, Caup.* Huic igitur ut quantò citiùs solvatur, vel denegatæ solutioni viâ arresti consulatur, publica exigit utilitas atque æquitas. Habere videtur caupo, saltem jus retentionis: quin & in tali casu tacita hypotheca inducta esse censetur, *l. item. ff. d. pact. & l. certi juris. ff. locat.* Sic, posse hospitem pro pretio unius cœnæ, tantum detinere ex bonis, quantum ad solutionem istius sufficit, tradit Bald. *in l. certi juris num. 5. C. loc.* Et hac de quæstione, vide Negusant. *in tract. de pignorib. & hypothec. part. 1. membr. 4. numer 138. & 141.* Coler *de proceß. executiv. part. 1. cap. 2. numer. 21.* Cavalcan. *decis. 44.* Virgil. Pingitzer. *quæst. 58.*

Quamvis autem Arresta jam passim per totam Germaniam habeant locum; maxumè tamen rationabilia & æquitati consona sunt illa Statuta, quæ certum terminum arrestanti præfigunt, inner welchem er auff das arrestirte Gut klagen muß. Ad quorum Statutorum intellectum, vide Mollerum *lib. 4. semestr. cap. 11.*

Solvitur Arrestum cautione, daß der arrestatus deß ordentlichen Rechtens sein wolle (in loco aliàs competenti) quâ de re, & quomodo quis se relaxare queat ab arresto? vide Cöpen *decis. 35.* & Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 110.*

Conceduntur etiam quandoque arresta ex pacto: da einer sich verschreibet / daß er aller Orten / im Fall nicht haltens / verarrestirt werden möge. Et tunc heredes quoque eo innodantur, aut in officio successor, Hartman. Pistor. *quæst. 50* Sic & Subditi ac Ministri, aliquando pro debitis Magistratuum vel Dominorum arresto innodari possunt. Berlich. *1. conclus. 52.* Arresto autem propter alium detentus, vel alia ratione damnificatus, damnum & interesse ab eo potest recuperare. Cöpen. *decis. 36.* Nisi illud arrestum sit injuriosum: tunc enim solùm arrestans tenetur: cùm unius delictum tertio haut nocere queat. arg. *l. si per imprudentiam. 51. ff. d. evictione.*

Sed vide de arrestis plura apud Georg. Everhard. *consil. 10. & seq. volum. 1.* ac Andr. Gail. libro singulari exequutus est Imperii Arresta.

De Arresto Saxonico, quod tribuit in bonis debitoris prælationem, vide Berlich. *decis. 106. & seq.* Et illud tàm de Iure, quàm moribus nostris ignoratur: Dann eines Creditoris Vorlauff / soll den andern nichts schaden / *l. pupillus.* ubi Bart. *ff. quæ in fraud. creditor.* Pruckman. *consil. 47. num. 167. vol. 1.* Fürstl. Würtembergisch Landrecht / *part. 1. titul. 75. folio 209.*

59. Artzney / Artzney-Doctor.

Sine Medicis Civitates constare queunt. Nam multa millia gentium sine

ſine Medicis degunt, & Rom. Populus plus ſexcentis annis fuit, & tamen Medicinæ artẽ damnavit. Plin. *lib. 29. nat. hiſt. cap. 1.* Quinimò eis permultas adeſſe oportet ægritudines, quibus plures Medici ſuperſunt. Ioann. Coraſ. *ad tit. de origin. Iur. in l. neceſſariũ. §. poſt originem 4.* allegans Strabonem *lib. Geogr. 6.*

Cato Cenſorinus, præ cæteris filium admonebat, ut omne genus Medicorum ſedulò devitaret De Adriano Imp. Dion refert, illud in populo cum moreretur, vulgatum fuiſſe: *Turba Medicorum interfecit Regem.* Et de Aureliano Cæſare legitur, Medicum ad ſe cum ægrotaret, nunquam vocâſſe, ſed ſeipſum inediâ præcipuè curaſſe. Vopiſcus *in Aureliano.* Pauſanias item Lacedæmonius, ut refert Coraſ. *d. loc.* qui valetudinem nullo Medici auxilio regebat, interrogatus, quomodo ſenex factus eſſet, reſpondit: quia Medico non ſum uſus. Idemque ad Medicum dicentem, nullum malum habes, feſtiviter reſpondit: non enim utor te Medico. vid. Fileſacum *1. ſelect. c. 17.* & meum *tr. d. vitâ & morte. f. 58. & ſeq.*

At verò medicationum, actionumque medicarum exempla, non ſolum homines primævi Mundi, integritate ſenſuum, ingeniique acumine præſtantes, conſtanti deprehenderunt obſervatione; ſed & ipſius naturæ prudentis ductu, bruta etiam cognoſcunt. Sicque conſtat, Sylveſtres capras, & Cervos quoque ſagittâ tranſfixos, dictamnum quærere herbam, Vergilius *12. AEneid.*

——Non illa feris incognita capris
Gramina; cum tergo volucres hæſere ſagittæ.

Hippopotamus venæ ſectionem monſtravit, Ibes Ægyptia, cliſterum inventrix fuit. Serpens ex fœniculo acuit viſum, exuitque ſenectam. Lacerta galegæ eſu, viperæ letales eludit ictus. Canes, canariâ choleram per ſuperna purgant. Chelydonia, ſui nominis herba, viſum pullis reddit. Quin & veteres illi ſapientes, Medicinam à Deo, quamvis veri Dei ignari, profectam eſſe cenſuerunt, tantumque huic arti tribuêre, ut eam vix crederent, humanis ingeniis inveniri potuiſſe. Et indè genio Solari tàm herbas, quàm virium earundem demonſtrationem adſcripſêrunt, Ovid. *1. metamorph.*

Inventum Medicina meum eſt, opifexque per orbem
Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.

Medicum Altiſſimus creavit, ait alicubi Syracides, & à Deo omnis eſt medela. Altiſſimus de terra creavit Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Pars pietatis Deo debitæ videtur, eam magni facere artem, in quâ ampliſſima, gratiſſimaque de Deo, ejuſque ſapientia infinitâ, providentiâque ineffabili, paſſim ſparſa reperitur.

Il-

Nil mirum ergo omnis eruditionis Oceanum, rerumq; humanarum peritissimum, vatem Homerum in hæc prorupisse verba:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, id est, unus homo Medicus, multis æquandus honore est. Et demùm verò is Medicus salutiferam ægris porriget manum, qui loco, jure & accommodatè remediis uti norit.

Ab hisque procul absunt, qui absque studio accurato Medicæ artis, sese falsò Medici titulo venditare solent, quique detractâ larvâ, apparent Iudæi scelerati, Parochi Polypragmones, sacrificuli, suævè professionis desertores, Chymici indocti, inepti & vulgares pharmacorum confectores, ardeliones, circulatores, tonsores inepti, balneatores curiosi, circumforanei, impostores, vetulæ edentulæ, & placetantes, Carnifices canicidæ, & alii hujus generis filii terræ.

Apud veteres, Medici in servorum numero erant, quod Augusti Epistola ad Agrippinam neptem, cumprimis significat: Mitto ex servis meis Medicum. Sueton. *in Tiber.* adde Corras. *d. loc. num. 6.* Sed tamen non illud perpetuum fuit. Dn. Bernegger. *ad Sueton. Cæsarem cap. 42.*

Doctores Medici actu legentes sive immatriculati, multa Privilegia habent, & quod nequeant molestari, tradit Iol. Lud. *decis. Lucens. 6.*

Sane etiam Politicus scire debet, quæ Medicina sit superstitiosa, & ideò prohibenda.

Non prætereunda hîc est inter gravissimos authores agitata quæstio: an amuletis sit habenda fides, an nitantur ratione, seu an inveniantur remedia, quæ specifica & occulta virtute venenis ita adversentur, ut ea vel ad se, magnetis instar attrahãt, vel alternando hebetent & extinguant? Sunt, inter quos est Thomas Erastus, Medicus & Philosophus insignis, qui falsum & nugatorium esse ajunt, fabulosum & superstitiosum, imò homine Christiano indignum, naturalibus, sensuque & ratione cognitis medicamentis spretis, occulta, & incognita adhibere pharmaca: quæ specificâ virtute, id est, occulta totius substantiæ propietate agant, morbisque adversentur.

Alii vicissim putant, amuleta niti ratione naturali, iisque ideò non omnem fidem derogandam esse: cùm eorum operatio à totius substantiæ proprietate procedat, *hoc est*, ab omnibus substantiæ viribus: non enim materia agit seorsim, non forma, non crasis elementaria; sed agunt in unione per contemperationem coëuntium elementorum facta; ut ita tota substantia aliud nihil sit, quàm conspiratio quædam, omnium substantiæ Virium, ad effectum eundem, illisque consentaneum producendum. Goclen. *tractat. de peste. folio 181.*

Similis ferè quæstio est, de Magneticâ vulnerum curatione, citra remedii applicationem, von der Wundtsalb / da man das Instrumentum verbindet / damit einer geschlagen worden: oder ein Spänlin in dem Blut der Wunden netzt/vnd in die Waffensalb stecket. vide me *tract. de Vita & Morte. fol. 71.* Et extant hâc de re contraria scripta Rudolphi Goclenii, & Ioan. Roberti, Theológi è Soc. Iesu, quem nuper Caspar Wenck, ejusdem Ordinis, est sequutus.

Mihi sanè ejusmodi remedia, quæ manifestam non habent rationem, magis nunc, ac olim suspecta videntur. Verum quidem est, quod Avenzoar de mente Hermetis tradit, in vegetabilibus & mineralibus esse virtutes, quas si homo sciret, operaretur illud, quod per artem magicam operatur. Sed tamen unguentum hoc, fœda & necromantica ingredientia habere videtur, cranium videlicet & sanguinem humanum, muscum de capite suspensi, &c.

Vnguentum item hoc si quis usurpet, & simul alia adhibeat Medicamenta, tunc vulnus intumescit, caloreque corripitur præternaturali.

Similis cura est, quæ fit per morborum transplantationem, wañ man von deß Krancken Blut / mit gewisser Manier / einem Thier zuessen gibt / quâ de re latè tractat Ioan. Ernestus Burggravius *in Biolychnio.*

Magis suspectæ & prorsùs detestandæ sunt Characteriſche Euren / oder da man mit Wort vnd Beschworung viel außrichten will. Georgius Phædro in der vermeindten vollkomnen Heilung aller offnen Schäden / nennet es constellirte Wörter / *circa fin* ubi dicit, daß er könne in einer Eil der vorhandenen Erstickung / mit fünff gesprochnen Worten einen / dem ein Bein / Fischgrat oder etwas anders im Hals bestecket ist / ohne allen Schmertzen von dannen herauß bringen.

Et quoque Horatius non obscurè innuit, morbos à veneficiis ortos, mediantibus carminibus certis curari posse, dum canit:

Ah! Ah! solutus ambulat
Venefica scientioris carmine.

Serenus item Samonicus, vel Marcellus Empiricus, in eundem sensum ait:

Gramine seu malis agro præstare medelam,
Carmine seu potiùs: namque est res certa saluti
Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis.

Exindeque Quercetanus *in Alexicaco Pestis f. m. 41.* concludit: si certa quædam incantamenta infligere valeant morbos, ex contrariorum naturâ, eosdem quoque pelli posse per verba.

Ferè tamen est, ut putem, Medicamenta naturalia, naturali suâ vi contra incantationes & veneficia sagarum & Dæ-

& Dæmoniacorum, etiam prodesse. vide Bartholomęi Carrichteri *tractat.* Von Heilung Zauberischer Schäden: quod & Liber Tobiæ innuere videtur; & adde me *tract. de vita & morte. fol. 71.*

Non tamen licet super homines & animalia, aliqua ponere præter Symbolum, & orationem Dominicam. Si verò aliqua superstitiosa addantur, grave peccatum est. Vnde in Decretis dicitur *26 quæst 5. Non liceat Christianis, &c Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes attendere, nisi tantum cum Symbolo aut Dominicâ Oratione, ut tantum Creator omnium, scil. Deus honoretur.* Bartol. Sibylla *peregrinar. quæstion. decad. 3. cap. 9. quæst. 8.* qui idem *quæst. 11.* de incantatione serpentum ait: quod si in incantationibus serpentum, vel quorumcunq; animalium, respectus habeatur solùm ad verba sacra, vel ad virtutem Divinam, nō erit illicitum; sed plerunque incantationes tales habent illicitas observationes, & per Dœmones sortiuntur effectum; & præcipuè in serpentibus: quia serpens fuit primum Dæmonis instrumentum, ad hominem decipiendum.

Quæri item hic potest: an Chymiatria (quam certis quibusdam aphorismis comprehendit, & Synopsin Aphorismorum Chymiatricorum indigitavit Angelus Sala Vicentius) in benè constitutâ Republicâ sit toleranda? vide me *tract. de vita & morte. fol. 73.*

Et certè quamvis Thomas Erastus *in tract. de auro potabili.* vix concedere velle videatur, quod ex mineralibus confici possint salubria medicamenta; attamen Quercetanus *in Tetrade suâ, cap. 20. f. m. 241.* contrarium exindè probare vult, quod prætensi dogmatici, post omnia sua frustrà tentata remedia, ægros soleant ablegare ad aquas minerales, quarum vires subsistunt in spiritibus metallicis resolutis. Sed hìc cautio est adhibenda, cujus *suprà* mentionem feci *fol. 29.*

Porrò Hermetica Medicina, quam Paracelsus conatus resuscitare, & alia adhuc commoda habet, quorum non contemnendum est illud, daß sie die Entia morborum etwas bessers vnterscheidet. Dann (1) die Kranckheiten ex Ente naturali, oder Natürlichem Wesen / das ist auß den sechs vnvermeidlichen Dingen / ohne welche der Mensch nicht leben noch weben kan / als da ist: Lufft / Speiß vnnd Tranck / Ruhe vnd Bewegung deß Leibs / Vberladung vnnd Außleerung desselben / schlaffen vnd wachen / Bewegung der Sinne vnnd deß Gemühts / ꝛc. Jhren Vrsprung haben. Das (2) ist Ens astrale, wie nämblich die Kranckheiten durch influentz vnnd Würckung deß Gestirns entspringen / vnd verursacht werden: (3) Daß Ens Venenale, welcher massen fast alle

Schwachheiten auß dem Gifft vnnd Vnreinigkeit, so in Speiß vnd Tranck verborgen ligt (sonst Tartarus genant) mögen geboren werden. (4) ist Ens Pagoycum, wie/ vnnd welcher Gestalt durch die Geister deß Menschen (nämlich die jenigen / so der böse Wille vnd Begird der Menschen/ auß jhme selbst gebüret) alle Geschlecht der Kranckheiten können zugefügt werden / vnnd mehrer theils Zauberischer Art seynd. Das (5) ist Ens Deale, da der Mensch offt vnd vilmahlen/durch sonderbaren geheimen Raht vnnd Willen deß Allwissenden / mit allerhandt Kranckheiten heimgesucht vnd angegriffen würdt.

Ad hujusque quintuplicis Entis morbifici cognitionem, viam stravit Augustinus Etzlerus *in tract. de fundamento Medicinæ æterna.* Secundum item, & tertium explicavit Iohann. Hayne *in tract.* Von den Astralischen vnd Tartarischen Kranckheiten.

Aliam porrò plantarum cognitionem suggerit Hermetica Medicina, quâ de re videri potest Iohann. Poppen Kräuterbuch/ darinnen die Kräuter deß Teutschen Lands / auß dem Liecht der Natur / nach rechter Art der Signaturen der Himmelischen Einfliessung/ nicht allein beschrieben/auch darinnen angezeiget würdt / vnter welchen Planeten / vnter welchem Zeichen Zodiaci, auch in welchem Gradu ein jedes Kraut stehe; sondern auch/ wie man nicht allein auß den Signaturen erkennen kan / warzu ein jedes Kraut zugebrauchen / vnd wie viel ein jedes Kraut Signaturen in sich habe. Confert item huc das Kräuterbuch Bartholomæi Carrichters / welcher zwar auß Paracelso seine Fundamenta genommen / aber etwas davon abgewichen / vnd einen sondern Methodum in seinem Schreiben gebraucht/ auch mit blossen Kräutern so vil außgericht / daß er dannenhero der Kräutel Doctor genennet werden.

Tandem, Iuridicas & Politicas de Medicis quæstiones congestas, videbis *in disputatione singulari vol. 1. Dispp. Basileens. de Medicis.* Roderici à Castro *Medico-Politico.* Michael Doringii *de Medicis & Medicina tractatu* Heig. *2. quæst. 26.* Et in meo libello *de Vitâ & Morte. fol. 57. &c.*

60. Assessor, Beysitzer.

Fuit olim in more positum Romanis, ut qui judicandi potestatem haberent, sibi Iurisperitos asciscerent, quorum Consiliis & operis, in exercendâ Iurisdictione uterentur; *l. 1. & t. t. ff. & C. de offic. Assess.* ab assidendo ita dicti, quod Iudici in judicando assideant, eumque consiliorum suorum faciant participem. *l. 1. C. de Assessor.* Hicq; assidere, consulere dicitur; *l. 9. § 3. ff. quod mett. caus.* qui & ideò Consiliarii etiam nuncupantur. *l. pen. ff. de off. assessor. l. 3. l. 10. & duab. seqq C. de assess. Novell. Iust. 17. c. 15. §. festinabis.*

No-

Novell. 60. c. 2. N. 82. c. 2. vid. Donell. *lib. 18. c. 2. per tot.* & Bolognet. *ad t. ff. d. offic. Assessor.*

Hique differunt ab Assessoribus Cameræ Imperialis. Nam Assessores Cameræ sunt Iudices ad id constituti, ut causas in judicio Cameræ propositas cognoscant & decidant, secundum ordinat. Camer. *part. 1. lib. 13. & seq.* Quare & passim in Ordinatione Cameræ vocantur Vrtheiler / hoc est, Iudices. Assessores verò, de quibus in jure Civili agitur non sunt Iudices, sed sunt Iudicum Consiliarii: quia per se non judicant, sed judicanti assident, eique consilium suggerunt. Vnde in jure nostro Assessores à Iudicibus secernuntur. Eberh. Speckhan. *cent. 3. quæst. 10. in fundam sub n. 5.*

Assessorum autem electio spectat ad eum, qui fungitur munere judicantis. *l. 1. l. nullius C. de assess.* tutius tamen & magis congruum est, ut de consensu partium Litigantium eligantur: *c. non sanè. vers. illi. quæst. 5.* ita enim mutuo partium consensu assumptus Assessor, tanquam suspectus posteà recusari non poterit. *c. quod semel placuit. de R. I. in 6.*

Quæritur: Si Assessor malè consulat, an Iudici hoc imputandum? In quâ quæstione distinguit Erasmus à Chokier. *in const. Concil. Lateran. tr. d. exempt. à Iurisd. part. 1. §. 14. n. 11.*

Civiliter tenebitur eligendo Assessorem imperitum: tunc enim Iudex versatur in culpâ. Quia electio mala est in culpâ. *l. nam & Servius.* ubi gl. *d. ff. neg. gest. l. si Servius. §. servi. §. fornicarius. ff. ad L. Aquil.* Cæpolla *de servit. urb. prædior. cap. 73. n. 6.*

Criminaliter verò non tenebitur, nisi intervenerit ejus dolus. *l. 2. ff. quod quisq. Iur. l. observare. §. proficisci.* ubi gl. *ff. de off. Procons.*

Assessores verò utroque casu indistinctè tenebuntur. Imò si quid Iudex perperàm decernat, tenebuntur Assessores, nisi protestatione de contrariâ eorum voluntate fidem fecerint: Præsumptio enim est, quod Assessoris Consilium secutus, ita decreverit. *l. quoniam Iudices.* ubi Bl. & Dd. *C. de appellat.* apostilla ad Specul. *tit. de Assessore. §. pœna.*

Denique horum Assessorum loco hodiè ferè sunt Collegia Iureconsultorum in Academiis probatis, da man die Vrtheil abfassen / oder sonst auff erholten Rhat der Rechtsgelehrten solche publiciren thut. Et passim etiam agunt nostri Dd. de sententiâ latâ ex consilio sapientis.

61. Atheisten.

Civiliter etiam damnantur homines Athei, qui non credunt esse Deum, resurrectionem & animarum immortalitatem negant, quin & ultimo supplicio subduntur. Siquidam verò apud eos, inquit *Novell. 146. ut liceat Hebræos. cap. 2.* vanæ novæ vocis eloquia inferre præsumpserint, aut resurrectionem aut Iudicium ne-

gare, aut facturam Dei & creaturam Angelos subsistere, hos & expelli volumus omni loco, & non relinqui vocem blasphemiæ, & ita à Dei simul lapsam notitia. Præsumentes enim eos affari aliquid, ejusmodi ultimis subdantur suppliciis, illato errore ex hoc Iudæorum emendantes gentem.

Ioannes Corasius existimat *lib. 3. miscell. 8. num. 13.* ejusmodi Hæreticos, qui ipsum Deum negant, virtutemque Divinam tollunt, non vivos modò comburendos, sed & aliis exquisitis, gravioribusque pœnis & suppliciis, si quæ duriora excogitari possint, plectendos esse. vide me *tract. de Majestate. fol. 102.*

Et quantum noceat in Republicâ Atheismus, docui *in tractat. de Information. fol. 34.* Hincque etiam Athenienses olim puniverunt, qui Deos negare sunt ausi, Baron. *in Annalib. A. Chr. 52. num. 3. ad fin.* E contra divinè Plato, *libr. 10. de Legib.* ait: Si Civitati & Reipublicæ debeat benè esse, duas potissimùm opiniones Civibus eximendas: primò, nè existiment, Deum negligere res atque actiones humanas; dein nè sibi temerè persuadeant, Numen Cœleste facilè placari. Sanctè etiam Aristoteles, omnium principium optimum Deus est, virtutum verò pietas. Et convenienter suæ professioni Philo Iudæus ait: Dei abnegatio omnium scelerum fons. Et quoque antiqui Romani, adeò olim fuerunt Religiosi: ut maluerint ritè sacra administrari, quàm hostes vinci. Plutarch. *in Marcell.*

Sunt autem Athei varii. *Primò* insani illi, qu dicunt, vanum esse, servire Deo, qui beatos prædicant arrogantes: Siquidem ædificati sunt facientes impietatem, &c. Malachiæ *cap. 3. vers. 14. & seq.* Horum antesignanus fuit Cain, qui *Genes. 4. vers. 4.* (si fides Ionatheæ & Hierosolymitanæ) ad fratrem suum Abelem dixit: Veni & exibimus ambo unà foràs: Et accidit, cùm exiissent ambo foràs, respond t Cain & dixit ad Abel: Cogito mecum ego, quod mundus quidem creatus sit per misericordiam Divinam, verùm non gubernatur juxta meritum bonorum operum, sed ibi habetur respectus personarum in judicando. Nam cur oblatio tua acceptata est in gratiâ, & oblatio mea non acceptata est? Respondit Abel & dixit: Omninò per misericordiam Divinam creatus est Mundus, & juxta fructum bonorum operum gubernatur, neque est personarum respectus in judicando. Et quia fructus operum meorum erant boni præ tuis, ideò acceptata fuit oblatio mea in gratiâ. Respondit Cain, & dixit ad Abel: Non est judicium, & non est Iudex, & non est seculum futurum, & non est redditio præmii justis, & non est ultio impiis. Respondit Abel & dixit: Est Iudicium, & est Iudex,

& est

& est seculum futurum, & est exspectatio præmii justis, & sumptio ultionis ab impiis. Et super negotio horum verborum, altercatio oriebatur inter ipsos in campo. Et surrexit Cain contra fratrem suum, & inflixit lapidem in frontem ejus, & occidit eum. Certè Colloquium quidem hoc, ex humano cerebro fuisse confictum, Sixtus Amama *in Censurâ satis audaci vulgatæ versionis*, prodit; ideoque superfluas esse ait, voces illas, quas septuaginta & vulgata Interpretatio supplet: *Egrediamur in agrum vel foras.* Sed sanè in Hebræo aliquid deest, indeque apparet intervallum, & quasi hiatus hic loci præter morem: quò Massora respexit, dùm *in margine edit. Veneta in fol.* sic notavit: Viginti octo versus sunt, in quorum medio interstitium vel quasi pausa quædam est.

Candidè magis judicat Fagius, qui *in Cõmentariis ad Thargum Onkeli, hoc loco*, vulgatam Latinam ob membrum illud redundans excusat; ac addit: quod etsi non semper Hebrço respondeat contextui; tamen ejus authorem vel ad paraphrasin aliquam Chaldaicam, vel ad 70. vel ad alium aliquem Rabinum, ejusque sententiam non preter rationem respexisse.

Et sanè nec hodiè caremus iis, quos taxat Iuvenalis *Satyra 2.* ubi ait:

Esse aliquos Manes, & subterranea Regna,
Et contum, & stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.

Secundi generis sunt ii, qui non apertè, sed in corde dicunt: *Non est Deus. Psalm. 13.*

Quod sanè vitium homini jam videtur esse innatum, qui hoc idem in corde versant, dicere tamen non audent. Indè corrupti sunt & abominabiles facti in studiis suis cuncti, non est, qui faciat bonum, declinaverunt, & simul inutiles facti sunt omnes.

Tertii generis sunt, qui utuntur Religione pro ratione status, quod primùm videtur fecisse Ieroboam *lib. 3. Reg. cap. 12.* & etiam Theodoricus Rex Gothorum. Boccalini.*cent.2. ragguagl.13.* Sic etiam Alexander Magnus propter politicam rationem, opinionem fovit de suâ divinâ nativitate. Plutarchus *in vitâ.* Sic & de Sertorio Agellius *lib. 15. cap. 22.* scribit: Sertorius Vir acer, egregiusque Dux, & tuendi, regendique exercitus, peritus fuit, is in temporibus difficillimis, & mentiebatur ad Milites, si mendacium prodesset, & literas compositas pro veris legebat, & somnium simulabat, & falsas religiones conferebat, si quid istæ res eum apud Militum animos adjutabant. Illud adeò Sertorii nobile est: Cerva alba eximiæ pulchritudinis, & vivacissimæ celeritatis, à Lusitano quodam ei

ei donata est, hanc sibi oblatam divinitùs & instructam Dianæ Numine colloqui secum, monere & docere, quæ utilia factu essent, persuadere omnibus instituit: ac si quid durius videbatur, quod imperandum Militibus foret, à Cervâ sese monitum prædicabat, id quùm dixerat, universi, tanquam si Deo, libentes parebant. Quod & confirmat Plutarchus *in ipsius vitâ*. Profuit etiam Scipioni Africano, Divinum ortum eum habere, quod creditum fuit: proditumque literis est, Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, priusquàm diluculares, in Capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam Iovis, atque ibi solum diu dimorari, quasi consultantem de Republicâ cum Iove. Quod & memorat Plutarch. *in ejus vita*.

Tales etiam sunt plerùnque apostatæ illi, qui deficiunt ad Mahumetismum, ut testatur Wenceslaus Budowetz *in Circulo Horologii. fol. 177.* ubi scribit: Orabam Apostatam, si quid haberet rationis, si quid scientiæ (quâ utraq; non carebat) si quam scintillulam conscientiæ, ut pensitaret illas nunquam à condito mundo auditas fabulas, quæ in Alkorano impudentissimè, contra propriam rationem, confictæ sint. Ibi apostata, siquidem Atheista erat, & aulicus; non tàm irascendo, quàm ridendo respondit, & quidem jurejurando: se nihil insulsiùs in vitâ legisse, quàm Alkorani fabulas, quibus sicuti fidem non præberet; ita neq; veteri ac Novo Testamento se credere. Itaque meritò Lucianum irrisisse omnes Religiones, dicentem eas esse meras & stultas, vel simplicium hominum opiniones; vel ad conservandum ordinem politicum constitutiones: & eas mutari cum Imperiis & Regnis, & inclinationibus affectuum humanorum. Quod cùm audivissem ex Apostatâ, respondi: en fructum tui Mahometismi, & fidei veræ ad Cœlum ducentis; qua tantoperè gloriando, jam aliquot ex Christianis tui similib. seduxisti. Ad quæ ille replicando, & sæpè ridendo respondit: Mundum decipere, & velle decipi; Deum terram dedisse incolendam hominibus, & Cœlum sibi reservâsse. Quare nihil consultius esse, quàm ut Christiani, relictis de Religione certaminibus, faciliorem cùm Turcis, unam Religionem (in quâ non opus sit tot libros evolvere, tot censuris Ecclesiasticorum subjectum esse, & res naturales pro peccatis fingere) eligant, & ita unum fiant. Hactenus Budowetz.

Ipse etiam Diodorus Siculus *lib. 1. fol. m. 2.* fabulas de inferis; ad terrorem & politicam ob rationem confictas esse autumat sat impudenter.

Quartò sunt Athei subtiles, horumque nonnulli ridiculi & vani, quales erant Lucianus ac Martialis.

Ac

Ac etiam Petrus Aretinus, cujus Epitaphium tale fertur:

Qui giace l'Aretin Poeta Tosco,
Il qual disse mal d'ogn'uno in fuor
que d'Iddio.
E si scuso col dir; i nol cognosco.

Alii occulti magis, quales plerique Philosophi fuerunt, qui dùm voluerunt abolere superstitionem, in atheismum inciderunt, teste Lucretio *lib. 1.*

Humana ante oculos fœdè quom
vita jacéret
In terris oppressa gravi sub relligione:
Quæ caput à Cœli regionibus ostendebat,
Horribili super adspectu mortalibus instans:
Primùm Grajus homo mortaleis
tendere contrà
Est oculos ausus, primusque obsistere contrà:
Quem nec fama Deûm, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compreßit Cœlum: sed eo
magis acrem
Virtutem irritat animi, confringere ut arcta
Naturæ primus portarum claustra
cupiret.

Qualem etiam Philosophiam ab Anaxagaro didicit Pericles, Plutarchus *in vitâ*, ubi tamen divinè inter naturalem & Divinum Philosophum differentiam facit, illumque indagare causas ait; hunc verò eventuum respicere finem.

Sanè ex æquo Stoici & Epicuræi Athei esse videntur; parumque hac in parte distat, asserere omnia fieri casu, vel ex fatali necessitate. vid. Theophil. Raynaudum *in Theol. naturali fol. 528.*

Fuerunt & Athei Saducæi ac Samaritæ, Baronius *in apparatu Annalium, num. 7. &c.*

Ac in genere Philosophia & Studia literarum, remotâ pietate & gratiâ Divinâ, præcipiti cursu tendere videntur ad hunc Atheismum.

Verè Atheus Plinius fuit, dum *lib. 1. cap. 1.* scribit: Mundum, & hoc quod nomine alio Cœlum appellare libuit, cujus circumflexu teguntur cuncta, Numen esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum, neque interiturum unquam. Hujus extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ conjectura mentis. Sacer est, æternus, immensus, totus in toto, imò verò ipse totum, finitus, & infinito similis; omnium rerum certus, & similis incerto, extra, intra, cuncta complexus in se: idemque rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura.

Fuére etiam hujus sectæ nonnulli in Italiâ præclari Viri, & inter alios Petrus Pomponatius, Mantuanus, qui inter Peripateticos illustrès primum suggestus obtinuit locum, &

I non

non immeritò Theologos contra se in caput & nominis famam vehementissimè concitavit, edito scil. volumine, quo animas post corporis mortem interituras, ex sententia Aristotelis probare nitebatur, secutus Aphrodisei placita: cujus dogmate ad corrumpendam Iuventutem, dissolvendamque Christianę vitæ disciplinam, nihil pestilentius induci potuit; ut de Præceptore suo testatur Paul. Iovius *in elogiis Virorum Doctorum.*

Ejusdem etiam profanæ opinionis Antonius Vrceus (qui posteà Codri cognomen assumpsit) Brixianus, ferè per totam vitam asseclа fuit, ut *in ejus vitâ* testatur Bartholomæus Bononiensis, cùm ait; Circa Christianum dogma, si non re, verbis saltem plerunque claudicabat. Rogantibus amicis, quid sentiret de immortalitate animæ? nescire se respondebat, quid post mortem de se futurum esset, viveretnè animus, sive anima, an interiret unà cum corpore, quæque de inferis homines prædicarent, anilia dicebat esse quædam terriculamenta. Sed tamen Ecclesiæ Sacra, cùm ad ultimum vitæ finem ægrotaret, ipsemet petiit. Nam cùm ad se Christi corpus per Sacerdotem afferri videret, pectus manibus atque ora pœnitentis in modum percutiens, miserum se esse profitebatur, & nunquam sapientem, qui ductus esset per omnem ferè vitam à tantâ animi cæcitate.

Sic & Pomponius Lætus ab initio contemptor fuit Religionis, veneratusque fuit omnium maximè Romanæ Vrbis Genium, & celebravit natalem urbis quotannis, frequenti doctorum hominum conventu. Nullus unquam magis vetustatem miratus est, nullus in ea re cognoscenda plus operæ impendit, fastidire sua secula, ac pro despicatis habere quæcunque nostra tulisset ætas, consistere amenti similis, ad omnem vetusti operis occursum, interdum etiam ubertim flere, meliorum (ut dicere solebat) temporum admonitu. Sabellicus *in vita Pomponii Læti.*

Et ita forsan excusationem mereatur Paulus II. Pont. Max. quod literatos quosdam, & in his Platinam & Callimachum (& ipsum etiam Pomponium Lætum) tanquam impios & maleficos, tormentis excruciavit, quem aliàs eo nomine etiam Paulus Iovius (*in elogiis*, ubi de Pompon. Læto) ut elegantiæ literarum imperitum, suspiciosumque taxat.

At telam qui impietatem vitare velit, imprimis hanc opinionem deponat, omnia corporea, nec esse alia, nisi quæ videri possunt. In homine enim carnali tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi, ut alicubi ait S. Augustinus. Hincque qui Dæmones negant, & quæ de Sagis dicuntur, ridicula censent, qui de omnibus dubitant, qui animalia rationalia faciunt, &c. in hoc barathro versari videntur. Ve-

Verùm contra Atheos, pluribus & nervosè agunt Edouardus Westonus in *Theatro vitæ Civilis ac Sacræ, lib. 4. cap. 2.* & Theophilus Raynaudus *in Theologia Naturali. distinct. 5. numer. 23. &c.* ut & *num. 151. & multis seqq.*

Non item contemnenda est opinio d' Antoine Le Pipple *cap. 84. des Intentions morales.* ubi ait: *Le Scisme se termine ordinairement en Heresie, & l'Heresie en Atheisme, lequel est cent fois pire, que la superstition, pour estre esloigné totalement de la vraye Religion, à laquelle la superstition resemble encore aucunement de loin.*

Ac piè idem: *jamais ne peut arriver à l'homme ny infelicitè plus grande, ny desastre plus horrible & malheureux, ny que le reduisse à, estat plus miserable, & infortune, que lors que pour ses pechez & la continuation en iceux, son coeur devient endurci, & son ame toute terrestre, ne respire rien, que choses terriennes, ne se souciant des eternelles, pour ne les croyre. Et comme s'il n'y eu d'Evangile qui le deffendist, ou de Dieu, qui le chastiast, ne fait non plus d'Estat de pecher, que manger.*

62. Auch/sonderlich.

Dictio *Etiam* (Auch) implicat identitatem vel similitudinem cum præcedentibus *l. etiam. ff. soluto matrim.* Symphor. *supplic tom 1. p. 1. dec. ac resolut. dub.* von Pfendung. *nu. 4.* Aretin. *cons. 62. col. 2.* Dec. *cons. 696. n. 13.* adde Hartm. Pistor. *libr. 2. quæst. 32. num. 33.* Tuschum. *lit. D. concl. 275. &c.* Et de sui natura, est implicare casus minus dubitabiles, & ubi non est tanta vel par ratio, gloss. juncto text. *in clem. 2. verb. Ecclesiæ. de hæret. & in l. etiam l. fin. C. si tut. vel Cur.* Alex. *cons. 23. col. 2. vol. 5.*

Interdum verò, ut notat Paris. *consil. 46. num. 30. & seq. vol. 4.* solet implicare & includere majora expressis, etiam in materiâ strictâ & exorbitanti, & quod augeat addendo, tradit idem *num. 31.*

Dictiones implicativæ, ut sunt *etiam, maximè, præsertim* implicant, important seu designant idem esse in contrario casu, gl. *in l. illud. verb. existimari. ff. ad L. Aquil.* gl. *in l. quod si minor. §. restitutio. super verb. in vendit. ff. de minor.* & est text. *in l. si quis pro uxore. in pr. ff. de donat. int. vir. & uxor. & in l. qui se patru. C. undè liberi.* Hinc fit, ut, quando in lege aliquâ reperiatur dictio implicativa, non liceat sumi argumentum à contrario sensu. *l. conventicula. C. de episc. & Cler.* Argumentum enim à contrario sensu, tunc demùm procedit, quando in casu contrario est contraria ratio. *l. si extraneus ff. de condit. caus. dat. caus. non sec.* Dictiones autem *maximè, præsertim, etiam* & similes, implicant idem esse in casu contrario. Ergo ubi illa dictio *Etiam*, vel similis ponitur, non potest sumi argumentum à contrario

 sen-

sensu. adde Nicol. Everhard. *in loco à natura diction. implicativar. per tot.*

63. Audientz.

Audientia, vox Iudicialis est, in foro recepta, jurisdictionem, notionem, seu judicium denotans. Wesenbec. *in par. C. de Episcop. audient.* Indè Auditores Rotæ.

In Camera, Audientia dicitur Iudicis & Assessorum, consessus ille solennis, in quo Procuratores jurati, partium causas in scriptis, & vivâ voce proponentes, & agentes audiuntur. Ibique Audientiæ in loco publico, foribus apertis, singulis diebus, exceptis feriatis, manè à 7. æstate, 8. hyeme usque ad decimam: post meridiem verò à primâ, usque ad tertiam horam regulariter celebrantur. Subinde autem adeò crebræ instituuntur mutationes, ut certi quid hîc tradi nequeat, ut ex *tit. 1. 3. part. Ord. Cam.* videre est. Sed adde Schvvanman. *in proceß. Camer. lib. 1. cap. 24.* De feriis item, quibus Audientiæ Camerales vacant, agit Idem *cap. seq. 25.*

64. Auff all Weiß unnd Weg.

Verba *omnibus modis*, includunt omnem speciem, omnem casum, & omnem modum, prout de verbo *omnimodò* scribunt gl. & Dd. *in l. cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. caus.* Cephal. *cons. 153. num. 3.* inferens, si extet statutum, quod Iuramentum faciat omnimodam probationem, tale statutum excludere probationem in contrarium faciendam, Rol. *consil. 75. num. 13. lib. 3.* Et est tantæ potentiæ illud verbum *omnimodò*, ut positum cum lege, non possit inferior dispensare, & condere legem in contrarium, Deci. *consil. 154 num. 12.* adde Nizol. *in alleg. 26. n 19 & 20.*

65. Auffgetragne Lehen.

Non rarenter fit, ut Nobiles, aliique magis amplioris conditionis, allodialia sua prædia, Castra, Pagos, oppida, vel ditiones, aut etiam Iurisdictionem, aliaque solùm jura, potentiori alicui, liberè, omnique cum causſâ cedant, & posteà ab eo iterùm Feudi nomine recognoscant: quo de Feudo videatur Zas. *part. 3. numer. 9.* Wesemb. *c 2. n 6.* Gail. *2. observ. 158. nu. 1.* Knichen *d. territ. Iur. cap. 1. numer. 205.* Schrader. *part. 2. c. 3 nu. 65.* Rosenthal. *cap. 2. concl. 24. & cap. 6. concl. 68. num. 17. &c. & c. 7. concl. 34.* vid. tamen Alvarott. *ad c. 1. n. 4. vers. contrarium verò sequitur. de eo qui sibi vel heredib suis.*

Ius verò Saxonicum, nullam hoc casu admittit in dominum concessionem, nisi per annum & diem liberam eidem concedat possessionem: tùmque donator non aliter, quàm alius quisque pro vasallo habetur. *Landtrecht. art. 34.* Zobel. *part. 2. diff. 46.* Matth. Coler. *decis. 80. & 219.*

For-

Formam eines Aufftrag Brieffs/ darinn die Graffschafft Waldeck / so derselben Graven frey eigen Erb ware/ In An. 1438. den Herrn Landgraffen in Hessen resignirt / vnnd widerumb zu einem rechten Erb-Mann-Lehen geliehen worden / habetur in der Deduction Herrn Landgraff Moritz Fr. Gnaden / *cap. 2.*

Idq; maxumè fit causâ protectionis. Et ideò, licet de juris rigore talia Feuda, aliorum beneficiorum feudalium obtineant naturam; attamen iniquum esse videtur, ut leviori de causâ, putà ob non petitam investituram, &c. pro commissis habeantur: ut monui *decad. 2. consil. 7. folio 164.*

Nobiles etenim, cùm allodialia à Principibus recognoscunt, ut quoties opus est, possint utiliore titulo se tueri: non id eo intuitu facere censentur, quod velint sibi indè præjudicium generari, sed ut abundantiore cautelâ sibi provideant. *arg. c. post electionem. extra de elect.* ubi Abb. & *in c. cum olim. de re jud.* Felin. *in c. nostra. de rescript.* & fac. *l. Aurelius. §. fin. de libert. leg.* uti hæc omnia refert Alciat. *resp. 178. num 2.* aliàs *lib. 5. consil. 15. num. 3.* cui addatur pro declaratione Menoch. *præsumpt. 91. nu. 17. & seqq. lib. 3* & Bursat. *cons 46 n. 16. vol. 1.*

66. Aufflassung.

In Germaniâ nostrâ consuetudo viget, ut jus Feudi venditi peculiariter Domino refutãdum, & in emptorem transferendum fiet: antequàm enim hoc fiat, emptor pro Vasallo non habetur. Quâ de re videri omninò debet Hartman. Pistoris *observ. ult. per tot.* ubi *n. 12. & seq.* tradit, in hâc resignatione (quam vulgò die Aufflassung vocãt) venditorem diligenter & submissè agere debere cum Domino, ut emptori investituram concedat: ac cùm tunc planè in arbitrio Domini sit, Vasallum illum novum recognoscere, vel non, ac ita per hanc alienationem nihil Domino, ejusque juri decedat: inde hâc ratione mitigari rigorem illum juris Feudalis, secundùm quem Vasallus propter alienationem, feudum amittit. Nam tunc conditionalis venditio, seu potiùs tractatus de vendendo reputatur: ut & aliàs dici solet, prædium feudale ante traditionem, non videri ita alienatum, ut propterea in commissum cadat. Sed cautiùs agunt, qui ante vẽditionem, Domini requirunt consensum: aut aliis sibi prospiciunt cautelis. arg. traditorum à Heig. *part. 2. quæst. 18.*

Illud omittendum non est, si sæpius feudum in extraneũ alienetur, & semper Dominus auff blosse Aufschreibung oder Aufflassung cõsentiat; tunc feudum (aliis maxumè concurrentibus præsumptionibus) pro hæreditario haberi. vide *meum consil. de Feud. hæreditat. quod junctum est meo tract.*

de success. & elect. Regiâ. fol. 237. & sequent.

67. Auffrhur.

Nihil in Republicâ pernitiosum magis est, quàm seditio: eaque adeò detestanda habetur, ut quidam velint, de Principis potestate disputandum non esse. Sunt enim, qui se nunquàm facundos aut animosos putant, nisi Principum præcellentiam procaciter sollicitent, nisi per insanas ingenii argutias convulnerent præcipite ferociâ Majestatem, atque Mysticam illam reverentiam, quæ Dei throno à Principibus insesso debetur, è medio tollant. Vndè Iacobus magnæ Britanniæ Rex *in quadam orat. Londini in Camerâ Stellatâ habitâ*, statuit non impertinenter: supremam & absolutam illam sceptri prærogativam, examini Iurisperitorum non subjacere, extraque omnem disputationis aleam positam esse. Sic & Tyranni Imperio ex conscientiâ obediendum, autumat Molina. *d. Iustit. & Iur. tr. 2. disp. 24. ad fin.* add. Filesacum. *1. select. cap. 9.* ubi, an ii à Deo, & quod interdum ille excitet Reges in vastationem. Et Principes punit Dei manus, non subditorum. Antoin. le Pippre. *cap. 26. des intentions*. Et periculosas, mimmèque ferendas esse illas quæstiones: An Imperium fœminæ legitimum fiet? An electio melior sit successione? An Princeps legibus subjiciatur, legesque Populo sint subjectæ? &c. monet idem *cap. 207*. Eorum etiam opinionem, qui dicunt, ubique & sine exceptione, summam potestatem populi esse: ita ut Reges, quoties Imperio malè utuntur, & punire & coërcere liceat, pluribus refutat Grotius *d. Iure belli. lib. 1. c. 3. nu. 8.* addatur Excellentissimus Goldastus *de Bohemici Regni successione. 1. cap. 5. & seq.* Sed hac de re egi *in præcognit. polit. folio 171. & seqq. multis* latè.

Sed utcunque hâc de re speciosè in utramque partem disputari queat: attamen ferè semper seditio etiam justa, medicina talis est, quæ sit periculosior ipso morbo. Verè & prudenter Cinuzzo *lib. 2. della disciplina militare. fol. 245. la guerre civili, se non s' accordano ne principii, non hanno mai fine, se non con l'esterminio d' una delle parti, ò con le rovina dello Stato.* Seditio etiam tyrannidis, quæ filia est, mater fit Tyrannidis: sive Princeps, sive populus aut Status vincant. Libertatis communis prætensi defensores, semper omnia agunt confusè: ut factum in Lusitaniâ, sub Antonio, cui populus favebat. Conestag. *lib. 5. folio 294. &c.*

Et pro regula hîc est habendum, quod semper favendum sit veteri statui, nec novatoribus adhærendum. Libertas semper prætenditur in conjuratione: sed sæpius larva est pejoris servitutis. Pippre. *cap. 194.* prudenter non imprudens Politicus Philipp. Melanchth. *lib. 3. Epist. folio 180.*

lia 180. ad Ioh. Pfeffinger. Etſi exitus monſtrabit, quid agatur: tamen interea dùm tali teſte probetur, Imperatoris voluntatem non impugnes.

Nulla Reſpublica caret malè contentis, etiam iis, qui ſuæ indignationis rationem habent non planè injuſtam; Pippre *cap. 40.* Ergò nunquam ſecurus ullus eſſet Princeps, ſi populo nimis indulgeretur. Vera nota, Thucyde auctore, ſeditioſi temporis eſt; ubi ii videntur conſtantiſſimi cives, qui accendere odia maxumè ſtudent. Tunc etiam Reſpublicæ ſpe exterorum auxiliorum plerunque decipiuntur, & magnas ſibi calamitates accerſunt. Initiis occurrere facilius eſt, hoc ſi negligitur, ruunt in fata male cõtenti multis erroribus. Tetræ & horrendæ ſunt confuſiones, utra pars vicerit.

Prævidit præſentes Germaniæ calamitates etiam Iohan. Leuchterus, Theologus Darmſtadianus, *in tract.* von Bündnuſſen / ubi inter alia etiam ſequentia habet:

Weil kein ander Regiment im Römiſchen Reich zuhoffen iſt / als auch Daniel anzeigt; So iſt nicht zurahten / daß mans endere. Sondern flicke vnd bletze daran / Wer da kan / weil wir leben: ſtraffe den Mißbrauch / vnd lege Pflaſter auff die Blatern. Würdt man die Blattern auffreiſſen mit Vnbarmhertzigkeit / ſo würdt den Schmertzen vnnd Schaden niemandes beſſer fühlen / dann ſolche kluge Balbierer / die den Schweeren lieber auffreiſſen / dann heilen wollen. Wollan / Teutſchland iſt vielleicht reiff / vnd ich ſorge einer ſtarcken Straff / GOtt ſey vns gnädig.

Das ſind die Meiſter Klieglinge / die das Roß für groſſer Weißheit / am Hindern zäumen können / vnd nichts mehr können / dann andere Leut vrtheilen vnnd meiſtern / vnnd wann ſie das Regiment in die Hand kriegen / ſo gehets alles zu Grund mit jhnen / gleich wie man ſpricht / wer dem Spiel zu ſihet / der kans am beſten. Dann ſie meinen / wann ſie die Kugel in die Hande kriegten / wolten ſie zwelff Kegel treffen / da doch nur 9. auff dem Blatz ſtehen.

Es bleibt wol darbey / wa ein vngeſunder Leib iſt / daß daſelbſt auch Blattern / Eytter vnnd ander Vnflat auch ſeyen. Regiment aber iſt ein ſolcher Bettler Beltz / vnnd Blatterichtiges Kind / daß die Böcklin vnnd Maſen hat. Darumben müſſen darinnen etliche fromme Joſeph / Nathan / Zadoch / ꝛc. ſeyen / die es bey dem Leben vnd Weſen erhalten / daß es nicht gar in Grund gehe. Die andern ſeynd Blattern / Schwerer / Frantzoſen / S. Veltin / ꝛc. die ſolchen Leib vngeſund machen / als Ziba / Achitophel vnd jhres gleichen.

Gleich wie die Frawen gar vngern hören / daß man ſie Huren heißt / ob ſie es gleich mit der That ſeynd. Alſo hören warlich König vnd Herrn nicht gern / Hoffgeſinde viel Vngetrewer / daß

man

man sie schilt / vnd als die Vngerechten vnd Bösen strafft / weil solches den Ehren zu nach scheinet. Item solches thun die allerlosesten Hummel / so die Erde trägt / die nur viel speien vnnd wasen finden / vnnd einem König oder Fürsten die Ohren füllen / daß er gar trüb würdt / gegen seinen trewen Diener / rc. Gleich wie die Hummel das vnrüchtig faul fressig Vngiffer / so kein Honig machen könden / alles aufffressen / was die frommen Binlein machen / ohn daß sie mit ihren Flügeln je so sehr schnarren / sausen vn humbsen könden / als die rechten lieben Binen.

Sed de seditiosis vide plura *in tract. crim* Deciani. & etiam apud Gigantem *d. crim. Maiest.* ac item ferè *totus Processus* Rosbachii *criminalis* in eâ materia versatur : ut & tractatui Dn. Val. Volzii junctum est *cons. de materiâ hâc eâdem.*

68. Augenschein.

Ocularis inspectio ex ipsa evidentiâ, rem manifestam reddit, & ideò probatio firmissima habetur, prævaletque omni generi probationum. *l. si irruptione.* ubi gl. *ff fin. regund.* Natta *cons. 269. num. 9.* Matth. de Afflict. *decis. 23. numer. 6* Fulvius Pacian. *de probat. 1. cap. 45. per tot.* Damhaud. *in prax. de confeß. num. 93.* Wesenbec. *consil. 58. vol 2 n. 14.* Aug. Berojus *consil. 144 num. 54. vol. 3.* Hipp. Rimin. *consil. 415. num. 1. & seq.* quia certior aure arbiter est oculus, secundum eundem, *dict. cons. numer. 2.* qui ubi adducit illud Horatii *de art. Poëtica.*

Segnius irritant animos emissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis fidelibus.

Et magis incredulæ sunt hominibus aures, quam oculi. Visus namque per se est; auditus per accidens. Omnisque probatio vincitur, si aspectus in contrarium testificatur. Bald. *ad l. Deo. col. 3. vers. sed si ponamus. C. de episc. & Cler.* per *c. quod a. 27 qu. 2.* facit *c. proposuisti.* & ibi Dd. *extra de probat* Hinc Natta *cons. 269. numer. 6.* dicit, quod probatio, quæ fit per evidentiam facti, hoc est, per aspectum ocularem, sit optima & superlativa omnium probationum : quia illi sunt verissimi sermones, qui concordant rebus sensatis. Nam quod oculus videt, nemo fideliter negat. Wesenbec. *cons 58. num. 14.* Et quod patet expresse, non est monstrare necesse. Bald. *cons. 388. n. 6. vol. 1.* Concordat Sacra Scriptura apud Iohann. *cap. 3* Quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur. *& cap. 1.* Ego vidi, & testimonium perhibui. Innoc. *in c. super hoc. de renunc.* Bald. *in l. observare. §. proficisci. quæst. 3. ff. de offic. Proconf.*

Sed de Inspectione oculari, plura habet Dn. Rutg. Ruland. *tr. d. Commiß. part. 2. lib. 3. cap. 1. & seqq.*

Ac pertinet huc tractatio peritorum

rum in arte, so man zu den Augenschei-nen brauchet: als Feldmesser/Unter-gänger/Bawmeister/Wundartzt/auch allerley Handwercksleut/deren information der Richter zu Zeiten sich bedienet. vide Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 47.* Ac an ii juramentum singulare debeant præstare, disquiro ego *in disp. mea d. Iuram. calumn. thes. 85. & seq.* Sanè si ab initio sui officii jurârunt, so sie geschworne Meister seynd/ tunc novo jurejurando haut necessarium videtur.

69. Auß.

Dictio *ex*, de sui propria significatione, denotat causam proximam & immediatam. *l. 1. C. si ser. exter. l. non dubium C. de legib. l. eo tempore. ff. d. pecul.* Bart. *in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. & in l. 1. §. emancipatus ff. de conjun. cum emanc.* & idem importat, quod dictio *de*.

Dictio *Ex*, designans causam proximam & immediatam, verificatur etiam in successivis non immediatis; quando aliquid de substantiâ primi retinet: veluti nepos, pronepos dicitur descendens ex avo, & ex proprio corpore avi; quia sicuti filius participat in generatione de substantia patris, & pronepos de substantia nepotis filii & patris, dicitur verificari dictio *ex* latè Card. Tusch. *pract. conclus. lit. D. concl. 276. per tot.*

70. Ausserhalb.

Dictio *extra*, importat remotionem & separationem. *l. absentem. ff. de V. S.* Ac si apponitur Civitati, prout extra Civitatem, non intelligitur extra muros Civitatis, sed extra continentia Civitatis, cujus appellatione veniunt suburbia. Archidiac. *in c. statutum. num. 4. & seqq. de elect. in 6.* Secus, si extra urbem, quæ utpote continetur muris. idem *d. loc.* Tuschus *lit. D. conclus. 280.*

71. Ausserhalb Rechtens gewehren.

Si aliquis promittat, se extra jus, vel de facto, Ausserhalb Rechtens/ aliquem defensurum: tunc illa verba ex communi jure, & ex æquo ac bono, interpretationem accipiunt: quo fit, quod taliter de indemnitate promittens non teneatur, si res de facto auferatur, *l. fin. C. de act. empti.* Bart. *in l. stipulatio ista. num. 5. d. Verb Obl.* Ruin. *consl. 147. num 3. vol. 4.* Idque præsertim procedit, quando pars promittens, casum fortuitum specialiter & nominatim in se non receperit, atque adeò etiam de eo, ex generali illa indemnitatis obligatione minimè teneatur, sed si quid tale fiat, id omne ab eo, ad quem à Contractus mutui tempore omnis damni, omnisque casus fortuiti præstatio sine controver-

sia pertinut, præstandum est. Factum enim superioris, reputatur pro casu fortuito, l. *Lucius. de contrah. empt.* Bart. *in l. exceptione. n. 4. de fidejussor. & in l. per impudentiam d. evicttion.* Bald. *in l. pignus. d. pignor. act.*

Et hæc usque adeò vera sunt, ut etsi quis promittat, se eo etiam casu, quo res per injustitiam evincitur, teneri velle; non tamen teneatur ob sententiam injustam à superiore latam, Angel. *conf. 176.* Alex. *ad Bartol. in dict. l. exceptione. num. 4.* Ernest. Cothman. *lib. 1. respons. 33. num. 147. & seqq.*

72. Außforderung. Duella.

An evocatio, die Herausforderung/ (bist du ein redlicher Kerl / vnnd kein Schelm/ so komme herauß/ vnd wehre dich mein/ similibusve facta verbis) pro tali offensione haberi possit, ut provocatus ad certamen provocantis, honoris sui defendendi causa, comparere debeat? Negatur per tradita Iason. *in l. 3. n 34. ff. de Iust. & Iur. & consil. 144 vol. 2.* Ernest. Cothman. *volum 5. resp. 2. numer. 20. & mult. seqq.* Vasquez. *lib. 1. controv illustr. cap. 18. num 15.* Pingizer, *quæst. 59.* vide omninò Hunnium *in disput. crimin. cap. 6. thes. 223.* Bullæum *in discurs. Academ. disc. 1. num 23. & seq.*

Vicissim verò provocato Nobili ignominiosum reputant alii, si non compareat, idque de consuetudine Germaniæ, de quâ attestatur & late agit Sichard. *cons 8. inter cons criminal. n 41. & c fol. m. 26* & addit: eum, qui provocatus non comparet, aut fugit Martem, hoc est im Feld / perindè apud Nobiles haberi, atque Vasallum cum Domino suo in acie subsistere non audentem; & eum, qui cum interminatione honorum & natalium provocatur, auff Ehr vnnd Herkommen / non comparentem perindè haberi, atque si de honore nihil participet, & mensis atque compotationibus honestorum Virorum arceri; & in hujus ignominiæ signum consuetum esse laciniam seu mappam, qua mensa integitur, pro ea parte ac latitudine, quam talis in decumbendo occupavit, resecari. Quod genus notationis & insignis ignominiæ apud Germanos usitatum esse, testatur Rudolphus Agricola *in epistola de congressu Frid. Cæsaris cum Cardin. Duce Burgundiæ.* De consuetudine item, non comparentem, pro effæminato, & indigno honestis congressibus haberi. Hactenus Sichard.

Quod item provocatus ad Duellum, si non occidat, sed vulneret tantum provocantem; haut civili actione, & nec ad expensas curationis teneatur, innui *in delibatis meis ad Tit d. Lege Aquil. quæst. 2. ad fin.*

Ac provocatus provocantem, etiam absque moderamine inculpatæ tutelæ occidens, non ordinariâ pœnâ

nâ tenetur. vid. Köppen. *1. obs. 11.* Berlich. *4. concl. 16. & seq.*

At in ejusmodi provocationes pluribus invehit Christophorus de Capite Fontium. *in confutatione puncti honoris*: ac etiam Liber Gallicus, *le lict d'honneur* inscriptus. Ac extant etiam nuperæ, sæpiusque repetitæ pragmaticæ sanctiones Ludov. 13. Galliarum Regis, quibus ejusmodi provocationes detestantur, eisque pœnas varias præfigit.

At ab his differunt veterum Duella, quæ probationis genus erant: de quibus aliquid dixi *in tr. meo de Informatione. fol. 131.* adde Camer. *cent. 2. cap. 18. & seqq.*

73. Auß Gnaden.

Verbum *gratia*, ex more utplurimum apponitur, eoque Principes etiam in contractibus uti solent, Referens apud Gilman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. de reconvent vot. 1 num. 88. in causa* Erfurt *contra* Mentz.

74. Außspan/Atz.

Außspan vulgò dicuntur mansiones in prædiis, fundis, Monasteriis constitutæ antiquitus, Magnific. Dn. Martin. Mager. *in tract* incomparabilis eruditionis. *de advoc. armat cap. 10. numer. 256.* Olim mansionatici, sive mansiones vocabantur loca, in quæ quis jus habebat divertendi & hospitandi, idque vel ex proprietate, vel contractu aliquo, aut antiquâ consuetudine, cujus non extitit apud homines interrupta memoria Mag. *dict. loc.*

Hocque jus inprimis competit Magnatibus ac Patronis in Monasteriis, quorum sunt Advocati; wegen deß Schutz vnnd Schirms: ut sc. possint das Gejägdt daselbst einlösiren / auch sie vnd die jhrige im durchziehen außspannen / & si quæ similia onera existunt.

Sique id ex pacto convento fit, meritò observatur: sin minùs, perperàm de novo introducitur, &c.

75. Außspruch / Außspruch thun.

In Brandenburgiâ Statuto receptum & cautum est, daß die Helffte der ligenden Gründe / das vberbleibende Ehegemächt behalte / die ander Helffte aber / die Leibs-Erben haben sollen. *part. 3. tit. 2.* §. Nachdem. 17. Quando verò liberi isti adhuc minores extant, quibus non prosunt immobilia, aut animalia, vel similia existentia in hæreditate, omnia ad certam pecuniæ summam rediguntur, quæ illis exsolvenda venit certo tempore, vel quando ad majorem ætatem perveniunt: & hæc summa vulgò appellatur ein Außspruch oder Abschichtung / habetque se quodammodo ad instar pecuniæ hereditatis, quæ de Iure Saxonico appellatur vul-

ceu Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, Nobiles, in præeminentiori dignitate constituti, deterioris planè essent conditionis, & uni tantùm Instantiæ se, personas & causas suas, haud absque periculo, committerent. Gail. *lib. 1. observ. 1. numer. 17.* Vultejus *ad l. 1. n. 30. C. ubi Senatores.* Caspar. Ziegler. *in commun. conclus. §. Austregæ. conclus. 1. numer. 1.* Quamobrem placuit Proceribus Imperii, consentiente Imperatore, ut & ipsi primæ Instantiæ loco, Privilegium Austregarum haberet, nec statim ad Cameræ Tribunal abriperentur. Cum alias directò in Camera stare compellerentur. Petr. Frider. Mind. *de proceß. lib. 1. cap. 16. num. 1.* Ordin. Camer. *par. 2. tit. 27.* Ex quo regulariter is, qui primam Instantiam in Camera habet, Status Imperii esse probatur. Cammergerichts Ord. *dict. part. 2. cap. 1.*

Dicuntur verò die Außträg / à verbo Außtragen / daß etliche dem Heiligen Römischen Reich ohne Mittel unterworffne Glieder / jhre zusamen habende Differentz / Irrung vnnd Zweyung gegen einander / vermittelst derselben / nach Maß vnnd Weiß in den Reichssatzungen vorgeschriben / rechtlichen außtragen oder beylegen sollen. Rosenthal. *de feud. cap 10 cõcl. 24. n. 4. & per tot. concl. & concl. seq.* vide omninò Zieglerum, *concl. 1.* ubi 12. affert ampliationes, quib. in causis, & quando privilegio austregarum sit locus.

Sciendum autem est, ratione Instantiarum Privilegiatarum, der Außträg / triplicem in Ordinatione Cameræ *part. 2. tit. 1. 2. & 4.* constitui partium ordinem.

Ad primum referuntur Electores, Principes, & Principali dignitate præditi, Clerici & Laici, Churfürsten / Fürsten / vnnd Fürstenmässige / Ordin. Camer. *part. 2. tit. 2.*

In secundo ordine constituuntur Prælati, Comites, Barones, Nobiles & Civitates immediatè Imperio subjectæ: Prælaten / Graven / Freyen / Herrn / die vom Adel vnnd die Stätte. Ord. Cam. *part. 2. tit. 4.*

Ad tertium ordinem referendi sunt omnes mediatè Imperio subjecti, qui Iudices intermedios adhuc, quàm Cameram agnoscunt, Cameræ Ordin. *part. 2. rubr. tit. 1.* ibi: Persohnen / so nicht dem Reich ohne Mittel / sondern andern Gerichten vnterworffen. Et de materia Austrägarum v. Ludovic. Gilhaus. *in arbor. Iudic. Civil. cap. 1 part. 1. de Iurisdictione. §. 8.* adde Petrum Friderum Mindanum *de proceß. lib. 1. cap. 16. & seqq.* Præjud. Cameralia *verb:* Außträg. Arumæum *discurs. Iuris publ. volum. 4. disc. 36.* Schwanman. *obs. 14. & seqq. multis.* Casp. Ziegler. *in com. conclus. §. Austräga.* & extat hâc de materia disputatio *in volum. 4. Dispp. Basileens.*

Et quoque Austragas, Civitates Imperiales habere inter se, notat Rittershus. *in Nov. p. 9. cap. 10. nu. 20.*

Ord. Cam. *p. 2. tit. 1. & 5. seqq.* Paurmeister. *2. de Iurisdict. c. ult. num. 37.* Vult. *de Iurisd. ad l. 1. C. ubi Senat. vel Clar. numer. 47.* Sic Straßburg / in Causis Civitatis, primæ Instantiæ Iudices sortitur, Wormatiam, Vlmam, Basileam. Nürnberg: Winshemium, Weissenburgum. Dinckelspühl / suum StattAmmann / qui sibi assumit quatuor, totidem ex Civitatibus Nördlinga, Rotenburgo ad Tuberam, Halâ & Werda Suevorum. Eßlingen / in causis Civitatis patitur Iudices ordinarios, Consules & Senatum Civitatum, Vlmæ, Reitlingæ, Heilbronnæ: ubi electio est arbitrii Actoris. Fridberg in Wetteraviâ, Burggravium & Burgmannos. Regenspurg / in negotiis suæ Civitatis Coss. & Senatum Augustanum, Noribergensem & Vlmensem: vel pro Actoris placito quinque, aut septem ex suo Senatu. Reütlingen / Coss. & Senatum Civitatum Vlmæ, Eslingæ, Gamundæ Suev. Schweinfurt / primam Instantiam habet coram suo Reichsvogt / qui sibi aliquot Senatores Noribergenses & Rotenburgenses adjungit. Schvvanman *in proc. Cam. lib. 1. cap. 7.* Petr. Frider *de proc. Cam. extrah. lib. 1. membr. 6. ad fin.*

Wann dann einer ad requisitionem, den Außträgen der gebür nicht statt thut / kan man Mandata in Camera super denegata Iustitia außziehen / vnd die Sach daselbst gleich in primâ instantiâ anhängig machen.

Non verò, puto, judiciũ Austrägarum, ad causas criminales porrigi posse; cùm ratio repugnet, ut taliter accusationes criminales peragantur, & Status contra Statum, ita procedat. v. me *tr. de trib domest. societ. spec. f. 33.* ubi etiam addo: cessare privilegium Austrägarum, si Status habeat in alterius territorio bona, & eorum nomine conveniatur: eatenus enim pro privato habetur.

Reconventioni tamen, quin inibi sit locus, vix est ut dubitem. Gilsebert. *de reconvent. cap. 8.* Vrsinus *tr. de ead. mater. c. 27.* qui Gilleberti scrinia ubique compilat, aut potius Gilleberti tractatui, suum nomen præfixit.

Sed quæstio est multis modis controversa: an mox Aulicum Cæsareæ Majest. Iudicium adiri, & ita Statibus hocce primæ Instantiæ beneficium adimi queat? sanè praxis adfirmativè respondet. v. me *tr. de Statu mixto. fol. 219.* Et *tr. de Iurisd. quæst. 12.* videre etiam licet Meichsner. *tom. 4. decis. 4.* Dn. Arumæum *1. disc. 10. & 13. ac tom. 4. disc. 29.* Paurmeister *2. d. Iurisd. cap. 4. num. 124. & seq.* Donawertische Erinnerung. *fol. 177. & seqq.* Discutitur etiam hæcce quæstio in den Hessischen Acten / Marpurg betreffendt.



1. Baar/Baargelt/Baarschafft.

VErbum pecuniæ, ab hominibus illiteratis prolatum, intelligitur tantum de pecuniâ numeratâ, vel de denariis aut nummis, per text. *in l. 1. in princ. in verb. pecuniam. & in l. sed Iulianus. §. mutui dationem. ff ad SC Macedon.* qui textus expressè dicit, appellatione pecuniæ, tantum pecuniam numeratam comprehendi; & Cardinal *in Clement. exivi §. porrò. d. verb signif.* ubi dicit, pecuniam de denariis propriè intelligi. & Bartol. *in l. uxorem. §. legaverat. ff de legat. 1.* ubi inquit, si in sermone hominis illiterati facta est pecuniæ mentio, intelligitur de pecuniâ numeratâ. & Alciat. *in l pecuniæ verbum. ff de V. S.* tradit, pecuniæ appellatione propriè nummos vel pecuniam numeratam accipi, ubi allegat Plin. *lib 8. nat. histor. cap 3.* & refert, quod secundum vulgarem usum loquendi, verbum pecuniæ, de pecuniâ numeratâ tantum intelligi debeat.

Et dictionis Baargelt/oder an baarem Gelde/ hæc est propria significatio, ut pecunia ad manum habeatur, & prompta sit vel parata, ut statim numerari possit. Et censetur ista dictio, an baarem Gelde/ ad exclusionem mercium, ut per eas solutio fieri nequeat, apposita esse: cùm ex communi usu loquendi, tùm ex dispositione Iuris, ea tantum pecunia dicatur esse parata, quæ in promptu est, & ad manum habetur, ut statim numerari possit, per allegatos Dd. à Wesenbec. *consil. 263. num. 3.* qui tamen *num. 30.* limitationem addit.

Quodque verbo Baarschafft, cum immobilibus vel annuis reditibus, veluti Hauß/Hoff vnnd Pächtern/ commune nihil sit, testatur Pruckman. *vol. 2. consil. 5. num. 92.* Ac ita fideicommisso, sub pecuniæ signatæ verbo (vnter dem Wort Baarschafft) constituto, res immobiles includi non posse, notatur ibidem *num. 132.* Et *num 150* negat, verbo Baarschafft/ in Latino æquipollere pecuniæ verbum, sed verbi pecuniæ æquipollens, in Teutonico voculam Geldt esse. Testaturq; omnes, qui latinè & Germanicè loqui unquam didicerunt. Ac *num. 191* subjungit, etiamsi verbum Baarschafft/ æquipolleret verbo pecuniæ, nec tamen pecuniæ verbum, in significatione etiam impropriâ acceptum, alia, quàm quæ in pondere, numero ac mensurâ cōsistunt, continere. Ac à nemine unquàm demonstrari posse, verbum Baarschafft/ in nostrâ linguâ, non nisi tantum illam significationem habere, quâ pecunia parata, & nomina debitorum solummodò veniunt. Sicque *num 205.* idem Pruckman. absurdum esse ait, si quis fideicommissum eousque prorogare velit, ut sub verbo signatæ pecuniæ relictum, universum fideicommittentis patrimonium comprehendat.

2. Baar-

2. Baarrecht.

Largum cruorem ex cadavere occisi, aliquo de homicidio suspecto accedente, profluentem, sufficiens ad torturam indicium præbere, communiter quidem invaluit. Eam tamen reprobantquam multi: cùm insontem quenque in capitis discrimen id adducere posset: & tunc demum indagandæ veritatis gratiâ, quæstioni pateat locus, quando reus verisimilibus, probabilibusque oppressus est argumentis, quæ ex aliquâ extrinsecâ, ac nobis cognitâ causa proficscuntur, *l. 3. & l. 8. §. un. C. de quæst. l. unius, 18. §. 1. l. maritus. 20. post med. ff. eod.*

Hoc autem indicium ejusmodi esse, neutiquàm dici posse autumant: quippe cùm illud ex causis, homini etiam sapientissimo incognitis, & valdè remotis proveniat; naturalibus enim causis hoc signum demonstrari nequit: cùm corpora mortuorum exanguia sint, nec ulla vis cadaveri frigido insit, quæ egerere sanguinem valeat. Quapropter cùm dubium planè & incertum sit, an divinitùs, vel Dæmonis cujusdam præstigiis & illusionibus, cursus ille cruoris moveatur, pro indicio ad torturam idoneo judicari non debet. Satius enim est, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm nocentem damnare, *l. absentem 5. in pr. ff. de pœn.* add. Anton. Thessaur. *decis. 173.*

Ego puto, cruentationem hanc, inter indicia, ad torturam recenseri debere; sed non sufficere solam. vide me *tr. de informat. & coactione f130.*

Est & alicubi in Germaniâ mos, ut vel ad requisitionem amicorum ac propinquorum occisi, vel ex officio Magistratus, ii, qui conflictui interfuerunt, & de admisso homicidio suspecti sunt, ad mortuum perducantur (Baarrecht / vulgò vocant) cum de authore cædis dubitatur, & digitos suos vulneribus applicent, verbis utentes cōceptis, an sic fortè verus homicida, si nimirū vulnus tactum sanguinem emittat, manifestari possit.

Estque hæc consuetudo in multis Germaniæ Provinciis etiamnum usitata, neque omninò irrationabilis, ut notat Zieritz *ad artic. P. G. O. 149.* Cùm exempla historica non tantum, verùm etiam ipsa experientia testentur, hoc inveterato alicubi inquisitionis remedio, multos homicidas, non sine isto divinæ ultionis argumento, aliis accedentibus indiciis & suspicionibus, fuisse convictos, & justo supplicio sublatos.

Quæ verò sit ratio, cur cadaver coram occisore, propter præcedentem contactum soleat sanguinem emittere, variè hinc inde à Philosophis Medicis, & Iureconsultis disputatur, multæ etiam ac diversimodæ allegantur causæ, ut multas hac de re sententias & auctores recēset & laudat R. P. Martin. Delrio *in Comment. in Octa-*

riam Seneca, verf. 127. Plerique urgent illam antipathiam, ex vehementi odio occisi, in occisorem, quod qualitatem latentem & arcanam impresserit corpori, cum cadavere permanentem: juxta illud Lucretii:

Idq; petit corpus mens unde est saucia amore,
Namque homines plerunque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu.
Et si comminùs est, hostem ruber occupat horror.

Sed Paracelsus duplex in homine corpus agnoscit, visibile & invisibile, quod *Evestrum* vocat; duplicem item vitam: exindeque proficisci ait, quod sanguis paulo post mortem exiliat à corpore, ad occursum illius, qui intulit vim. vid. Majolum, *in dieb. canicular: fol. m. 18.* & Godelman. *in pref. lib. 3. de lamiis.*

Ac scribit quoque Georg. Everhardus *volum. 1. cons. 35. num. 35.* per Bavariæ Ducatum, & alias Provincias hanc practicam exerceri.

Memini etiam ad Facultatem Iuridicam Tubingensem, von Werthheim auß Francken / casum quendam allatum fuisse, ubi inter alia, etiam sequentia reperiebantur: Nachdem auff fleissige inquisition, sich der Thäter nicht befinden oder angeben wollen / ist man deßwegen verursacht worden / ein Baarrecht anzustellen / bey solchem hat Niclas vnnd Baltas kein Zeichen an dem Cörper / welcher allberait 36. Stund ermordert gewesen / vnd theils in einem Gewölb / theils etlich Stund vor dem Actu, vnter freyem Himmel bey zimlichem kalten Wetter / mit auffgedeckter Brust vnnd Bauch gelegen / erweisen wollen / vnd seynd beyde auff ihrer ersten Außsag / satis confidenter verharret. (NB. Es haben vier auff den entleibten gewartet / da der entleibt mit einer Hellenparth kommen / seynd obvermeldte zween hinweg geloffen.)

Auff Fürführung deß Jergen / hat der Cörper auß dem Mund blutigen Schaum geben (NB. dieser ist præsens gebliben / da der occisus gestochen worden / hat aber nicht Hand angelegt). Nach dessen ab: vnnd Vorführung Clausen / deß Wächters (welcher ratione officii, vnnd aufferfordern zugeloffen / auch Fried machen wollen / vnd dem entleibten seinen Hellenparth genommen) hat gedachter Cörper auß den Wunden Blut gegossen / vnd solche (welche vber das Hertz gewesen) nicht anderst gebebet / als wann das Hertz noch lebte.

Dessen vngeacht / hat gedachter Wächter die jhme vorgehaltene formulam Iurisjurandi dreymal gelaistet (NB. er hat (1) zween Finger auff deß entleibten Mund / (2) auff den Stich / vnnd (3) auff den Nabel gelegt / auch dem Pfarrern / so jhne seines Gewissens erinnert / nachsprechen müssen) die That aber nicht bekennen wollen.

In Gegenwart Lorentzen / mit welchem der entleibte / da er den Stich bekommen / zuthun gehabt / vnnd gerungen / hat der Cörper blutigen Schaum auß dem Mund abermal gegeben / so wol auch etwas Bluts auß den Wunden.

Volgenden Tags hat der Wächter sich selbst zu eim Thäter angegeben.

Ex hoc apparet, vulnus, corpusque mortui gradus culpæ observasse.

Da der Jerg præsens gewest / ist recht natürlich roth Blut auß dem Mund geschaumet (NB. dieser ware fast der Anfänger deß Handels. Ergò hat der Mund ex rancore geschaumet; sed non vulnus, weil er nicht der Thäter.)

Da der Wächter gegenwertig / hat sich beym Mund nichts eraiget. Da er aber die zween Finger auff die Wunden gelegt / ist recht natürlich Blut darauß vber die Seitten geloffen / daß der Chyrurgus solches weg wischen müssen. Da er zween Finger auff den Nabel gethon / hat die Wunden wider ebullirt / auffgejoren vnnd gezucket / gleich wie die Puls Adern schlagen.

Der Lorentz hat mit dem occiso gerungen: im nachsprechen ist dem Todten blutiger Schaum zum Maul außgeloffen / als er auff die Wunden die Finger gelegt / hat die Wunden wider gezucket / vnd sich gereget. Da Lorentz abgescheiden / hat sie nicht mehr gezuckt.

Sed alio mihi recentissimo exemplo constat, occisum eàdem ferè solennitate observatâ, nullum planè signum edidisse: forsan, quia homicidium casuale erat, nec vindictam sanguis expetebat. Quod enim Spiritus occisi, transeat in occidentem, expetatque vindictam, creditum est à multis. Ioachim. Stephan. *demonstration. Politicar. cap. 19. fol. m. 470.*

Interdum miraculosè fit aliquid hac in parte, quod non intrat Iuris rationem. Sic Gilbertus de Clara, Comes Gloverniæ, maximis affecerat injuriis S. Thomam Herefordiensem in Anglia Episcopum, quod Ecclesiæ jura ipse tueretur, ille invaderet: obiit interim diem suam Episcopus absens. Necessarii autem ejus ad ejus Ecclesiam deferenda ossa prorsus carne ablata, curaverant: mox ubi obvius factus est Comes, à puris nudatisque omni carne ac sanguine ossibus, plurimus manavit sanguis. Id conspicatus Comes, terrore concussus, pœnitentiâque ductus, Ecclesiastica jura omnia à se invasa restituit, ut tradit incerti nominis auctor *in vita ipsius S. Thomæ apud Surium tom. 7. 5. Octobr.* Cùm igitur is sanguis à siccis ossibus manârit, ad concutiendum scelesti hominis, & impœnitentis cor, nullaque spirituum, aut infectionis sanguinis ebullitio considerari hoc casu potuit: quandoquidem S. Thomas absque ullo vulnere diem suum obierat; necessariò illud consequens est, san-

sentiendum esse, in occiso corpore Deum id miraculo agere, quo homicidæ culpa gravior agnoscatur, & se pœnitentiæ dolore afficiat.

Ac refertur *Consilio Altorphino 32.* epistola Ioachimi Camerarii, Archiatri Norimbergensis, ubi inter alia habetur: Tota illa probatio cædis, per αἱμαλοδειξιν videtur esse singularis, ϗ θειον. Et quamvis Andreas Libavius nuper accuratum scriptum de illo ediderit, & naturales causas afferre conatus fuit; tamen rem non ad demonstrationem, sed tantum aliquam probabilitatem deducere potuit. Apud nos planè non adhibetur, vel saltem rarò hæc δοκιμασία, & non nisi aliis indiciis pluribus concurrentibus. Memini in Saxonia aliquando accidisse, quod quidam, qui suo Hero non poterat rationes de omnibus reddere, in quadam ἀποθήκῃ domestica, ideò fuerat suspensus, & cum Dominus post biennium, vel etiam ut puto, longius tempus, locum supplicii imprudens præteriisset, cadaver semi consumptum, cæpisse sanguinem per os & nares effundere. Quod an Philosophus quispiam, etiam argutissimus, possit ad Physicas causas referre, equidem apud me planè est dubium.

3. Baden Marggraffschafft.

De antiquitate Oppidi Baden/nemo dubitare potest. Eaq; de re ita scribit Dn. Iohann. Kieffer, Medicinæ Doctor, in Beschreibung deß Marggrävischen warmen Bads/*fol. 65*. Dieser berhümbten Statt vhraltes Herkommen / vnd andere Beschaffenheit weitläuffig zubeschreiben/ist hieher vngehörig / wollen ein solches den Geographis heimweisen. Desselben warm Bad anlangendt / ist nicht zuverhalten / daß man kein gründtliche Wissenschafft haben kan / wann dasselbe in esse vnnd auffnemmen kommen seye. Allein thut Philippus Beroaldus in einem Schreiben an den Durchleuchtigen Iacobum, Weilandt Marggraven zu Baden / dem Kayser Antonino Bassiano Caracallæ, welcher vor mehr als vierzehen hundert Jahren regieret hat/desselben Erhab: vnd Stifftung zuschreiben. Daher auch Ricardus Bartholinus, Perusinus, in seiner Austriade deß vierdten Buchs also spricht:

> *Tu quoque Dux Badæ, non inferiora secutus*
> *Auspicia, ad Martem properas, quà cana vetustas*
> *Antonina tuo ostendit munera terris.*

Solches wollen sie beweisen auß einer vhralten Römischen Inscription vnd Vberschrifft / welche allderten in der Thumkirchen / bald wie man zur grossen Thür hinein gehet / auff der Seitten / auff einem Stein an der Wandt mit volgen Worten gehawen/ gefunden würdt:

M. AVRELIO ANTONINO
CÆS. IMP. DESTINATO
IMP. L. SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AVG.
FILIO RESPVBL. AQVEN.

Es ist aber auß solcher Inscription anderst nichts / als dieses zuschliessen / daß unser Baden zu gemeldten Kaysers Zeiten / in einem grossen Ruff und Namen gewesen / unnd nicht allererst von jhme in ein Auffnemmen gebracht worden: Wie allbereit hievor Iohannes Langius in seinen Medicinalischen Episteln *lib. 2. epistol. 49.* angedeutet. Der sich aber gleichwol umb so viel irret / daß er diese Inscription auff den Kayser Antoninum Philosophum deutet / welcher Anno Christi 162. zu regieren angefangen: da sie doch / wie gemeldt / von Antonino Caracalla, der allererst uber die 50. Jahr hernach kommen / zuverstehen ist. Hactenus Dn. Kieffer.

Quod Familia Badensis à Hachbergica non sit alia & diversa, sed una ac eadem, testantur Christophorus Marchio Badensis, & Philippus Marchio Hachburgensis in pacto reciproco, quod de succedendo sibi invicem Anno 1490. in die S. Bartholomæi fecerunt.

Vnde verò familiæ hæ primam trahant originem, & quem habeant communem stipitem, vel primum stemmatis sui auctorem, inter Historicos & Genealogistas non constat, quin imò ipsa etiam manuscripta, in Archivis latitantia, diversimodè loquuntur. Reperiuntur enim nonnulli, qui Familias hasce deducere conantur ab antiquis Comitibus Badensibus, qui olim in Ergoviâ, in ipsâ Vrbe Badenâ, seu in Castello Thermarum, uti Rhenanus appellat, aut in Thermopoli, ut à Clareano nominatur, habitârunt.

Alii Marchiones hos Serenissimos, ex Vrbe Romanâ accersunt & ab Vrsinis ortos esse fabulantur, vide Franciscum Irenicum *in sua Exegesi Germaniæ, lib. 3. cap. 103. & seq.* Petr. de Andlo *libr. 1. de Imper. Roman. cap. 15.*

Quidam ab antiquis Gothorum Regibus, & Scaligeris Veronæ Dominis, qui ex illis, deducere volunt, & quidem à Gaptone seu Ansete primo stipite.

Plerique, neque Vrsinorum vel Scaligerorum mentione factâ, à Comitibus seu Marchionibus Veronensibus eosdem ortos esse, & Hermannum Veronæ Marchionem, à Friderico Imp. Ahenobarbo, cui obses traditus fuerit, hisce primum Regionibus impositum, & Principem Imperii constitutum, vulgò persuasi sunt. Münsterus, Pantaleon, Hieronymus Henninges, Elias Reusnerus, Albizius, ac fermè Genealogistæ ac Historici omnes, quibus hactenus ipsi Marchiones Badenses decepti, Majores suos à Veronensibus descendisse arbitrati sunt.

Sed

Sed omnes hos hallucinatos esse, & veram Marchionum Badensium & Hachbergensium originem ignoràsse, scribunt Iohann. Pistorius Niddanus, cui vera investigatio & descriptio familiæ Badensis & Hachbergensis, certo & splendido salario constituto, commissa fuit. Item Franciscus Guilimanus, vir antiquitatis apprimè peritus, *in suis Habsburgiacis, sive in libris de antiquà & verà origine Domus Austriacæ, lib. 5. cap. 1.* Et Gaspar. Scioppius, *in stemmate Augustæ Domus Austriæ, quod Consilio suo Regio & Classico Belli sacri, Anno 1619. adjunxit.* Hi omnes Familiam Badensem & Hachbergensem, ab antiquissimis Vindonissæ, Altenburgi & Habsburgi Comitibus provenire; ac propterea Habsburgicam, seu hodiernam Austriacam, Zeringensem, Teccicam, Badensem, Hachbergicam, &c. unas easdemque Familias esse, ex ipsis Archivis & monumentis veterum, asserere non verentur. Ist derohalben nicht zuzweiflen/ daß all diejenige/ welche der Herrn Marggraven zu Baden vnd Hachberg/ ꝛc. vhraltes Fürstl. Hauß zu Verona in Italia, von denen allda gewesnen Marggraven entsprungen zu seyn vermelden / sich höchlich irren. In Betrachtung/ quod Hermannus Tertius, Hermanni secundi Filius, Hermanni primi, postea Monachi Cluniacensis facti (qui fuit Berchtoldi Zeringensis frater) Nepos, multò prius quàm Fridericus Barbarossa ad Imperium pervenit, aut in Italiam profectus est, Marchionatum Badensem tenuerit. Idque Guilimanus ex Diplomate Conradi II. Imp. in quo expressa fit mentio Marchionis de Bathæ, rectè observavit. Ait enim Imperator Anno Domini *1139.* se Privilegia Vicrami Fabariç Abbatis confirmare, in præsentià Alberonis, Archiepiscopi Trevirensis, Ortliebi Episcopi Basileensis, Friderici Ducis, Cunradi Ducis, Matthæi Ducis, Hermanni Marchionis de Batha, Adelberti Marchionis de Habesburg.

Ita in veteri codice Backenavvensi legitur, quod jam ante, nimirum tempore Paschalis II. Papç *Anno 1116.* Hermannus Marchio Badensis, in Villà suà Backenavv, fundaverit Monasterium Canonicorum Regularium S. Augustini, in gloriam & laudem Pancratii Martyris, quam fundationem Bruno Episcopus Spirensis, ad petitionem Hermanni, *13. Cal. Martii Indict. 15. An. 1122.* confirmavit. Confirmationis ipsius sunt hæc verba: In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, notum sit tam futuri, quàm præsentis temporis Christi fidelibus, quod ego Bruno Episcopus, qualiscunque Episcopus, justis petitionibus, votisque piis & divinà inspiratione conceptis, desideriis Hermanni Marchionis annuens, concessi, ut in Ecclesià S. Pancratii Martyris constructa, quam ipse & Vxor ejus Iuditha,

ditha, ipsiusque Parentes prædiis & Decimis ditaverunt Pauperes Christi Canonicos, secundum Regulam B. Augustini, communem vitam ducentes, collocaretur, &c. Anno Dominicæ incarnationis M. C. XXII. Indict. 15. 13. Kal. Martii.

Quin ipse Fridericus Primus Imp. donationem ab Eristeinensi Abbatissâ factam, Hermanno eidem Marchioni Curtis Besigheim, confirmavit Anno Imp. secundo, An. C. 1153. Indict. 14 quo tempore nondum Italiam cum exercitu intraverat, nec proindè, ut vulgò putatur, Hermannum Obsidem inde secum in Germaniam ducere potuit.

Itaque non absque ratione verisimile esse scribit Guilimannus, Berchtoldum primum Barbatum Ducem Zeringensem, in filios, aut ipsos inter se hæreditatem divisisse. Berchtoldo Secundo, Ducis titulum & majorem partem: Hermanno tanquam minori, titulum Marchionis cum non pœnitenda ditione attribui potuisse, imò debuisse: nugari etenim hîc, ut in plerisque, Lazium, qui Hachbergensium Marchionum ditionem Berchtoldo & Cunrado Zeringensibus ademptam, Marchionibus Veronensibus à Friderico I. traditam dicat, cùm utrunque Ducem ob rebellionem proscripsisset.

Duxit verò Hermannus II. Iuditham Comitissam Badensem, quæ cùm ad ipsum Dominium Badæ detulisset, dedit ei causam, ut se Marchionem Badensem scriberet, cùm priùs nullo alio, quàm solo titulo Marchionis appellaretur: quem titulum posteà Hermannus III. Iudithâ genitus, adsumptis quoque maternis armorum Insignibus, retinuit, & ad posteros transportavit.

Quamvis autem negari non possit, quod Hermannus IV. Hermanni Tertii filius, sub dicto Friderico I. Barbarossa Imp. non solùm se Dominum Badæ, sed simul etiam Marchionem Veronensem appellaverit; gubernationis tamen eam fuisse denominationem, non originis, ex eo probari scribit idem Franciscus Guilimânus, quod Barbarossa everso Mediolano, domitâque Longobardiâ, & in plures partes divisâ, singulis partibus, imò penè Vrbibus Proceres Germaniæ præfecerit, uti testantur Historici Italici, quo tempore Hermannum Marchionem Badensem, tanquàm Vicarium seu Gubernatorem Cæsareum, Veronæ jam debellatæ, esse impositum; ideòque ipsum postea in Germaniam reversum, titulo hoc Veronensi deinceps usum fuisse, quem post ipsum pauci retinuerint, magis memoriæ causâ, quàm ad demonstrandam originem prosapiæ, aut possessionem hæreditariam Dominii veteris Veronensis.

Welchem allem / dieweil also / vnd die Hertzogen von Zeringen / vnd Graven von Habsspurg / wie auch die Herrn

Herrn Marggraven zu Baden unnd Hachberg / 2c. eines Geschlechts unnd Herkommens seynd / auch die Herrn Marggraven zu Hachberg vor Jahren im Breißgöw / item im Schwabenlandt / auff dem Schwartzwald unnd anderstwo viel Graff: und Herrschafften / auch viel underschiedliche Herrlig: und Gerechtigkeiten gehabt / welche nach unnd nach von dem Hauß Oesterreich an sich gebracht worden: So ist nicht zuzweifflen / die von Zeringen / Habsspurg oder Oesterreich / und die Marggraven zu Hachberg / als nächste Vettern / welche von einem Stipite entsprossen / vor Zeiten ihr Land und Leut æquali jure mit einander getheilt / und kein Theil auff deß andern Gütern ihme einige LandsObrigkeit / wie die gleich Namen haben mag / vorbehalten haben werde.

4. Bayern.

Olim etiam Austria supra Amasum, ad Bavariam pertinebat: Quâ de re ita scribit Dn. Carol. Stengel. *in Monasteriologiâ.* ubi de Metten: Fridericus, cognomento Barbarossa, Henrico Saxonum Duci, Henrici alterius, ejus nimirum, qui à Conrado Rege proscriptus, & ex universâ Bavariâ ejectus erat, filio, Bavariæ ac Norici Ducatum restituit: & Henricum Patru[illegible] Marchionem Austriæ, [illegible] Bavariæ, ab eodem D[illegible] ac amovit. Quia verò ejusdem Henrici Marchionis præcipua nobilitas, ac summa honestas exigebat, ut nomen Ducis neutiquàm amitteret: & ut Duces Bavariæ minus deinceps contra Imperium tumultuari, & rebellare possent, Imperator de voluntate & consensu Principum, in Comitiis Anno Dom. CIↃ CLVI. Ratisbonæ habitis, Marchionatum Austriæ à Iurisdictione Ducum Bavariæ eximendo, & quosdam ei Comitatus de Bavariâ adjungendo, convertit in Ducatum. Sic iste Henricus factus & designatus legitur primus Dux Austriæ.

Bavaria, olim Bojoaria, vel Bojaria dicta, à Bois nomen traxit, quos Germani Bojer dixere, unde Bojerland/ Bojorum terra, regio vel Provincia, quæ nunc corruptè Bajerland vocatur. Quæ indigitatio etiam generatim universæ Germaniæ & Galliæ aliquando attributa fuit, quod Boji Principes utrobique regnarent. Vnde Moguntia, Bojariæ Vrbs dicitur à S. Eulogio *in epistol.* quam refert Cardin. Baronius *annal. Ecclesiastic. tom. 10.* Nobiliss. Dn. Goldast. *in opere suo eruditionis & diligentiæ incomparabilis, de de jure Bohem. lib. 1. c. 4. ad fin.*

An Septemviralis dignitas Ducibus Bavariæ competat ratione Ducatus? quæstio est satis intricata, cujus mentionem feci, *in meis dissert. 9. de success. & elect. Regia. fol. 215. & seq.* & pro Bavaria concludit Dn. Gewoldus *de septemvirat. cap. 10.* Et non impro-

probabilem hancce faciunt opinionem, quæ habet Lehman. *lib. ult.* der Speirischen Chronick. *cap. 29. a pr.* ubi scribit: Churfürst Ludwigs hinderlassene Söhne/ Pfaltzgraff Rudolph vnnd Ruprecht/ haben in Abtheilung der Pfaltz vnd Hertzogthumbs Bajern/ mit Kayser Ludwig Anno 1327. zu jhrem Theil absönderlich vor sich/ vnd jhre Erben vnnd Nachkommen/ empfangen die Land am Rheinstrom/ vnd Oberpfaltz/ so zuvor zum Hertzogthumb Bajern gehörig gewesen/ vnnd von derselben Zeit ein beständigen Hoff zu Haidelberg angestelt: Dann jhre Vorfahren mehrertheils in Bajern/ oder andern Orten Hoff gehalten.

5. Bann/ Acht/ Aberacht/ Heeribann.

Vox Bann/ æquivoca est. Dicimus enim Baan/ de viis publicis. Hinc Baanen/ planam reddere viam. Dicitur quoque Bannen/ de potestate animadvertendi in facinorosos & coercendi (Inde Blutban/ Wildtban) tum & de in exilium ejiciendi jure. Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 6. num. 3.* Et bannum pro eo sumitur, quod est proscriptio & ejectio in exilium, de quo mox.

Sanè Bannum, voce Francicâ, appellatur generale mandatum, à supremâ potestate profectum. Sicque dicuntur Molæ bannales, BannMülin/ darinn einem zu Mahlen gebotten ist. vid. *infra verb.* ZwangMühlin. Furni item bannales: quò tota vicinia, panes ad coquendum cogitur deferre; ex banno sive edicto superioris: gemeine Bach: oder Herren Kuchin. Sic & dicimus, Zwing vnd Bann/ so weit man zu zwingen oder gebieten/ vnnd zu verbieten hat. Vide Magnif. Dn. Magerum, *tr. de Advocatiâ armata cap. 3. nu. 248. & seq. multis.* & me *tr. de natur. populor. fol. 55. & seq.*

Estienne Pasquier, *tr. des recherches: lib. 2. c. 13 fol. 208. & lib. 7. c. 34.* Ban publicum esse ait. Hincque *à ban donner*, pro derelicto habere.

Galli, adhuc hodiè, *Ban* usurpant, pro eâ proclamatione, quæ fit per præconem. Itali *bando* dicunt, & pro edicto usurpant. Nicod & Crusca, *in Dictionar.* Sic *Bans*, sunt denuntiationes conjugii futuri, das verkinden.

Forbannitus, verbannet/ sivè forâs bannitus, dem das Land verbotten ist. Leg. Ripuar. *tit. 89. §. 1.* Si quis hominem, qui forbannitus est, in domum recipere præsumpserit, si Ripuarius est, LX. solid. &c.

Ita Lazius *de orig Viennæ lib. 1. c. 3.* putat; Viennam, olim Vendobonnam fuisse dictam, quasi der Vendorum (populi ita dicti) Gebiet vnnd Bann. Ratisbonnam, quasi Rhætobonnam, Prætorium Rhætorum. Sic frequens est antiquitatis mediæ Scriptoribus, Bannum usurpare pro Straff. Lehman.

man. in der Speyrischen Chronic *folio 188.* Wann nämblich etwas bey einer Straff gebotten ist.

Heribannus, Heerban/ bannus in hostem, seu vocatio ad castra vel exercitum, Lehman/ *fol. 189.* mulcta non ambulantis in exercitum; Constit. Carol. ut haribannum, aut aliquod collectum pro exercitali causâ Comites de liberis hominibus recipere, aut inquirere non præsumant, excepto, si de Palatio nostro, aut filii nostri missus veniat, qui illum haribannum requirat.

Vitus Amerpachius Haribannum compositum esse dicit à banno, & heere/ id est, exercitu (Saxones hare dicunt) quod ea pecunia propriè conferatur ad militiam, sive ut tributum, sive ut mulcta.

Leg. Longob. *lib. 3 fol. 79.* De Heribannis volumus, ut missi hoc modo exactare fideliter debeant, absque ullarum personarum gratiâ vel blanditia, sine terrore, secundum nostram jussionem.

Leges Franc. *lib. 4. cap. 71.* Quicunque liber homo in hostem bannitus fuerit, & venire contempserit, plenum heribannum, id est, solid. LX. persolvat, aut si non habuerit, unde illam summam persolvat, semetipsum pro Vadio in servitium Principis tradat, donec per tempora bannus sit solutus. Et qui propter heribannum se in servitium tradidit, si moriatur, heredes de ipso banno obnoxii non fiant.

Goropio Heer est communis, ande Heer Straß / via publica: quin & Herculem, quasi communem testiculam adpellari putat. Et ita esset Heribannum, ein allgemein Auffbott. Et indè diceretur Heer/ exercitus: communis expeditio, Heerzug.

6. Bann/ Keyserliche Acht.

Bannum Imperii, est judicialis censura, qua violatoribus pacis publicæ, aqua & igni interdicitur, ita ut à nemine in Clientelam, fidem & amicitiam recipi, tam verò in rebus, quàm in personâ ab omnibus impunè offendi queant. Cammerg. Ordnung. *part. 2. lib. 9.* quâ de re *duob. libris* singulatim Dn. Gailius agit.

Variis verò modis, Imperatores in Constitutionibus suis loquuntur de Imperiali banno:

Fridericus II. *in Constit. de stat. & consuet. contr. libert. Eccles.* Banno inquit, mille marcarum. Vndè satis apparet, etiam Bannum de pœna pecuniaria posse intelligi.

Idem Fridericus *paulo inferius*, de duriore banni pœna loquens: Quod si per annum inquit, hujus nostræ constitutionis inventi fuerint contemptores: bona eorum per totum nostrum imperium mandamus im-

punè ab omnibus occupari. Salvis nihilominus aliis pœnis, contra tales in generali Concilio promulgatis.

Alciatus *in parergis*, existimat, Bannum dici ab annali Græcorum relegatione, quæ ἀπενιαυτισμὸς vocabatur, quasi abannatio, hoc est, relegatio unius anni. Sed certè ea vox à ratione hujus vocabuli, longè distat. Et dubio omni caret, quin (ut *num. præced.* est dictum) pura puta sit vox Germanica Bannum.

Postquam pœnæ capitales introductæ fuerunt: cessabat aquæ & ignis interdictio, cujus in locum successit deportatio. Et sublatâ deportatione, cum Provinciarum numerus sub Imperio Romano in angustam redigeretur: perventum est ad proscriptionem, quæ dicitur Bannum, seu Excomunicatio Imperialis.

Et ii, qui banno mancipantur ob delictum, so geächtert vnnd verfestet werden/ de pace in guerram incidunt, corpus & vita in sacrum abeunt, non secus ac avis in aëre, impuneque à Bannientis Iurisdictioni subjectis, interim! queunt, occisorque delictum nullum admittere censetur. Andr. Knichen. *in encyclop. cap. 12. num. 4.* Coler. *decis. 180. num. 2. & 57. & seq.* ubi, quomodo ad superius deveniatur Bannum, Aberacht/ traditur.

Hincque quæritur: an salvâ conscientia, bañitus à quolibet occidi possit: & an is aggressus, se defendere nequeat? v. me *in com. ad l. 3. de Inst. & Iure. qu. 7.* Borell. *de Magistr. 3. c. 6.* ubi an leges facere liceat, ut bannitus occidatur. adde de Bannitis Tuschum *lit. B.* latè Philip. Paschalis *de patr. potest. part. 4. cap. 3.* Peregrinus *de jure Fisci. 3. tit. de bannitis. & lib. 5. tit. 2.* ubi quid recuperent restituti.

Et cumprimùm hæc novissima proscriptionis pœna introduceretur: observata fuit different a inter Censuram & Bannum, hoc modo: Censura Imperialis, die Kayserliche Acht/ intra annum habebat hanc appellationem. Quia Imperium censet, utrum in eam sit declarandus an non. Nostra enim lingua achten / est judicare, existimare, reputare. Adimebat autem securitatem & Pacem, publicatis personis & rebus ubique. Bannum verò die Bann / id efficiebat, ut sic bannitus apprehendi quidem posset in quolibet judicio, sed non passim occidi. Post annum verò, ista censura & proscriptio iterabatur, confirmata gravioribus pœnis. Indè dicta est die Aberacht / quasi aggravatio excommunicationis, & Censuræ Imperialis. Quemadmodum enim excommunicatio Ecclesiastica minor, est Censura; Anathema major: ita proscriptio Civilis, levior est & gravior. Proscriptio autem dicitur damnatio a scribendi ceremonia, quam Vlpianus explicat, de privatâ interdictione loquens *in l. sed & si Pupillus. §. proscribere ff. de Inst. act.* Vndè dicimus latine, proscribere in exilium,

pro relegare, proscribere ad Censuram, pro publicare Personam & bona: quoniam nomina condemnatorum claris literis, ante locum frequentiorem solent scribi, & declarari in eam pœnam.

Relegationis tùm perpetuæ, tùm temporariæ usum observant rectè Civitates, quæ habent merum & mixtum Imperium, vel diuturnis moribus vel speciali indulto. Cur enim non profligarent illos, quos Reipubl. suæ vident inutiles & perniciosos fore? Interdum etiam damnant Cives incolas, ne, de domo sua procedant, juxta *l. ult. ff. de interdict. & releg.*

Principes quoque nostri Germaniæ, quotidiè utuntur relegatione & interdictione, Verfestung/ Vnderacht. Et non subsecuta vitæ emendatione, merum habens imperium, hominem facinorosum rectà extra suam Provinciam relegare potest: Thue jhm deß Gebiet vnd Lands verweissen. Bidembach. *quæst. 7. vers. non subsequuta.*

Sed Banno Imperiali, non potest aliqui[illegible] ab inferiori notari. Modest. Pistor. *quæst 26.* Et in multis differt bannum inferioris ab eo, quod infertur ab omni[illegible] Supremo. [illegible]am. *de servit. lib. 1 fol 54.*

Est que b[illegible] duplex, pœnæ & contu[illegible]

N[illegible] [illegible]quen[illegible]ius est, quàm ut Rotw[illegible] [illegible] in den Landtgerichten / bann[illegible] aliqui notentus,

Et quidem in dem Schwäbischen Landgericht / sub hâcce formâ.

Jch N.N. der Rechten Doctor, &c. Deß Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigsten Fürsten vnd Herren/ Herren N. Erwöhlten Römischen Keysers / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien / zu Hungern vnnd Böheim / &c. König / vnnd deß Hochwürdigsten vnd Durchleuchtigsten Fürsten vnd Herren / N. Ertzhertzogen zu Oesterreich / vnnd Fürsten zu Schwaben / &c. Meiner Allergnädigsten vnd Gnädigsten Herren / respectivè Raht / vnnd Freylandtrichter in Obern vnnd Nidern Schwaben / auff Leuthkircher Heyd / vnnd in der Gebürs / &c. Von Gewalt vnnd Gnaden Jhrer Römischen Keyserlichen Majestät / vnd Fürstlichen Durchleuchtigkeiten / &c. Thue Kundt den Ehrwürdigen vnd Geistlichen / Wolgebornen / Edlen / Gestrengen / Fürsichtigen / Ersamen vnd Weisen / allen vnnd jeden Prælaten / Graven / Freyhern / Rittern / vnnd vom Adel / Schultheissen / Vögten / Burgermeistern / Rähten / Richtern vnnd Gemeinden / so in deß Landgerichts Bezirck gehörig vnnd gesessen seynd / daß vor offnem verbañtem Landtgericht / als / daß zu verschiner Zeit / nämblich den N. Jn deß Heiligen Reichs Statt N. an offner freyer Keyserlicher Reichsstraß besessen worden ist N. N. wider N. N. so fert geklagt / daß er jhne mit Vrtheil vnnd rechtem Gericht in die Aacht gebracht

 hat

hat / Er auch noch heut zum Tag / in deß Landgerichts geschworen Achtbuch / für ein offnen Aechter verschriben stehe: daß sag ich bey meinem Ayd / den ich Hochgemelten meinen Allergnädigsten vnd Gnädigsten Herrn/ꝛc. geschworen hab. Demnach auff deßselben N. N. frevendtlich veracht deß Rechtens / vnd deß Klägers weiter anrüffen / auch von Hochgedachter Römischer Keyserlicher Majestät vnnd Fürstlicher Durchleuchtigkeit / ꝛc. Gewalte / Gebeut ich euch allen / vnnd ewer jedem insonders / daß jhr den vorgemelten verschribnen Aechter / in den Gerichten / Gebieten / Zwingen vnnd Pännen / bey Euch nicht enthaltet / Hauset noch Hofet / jhme auch weder Essen noch Trincken gebet / mahlet noch bachet / noch sonsten gemeinglich kein andere Gemeinsame mit jhme habet. Wann thetet jhr das hierüber / vnd käme es von euch zu Klag / es wurde darumb zu Euch gericht / nach Landtgerichts Recht. Geben mit Vrtheil / vnnd deß Landtgerichts zu Ruck auffgetrucktem Insigel besiglet / ꝛc.

De Banno verò, von der Acht / ob contumaciam, vide die Schwäbisch Landtgerichts-Ordnung. *part. 2. titul 8 &c.*

Magni etiam momenti quæstio est: an Imperator absque communi Procerum consensu, possit Statum Imperii banno notare? vid. me *tr. de Statu mixto fol 217*

Idque disputatum fuit, neq; adhuc lis ea sopita videtur, in proscriptione Friderici Palatini. Certè si periculum sit in mora, si Imperium factionibus sit divisum; non improbabiliter hic adfirmativè respondent nonnulli.

7. Baner / Fahn.

Fanon, Fahn / pro linteolo, à panno, vid. Lindenbrog. *in Gloſſar. verbo Fano.* Sed probabilius est, à Banno dici Baner / vel Banner. vid. me *de nat. populor. fol. 56.* Dann man einem zum Fahnen gebietet.

Banus, Præses Regius, in Regnis Hungariæ Regi adjunctus, qui vexillo alios omnes præit.

Notavit Cœl. Rhodiginus *antiq. libr. 15. cap. 17.* Bandophorum dici eum, qui Ducis gerit signum.

Novi quoq; Græci, Βάνδον p vexillo utuntur. Meurs. *in Gloſſar.* Et etiam Procopius *Bandum* dicit, Romanis esse militare signum. Bandetium, cohors 400. Militum. Gallicè *Bande de gens de guerre.* Nobis ein Fähnlin Landsknecht.

Sanè in omni re seriâ, & publicâ, Germanicæ nationes, Vexilli cæremoniam adhibebant. Et etiam apud Germanos, æquè ac Longobardos, ad significandam pœnalis judicii potestatem, in ejusque exequutione vexilla adhibebantur. Inde Banerherr / qui criminale judicium habet, & Fahnenlehen / quibus eadem suprema potestas est adnexa.

8. Bancke-

8. Banckherottierer.

Banccæruptores, Galli vocant *Banqueroutiers, qui sont banqueroute; qui rompent la banque*, id est, qui rumpunt bancam, Itali *Falliti*, nos Banckherottierer / quasi banco seu banccæruptirer: die Schulden halben außreissen. Qu & in latioribus Iuris nostri voluminibus, dicuntur foro cedere, *l. si hominem. 7. §. quoties. 2. ff. de posit.*

De his vide Dan. Sauterii *praxin Banccaruptorum* & ejusdem *Mastygem Fallitorum*

Habes & disputationem Dn. Arumæi *de debitorib. non solvendo factis, tom. 3 discurs. 4. fol. 145.* & add Lachr. *de censib lib 3 cap. 15.* Tuschum *lit. D conclus. 105. &c.* Me *de vita & morte fol 24*

9. Banckhner.

Scabinatus & Scabini à scamno sunt quasi dicti, die Banckhner / Wmther *in suo Assessor part. 1 cap. 3. nu. 15.* ubi inquit, non omittendum, quod in Curia nostra Aulica tres habentur Banceæ. (1) Der Edlen Banck continens Iudices & quatuor Assessores Nobiles. (2) Der Gelehrten Banck / continens quinque Doctores. (3) Der Landtschafft Banck continens tres Personas à Municipiis repræsentatas, reliquos enim Princeps legit: atque ita totum Collegium una cum Secretario quatuordecim personis constat. vid. *supra* Assessores.

Sic & in Comitiis, duo scamna occupant Civitates Imperiales, der Rheinisch vnd Schwäbisch.

10. Bannung in Zehenden.

Ad emendationem ante actæ vitæ, Confinatio, die Bannung in Zehenden / aliquando adhibetur. Wann man einem Gebiett / daß er nicht auß dem Territorio seiner Statt / oder Dorff sich begeben darff: quæ merum imperium arguit. Iacob. de S Georg. *de feud. v. cum mero.* Bidenbach. *in qq. Nobil. q 7. v. ad emendationem.*

Sanè moribus apud nos est receptum, daß man selbigen / so in dem Land nichts taugt / desselbigen verweiset / auch etwan vber den Rhein oder Tonaw schwören laßt. vid. me, *de jure rer fol. 275. & in delibat. ad lib. 1. ff. quæst. 45.* Jenige aber / so Weib vnd Kinder haben / auch bey welchen noch ein gute Hoffnung einer Besserung / thut man in den Zehenden bannen.

11. Bannwarth.

Nostrateus Bannwarth / est territorii custos. Dn. Martin. Mager *de advoc. armata. cap 3 num. 268.*

12. Bapst.

Papæ nomen ol in commune fuit omnibus Episcopis, imò & penes Græ-

Græcos, interdum contigit fuisse proprium alicujus Viri, estque ejus nominis memoria insignis Martyris Lycaonis *in Menol. & Martyrolog. 16. Martii.* Agit etiam de nomine Papæ pluribus Baronius *in Annal. A. C. 165. num. 4. &c.* qui ait, germanam esse ejus interpretationem à Græco πάπας, id est, Pater: eoque sensu transiisse in nomen dignitatis, ut Clerici venerandi ita appellarentur, postea cæpisse esse peculiare Episcoporum, licet peculiarius tribui consueverit Pontifici Romano, usque dum Gregorius VII. Concilio Romæ habito An. 1075. inter alia statuerit, ut Papæ nomen unicum esset in toto Christiano orbe, nec liceret alicui, se ipsum vel alium eà nuncupatione insignire.

De electione Pontificis. vid. *discurs. del' estat de Rome fol. 87. & seqq.* & meum *tr. de success. & electione Regiâ. folio 178.* Olim eam potestatem sibi Cæsares adscripserunt. Et etiam Græci Impp. electionis Pontificiæ confirmationem sibi asserebant, Bellarmin. *2. de Pontif. cap. 17. fol. 254.* Pòst ad Clerum Ecclesiæ Romanæ, populumq; pervenit, Bellarmin. *ibi. fol. 2 3. & fol. seq.* & adhuc Ethnicis dominantibus Impp. vix sine turbis fiebat: ut alicubi notat Ammianus & Symmachus, *in Epistol. fol 305. ac seqq.* Sed optimè perfici à Cardinalibus, satagit probare Bellarminus *de Cler. 1. cap. 9. & seq.* Ubi si omnes Cardinales morerentur, quis in eorum succederet locum? Veramque & Sanctam electionem describit Suso *in novem rupibus, fol. 367.* ubi etiam de Cardinalibus agit.

De Philippo II. Hispan. Rege scribit Rodolphus Botereus *Commentar lib. 5. fol. 427.* ita Romæ per institores suos, venalesque homines, Comitiis Pontificiis imperabat, ut palam scriberet, quem nollet esse Pontificem, non abnuere, ut talis (de quo illi erat fiducia) præesset Ecclesiæ.

De Pontificis etymo, vid. Speckhan *cent. 2. class. 1. quæst 19.* Isque an sit major, & supra Imp. vide Peregrin. *de jure Fisci. libr. 1. tit. de iis qui Iura Fiscal.* & me *de Majest. f 18. &c.*

An Christus ut homo, sit Dominus Mundi, vid. Molinam *de Iust. & Iur. tr. 2. disput. 28.* qui idem *disp seq.* inquirit, de Pontificis in secularibus potestate. Ac quæ ejus fuerint partes, in transferendo Imperio ad Germanos, consule Gevvoldum, *de septemviratu. c. 8.*

Quamplurimi invehunt in Pontifices Romanos, satis acerbè. Ego ut hos non excuso, ita illos non sequor: hocque solum addo; quod puritatem Fidei in articulo de S. S. Trinitate, jugiter conservarunt. Baron *An. Christi 263. ad fin.* & monui etiam ego *tract. de Majestat. fol. 24.* Ac Orthodoxiam defenderunt contra Arianorum furores.

23. Bar-

13. Bargegeld.

Consuetudo maritima, quæ ex naufragio afflictorum bona rapit, omni ratione caret: quia lites movet ei, cui Deus ipse lites maritimas movit.

Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo
Immissum pariter quàm præda exquiritur ipsa.

Parthen. Litigios. *lib. 1. cap. 13. numer. 5.* Gail. *1. obs. 18 num. 1. arg. §. fin. inst de rer. div.* Cum afflictis non sit addenda afflictio. *l. tandem C. de episc. aud.* Gail. *d. l. n. 5.* Vndè laudabiliter quibusdam in Provinciis receptum est, ut soluto pretio, quod vocant das Bargegeld / omnia libera dimittantur. Parthen. Litig. *d. num 5. in fin.* Lather *de cens. 2. c. 11. n. 39. &c.*

Vocatur alibi das Fahrrecht / Gallis *le droict des naufrages.* vid. me *de Majestat fol. 177.* Item Stranden / Grundrhur. v. *infra verb* Grundrhurrecht. Zieriz *ad art criminal. Carol. V. 218.* Et talis consuetudo *in auth. navigia C. de furt & d. art. Ordin criminalis Caroli V.* prohibita invenitur. Ac in Camerâ Imperiali, mandata sine clausula decerni solent. Gail. *1. obs. 18.*

14. Bastardt.

Hoc nomine vulgò pro omnibus illegitimè natis utimur, cujuscunque generis, tametsi Acursius *in Gloss. rubr de concub. & l. fin. C. de natur. lib.* & Decius *consil. 433. num. 14.* de naturalibus tantum id videantur accepisse. Sed communis usus loquendi in contrarium est, vulgarique sermone omnes non legitimè ortos, solemus Bastardos nuncupare. Præpos. *ad c. venerabili. qui fil. sint legit. col. 7.* Annæus Robertus. *rer. judicat. libr. 2. cap. 14.*

Vocabulum hoc desumptum videtur à Græco Βασσαρίς, quod præter Bacchæ significationem, etiam pro meretrice & muliere prostitutâ capitur: quasi illegitimè filii utplurimum ex meretricio complexu oriantur. Gabriel. Palæotus, *de spuriis. ca. 18. num 3.*

Vel ein Bastart descêdit vom Bast / ut habet Scheræus in der Sprach Schul. *f 168.* wie auch etliche Wein also geheissen werden / Lemnius *lib. 2. cap 34.* Nämblich / wann eine frembde vngehörige Art zu der andern kommet / vnd in der innwendigen safftigen Rinden oder Bast bekleibet / vnd bewächsst / gleich als in jhrem aignen Stamm vnnd Art / wie sonst von den Propffreisern Virgilius saget *2. Georg.*

Aliena ex arbore Germen
Includunt, udoque docent inolescere libro.

Ad hos bastardos nobilitas paterna non transmittitur. *l. non legitima. ff. de stat. hom l. liberos. ff. de Sen. mor.* Tiraquell. *de nob. l. cap 15. numer 20.*

Cùm

Cùm non sint de domo vel familiâ nobilium. Illi etenim solummodo de domo vel familia continentur, qui sunt de eâdem agnatione. *l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de V. S.*

Bastardi autem non sunt de parentela, Ricius. *decis. Ecclesiast. tit. Ius Patronatus. decis. 203* nec habent agnationem *§. vulgo Inst. de success. cognat.* vide Bart. *in l. fin. num. 1. C. de V. Sign.* Guid. Papæ *decis. 580.* Alvarot. *de spur. cap. 61.* & est text. *in c. si gens Anglorum. 56. dist.* ubi dicitur, quod non sint hominibus honorabiles, nec Deo amabiles, & tales illegitimè nati censentur infames infamia facti. vid. Nic. Noalis *in tract. de transmiss. cas. 29. numer. 33. & seqq.* Licet dissentiant multi. vid. Hart. Pistor. *1. quæst. 30.* Heig. *1. quæst. 21.* Thoming. *decis. 48.* Me *in Delibatis. ad lib. 3. ff. quæst. 9. f. 273.*

Multò minus succedunt in principatibus vel Regnis. vid. me *tr. de success. Regia fol. 115.*

Sed tractat de Illegitimorum nobilite, etiam Molina *de just. & jur. tr. 2. disp. 169. & seq.* Carol. Paschal *de patr. potest. part. 4. c. 2. n. 20. &c.*

15. Batzen.

Bazones à Bezen, quod ursulum designat; quo à Bernensibus (qui isto insigni etiamnum utuntur) dicti sunt, quorum ante complures annos, frequens usus fuit. Hodie superior Germania, præsertim Franconia, Bavaria, tractus Regni, Suevia & Helvetia, per Baziones omnia computat: ac 15 constituunt florenum, unus verò cruciferos 4. Estque hodiè species imaginariæ monetæ (ut Gulden/ Pfundt) dann wenig gantze Batzen mehr zufinden/ auch nirgendt mehr gemüntzet werden.

Et inceperunt cudi à Bernensibus An. 1500. in principio grossi, post ab ursi signo, quod iis, ut modo dictum, imposuerunt, ita dicti. Freher. *de Monet.*

16. Baurenschidt.

Ad *l. Nesennius. 34. de negot. gest.* gl. ordinaria, taxat vulgarem rusticorum opinionem, qui quæstiones per medium dividunt, ut si petam decem, dicunt se velle concordare, & dicunt quod det quinque. Eoque respexit Bald. *in l. cum oportet. num. 10. Cod. de bon. quæ liber.* cum Bartoli decisionem quandam, similem, vocat divisionem rusticanæ. Quod plenius refert Iason *in l. illud. num. 7. C. de collat.* opinionem Bartoli processisse ex suâ Cervice, & esse rusticanam: qui fecerit sicut rustici, qui dividunt quæstionem p medium. Vndè etiam Germanicum illud ein Baurenscheid/natum esse videtur: cujus meminit Keller. *de off. Iurid. polit. lib. 2. cap. 7. §. proindè.* & post eum Ventura de Valent. *in Parthen. litig. lib. 2. c. 4. n. 17.*

Quin etiam in materiâ inventio-

nis & acquisitionis Thesauri, Phraotes Rex Indorum, super lite inter emptorem & venditorem de thesauro invento judicaturus, ad Apollonium, quem in consilium adhibuerat dixisse scribitur: se Prudentis Viri non esse arbitrari, si pariri inter se aurum amicos jubeat. Id enim & aniculam quamvis dicere posse, apud Philostratum *libr 2. de vit. Apollonii cap. 18.* Cujusmodi etiam est, si sorte omnia dirimantur: quod in Panurgo Iudice ridet Duaren. *in Comment. ad tit. de Iud. cap. de litigatorib.* Welcher alle vor jhne kommende lites durch Würffel decidire, oder dannoch wetten dörffen / daß seine Urtheilen eben so gut / als deß Parlaments zu Pariß seyen. vid. Rabelais, *de la vie de Pantagruel. libr. 2.*

Veruntamen id tum quidem meritò improbatur, & exploditur, cum citra necessitatem, vel ex imperitiâ usurpatur: justitia & æquitate diversum flagitante. At cùm necessitas exigit, re forsan adeò obscurâ vel ambiguâ, ut etiam post diligentem & accuratam trutinam, utra pars præponderet, non appareat: ibi decisio ejusmodi nō modo culpâ vacat, sed etiam singularem sapientiæ laudem meretur. Idque vel sapientissimi Regum Salomonis exemplo, qui in duarum fœminarum super infante controversia pariter ambiguâ, infantem in duas partes dividi (simulatè id quidem, & ad Iustitiæ normam) & uni unam, alteri alteram partem dimidiam dari jussit. *libr. 3 Reg. 3. vers. 24. & seq.*

17. Beede/Beedertheil.

Dictio *uterque, utriusque*, hanc naturam habet, ut secundum propriam & genuinam vocabuli significationem, duobus tantum conveniat, utque distributionem in duas æquales faciat partes. *l. creditor. §. duob. ff. mandat. l. si quib. duob. d. leg. 2. c. nemo.* cum gl. *extra de Simon.* Schrader. *cons. 49. num. 10. vol. 2.* Bart. *in l. hoc articulo. ff. de heredib. instituend.*

Et licet interdum dictio *uterque*, faciat distinctionem sive distributionem in plures partes, juxta text. *l. & ideo. §. 1. ff. rer. amotar.* hoc tamen impropriè fieri solet, Schrader. *d. loc.* Quæ improprietas verborum, cùm in aliis dispositionibus, tùm præsertim in Testamentis est fugienda. *l. non aliter. in pr. ff. de leg. 3.* Si itaque in Testamento aliquo cautum esset, ut hereditas sive bona relicta, inter proximiores cognatos, utriusque tàm Testatoris, quàm testatricis, æqualiter dividantur, extra omnem dubitationis aleam positum est, illa bona in duas æquales portiones esse dividenda. Schrader. *d. loc. vers. cum itaque.* vid. *infr.* Gleich/ Gleichlich.

18. Begnadigung der Mal sicanten.

Condonatio seu impunitas scelerum, quam Dd. aggratiationem reorum, vulgò Begnadigung vocant, Iuribus Majestatis, Regalibusvé annumeratur. Quâ de re videndus Sixtin. *lib. 1. de regal. cap. 2 num. 17.* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. 17.* Bodin. *1. de Repub. ult. numer. 164.* Knichen. *de Privil. Sax. verb. Ducum cap. 5. numer. 2. & num. 466. & seqq.* Ego *de Majest. fol. 154. &c.* Indeque arguit, eum Merum Imperium habere, & delinquentes punire posse, der beweist/ daß er oder seine Vorfahren / die Gefangne loß gelassen/vnd die begnadigt. vid. Heig. *2. quæst. 22. & 24.*

Sed, si Princeps aliquis, bey seiner Landtstatt / vmb Begnadigung der Maleficanten / ansuchet; non indè apodicticè colligitur, illum haut habere Iurisdictionem. Natta. *consil 636. sub. num 136.* Consil. Illustria, *in fol.* meâ curâ vulgata, *consil. 3. numer. 55. & seq.*

Sed gratia à Principe facta, non perimit actionem civilem, aliis ex eo delicto competentem. Mastrill. *decis. 205.*

19. Begräbnus der Todten.

Non negari potest, ex Canonibus Summum Pontificem sibi Ius concedendi Cœmiteria habere, eorumque consecrationem ab Episcopis fieri solere: Verùm his temporibus, in Germaniâ, ubi Reformata Religio viget, non magnoperè id attenditur, sed potius Politicum jus censetur.

Iis, qui seipsos interficiunt, Ecclesiastica sepultura denegatur. Namque sub tecto domus dejiciuntur, vel sub limine extrahuntur, & supra rastrum educuntur, ac comburuntur, aut per carnificem in campo sepeliuntur. Schneidevv. *ad §. Religiosum de R. divis.*

Qui verò ob præsumptam hæresin, vel aliud delictum, minùs legitimè fuerit terrâ conditus; refodiendus omnino est, & secundum ritum Ecclesiasticũ est sepeliendus. Köppen. *quæst. enucleat. 8. dec. 1.*

De jure sepulchrorum, & an pertineant ad extraneos heredes: an filius retineat sepulchrum matris? vid. Casp. Anton. Thesaur. *quæst. libr. 1. quæst. 11.* Ac an pertineat ad Ius Patronatus, consuluit Treutl. *cons. 57.* Numque possit præscribi? Nicol. Everhard. Sen *consil. 13.* Daß man auch gemeine Gräbnussen / nicht solle theilen/ habetur *in cons. illustr. in fol. Francofort. edit part. 2. consil. 65 num. 14.*

Sed de sepultura egi *in tract. de Vita & Morte. fol. 94. & seqq. multis.*

20. Beguinen/ Beghardi.

Lambertus Beguius, pius admodum Presbyter, contra concubinarios fortiter

titer Leodii concionatur. Ab eo dictæ Beguinæ, Mulieres & puellæ, quæ castè vivere proponunt: ut Ægidius Vallis aureæ Monachus, *in gestis Episcopor. Leodiens.* narrat.

Alii eas à S. *Begga*, Abbatissâ, & fundatrice Andennensi, sic dictas volunt.

Beguinarum conventus religiosi, hodieque sunt plurimi apud Brabantos, Flandreos & Leodienses, teste Miræo *in annal. Belgic. de An. 1174. f. m. 757. & seq.*

Virgines quædam Beginarum nomine, cælibem vitam, sed liberam agentes, venerunt in Brabantiam ex Germania, ut opinantur quidam, ex Regionibus Mosanis. Hæ cùm primò in urbes non reciperentur, circa Schaldin resederunt, ibique recens extructo S. Bernhardi Monasterio, se subjecerunt, longoque post tempore, confessores suos ex isto Monasterio habuerunt: donec ob frequentes abusus impetrarunt à Sancta Sede, secularem, qui rem divinam illis ageret, pastorem. Hæ Mechliniam delatæ, in Vico, cui adhuc nomen hæret, diutius resederunt: donec tandem crescente in immensum earum numero, pars quasi in Coloniam missa Anno 1249 extra muros oppidi, Curiā & officinas, & habitacula sibi extruxit, tanto successu, ut habitatio earum oppidi instar videretur, & numerus esset aliquot millium. *Historiā Urbis Mechlinia I. B. Gramaye lib. 3. sect. 7.*

Beghardi verò & Lolhardi cujusdam enthusiasticæ hæreseos infamia nomina erant. v. Felicem Malleolum *tr. sing. contra eos scripto.*

Begardi & Beghinæ, auctore Bognato (erant autem Begardi Monachi, & Beghinæ Moniales, sed absque votis) docebant hominem posse in hac vitâ fieri impeccabilem: & non teneri amplius ad jejunia vel orationem, & in gratiâ crescere non posse, & alia id genus. Bellarminus *in chronolog. sub An. 1299. quæ juncta est tract. de Scriptorib. Ecclesiasticis.*

Extat etiam in recentissima editione Bibliothecæ Patrum, *tom 13. folio 342.* fragmentum Conradi de Montepuellari Canonici Ratisbonensis, contra Begehardos & Beginas.

De erroribus Beghardorum & Beguinarum mulierum Alemanniæ, vid. quoque Concil. generale Viennense apud Carranz. *fol 343. b.*

21. Behrnheuter.

Ein Behrnheuter kommet von den müssigen losen Leuten / so die Beeren haben lehren tantzen / vnnd vmbs Gelt herumb geführt / Scheræus in der Sprachschul. *fol. m. 169.*

Aut potius seyndt es solche Gesellen / so in keinem Bethligen / sondern sich der Beerenhent behelffen müssen.

22. Beicht.

Ita vocant confessionem Germani, quasi bejahen; & quidem quod attinet Cōfessionem auricularem Sacerdoti factam, ea nemini recitanda aut revelāda est. Namq; si hoc fecerit Sacerdos, deponatur & omnib. diebus, vitæ suæ, ignominiosus peregrinando pergat, ex Decreto Gregorii relato. *in c. Sacerdos. 2. de pœnit. dist. 6.* Et Innocentius III. *in c. omnis utriusque. 2. in fin. de pœnit. & remiss.* Caveat inquit, ne verbo aut signo, aut alio quovis modo, aliquatenus prodat peccatum: quoniam qui peccatum in pœnitētiali Iudicio sibi detectum, præsumpserit revelare, non solum à Sacerdotali officio, deponendum cernimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam, in arctum Monasterium detrudendum: Cui concordat Eugenii Papæ Decretum, *in c. si Sacerdos. 2. de off. Iud. Ordin.* & Honorii III *in c. dilectus 13. de excess. Prælator.* ubi perniciosum pronunciatur factum, sibi credita revelare. Et Leonis Papæ *in c. quamvis. 89. de pœnit. dist. 1.* Vbi ait: fas non esse, ut populi auribus publicetur conscientia confitentis.

Talemque revelationem nullam prorsùs fidem mereri, neque ullum habere effectum, & ne præsumptionem quidem sinistram facere, probat Mascardus *de probat. vol. 1. concl. 377. n. 1. & 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 89. n. 26. & seq.*

Quod dicitur, secundum Catholicam Doctrinam, non posse solvi sigillum Confessionis, ad quodcunque malum evitandum, intelligendum est, non esse licitum ullo modo prodere personam confitentis; hoc enim propriè cadit sub sigillum: alioqui nemini dubium est, posse detegi peccata ipsa, vel ad capiendum consilium, vel ad præcavenda mala, vel aliis de causis, dummodo ex manifestatione peccati, non sit periculum, ne manifestetur persona, quæ peccatum confessa est. Bellarminus *in apologia pro responsione sua, ad librum Iacobi M. Britanniæ Regis, cujus titulus est: Triplici nodo, triplex cuneus. f. 329.*

Aliàs autem sigillum confessionis, æqualem vim habet in crimine omni, etiam maxumè enormi: ut in crimine læsæ Majestatis humanæ, ac hæresis quoque. Servandum item est Sigillum confessionis, etiam mortuo reo. Vide omninò & plenè hæc tractantem R. P. Mart. Delrio. *disquisit. Magicar. lib. 6. c. 1. sect. 2. tom. 3. mihi fol 346. &c.* Vbi de crimine committendo agit, ac eo casu, ubi quis Sacerdoti aliquid revelavit, non per modum confessionis, sed tamen sub Sigillo confessionis.



23. Beysässen.

Sunt Incolæ Castri, cujuscunque conditionis, qui & Burgsässen dicuntur, de quibus *v. infra in v.* Burgsassen. Sic Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl. 78. in not.* de Castro Fridbergensi Multi, inquit, nobiles suas ædes in ipso Castro habent, non tamen omnes, qui ibi sunt inscripti municipes: Welche Burgmann seyndt. Mentio fit der Beysässen der Burg Fridberg / de Anno 1378. §. es sollen auch. *vers.* auch vmb. *ibi:* auch vmb das Weggelt / daß in sollint die Burgmanne nicht geben / vnnd vmbe jhr Beysässer in der Burg / vnd die Gärtner vnter der Burg / die sollint kein Wegegelt geben / ꝛc. Iidem sunt Beysitzer / die den Beysitz haben. Killinger. *de Ganerb. Castor. discurs. 3. n. 183.*

24. Bey Schelmen schelten.

De Obligatione, bey Schelmen schelten / respondet Gilman. *decis. 9. numer. 36. libr. 1. decis. seu rer. jud. in Cam.* firmam & validam quidem esse illam, adjectionem tamen, quoad productionem actionis, non valere: daß sie darumb jhrer Ehren möchten entsetzet werden. Et ita ipsa conditio vitiatur; sed non vitiat, imò habetur pro non adjecta, tanquam conditio impossibilis. Schepliz. *ad const. Brandeb. part. 4. tit. 3. §. 1. n. 7.*

Famam tamen deprimit apud graves Viros, si quis non satisfaciat tali promissioni.

25. Cl. Bey Verliehrung deß Herren Gnad.

Quoties Papa indignationem Beatorum Apostolorum Petri & Pauli minatur, ejusmodi comminatio, Ecclesiasticorum beneficiorum privationem inducit. Bald. & Alvarot. *in c. 1. §. 2. item qui. vers. item si delator. & ibi glos. quæ fuer. prim. causa. benef. amitt.*

Sicut & in Vasallo; nam si & huic Dominus sub sui indignatione, bey Verliehrung deß Herrn Gnad / aliquid præcipiat, intelligendum, ut in casu neglecti officii, feudo privetur. Zas. *in epitom. feudal. p. 10. num. 40. & seq.* Iacob. de S. Georg. *in verb. dictique Vasalli promis. num. 37. & seq.* per text. not. *in l. 2. ibi:* indignationem nostri nominis sustinebit. C *de petit. bonor. subl.* quam amissionis feudi pœnam, etiam contra Vasallum Dominus exequi potest, Iohann. Hermann. Stamm *de servit. personal. lib. 3. cap 36. numer. 26.* dummodo præceptum ob justam causam, eamque pertinentem ad naturam feudi, factum sit; secus, si pœnæ illius comminatio magis ad timorem, quàm ad valorem facta censetur, & aliter, quàm in amissione feudi; Vasallus ob suam inobedientiam pro Domini arbitrio ple-

ctetur. Iac. de S. Georg. *dict. loc. n. 8. 9. & seqq.*

Dissentire videtur Zasius, sibi in hoc contrarius, *ad l. un. n. 5. & seqq. ff. si quis jus dic. non obtemp.* ubi ait: Pœnam sub indignatione Domini, hodiè multum recessisse ab Aulâ, & nil aliud importare, quàm quod verba sonant, videlicet quòd gratia Domini sit perdita. vid. omnino Schrad. *consf. 27. n 102. &c.*

Sed hæ duæ opiniones in concordiam sunt reducendæ per modò dictam distinctionem.

26. Beyvrtheiln.

Interloquutoriam sententiam, à Iudice, qui eam tulit, revocari posse, juris est expediti. *l. quod jussit ff. de re jud.* Sed an hoc fieri etiam adhucdum queat, si ea exequutioni fuerit demandata (v. g. si ab eo, cui juramentum suppletorium est injunctum, illud jam esset præstitum) disquirit Martin. Monterus à Cueva. *decis. Aragon. 3.* & pro affirmativa concludit: quod tamen Praxis non observat. Et quidem sententia Interlocutoria ad instar Appellationis, potest bis revideri. vid. Viv. *decis. 239.* Mastrill. *decis. 23.*

Sententia autem Interlocutoria quæ dicatur, & quando vim definitivæ habeat, tractant Vincent. Hondedæus *consil. 27. vol. 1.* Franciscus Vivius *decis 302.* Mynsing. *cent 3. observat. 88.*

27. Belehnung der Lehenschafft.

Investitura, die Belehnung der Lehenschafft/ sic est dicta, qa sicut homo vestitur vestibus; ita Vasallus quodammodo Feudo vestitur per ejus traditionem; Afflict. post alios *in cap. 1. num. 2. quid sit Investit.*

Et est duplex Investitura: Propria nempè seu realis; & Impropria, abusiva seu verbalis. *d. cap. 1. quid sit Invest.*

Propria est, apprehensio corporalis possessionis feudi, quando scil. Vasallus à Domino, vel ejus Nuncio aut Procuratore, inducitur in feudalis rei possessionem, daß er in das Lehengut geführt / vnnd eingeweihet würdt. Schneidevvin. *de feud. part. 4. num. 4.* Et per hanc realem Investituram transfertur utile dominium, & possessio rei feudalis in ipsum Vasallum. Iacob. de S. Georgio. *super verb. investivi: num. 1.* per text. *in cap. 1. de consuet. rect. feudi.*

Abusiva verò Investitura, quæ etiam *verbalis* dicitur, est, quæ fit verbis, interveniente aliquo actu seu signo corporeo, ut quādo Dominus dicit: Investio te de tali prædio, annulo, ense vel hasta, aut alia re porrecta, secundum loci consuetudinem *c. 1 quid sit Invest.* Schneidevvin. *dict. loc. numer. 4.*

In Legibus Barbaricis, *Vestitura* propriè pro ipsa possessione usurpatur,

tur, & *vestitus* pro Possessus. Leg. Franc. *libr. 4. in capitul. additis. 4.* Vt omnis liber homo, qui quatuor mansos vestitos de proprio suo, sive de alicujus beneficio habet, *id est*, qui quatuor Mansos aut in allodii, aut feudi nomine habet, tenet, possidet. Item *cap 21.* Si quis proprium nostrum, quod in vestitura Genitoris nostri fuit, alicui reddiderit, &c. Hinc in quibusdam Franco-Galliæ Regionibus, *Vest, Devest*, ficta vocabula. Nam Vesten hodie quoque Germani dicunt, pro confirmare & stabilire. Et exindè forsan Investituræ verbum descendit. Ego *de statu Reip subalterno fol. 90. & tr. de nat. popul. fol. 105.* Quemadmodum ergo Romani Iuris instituto, nullæ alienationes solâ conventione fiebant, sed vel solenni mancipatione, vel naturali traditione, tamen ut iidem certam verborum formulam (quam stipulationem appellabant) firmandi & stabiliendi causâ insuper adhibebant. *l. 1. ff. de Prætor. stipul.* Sic Longobardi ritum aliquem Vexilli, gladii, aut hastæ, præter conventionem adhiberi voluerunt. Calvin. *in Lexic. feud. verb. Investitura.* Et licet non sit necesse, nec refert, an Dominus investiens tradat hastam, ensem, vel aliud quiddam corporeum, tamen decens est, ut si Vasallus investiatur de mero Imperio, quod Dominus hæc faciat per traditionem ensis; cùm signum debeat convenire cum signato; & potestas gladii, est potestas sanguinis, *L. Imperium ff. de Iurisdict. omn. Iud.*

Quid verò talis abusiva Investitura operetur, consule Schneidevvin. *in epitom. feud. part. 4. numer. 11.* & Matth. Wesenbec. *cons. 64.* Ae num ita investitus, possit agere interdicto adipiscendæ, tractat Modest. Pistor. *quæst. 9.*

Ipsa autem Investitura, ejusque ritus, magnum præbet argumentum arctissimæ obligationis, quâ Domino obligatus est Vasallus.

Quid enim abjectius aut humilius, quàm simpliciter Dominum adire, exutis armis, deligatis calcaribus, nudato capite, aliquando etiam genibus flexis, supplices manus in ejus, aut qui Procurator pro eo constitutus est, vexillumque aut gladium accipere.

Libet adscribere modum investiendi, Regibus Neapolitanis usitatum, prout eum descripsit Pontanus *lib. 2 de reb. gest. Ferdin. Alphonsi F.* Sedet Rex medius, Regiâ sellâ editiore loco constitutâ. Assident juxta eum Ordinis optimates ac Proceres, stant inde Purpuratorum frequentes Ordines, loco quisque suo. Regis ad pedes genibus innitens à dextrâ procumbit parte, Epistolarum Magister, qui nunc Secretarius dicitur, sinistrâ Antistes, Evangeliorum libros Regio in sinu stratos tenens. Horum medius genibus & ille procumbit innisus, qui in verba jurat, utrâque manu libris

bris apertis imposita: Magister Epistolarum verba præit, quæ juraturus in verba sequitur. Igitur postquam Vrsus Regios ad pedes provolutus, palmam in Codice utramque expansam statuit, tùm Magister præire verba cæpit, Vrsusque ea est secutus. Vrsus ego Vrsinus, Nolæ & Atripaldi Comes, Asculi, &c. Peracto Iuramento, manus è libris sustulit. Tùm Rex Vrsi manus utriusque digitis pollicibus apprehensis, suosque intra pollices iis insertis, devinxit illos suis, statuitque super Evangelia. Hic rursus Vrsus, Magistro præeunte verba: Ego me, inquit, cum liberis, successoribusque meis, Ferdinandi Regis mei, Domini mei, liberorum ac successorum ejus, Ligium hominem statuo, dedicoque, eumque me hic sisto. His ter dictis, regios osculatus est pollices.

Philippus Archidux Austriæ cùm juraret fidelitatem Atrebati A. 1497. in nonnullis objectiorem se fecit. Nec enim Regi ipsi, sed ejus Cancellario fidem dedit, qui cum introeuntem humiliter salutaret, ipse ne resalutabat quidem, *mit seulement la main*, ut ait author Gallus, qui totum Investituræ ritum descripsit, *à son chapeau, sans autrement iceluy oster*. vide Camerar. *in horis. cent. 2. cap. 59.*

Regna autem per Gladium, Provinciæ per Vexillum tradebantur, quin & per Sceptrum olim & Ensem Ducatus conferebantur, quem humiliter deosculari solebant. Sicut quondam suppliciter manus porrigebant, & deosculabantur. Vide omninò Henning. Arnisæum *de Iurib. Majestat. cap. 5. libr. 1. fol. mihi 149. & seqq.*

Et cum semper tenor Investiturarum diligenter sit inspiciendus: tùm verò præcipuè ad primam Investituram, tanquàm ad lydium lapidem, recurrendum, arg. *c. 1. de Vasall. decrep. ætat. 2. F. 14.* ac quidem eò magis, quod Feudum sit contractus inter Vasallum & Dominum ultrò citroque obligatorius, in quo nunquam novatio facta præsumitur, nisi id clarè exprimatur, *l. fin. C. de novat.* Schrader. *d. feud. part. 5. cap. 2. num. 31.* Wesenbec. *consf. 4. numer. 36. & consf. 74. numer. 86.* Bertazoll. *consil. 39. numen. 15. libr. 1. Civil.* Nic. Everhard. Iun. *consil. 41. n. 23. 43. 55. vol. 1.*

Et quatenus ex renovatione Investituræ, derogetur juribus ex primâ acquisitis? consuluit Ioann. Vincentius Hondedæus *conf. 84 vol. 2.* adde Don Garsi Mastrill. *decis. 56.*

28. Belehrungs Urtheil.

In Saxoniâ, & aliis quibusdam locis usitatum est, daß man sich bey den Schöpffenstülen / vnd andern Gerichten deß Rechtens belehren lasse / vide Speckhan. *cent. 3. class. 3. quæst. 8.* & nihilominus tamen postea in eadem

cau-

causâ judicare possunt: quâ de re ita scribit Adam. à Raussendorff apud Hieron. Treutler. *consil. 88. n. 44. &c.* Collegia Iureconsultorum certius & melius judicant, quàm Doctores particulares, Gail. *lib. 1. obs. 33.* Et firmius reputatur Iudicium plurium, quàm unius, *c. prudentiam. extra de offic. deleg.* Gail. *d. obs. num. 3.* Et veritas à pluribus quæsita, faciliùs invenitur. Vnde Sententias istiusmodi Collegiorum, cōmunem opinionem facere tradunt; imò cōmuni opinioni prævalere, no at idem Gail. *d. loc.*

Et quamvis dici possit: ejusmodi Responsa Prudentum, à Collegiis & Facultatibus Iuridicis impetrata, uti hodie sunt Belehrungs Urtheil (utpote si in Academiis de dubio casu ex Iureconsultis, quid Iuris, quæratur) nihil parti præjudicari posse: quia hi quæsiti, non habeant Iurisdictionem; nec proferantur ut à Iudice, ad Acta utriusque partis penè cognita; Sed ad partis instantiam duntaxat, ut à privato informante: Magnum tamen habere præjudicium certò constat, potissimùm si proferantur ab illis, qui posteà vel in primâ vel secundâ Instantiâ futuri sunt Iudices. Vbi enim narratio vera præcessit, nec sequitur ab Adversario narratorum refutatio, non postmodū in judicando variare potest Iudex; qui prius consulendo respondit. Et consulenti hac in parte maximè proficit, ut tali ratione, ad feriendum Iudicis animum, & ad deterrendum adversarium, temerè litigantem, per modum consultationis quæratur, de facto deinceps controvertendo: Quid Iuris. Idque his in locis sæpè fit: quo quærimus von den Appellation Rähten zu Prag/ quid Iuris? qui posteà sæpe in illis causis sunt Iudices, si per Appellationem ad eosdem devolvatur. Estque cautela, quæ cingulo Iustitiæ quasi cingit Iudicem, ne variet, & ex affectu potius, quàm jure judicet. Süntque hæc ita, si bonam quis foveat causam, sique narret bene. Aliàs qui malè narrat, malè impetrat. Estque religiosi Iudicis, si ad partem sub: & obreptitiè, malè informatus, malè responderit per modum consulendi, ut ex actis integrè inrotulatis, postmodum benè informatus, respondeat benè & plene.

29. Beleutung.

Potest aliquis auff die jhme verunterpfandte Güter / ein Beleutung in Iudicio Rotvvilensi auffbringen. Welche Beleutung / vermög der Alten vnnd Newen Kayserlichen Rotweilischen Hoffgerichts Ordnung / auch Vhraltem Herkommen vnd Gebrauch nach / nichts anders ist / dann ein Publicum Proclama, dadurch der Besitzer der Güter / auff welche geklagt / Namhafft gemacht / vnnd Vnvermeldung deß Besitzers Namen / citirt würdt nachvolgender Form: Wir N.

der Röm. Kays. Majest. HoffRichter oder Ampts Verweser bekennen hiemit / daß N auff Weylandt N. Haab vnnd Güter beleutet / ob sich jemandt derselben in Erbkauff / oder andere rechtmässige Titul / annemme / vnnd jhme auff sein Zuspruch vnnd Gerechtigkeit / auch Costen vnd Schaden / so viel jhme an diesem Kays. Hoffgericht taxirt, Bezahlung vnnd Abtrag thun wolte / oder sonst Einreden zuhaben vermeindt / daß derselbig dann solches thue / vnnd vorbringe biß zum Hoffgericht / so seyn vnnd gehalten würdt Dinstag nach N. nächst kommen; Welche sich dann auff die Außgegangne Beleutung abfordern lassen / die werden nach Innhalt angeregter Kays. Hoffgerichts Ordnung / vnnd ettlich hundert Jahr hero observirten Gebrauch nach / pro veris possessoribus gehalten. Concordat Ius commune: Nam qui se liti obtulit, cùm rem non possideret, condemnatur, nisi evidentissimis rationibus possit respondere, Actorem initio scivisse, eum non possidere, *l. qui se obtulit. de petit. hered. l. 15. qui se obtulit. de rei vindic.* Vnnd vermög der Kays. Rotweil. Ordnung / würdt der jenig / so sich abfordern last / pro Reo indubitato, vnd für ein Besitzer der Güter / darumb der Kläger beleutet worden / etiam ante litis contestationem, gehalten. Sic etiam jure communi, lis ante litis contestationem dicitur, *auth. qui semel. C. quomodo & quando Iudic.* & per solam Citationem, quoad Iuris effectum, inducitur litis pendentia, *Clem. 2. ut lit. pendent.* prout hæc omnia habentur *in Decisionibus seu Præjudiciis Magni Auditoris Cameræ Imperialis. lit. B. verb.* Beleutung.

Et plura huc spectantia, invenies apud Paul. Matth. Wehnerum *in notis & observationib. Reformat. Rotwilens. part. 2. tit.* Von Beleutung. *10. fol. 141. & seqq.*

Quâ de re etiam sequentia habentur in der Schwäbischen Landtgerichts Ordnung / *part. 2. tit. 15.* Nachdem ein jede Beleutung ein Antworter / oder den Innhaber deß Guts in Rechten sucht / wo dann ein Manns oder Frawen Persen / Güter / Zins / oder Gülten hinder jhnen nach Todt verlassen / oder daß sie vom Landt entweichen / vnnd nicht anheimbs weren / sich auch niemandt jhres Guts vnterziehen will / vnd jemandt / dem sie schuldig seyn / oder der jhr Bürg oder Schuldner gegen jemandt für sie worden / oder der aigenthumbliche Ansprach zu solchen Gütern hette / auch den / der mag darauff am Landtgericht Beleutung fordern vnnd nemmen / die soll jhme erkandt / vnd darüber vnter deß Landtgerichts Insigel Brieff gefertigt werden / etc.

30. Berechtigen vnnd Straffen.

Dn. Petr. Denaisius *in disputatione de Iure meri Imperii, Iudicii Cameralis, fol. 16.*

Fol. 16. &c. ac etiam *in ejusdem assertione fol. 92. &c.* illa verba Berechtigen vnnd Straffen / pro solâ executione sumit, remotâ cognitione. (Dann es in etlichen Orten also herkommen / daß das Merum Imperium pro solâ gladii potestate genommen würdt / vnnd einem andern die Vrtheil zufällen gebüret) Ita ut dicta verba nil aliud valeant, als einem sein Recht vnnd Straff anthun.

Quo modo etiam einen richten/oder Iustificiren / usurpatur pro executione, & apud Latinos *Lege agere*, pro exequi sententiam damnationis.

Additque, aliud esse berechtigen/ aliud rechtfertigen: hocque denotare disceptationem & cognitionem, illud executionem. Hoc, Iudicio Camerali, in personas Camerali albo inscriptas; illud competere Civitati Spirensi.

31. Bergwerck / Ertzgruben.

Venæ metallicæ, non nisi in montibus reperiuntur, darumb heißt man sie Bergwerck / operas montanas. At de fossilium & metallorum speciebus variis, auri & argenti fodinis, & jure Metallico, pluribus agit Heügius *1. quæst 13.* Wesembec. *consil. 60. & 198.* Rauchbar. *1. quæst. 22.* Iohan. Guidius Volateranus *de Metallis* Ego *de Aerar. 3. cap. 8.*

Weil aber solche den hohen Regalien anhängig seyndt, *c. un. quæ sint regal.* ubi Dd. Als seynd etliche der Meinung / daß man sie nicht theillen solle. Weil sonderlich selbige nicht angeschlagen werden können. vid. *part. 2. consil. Illüstr. Francofort. editorum. consil. 65.*

Et ex jure Regali Venarum metallicarum procedit, daß die Obrigkeit/ ultra decimas, & alia commoda, den Vorkauff der Metallen / so in fundis privatorum gefunden werden / haben thut. *l. 1. Cod. de metall.* Damit sie die Notturfft deß Landes / die den hohen Regalien zuversorgen stehen / haben möge: als Müntzen / Geschütz vnnd dergleichen. Nicht / daß sie damit handthiere / die Käuff höhern vnd steigern solle. *d. cons. nu. 21. &c.* De divitiis argenti fodinarum Misnicarum, hæc habet Petrus Albinus in der Meißnischen Berg Chronick. *tit. 4.* Man findet hin vnd wider / nicht allein in alten annalibus, sondern auch in deren vom Adel vnnd vieler Burger Handtbücher / die Summa deß Zehenden / auff dem Schneberg verzeichnet / von anbegin deß Schnebergs biß auff das Jahr 1501. da für 30. Jahren der Schneberg fündig worden / seynd daselbst dem Churfürsten zu Sachsen/ zu Zehenden gefallen 5199. Tonnen Golds. Eine Tonne gerechnet für hundert tausent Gülden oder Taler: Wie dann auch zur selben Zeit ein Taler nicht höher / als für einen Gulden ge-

müntzet/ und außgegeben worden/dannenhero die Bergleut/ noch einen Taler/einen Guldingroschen nennen.

Ac etiam idem Albinus, *d. loc.* ex Melanchthone adnotat. Ab Anno Ch. 1471. ad Annum 1550. ex venis Schnebergensibus distributa sunt iis, qui venas coluerunt impensis suis, plus 123355. tonnis auri: & loco decimarum soluta Principibus, plus 20559. tonnis auri. Tantundem etiam solutum iisdem de signatione argenti, vom Schlegel Schatz. Et per totum illum librum P. Albini, varia & jucunda de Metallis & Metallicis, eorumque fodinis congesta inveniuntur.

De metalli fodinis, iisque, quæ inveniuntur Potosi, in India occidentali, sequentia habet Bertius, *in tabulis Geographicis contractis. fol. m. 813.* Auri optimi bonitas Hispanorum & Gallorum, legibus definitur ceratiorum XXIII. & dodrantis ceratii, ita ut si massa fuerit CXCII. partium, tres partes auri desint. Argenti enim ad Aurum ratio, toto penè terrarum orbe est duodecupla. Aurum omninò tribus modis invenitur: Fluminum ramentis, puteorum scrobibus aut ruina montium, & cuniculis per longa spacia terrarum actis: Quod tamen in omnibus invenitur, longè est absolutissimum, ac cursu ipso attritu perpolitum: tale est in Hispaniæ Tago, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ. Quod è terra eruitur, multâ adhuc curâ indiget. Qui illud quærunt, segullum tollunt, arenam lavant, atque ex eo, quod subsedit, conjecturam faciunt: ita invenitur sæpè in summâ tellure, rara felicitate. Quod ex puteis effoditur, canalitium alii vocant, alii canaliense. Quod è cuniculis educitur, arrugiam appellant. Primus hanc artem factitâsse dicitur Tubalcain, ut in Sacris clarè præditum est, *Genes. cap. 4. 41.*

Dalmaticum Aurum prædicat Statius:

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatæ montes: ubi Dite viso
Pallidus fossor redit, erutoque est
concolor auro.

Similis penè argenti natura. Terra est russa, alia cinericia: in utraque argentum invenitur, puteis effossis. Excoqui non potest, nisi cum plumbo nigro, aut cum venâ plumbi, galenam vocant, quæ juxta argenti venas plerunque reperitur. Eodem tunc opere ignium descendit pars in plumbum, argentum autem supernè innatat, ut oleum aquis. Vbicunque una inventa est, non procul invenitur altera. Argenti vena, quæ in summo reperitur, crudaria appellatur.

Finis antiquis fodiendi solebat esse, alumen inventum; ultra nihil quærebatur: sed deprehensum, etiam sub alumine æris venas interdum esse albas. Odor ex argenti & auri fodi-

fodinis noxius admodum est. Lucretius:

Nonne vides etiam quoque sulphur in ipsa
Gigner, & tetro concrescere odore bitumen?
Denique ubi argenti venas auriquesequuntur
Terrai; penitus scrutantes abdita ferro
Qualis exspiret scaptensula subter odores?
Quidve mali sit? ut exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddant facies, qualisque colores?
Nonne vides, audisve perire in tempore parvo
Quam soleant? & quam vitai copia desiat
Quos opere in tali cohibet vis magna? necesse est
Hos igitur tellus omneis exæstuet æstus.

Neque tamen prohibuit aëris corruptissimi violentia Hispanos, ne in alio orbe novum moriendi locum quærerent: Inventus est præcipuè in Provinciâ Ciarga, Regni Peru. Primum *Porco* & *Carabaya*: Postea verò ad *Potosi*, decimo octavo milliari à *Villa de Plata*, quam alii argenteâ vocant, alii Græco nomine Argyropolin. Est autem oppidulum istud haut ita magnum. Argenti fodinæ uberes admodum: nam quintale unum marcas reddit argenti purissimi octoginta, quod aliis locis inauditum est. Inventio hujus fodinæ, Indis debetur, qui fortè per loca ista iter facientes, metallum deprehenderunt. Quod ubi Argyropoli innotuit, confestim montem placuit inter Cives distribui, qui Indorum opera tantam argenti vim extraxerant, ut ea Europæ universæ sufficiat.

32. Beruffung der Kirchen-diener.

De jure vocandi Ecclesiæ Ministros, pluribus egi *in tr. de Majest. folio 120. &c.* Est quidem ubivis receptum, quod sine vocatione, nemo docere possit. Chemnit. *part. 3. Locor. folio 314. & seq.*

Quodque ordinatio differat à vocatione: & illa solis Ecclesiasticis competere possit. *ibid. fol. 332.*

Sed est etiam apud eos, qui ab Ecclesia Romanâ secessionem fecerunt, lis satis magna; num quid Iuris habeant in vocatione Principes, aliique Magistratus. Alii hanc rem, Imperio summo committendam putant: alii Consistoriis, ex Ecclesiasticis & Politicis constantibus, Ecclesiamque repræsentantibus, eam transcribunt. Eoque intuitu etiam Chemnitius tradit: Quod Magistratus sit adhibendus, sed ministerium & populus non debeat excludi. *p. 3. f. 324. usque 328.*

Sic & in Concilio Paris. *c. 8.* habetur: Nullus Civibus invitis, ordi-

netur Episcopus, nisi quem Populi & Clericorum electio, plenissimâ elegerit voluntate: non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem, contra Metropolitani & comprovincialium ingerant voluntatem.

Ac etiam *in Canon. Apost.* sancitur: Episcopus per secularium potestatum favorem, Episcopatum nactus, deponitor. *Sexta Synod. c. omnis electio. dist. 63.* Si quis Episcopus, secularibus potestatibus usus, Ecclesias per ipsas obtinuerit, deponatur; & segregentur ab Ecclesiâ omnes, qui ei communicant.

Quodque facultas Pastorem dimittendi, adhuc minus sit penes Magistratum, idem etiam Chemnitius docet *d. part. 3. Locor. fol. 229.* ac pariter de translatione agit *fol. 330.*

In Pomerania, Marchiâ, aliisque vicinis Provinciis & Ducatibus, consuetudine est receptum, ut viduæ vel filiæ Pastorum defunctorum, maneant in Parochiis, & à successoribus in uxores ducantur. vide Speckhan. *centur. 3. class. 1. quæst. 5.*

In Praxi externi fori, Institutio ministrorum pertinet ad jus superioritatis. Knichen. *d. subl. territ. jure. c. 3. n. 232.* Cothman. *consil. 53. num. 18. p. 4.* Sed hoc ita est intelligendum, ut sciamus, quodnam exercitium Religionis, in aliquo territorio sit introducendum: nec exinde lis ea decidi videtur, quis habeat Ministrorum institutionem? Sic, quandò superioritas pertinet ad Catholicum Statum, tunc confirmatio Episcopo loci debetur. Et ergò è contrà, si sublimis illa potestas competat Statui Augustanæ confessionis, non exindè concludere licet: Principem constituere posse Pastores, vigore Episcopalis Iurisdictionis: ea enim est suspensa, & ita res rediit ad eum Statum, in quo erat in Ecclesia primitiva, ubi certè non Principes hocce jus exercebant.

33. Beschwehrung.

Sub hoc vocabulo, tam patrimonialia, quàm personalia onera comprehenduntur: *l. fine herede. 23. §. 6. ff. de adminis. tut.* Cujac. *in l. as quidem. 2. & l. seq. C. de annon. & tribut.* præsertim si adponitur signum universale, quod non patitur restrictionem. *l. 29. ff. de hered. instit.* Vndè immunitas concessa ab omni onere, frey seyn aller Beschwerden / universaliter ad omnes immunitatis species est trahenda. Gravett. *cons. 447. num. 5.* Roland. *consil. 13. n. 32. vol. 4.* Alex. *consil. 30. n. 14. & seq. lib. 5.*

34. Besibnen

Est, nachdem der Peinlich Angeclagte/commissi delicti allerdings convincirt vnd vberzeuget ist/wirdt er zu mehrerer Sicherheit von der Gefängnus vnd Band loß gelassen/ vnd in ein frey offent-

offentlich Ort unnd Platz geführt/ da als dann der Ampetmann istius loci, in præsentia septem testium, den Beclagten nochmalen gütlich erfragt/ unnd sie Zeugen der Außsag/ auff den Notfall Kundtschafft zugeben/ersucht. Wa nun der Beclagte seiner Missethat geständig/ würdt er wider in die Gefängnus unnd Band gelegt/ auch jhme darnach erst das Heilig Sacrament geraicht. Volgends uber ein Tag drey unter den offnen Himmel/ oder das gewohnlich Gerichtshauß geführt/ und die Sibne gebetten/ auff den Fall laugnens/ Kundtschafft zuthun/ daß der Beclagte solches/ was sie vermelden/ zuvor offentlich bekennet habe. Auff welch beschehen erclären und außsagen/ würdt der Beclagte wie Urtheil und Recht geben/ abgestrafft. Et ita in Sueviâ observatur.

35. Besitzung.

Verbum possessionis, in Religionis Constitutione positum, non posse verificari in illâ interpretata, & juris quâdam subtilitate intellecta, Iuris possessione, sed accipiendum & intelligendum de verâ, reali & corporali insistentiâ rei, sive etiam nudâ detentione, ita ut non sit spectandum, an justè quis possideat vel detineat, sed an realiter possideat, vel detineat tempore Pacificationis Religiosæ. Atque hunc intellectum ipsa Constitutionis verba satis arguere, ajunt. Nam *in pr.* §. Dieweil. expressa verba sonant de reali & corporali rei insistentiâ. Mox limitatio subjicitur de bonis, ante tractatum Passavinum possessis, quod sub ea Constitutione comprehendi non debeant, ad constitutionem *d.* §. Dieweil/ mo referendo.

Verbum igitur possessionis ad præcedentia relatum, non potest aliter accipi, quàm de naturali possessione, de qua præcedentia loquuntur. Verba enim sequentia, ex præcedentibus declarantur, maximè quando obscura sunt, Richwein. *in formulari variar. Supplicat. fol. 230.* Tilemannus de Benignis. *vot. 2. fol. 13.* Consentit Henricus Andreas Cranius, *de pace Relig.* ubi ita scribit: verba illa, und deren possession/ &c. an intelligenda sint de civili, an verò naturali possessione, quæritur? Posterius est probabilius, per §. *19. Pac. Relig.* ubi verbum eingezogen/ denotat realem detentionem, sive corporalem rei insistentiam: nec hîc consideratur, an quis justè vel injustè possideat, ut satis innuunt *d.* §. *19.* verba sequentia, quæ ex præcedentibus declaranda sunt, maximè si sint obscura, arg. *l. quotiens 10. C. fam. ercisc.* allegat etiam Springer. *de Pac. Religios. cap. 9. vers. verum hic dubitatur.* Et quamvis pro Civili possessione, facere videatur communis juris regula: quod verba Legislatoris secundum legalem interpretationem accipi debeant, secùs si ab

ab Idiotâ proferantur : quia tunc simpliciter, prout in idiotam cadunt, intelliguntur, arg. *d. l. 10. l. quid si nepotes. 6. ff. de testam. tut.* Attamen hanc rationem Cranius cessare ait, quoties de mente Legislatoris probabiliter constat.

36. Besoldungen.

Si illi, quibus annua salaria constituta sunt, ante annum completum diem suum obeant, ejus anni, quo decesserunt, integra stipendia, ad eorum heredes tum demû perveniunt, si ea ob operam vel officium liberale, magisque honoris vel beneficii remunerandi, quàm laboris compensandi gratiâ, præstentur. vid. Rauchbar. *part. 1. quæst. 25.* Petr. Ærod. *rer. judic. tit. 9. lib. 4. cap. 4.* Arumæ *disp. ad leges præcipuas 5. thes. 7.* Camman. *disput. de Regalib. 8. coroll. 3.* Sic pecunia itineris causâ, recenti Consiliario donata, debetur, si Consiliarius, antequam iter ingrediatur, decesserit. vide Iacob. Schultes *pract. Quæstion lib. 1. quæst. 4.* Salarium item integrum Advocato est solvendum, qui toto anno nihil, nisi unam epistolam in causa confecit. idem Schultes. *dict. loc. quæst. 5.*

Quamvis artifici pro rata temporis & laboris, merces debeatur, *l. Sejo. ff. d. annuis leg. l. si uno. §. item cum quidam. ff. loc. l. iis Scholaribus in fin. & l. pen. C. d. erog. milit. annon. lib 12.* adeò, ut nec Militi captivo, alioquin de Republicâ bene merenti ac privilegiato, pro tempore captivitatis stipendium sit præstandum, *l. 1.* ubi Bart. not. *C. de re milit. lib. 12.* Doctor tamen, si post lecturam inchoatam decedat, integrum anni salarium ad heredes, etiam extraneos, transmittit. Est enim beneficium à lege illis concessum, ob dignitatem ac probitatem scientiæ & intellectus, ideò benignè agitur, & ampla fit interpretatio: Náque interest Reipublicæ ita fieri, ut spe præmiorum, docti, probique viri exurgant. Iacob. Benius *de Privilegiis Iureconsultorum part. 1. quæst. 22. a pr.*

Etsi tempus, labor & pecunia divisionem recipiant, *l. si uno §. item cum quidam ff. loc. d. l. iis Scholarib.* Advocato tamen mortuo, ab heredibus mercedem repeti non posse, Divus Severus rescripsit, *l. 1. §. Divus* ubi glos. & omnes not. *de var. & extraord cog. l. qui operas. ff. locat.* & non solutum ad heredes etiam extraneos, pro eo anno transmittitur, *l. post duos.* ubi gloss. *C. de Advoc. divers. judic.* vid. Benium *d. loc. part. 3 quæst. 76.* Aut quando aliàs sine ipsius culpâ, negotium non fuit absolutum. Pfeil. *consil. 54.* De Salariis item Advocatorum, nonnulla dixi *in Delibatis ex libro 3. Pandectar. quæst. 5.*

At de Salariis Officialium, Assessorum, &c. quo tempore debeantur, quatenus ad hæredes transmittantur; quodque in personis virtuosis, promittentibus operas suas, non inducatur

tur contractus locationis, pluribus agit Ioannes Bolognetus ad *l. diem functo. ff de offic. Assessor.* ubi materiam illius legis reducit ad duas regulas. Vna est, quando casus contingit in persona conductoris; alia, quando contingit in persona locatorum. Si casus contingat in persona conductoris, regulariter debetur Salarium residui temporis, omnibus locantibus operas. Si verò casus contingit in persona locatoris, totum Salarium debetur virtuosis locantibus, & cæteris pro rata.

Sed quod attinet Salarium pro residuo defunctorum, id ex consuetudine dijudicatur. Ac quidem in Academiâ nostra, Professoris defuncti Salarium continuatur per angariam illam, in qua mortuus fuit; & insuper adhuc per dimidium annum.

37. Besprechen.

Verbum besprechen / quod æquipollet vocabulo convenire, est latissimum, comprehendens omnem omnino conventionem, tàm judicialem, quàm extrajudicialem. Gerichtliche Acta der Statt Braunschweig Huldigung betreffendt. *part. 2. nu. 72. m. f. 62.*

38. Besserung.

Etsi in feudis fœminæ, vel masculi, à primo investito haut descendentes, non succedant; à meliorationibus tamen nullatenus sunt repeliendæ; sive illud Domino aperiatur, *c. 1. §. si Vasallus. hic finit lex. 2. Feud. 28.* ubi Alvarott. *numer. 1.* Laudens. *numer. 1.* Schenck. *numer. 2. & 5.* Intrigliol. *cent. 1. quæst. 59. n. 5.* Borcholt. *cap. 7. membr. 2. num 73.* Menoch. *recuper. possess. remed. 15. num. 506.* Clarus. *§. feudum. quæst. 88. per tot.* Sive etiam ad agnatos feudum successione devolvatur, Wesenbec. *in epitom. feud. cap. 9. num. 6.* Vult. *lib. 1. cap. 11. numer. 113.* Schrader. *part. 9. part. 2. section. 2. num. 60. & part. 7. c. 3. num. 7.* Rol. à Vall. *consil. 28. num. 29.*

Adeò quidem, ut si in possessione sint, ratione meliorationum & fructuum extantium, feudi retentionem habeant, Schrader. *d. loc.* Rosent. *cap. 7. concl. 54. num. 2.* Semel verò legitimo tramite ejectæ, aut in possessione præventæ, difficulter ratione fructuum & meliorationum, immissionem impetrabunt, per ea, quæ consuluit Wesenbec. *consil. 93. numer. 11. & seqq.* Cacheran. *dec. f. Pedemont. 26. numer. 24.* Rosenthal. *d. cap. 7. conclus. 54.*

Sed contrarium de Iure Saxonico obtinere, tradit Schrader. *part. 7. cap. 3. num. 8.* ædificia nempè in feudo extructa, ad Dominum reverti, per *artic.* Landtr. *21. lib. 2.* & *Constit. Novell. August. 31. p. 3.* Zobel. *p. 3. diff. 29.* Sachs. *diff. 26.* Reinh. *part. 3. diff. 23.* Coler. *d. processib. executiv. part. 2.*

cap. 3. num. 307. & idem decis. 73. adde Hartman. Pistor. lib. 2. quaest. 42. & Andr. Shaeffer. libr. 1. quaest. practic. quaest. 47.

39. Beth / das Beth beschreiten / die Deckin beschlagen.

Sponso aut sponsâ mortuâ, ante nuptias, superstes ex Statuto vel pacto dotalitio, nullum percipit lucrum, nisi matrimonium esset concubitu consummatum. Haec de Iure Saxonico, secundum quod requiritur traductio sponsae ad domum, vnd das die Braut das Beth beschritten. text. art. 45. Landtr. lib. 3.

Iuris Civilis Interpretes in duas opiniones discedūt. Aliqui n. affirmativā sequuntur, quod licet sponsa ante nuptias moriatur, sponsus nihilominus lucretur dotem, Aretin. in § fuerat. Instit. de act. Socin. Iun in rubr solut. matrim. in p. 1. Aliqui contrarium asserunt, Schurph. consil. 9. cent. 3. vid. Gail. 2. obs 80. Rol. à Valle. d. lucro dotis, quaest. 106. Fr. à Solis. d. lucro dot. quaest. 13. Iac. Concennatium. libr. 2. quaest. 2 num. 10. Me d Nupt. c. 6. n. 9. & in coroll. ad lib. 1. ff. nu. 9. Cum Saxonico tamen jure concordant reliqui Germaniae mores, & etiam Wirtembergicum Ius. part. 4. tit. 2.

Sed phrasis haec, die Deckin beschlagen / non est de concubitu reali intelligenda: sed solùm de sollemni more, daß man die Eheleut beylegt. Rauchbar. 1. quaest. 31. Moller. 3. semest. c. 23.

Indè quaeritur: wañ zwey einander heimblich die Ehe versprechen vnd beyschlaffen / der Mann gleichwol dieses beedes bekandt / aber vor offentlichen Kirchgang hinweg ziehet / vnnd stirbt / ob das auff die Welt geboren Kind ehelich seye / vnd dem Vatter succedire? Pro neg. consuluit Frater meus, p. m. consil. 7. decad. 1. Id ipsum spectat ad conservandum publicae disciplinae & honestatis vigorem. Quae sententia in summo Dicasterio adprobata, in causa Appellat. Von Calw / zwischen Martin Rotgeb & Consorten; So dann Christinae Majerin 10. Iun. Anno 1618. da sich einer vor 30. Jahren ehelich versprochen / zweymal verkündt worden / sich aber auß Schwermuth (weil man jhne vexirt / er werde andern Kinder ziehen) zween Tag vor der Hochzeit erhenckt. Sonsten ist die Sponsa ein vernünfft vnnd verschrait Mensch gewesen / auch allein mit einem Zeugen bewiesen worden / daß er der Schwängerung (welches hernach vilfältig von jhme verläugnet) bekandtlich gewesen seye. Sed multi dissentiunt. Et Ienenses quoque in favorem partus judicârunt: uti patet ex decisionibus Georg. Beati, miscellan. part. 2. capit. 26.

40. Bethe / oder Bede / Bethgarben / Bethkorn / Bettwein / rc.

Bethe ist anheuto nichts anders / als ein ordenliche Steur / Schoß vnd Schatzung / so die Vnterthonen / vornämblich Bauren / jhren Landherrn zusteuren vnnd zuzuschiessen pflegen / Referens *in Symphorem. tom. 2. part. 2. vot. 15. numer 38.* Correferens *tom. 1. part. 2. tit. 6. vot 2. numer. 7.* Gothofred. Anton. *disput. feudal. 1. thes. 6. ad fin.* Dn. Gœddæus in dem Fridbergischen *Consilio, fol. 8. num. 13. & seqq. punct. 1.*

Bethe dicuntur exindè, quia ab initio blandè & benignè, per rogationes & suasiones exigebantur. Knichen. *de Saxon. jur. verb. Ducum. cap 5. numer. 293.* Licet nunc magis in effectu præcepta sint, quàm rogationes. Wesenbec. *consil. 45. numer. 11.* Iuxta illud:

Est rogare Ducum, species violenta precandi.

Atque ita ex Bethen oder beten / factum est gebieten / & ex Bethe / Gebott. Gilman. *decis. 37. num. 27. libr. 1.* Ritter. *de homag. cap. 7. num 161.* Nam sanè olim Germania, ab hisce novis impositionibus immunis erat. vid. Lehman in der Speyrischen Chronick *lib. 2. cap. 44.* Vt & Gallia. Pasquier. *d. recherch. 2. cap. 7. & lib. 7. cap. 40.* vide me *de Aetat. fol. 68. & c.*

Sed sumitur Bed / frequenter pro quota fructuum, vel annuo cẽsu, qui in fructibus solvitur, non in vim Collectæ, sed oneris realis.

Betgarben / Betkorn / Bethwein esse, existimat Dn. Martinus Mager. *in tract. de Advocat. armata. cap. 7. numer. 213.* mergites, seu certos frumenti fasciculos, qui Magistratibus precariò, in recognitionem dominii, dari soliti fuerunt; de quibus precariis, & quod regulariter non, nisi ordinario Magistratui in Germaniâ solvantur, videri potest d. Responsum Gœddæi in causa Fridberg *punct. 1. numer. 10. & seqq.*

Ita sæpè quis ex prædio, fundove suo, quotannis pensionem, scil. aliquot modios frumenti præstat, secundum jugera & mansos, terragium vocant, Pfachtkorn / Hubekorn / Schuldkorn / Samhaber / Vogthaber / Hundthaber / die dritte / vierdte / zehendt oder zweintzigste Garb von allen Früchten. Ex vino, der fünfft oder zehendt Ohm Wein. Ex arboribus Baumfrüchte / der dritt oder vierdte Korb / rc. vide Adam. Keller. *de offic. Iuridico-polit. lib. 2. cap 10.*

Ex Metallis licet præstatio deß Erbstollen Rechts / vmbs Neundt oder halb neundte solvatur iis, quorum sumptu die Wasserstollen / so das Wasser auch von der andern Massen abziehen / getriben worden / Constitut. Metall. Saxon. *art. 51. 57.* Heig. *1. quæst. 13. num 52.* Tamen quoniam facultas fodiendi Aurum & Argentum

 à Do-

à Dominis locorum per concessionem specialem impetranda, & singulis annis renovanda est; præter Decimas, etiam certa redituum portio Dominis Territorii addicitur, vulgò **Ein freyer Erbkufus / auff deß Grundherrn selbst verlegen vnnd Vncosten.** Heig. *d. quæst. 13. num. 42.* Ex vaccis, **Pfingstkäß**; ex ovibus, dantur Martinianæ, **Martinsschaff oder Zahlschaff/** vel lacticiniæ, **Mayenlämmer.** Ex porcis vel macri **Zahlschwein/** vel saginati, **Mahlschwein.** Ex suculis hodiè S. Antonii **Färcklin.** Ex Gallinis, Iurisdictiones, ratione foci, & inde exhalantis fumi, **Rauchhüener.** Censuales, **Pfachthüener / Pfingsthüener/ Faßnachthüener / Zins- Sommer- vnnd Herbsthüener / Kappaunen /** & **Faßnacht Ayer.** Ex anseribus, **Martins Gänse.** Ritter. *d. loc. num. 162.*

41. Bettler.

Quis dicatur Mendicans validus, & an puniendus sit, & quâ pœnâ? vid Pegueram *decis. 4.*

Quomodo autem cum ejusmodi Mendicis sit agendum, attigi ego, *tr. d. trib domest. societ. specieb. fol. 78. & seq.*

Sunt, qui putant rem se egregiã præstitisse, so sie **den Gassen Bettel abschaffen/** sed voluit sanè Christus Salvator noster, pauperes semp esse circũ nos; ac commovemur magis, si eos videamus, & cum iis conversemur, quàm si illi extra societatem quasi humanam relegentur. Alia tamen ratione, quàm vulgò fit, ipsis esset prospiciendum, & occasio laborandi præbenda: quod forsan commodè fieri posset, si aliqua species servitutis reduceretur, iique publicis operibus adhiberentur, liberaliter tractarentur, & proletariorum civium loco haberentur.

Interim detestandi & graviter puniendi sunt ii, **die grosse Schäden artlich simulieren /** & varia calliditate repræsentiren. de quibus Schenck. *in observat. Medic. fol. m. 335. & f. 895.*

42. Bettelorden.

Fratres Mendicantes vulgò vocamus, quibus nihil proprium habere licet. Quam ob causam non absque dubitatione quæri posset, an hisce aliquid legari possit? Quã in quæstione distingnit Michael Grassus: *sententiar. 1. §. Legatum. quæst. 7.* Sunt enim alii Mendicantes ex Regula, ut Fratres Minores, & his relinqui non potest, etiam quoad æstimationem, ut scil. vendatur, & in suos necessarios erogetur usus. Bald. *in auth. si qua mulier. C. de Sacr. Sanct. Eccles.* Et hanc sententiam communem dicit Felin. *in c. in præsentiar. vers. quam. extra de probat.* Aretin. *ad l. 1. ff. de Testam.* Magis communem perhibent Signorol. de Homod. *consil. 4.* Gabr. Roman. *com. conclus. lib. 4. tit. de hered.*

instit. concl 1. num. 1. Hisce tamen legari possunt Bibliothecæ & libri.

Alii verò Mendicantes sunt, magis tamen ex constitutione, quàm ex ordine: quales sunt Fratres Prædicatores, & his relinqui vel legari potest, non ut retineant ipsi, vel in communi, sed ut vendant & erogent ad usus necessarios, per authoritates à Grasso *dict. loc* relatas.

Sed videndum omninò est compendium quæstionum regularium, Emanuelis Roderici, Lusitani. verb. *Hereditas.* ubi habentur sequentia: Fratres Minores observantiæ, nullatenus sunt capaces successionum hæreditatum, nec licet eis valorem talium hæreditatum, vel tantam earum partem, quasi sub modo & forma legati, dimitti sibi facere (quod præsumi possit hoc in favorem fieri) vel sic dimissas recipere: Quin potius ista sic fieri ab ipsis Fratribus simpliciter, prohibuit Clemens V. *in Clem. exivi de verb. signif.* Vndè si instituantur hæredes, & nullum habeant substitutum, vel cohæredem, testamentum nullum est, pertinebitque hæreditas ad venientes ab intestato.

Quamvis Fratres Minores non possint recipere hæreditatem, quæ continet quoddam jus universale; possunt tamen recipere singularia relicta, aut aliquot fideicommissum particulare, quod Syndicus petere potest, ut Fratrum necessitatibus subveniat.

Si Fratres non instituantur hæredes, sed alter, qui debeat hæreditatem vendere, & ejus pretium in necessitates Fratrum expendere, hoc nullo modo videtur jure Fratribus prohibitum: quare licite poterunt acceptare. Intellige, modo quantitas non sit tàm magna, quod videatur in fraudem facta paupertatis, sed si tantum ad sublevandas necessitates Fratrum præsentes vel imminentes. quia aliàs saperet thesaurizationem.

Quanquam Fratres Minores incapaces sint relictorum in Testamentis; variis tamen modis eis consulitur. *Primò* Iudicis officio, qui ex suo mero munere, nemine etiam ad hoc agente, compellere potest illum, qui ad aliquid tenetur ex Testamento, vel aliàs, ut relicta Minoribus solvat, & Testamentum adimpleat. *Secundò*, cuilibet populo competit actio, & quilibet à populo potest agere, ut relicta ad pias causas (puta Fratribus pauperibus, &c.) adimpleantur per illum, qui gravatus est à Testatore, vel aliàs ad hoc tenetur. *Tertiò*, potest Syndicus petere nomine Papæ prædicta Legata, dummodò hoc fiat cum aliis debitis circumstantiis.

Ecclesia Fratrum Minorum potest institui hæres, secundum Bartolum: cùm sit de jure & proprietate Ecclesiæ Romanæ; Baldus tamen contra sentit.

Mendicantes per Privilegia possidere valentes, possunt succedere ab intestato, nisi contrarium habeant eorum constitutiones, authoritate Apostolicâ confirmatæ, quas quisque videre debet.

Monachi Benedictini & Cistertienses succedunt ab intestato, tanquàm si in seculo essent, & licitè possunt petere & retinere hæreditates, fideicommissa & Legata. Ex concessione diversorum Pontificum.

De origine etiam ordinum Mendicantium, sequentia habentur, *in d. quæstionib. verbo. Ordo. f. 308. &c.* Licet omnes Religiones, quæ vivunt ex Eleemosynis, secundum etymologiam vocabuli possint dici Mendicantes; illæ tamen, quæ ab initio hoc sibi nomen vendicarunt, sunt quatuor, scil. *Ordo Prædicatorum, Beati Francisci, Eremitarum D. Augustini, & Carmelitarum*, qui propriè & principaliter Mendicantes appellantur; quamvis aliqui eorum, bona stabilia in communi possideant. Et his adjuncti sunt per constitutiones Apostolicas, *Ordo Minimorum, Servorum B. Mariæ, Iesuatorum S. Hieronymi, & Societatis Iesu.*

Ordo Prædicatorum initium habuit à B. Dominico, qui suæ Regulæ approbationem obtinuit circa Annum Domini 1216. Ex quo plurimi in Ecclesia Dei, & sanctitate, & scientiâ floruerunt: estque jam divisus in Conventuales & Observantes.

Ordo Fratrum Minorum, ad instar Sanctæ Dei Ecclesiæ, pulcherrimâ varietate congregationum, diversis exercitiis ad unum finem tendētium decoratus prædicatur: Authoremque sui & institutorem habet Seraphicum Patrem S. Franciscum. Hic duas Regulas composuit pro Minoribus, quarum primam adprobavit Innocentius III. Anno Domini 1212. secundam, quam totus Ordo jam tenet, Honorius III. anno circiter 1224. Et jam in tantum numerum Fratrum & congregationum excrevit, ut sub uno capite generali, successivo ordine per Canonicam electionem à S. Francisco descendente, sint quatuor Familiæ: Scil. de *Observantia*, quæ fluxit ex Conventualibus Anno 1414. *Reformatorum, Recollectorum & Discalceatorum.* Sub ejusdem Fundatoris instituto sunt Conventuales, Capuccini, Amadei, Clareni, Alchantaristæ, & Paschalistæ.

Ordinem Eremitarum S. Augustini, ipsemet Augustinus instituit; sed cùm penè destructus esset per ruinas Wandalorum, fuit reparatus à quodam Sancto Guilielmo Duce Guasconiæ, circa Annum 1157. à quo diù dicti Guilielmitæ; sed deinde reformatus per quendam Ioannem, cognomento Bonum in Italia, ab Alexandro IV. confirmatus est sub nomine Eremitarum S. Augustini. Duæ sunt in eo congregationes; Conventualium & Observantium.

Ordinis Carmelitarum auctores fuerunt devoti quidam in monte Carmeli, B. Virginem præcipuo honore colentes, quibus Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus vivendi Regulam conscripsit; sed Anno 1110. Albertus similiter Patriarcha Hierosolymitanus, aliam eis commodiorem contexuit, quam Honorius III. confirmavit; & postea Eugenius IV. aliquantum moderavit, præsertim quoad abstinentiam carnium. Hodie etiam divisus est prædictus Ordo in Conventuales & Observantes, ex quâ demum Observantia quidam verè zelatores, Anno 1558. primam Regulæ observantiam impetrârunt à Gregorio XIII. sub nomine Fratrum Discalceatorum, degentes: tamen semper sub Obedientia Provincialis, de communi Observantia; sed Clemens VIII. Generalem dedit ab omni alio independentem.

Ordo Servorum B. Mariæ à septem nobilissimis Viris Florentinis, in Monte Severio propè Florentiam, monitu B. Mariæ mirabiliter cœpit, ac mirabilius propagatus est Anno 1233. sub Gregorio IX. Virgineoque monitu hunc, quem ferunt habitum, ac Regulam S. Augustini observare cœperunt. Nomine verò Servorum B. Mariæ nuncupati sunt à voce infantum, qui septem supradictis eleemosynam per Civitatem quæritantibus exclamaverunt: *Fr. Servi B. Mariæ veniunt, date Eleemosynam.* Ordinem hunc Pater Nicolaus Penestanus in Conventuales & Observantes distinxit.

Ordinis Minimorum caput & Fundator fuit inclytus S. Franciscus à Paula, Anno 1450. qui ob multitudinem tàm Virorum, quàm Mulierum ad se confluentium, Regulas tres instituit: *Vnam* pro Fratribus, *aliam* pro Monialibus; & *tertiam* pro Tertiariis seu Mantelatis, quæ confirmatæ & approbatæ fuerunt à Sixto IV. Innocentio VIII. & Alexandro V.

Ordinis Iesuatorum S. Hieronymi, seu Clericorum Apostolicorum, Authòr fuit Ioannes Columbinus, Nobilis inter Senarum Cives, Anno 1355. fuitque per Vrbanum V. approbatus. Dicuntur autem Iesuati, eò quod solerent semper sanctissimum Iesu nomen in ore habere, & S. Hieronymi (licet militent sub Regula S. Augustini) quia eum præcipuum Patronum elegerunt, ex concessione Alexandri VI. qui eos vocari præcepit Fratres Iesuatos S. Hieronymi. Exercent se maximè in visitandis infirmis, & aliis manualibus operibus, ad vitandum otium.

Ordini Iesuitarum initium dedit Ignatius Loyola. In hoc Ordine alii sunt solenniter professi, qui propriè & irrevocabiliter sunt Religiosi & Mendicantes; alii Scholares, qui simplicia duntaxat vota emiserunt; de quibus dubium relinquitur, an sint de

de congregationis corpore, & per consequens sint Mendicantes.

An & quatenus Fratres Prędicatores, proprium aliquid habere, ipsisque aliquid relinqui possit, vide etiam Paulum Christinæum *Decision. Belgicar. vol. 1. dec. 54.*

43. Cl. Bey Verpfändung aller meiner Haab vnd Güter.

An hæc Clausula comprehendat etiam bona futura, & post pignus contractum à debitore quæsita, vide Dn. Bachov. *tr. de pignor. & hypothec. lib. 1. cap. 5. numer. 2.* ubi rationis esse existimat, ut appellat one bonorum, tantum veniant ea, quæ quis tempore pignoris obligati possidebat, non etiam futura, utpote incerta plane: maximè si debitor dixerit *bona sua:* Nam verbum *meum*, quodammodo est determinativum & restrictivum, & proprium jam alicujus esse significat, ita ut sub ejus appellatione, nec quod debetur, contineatur, *l. si ita. 7. de aur. & arg. leg. l. Quintus. 27. §. 2. l. scribit. 34. in pr. eod. tit.* facit *l. 45. §. 1. de rei vindic.* Cum etiam non rectè alienæ res pignori dentur: nec facile fingenda sit conditio & subintelligenda, *si mea futura sunt*, ubi haut ulla futurorum est mentio. Itaque passim legimus, olim in generali hypotheca, qua futura quoque tenerentur, eorum, & quærendorum mentionem expressam factam fuisse: ut *in l. idemque. 7. §. 1. qui potiores. l. 3. C. de serv. pign. dat. l. 1. in pr. l. obligatione 6. l. & qua. 15. §. 1. de pignor. l. si ii. 15. ff. de his qui sine manumiss.* Quod & hodiè fit, addique solet: Gegenwertiger vnnd zukünfftiger.

Cùm sub generali hypotheca, omnia debitoris bona comprehendantur, quæri potest, an ita veniant, & eodem effectu comprehendantur singula, & an pariter generalis ista hypotheca afficiat omnes res, & non secus, ac si specialiter obligatæ fuissent: Ita ut etiam apud tertium existentes, actione compelli queant? qua de quæstione consule eundem Bachovium. *d. cap. 5. num. 3. & cap. seq. per tot.*

44. Bezirck Brieff.

Fines rei, Bezirckbrieff / possessionem & dominium demonstrant. Sichardus *consil. feudal. 1. numer. 87. & seq. fol. 142. b.* Suntque literæ tales, ubi Comitatus vel Territorii alicujus, termini & fines specificè designantur. Fines enim possessionem & dominium demonstrant. Vnde dicitur, quod confinium causa sapit naturam possessorii & petitorii, *l. 2. §. fin. ff. fin. reg.* Ergò si per talem Scripturam fines & districtus alicujus Comitatus, &c. designantur, simul quoque innuitur, quod dominium & Iurisdictio ad eum districtum pertineant:

Cui-

Cui præsumptioni est standum, nisi aliud probetur.

45. Bierbrawen.

Tota maritima Germaniæ pars, longè lateque Oceani Germanici littoribus, & immensis in sinum flexibus excurrens, vino prorsùs caret, nisi à negotiatoribus importetur. Mos est igitur earum regionum, cerevisiam (quod genus potionis Diodorus, Zythum adpellat) coquere: quâ passim, multò etiam peius, quàm superiores Germani vino, inebriantur. Vnde & Plinius exclamat, *lib. 14. c. ult.* Hei mirâ vitiorum solertiâ inventum est, quemadmodùm aqua quoque inebriaret.

Mentionem quoque facit Cardanus, *6. d. rer. variet. c. 24.* potus Hala dicti, in Angliâ & Scotia usitati: qui suavior sit Zetho, quique musto dulci comparari queat.

Sortitur aliàs Cerevisia varia nomina: Erphurdiensis enim appellitur Schlantz/ Lipsiensis *Rastrum.* Magdeburgensis Filtz/ Brunsuicensis *Momm*, Goslariensis *Gause*, *&c. vid. quæst. quodlibeticas de generib. Ebriosorum coroll. 3.*

Ius verò cerevisiam coquendi, deß Maltzens/ Brawens/ vñ Schenckens/ plerunq; Nobilibus est interdictum, nisi pro necessitate, & sustentatione familiæ suæ. Cùm urbibus indè detrimentum inferatur, & civibus alimenta detrahantur, ac commercia minuantur. Berlich. *decis. 31.* v. Treutl. *consil. 117.*

46. Biß.

Dictionis *Vsque*, biß/ natura est, denotare naturam, seu finem rei alicujus. ut docuit Cicero *in Verrem. 2. Vsque ad eum finem, dum judices rejecti sunt.* Et Virgilius. *lib. 1. Georg. 1.*

Vsque sub extremum Brumæ intractabilis imbrem.

Et confert huc illud Pauli, *ad Galat. cap. 4.* Quanto tempore hæres parvulus sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitum tempus, id est, post finitum tempus, quo Pater submisit eum Tutoribus, eo quod post tale constitutum tempus, non erit sub tutoribus.

Quæ dictio *Vsque*, interdum ponitur inclusive, & interdum exclisivè. *vid. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 11. n. 66. m. fol. 136. n.* & Card. Tusch. *concl. 271. lit. D.*

Dictio autem biß/ id est, *donec vel dum*, vel *quoad*, *aut quousque*, vel est limitativa temporis, vel conditionem inducit. Bart. *in l. servitutes. la 2. n. 2. ff. de servit. & in l. filiusfam. §. quando in pendenti. ff. ad SC. Tertull.* Ias. *in l. si quis heredem. C. de Instit. & substit. l. fin. §. sed quia. C. de indic. vid. toll.* Papien. *in form. lib. quo uxor agit ad dotem. vers. donec vitam vixerit. in pr.* Angel. *in §. Iuris præcepta. Inst. de Iur. N. G & C.* Hartman. Pistor. *quæst. feud. 36. nu. 6.* Moller. *lib. 1. semestr. cap. 42.*

Q Vel

Vel stat suspensivè, & moratoriam tantum exclusionem, non perpetuum impedimentum inducit. v. Schæffer. *pract. quæst. 33. passim.*

47. Biß anhero.

Hactenus, est dictio, præteritum tempus designans. *l. 1. ff. de oper novi nunc.* Homodæ. *consil. 22. col. pen. in princ.*

48. Bischoff.

Episcopus, Speculator interpretatur. *21. distinct. c. 1.* Debet enim Episcopus superintendere, & corrigere, Gelasius *in decret. caus. 8. q. 1. c. qui episc.* ibi: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere voluit, quid sit Episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum namque vocabulum est, & indè deductum, quod ille, qui præficitur, superintendat, curam eorum gerens: σκοπὸς quippe intentio est. Ergo Episcopi, Latinè Superintendentes dici possunt: ut intelligat, non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. vid. Reinh. König. *Polit. part. 1. c. 35. num. 7.* Sic Rabanus *lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5.* Episcopatus vocabulum inde dictum, quod ille qui superefficitur, superfintendat, subditorum scil. curam gerens; Σκοπεῖν enim Latinè intendere dicitur. Ἐπίσκοποι autem græcè, Latinè Speculatores, sive Superintendentes interpretatur. Hesychius: Ἐπίσκοποι, τυγχάνοντα τῶν σκοπῶν, tendentia ad Scopum. Sic Clemens *constitut. Apostolic. lib. 2. cap. 25.* dicit, Episcopum esse Scopum omnium in populo suo, sicut Christus est Episcopus Scopi. v. Abr. Sculterus. *in obs. epist. ad Timoth. cap. 15.* Fuit & illud vocabulum priscis, etiam in Civilibus usurpatum, Plutarch. *in Pericle.* & Cic. *7. Ep. ad Att. 11.* Pro cujus loci dilucidatione & explicatione, v. Cœl. Rhodig. *lib. 10. lect. antiqu. c. 3.* qui ait: eos, quos ad sibi subditas obnoxiasque Civitates miserint Athenienses, spectatum, quid in quaque fieret, Episcopos fuisse vocatos ac Phylacas. Huc quadrat Arcad. IC. qui pani, cæterisque rebus venalibus præfectos, Episcopos nominat, *in l. 18. §. 7. vers. item & Episcopi. de muner. & honor.* Franc. Pollet. *in histor. for. Rom. lib. 1. cap. 1.* Tholos. *de Republ. lib. 15. cap. 2. num. 4.*

Habent autem Episcopi (Germaniæ inprimis) adnexos Principatus, qua de re ita Chytræus *lib. 2. Saxon. fol. 51. & seq.* Cum ditionibus majorum Ecclesiarum, passim opulenti & insolentes equites, ac urbes populosæ & potentes subjectæ sint; ut in officio hi contineri, & pax ac tranquillitas publica conservari possit, jam in Episcoporum electione, non tàm religio & doctrina, & in Ecclesiasticis officiis obeundis industria & sedulitas, ut olim: sed sola ferè potentia, & ex generis nobilitate & armis propinquo-

quorum pendens authoritas, quibus splendorem & jus suum defendere, & tueri collegia possint, spectatur. Itaque ut antea alii Principes: ita nunc præcipuè Archidiœcesin Magdeburgensem, perpetua serie soli fere vicinorum Principum Electorum filii, libera Collegii electione designati, gubernant.

Alle Geistliche Prælaten/seynd von wegen deß Heiligen Reichs Regalien vnd Weltligkeit/ oder Weltlicher Obrigkeit/ dem Heiligen Reich vnterworffen/ vnnd desselben Glieder. Gail. 1. *obs. 30. n. 1. & seq. & d. PP lib 1 cap. 1. n 12. & seqq.* Suntque Ludovici Pii temporibus, Episcopi asciti inter Principes Imperii: quod in Chronicis Sclavorum annotavit Helmoldus, & admodum notabile Reiner. Reineccius in *proem. illorum annalium.* esse scribit. vide Dn. Gryphiandr. *d. Weichbildis Saxon. cap. 28. 29. & 31.* me *de Majest. fol. 24.*

Episcoporum quatuor sunt gradus & Ordines: vel enim sunt Patriarchæ, vel Archiepiscopi, vel Metropolitani, vel Episcopi simpliciter ita dicti. Tob. Paurmeister. *lib. 2. de Iurisdict. cap. 8. num. 2. & seqq.* Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib 3. part. 1. cap. 7. num. 7.* qui omnes uno eodemque vocabulo Episcopi nuncupantur, Lancellot. *in templo omn Iudic lib 2, cap 2. num. 2.* Quin & ipse Pontifex in Episcoporum censu habetur, nimirum ratione ordinis. Petr. Rebuff. *in tract. Concordatorum. rubric. de approbat. convent. in verb. Episcopus.*

Episcopi autem simpliciter & absolutè ita dicti, qui & Diœcesani appellantur, & uni tantum Civitati, & vicis ei adjunctis præesse dicuntur à Paurmeist. *d. tract. cap. 8. num. 3.* Vnde & Panormitanus *in c. 1. de privileg. & excess. Prælat. num. 1. sub fin.* scribit, de consuetudine in Italia receptum esse, ut pro Civitate non habeatur locus aliquis, nisi Episcopum habeat. Et *in l. 36. C. de Episcop. & Cler.* dicitur: Vna quæque Civitas proprium Episcopum habeto. vide me *tract. de jure Rerum. fol. 232.*

In Germania tamen Episcopos non uni tantum Civitati, sed integris etiam Provinciis præesse, cuivis notum est. Notum & illud: unum Episcopum plures Episcopatus possedisse (quamvis contraria sit constitutio *in c. dudum. 54. de elect.* in quo habens plures dignitates, vel plura beneficia, eligi prohibetur) cujus rei exemplum est in Alberto Cardinale, & Marchione Brandenburgico, qui simul Moguntinensem & Magdeburgensem Archidiœceses amplissimas, unà cum Halberstadiensi tenuit, ut vel ex subscriptione Decreti Imperialis Spirensis de Anno 1544. videre est. Itemque in Ernesto Duce Bavarico, cui non modo Coloniensis & Monasteriensis, verùmetiam Diœceses Leodiensis, Hildesheimensis, & Frisingensis fuere subjectæ. Chy-

traxus *in Metropol.* Et etiamnum Philippus Secundus, Dux Brunswicensis & Luneburgensis, duobus Episcopatibus, Verdensi & Osnabrugensi præsidet. König. *dict. loc. numer. 46. & seq.*

Episcopus porrò jure Canonum eligitur, tàm à Sacerdotibus, quàm Laicis, *c. sacrorum. distinct. 36. c. querelam. de elect. Nov. 123.* quæ electio tamen in Ecclesia Cathedrali, ad Capitulum cujuslibet Diœcesis translata est. Electio hæc tantum ad Ecclesias Cathedrales refertur, Dd. *in cap. 1. de elect.* uti nominatio Cleri ad Parochiales. *c. 3. de postul.*

Cum authoritate Apostoli *ad Timoth. 3.* διδακτικὸν, ἐλέγχειν καὶ ἀνεπίληπτον Episcopum esse oporteat, sæpe vacante Ecclesiâ concertationes de eligendo ex numero Capituli Episcopo, exortæ sunt. Cùm verò talis qualitate scientiæ & moribus extare dubitabatur, in Ecclesia Occidentali ex Constitutione Pontificum, *Postulatio* introducta est, Græcis Ecclesiis seu Orientalibus prorsus ignota: videlicet, ut ad sedem Episcopalem is constitueretur, quem Collegium seu Capitulum postulavit, seu quem à superiore Antistite, Metropolitano vel Pontifice, interpositis suis precibus, constitui petivit. Qui Postulatus posteà dicebatur. Et ita uti Electio est Capituli vel Collegii, cùm id idoneam personam ad Episcopatum, servato Canonum ordine, eligit: ita Postulatio eidem Capitulo vel Collegio competit, videlicet cum hoc aliquam personam ex justis causis commendat, vel offert Pontifici, vel superiori Antistiti, ut eam ad officium Episcopale promoveat vel constituat; quæ propter impedimentum aliquod ætatis, vel status, vel conditionis, jure Canonum eligi non potest.

Episcopus consecratus, post Consecrationem, plenam habet potestatem Iuris Episcopalis, & Clericos ad ministerium ordinare & consecrare potest, *c. transmissa. c. quod sicut. § præter. de elect.* (ante consecrationem enim tãtum exercet ea, quę sunt Iurisdictionis. *c. nosti. d. electi*) Vnde & Dominus appellatur. Et Græci Canones ἀξιωματικὸν eum vocant, Phot. *lib 1. cap. 36.* quod omnem dignitatem, & quidem summam in se sustineat: cùm sit Ecclesiæ Sanctæ columna.

Habet itaque Episcopus Diœcesin, & in ea subditos, in quos jus Episcopale exercet. In hac Diœcesi Episcopus duas Leges exercet: L. Diœcesanam, & L. Iurisdictionalem, ita ut in omnes Clericos sub hac Diœcesi, Iurisdictionem voluntariam & contentiosam, tàm in Civilibus & Criminalibus, quàm spiritalibus exerceat, *c. 1. de foro compet.* Quod exercitium perpetuum & firmum ut maneat, Gregorius IX. extendit, *c. significasti. de foro compet.* ne scilicet Clerici Episcopo non consentiente, possin tcausam su-

suam prorogare ad judicium seculare.

Sic quoque Laici, qui in Diœcesi Episcopi degunt, quoad Censuram Ecclesiasticam, in spiritalibus eidem subjecti sunt, *c. Principes. de major. & obed.* & ibid. Canonist. Est autem observandum, quod duplex sit Diœcesis: Vna est in terris Ecclesiæ, hoc est, Feudis regalibus Ecclesiasticis, in quibus Episcopus vel Cathedram collocatam habet, vel jus Cathedræ in Collegiatâ Ecclesia exercet, ibique sedet. In hac Diœcesi Episcopus omnem Iurisdictionem, contentiosam & voluntariam, in temporalibus, hoc est, Civilibus & Criminalibus, & spiritualibus Clericorum & Laicorum causis exercet, & Clericos & Laicos sibi jure hominii, per Iuramentum fidelitatis & subjectionis ad obedientiam obstrictos habet. Altera est in terris Imperii, seu Dominorum temporalium, in quibus licet Episcopus non habeat Dominium & Iurisdictionem in causis temporalibus; & prophanis rebus: quia earum rerum & causarum Iurisdictio penes Dominos territorium manet; tamen quæ sunt Ordinis, L. Diœcesanæ & Iurisdictionis, in Clericis & Laicis, terras Imperii, seu territoria Dominorum temporalium, inhabitantibus, exercet; ut & in rebus sacris, benedictis & religiosis, terrarum Imperii, Iurisdictionem spiritalem habet & exercet. Et in causis temporalibus & spiritalibus Clericorum, in terris Imperii degentium, & Lyturgiam exercentium, & in causis spiritalibus Laicorum, in terris Imperii viventium, Episcopus Iurisdictionem non solum voluntariam, sed etiam contentiosam, L. Diœcesanæ & Iurisdictionis, omninò exercet. Et sic Domini terrarum Imperii, à Iurisdictione Ecclesiastica, & Iure Episcopali excluduntur. *c. 16. de for. compet. c. 16. d. offic. Iud. c. cum seculum. d. jur. Patron.* Hinc Ius Episcopale, potestas pastoralis vocatur, & tria continet, Ordinem, L. Diœcesanam, & L. Iurisdictionis. Primum Ius Episcopale consistit in Ordine, qui consecrationis actus est, quo personæ certæ, ritus solennitate Clerici fiunt, & cultui Divino applicantur; ita, ut hic actus characterem personis imprimat perpetuum, seu, ut alii vocant, indelebilem, *hoc est*, ut qui suscepti vel ordinati sunt in statum Clericorum, characterem sibi semel impressum semper retineant, quem habitum eis nullo modo mutare licet. Ex hoc jure Ordinis, pcedit etiam Benedictio, tàm personarum, quàm rerum, ut consecratio virginum, omnium Christianorum, Templorum, Altarium & similium.

Secundum Ius Episcopale consistit in L. Diœcesana, quam Episcopus jure Ordinarii Iudicis, in suâ Diœcesi exercet. Habet enim Episcopus ordinariam Iurisdictionem, quam in-

ter subditos Diœcesanos proprio jure exercet, *c. transmissam. de elect.* Lex itaque Diœcesana, est Ius & potestas Episcopi, exigendi in sua Diœcesi procurationem Ecclesiasticam, seu sumptus visitationis Cathedratici solutionem, ad Synodum peragendam, quæ & Synodaticum appellatur; Charitativum subsidium, mortuariorum quartam, censum, & decimas, tam ratione personarum, quàm rerum: de quibus *in c. conquerente. de offic. Iudic.*

Tertium Ius Episcopale est L. Iurisdictionis, *hoc est*, potestas judicandi, controversias personarum & rerum per sententiam definiendi, decernendi pœnas, imponendi Emendas & satisfactiones, & Censurâ Ecclesiasticâ omnes Clericos & Laicos, in Canones Ecclesiasticos delinquentes, corrigendi. Cujus Iurisdictionis exercendi gratia, Episcopus Forum Ecclesiasticum seu Tribunal habet, ad quod omnes controversiæ Clericorum, ac rerum sacrarum, benedictarum & religiosarum, propter cognitionem legitimam devolvuntur.

Observandum autem est, quod per mutationem Religionis, Episcopalia hæcce Iura, quoad Ordinem, L. Diœcesanam & L. Iurisdictionis, quæ ad Episcopos Ordinarios spectant, pleno & summo jure exercenda, Decreto Imperiali in Passoviensi Conventu edito, ad Principes territoriorum, vel Dominos terrarum & Status Imperii, Imperatori & Rom. Imperio immediatè subjectos, tanquam fiduciarios possessores, translata & quasi deposita sunt, ut pro statu Ecclesiæ optimo hæc administrent & gubernent. Vt & ideò hodie Religionem Regioni cohærerere, dici potest, ut cujus sit Regio, *hoc est*, Ducatus, Principatus, Territorium, seu Ius territorii, ejus etiam sit Religio, *hoc est*, Ius Episcopale, seu Iurisdictio spiritualis. Pro administratione autem Iuris Episcopalis, quod est individuum, hodie Principes Germaniæ & Status Imperii, immediatè Imperatori & Imperio Romano subjecti, duobus mediis utuntur. Nam ea, quæ sunt Ordinis, per Superintendentes, & quæ sunt L. Diœcesanæ & L. Iurisdictionis, in foro Ecclesiastico per Consistoriales, consensu Statuum Provincialium, Imp. & Rom. Imp. immediatè subjectorum, constitutos, ut ex Constitutionibus Ecclesiasticis liquet, administrant: ita, ut sive consensus Statuum Provincialium ad hoc accesserit, sive non, tamen hi Status Provinciales omnes, ut subditi, huic Iuri Episcopali parere coguntur: eo quod Imp. Romanum ut nullos cives, à fide Catholica alienos; ita nec à Iure Episcopatus exemptos, ferre potest, *l. cunctos populos. C. de summ. Trinit.* Ioach. Stephan. *in Institut. Iur. Canon. lib. 1. cap. 7.*

Praxin verò Episcopalem, continentem ea, quæ officium & potesta-

tem

tem Episcopi concernunt, edidit Paulus Piasecus.

Quando Episcopus sine consensu Capituli, res infeudari solitas, concedere possit? consuluit Schrader. *consil. 7.* Ac an possit infeudare res, ad suam mensam spectantes? vide eundem Schraderum. *cons. 39.*

49. Bleiben/zustehen.

Verbum *manere*, bleiben/ sicut verbum zustehen/ *pertinere*, important dominium, & indicant quod suum, vel proprium est cujusque; *l. cùm ante. C. d. donat. ante nupt. l. 1. §. 1. ff. d. stipulat. servor.* præsertim in ultimis voluntatibus. *l. licet. C. d. pact.* Consil. Altorff. *58. fol. 344.*

50. Bluttarm.

Regula vulgaris & communis est: qui non habet in ære, luat in corpore: vel secundum Cassiodor. *9. var.* reddat debitum pœnis, quod non potest compensare pecuniis. Ambros. *serm. 78.* Qui redhibitione substantiæ satisfacere non potest, satisfaciat ultione corporis, quæ citat Cujac. *n. 49. Pauli. ad l. 15. de in jus voc.* vel præbeat subsidiarium tergum, cui non suppetit pecunia. Ex quibus ortum est illud Germanorũ, Blutarm/ q. d. qui non habet, quo sanguinem suum redimat. Cyriac. Spangenberg. *Specul. Nobil. tom. 1. libr. 8. cap. 6.* *p. 1406.* Hilliger. *ad Donell. lib. 23. tit. 2. lit. Y. fol. m. 1033.*

51. Blutban/ vide *infra* Halsgericht.

Ob ein Unterscheidt/ unter dem Halsgericht und Blutban seye? Auch ob einer vom Adel/ der zwar alle Obrigkeit/ aber die Zeichen nicht hat/ solche für sich selbsten auffrichten dörffe? vid. Widembach. *q. nobil. 14.* & addi potest *consil. meum, tractatui de Iurisdictione suffixum fol. 78. ad fin.* ut & Peguer. *decis. 81.*

Der Blutbann wirdt allwegen von Kayserlicher Majestät mit volgenden Worten verlihen: Mithohen und nidern Gerichten/ Gerichts zwingen/ gelaiten/ Mannschafften/ Geist: und weltlichen Lehenschafften/ Vogteyen/ Wildpaanen/ Herzligkeiten/ Gerechtigkeiten/ guten gewohnheiten/ unnd allen andern deren Obrkeiten/ Gütern/ Zinsen/ Nutzungen/ Gülten unnd Zugehörungen/ auch darzu den Pan in derselben Graffschafft uber das Blut zurichten/ zu Lehen gnädiglich gereicht und gelihen; Reichen und leihen jhme die also von Römischer Kayserlicher Macht/ wissentlich in Krafft diß Brieffs/ was wir jhme daran von Billichkeit unnd Rechts wegen verleihen sollen und mögen: also/ daß er für sich/ unnd in Namen/ wie obstehet/ daß alles von Uns/ und dem Heiligen Reich/ Lehens weise inhaben/ Nutzen/ Nieß-

Niessen vnd gebrauchen / vnd den jetzt bestimpten Pann vber das Blut zurichten / so offt das Not sein würdt / fürter den seinen / die jhme zu seiner jeder Zeit darzu nutzlich beduncken / vnd Vernunfft vnnd Erbarkeit halber darzu schicklich vnnd gut seyn / ferner verleihen / vnd zurichten befehlen / soll vnd mag / die bey den Ayden / so Vns der gemelt N. wie hernach volget / darumb gethan hat / vnnd wie sich gebürt / von denselben Ampteuten auch nemmen solle / in allen Händeln / die für sie kommen / gleicher vnpartheyischer Richter seyn / gegen den Armen als den Reichen / vnd den Reichen als den Armen: vnd darinn nicht ansehen / Macht / Gab / Gunst / Forcht / Freundtschafft noch Feindeschafft / noch sonst gantz kein ander Sachen / dann allein Gerechtes / Gericht vñ Recht. Jnmassen sie das gegen GOtt dem Allmächtigen an dem Jüngsten Gericht / verantworten wollen. Ortenburgische Acta *fol. 166. & seq.*

Blutban autem nihil aliud est, quàm Iurisdictio criminalis, dann in den Kayserlichen Lehen Brieffen / würdt er gewohnlich genennet / der Bann vber das Blut zurichten / & ita non potest referri ad executionem solum. Weil auch gewohnlich in den Kayserlichen Lehen Brieffen gesetzet würdt / daß er von N. mit dem Pann vber das Blut zurichtẽ / gleicher vnpartheyischer Richter seyn / rc. *ut supra.* Quæ verba etiam adimere videntur Statibus gratiosam dispensationem sive remissionem. Sed sunt quoque loca, ubi alius habet cognitionem, alius meram executionem. Symphor. Supplic. *tom. 6. fol. 201.* ubi de civitate Northeimb.

Sic etiam criminalis Iurisdictio, à mero imperio separari potest, ut illa versetur circa scelerum & facinorum cognitionem; hoc verò circa eorum pœnas: ista enim sunt subjecta criminalis Iurisdictionis & Imperii. Nam Criminalis Iurisdictio, Crimina cognoscit, at merum imperium, jam cognita punit, si credimus Obrecht. *tract. de Iurisd. cap. 3. n. 8. cum seq. & c. 7. n. 1.* qui tamen *n. 10.* addit, eum, qui habet merum Imperium, habere etiam interdum jurisdictionem criminalem. Imò hodiè merum imperium, regulariter nõ secernitur à criminali Iurisdictione, sed ambo pro uno & eodem habentur, &à pragmaticis utrunque uno nomine, der Hohen Obrigkeit / appellari solent. Idem Obrecht. *d. cap. 3. n. 25.* vid. Knichen. *de invest. pact. p. 2. c. 1. n. 85.* Ita & Rudolphus II. Imp. in causa illa decantatissima Myndelheimia, vocem hanc declaravit, daß nämblich das Halsgericht / die cognitionem Criminalem, vnnd der Blutbann die execution an Malefitzischen Personen begreiffe / rc. ut videre licet *in consil. 3. consil. illustr. à me editorum.* Posse etiam executionem, quæ facti nudi est, à mero Imperio, quod in cognitione, processu & con-

& condemnatione versatur, interdum separari, multis docet Denais. *disp. de jure meri Imp. qu. ult.*

Merum Imperium, **der Blutban oder Hohe Obrigkeit**/ non tribuit Ius subjectionis, sed versatur tantum circa gladii potestatem, *l. imperium. ff. de Iurisd.* undè equivocè tãtùm subditus, respectu meri Imperii quis dicitur, Assessor. apud Andr. Gilm. Symph. *tom. 1. p. 1. t. 3. de relig. f. 239. col. 1.* idem Gilman. *rer. jud. lib. 2. decis. 62. n. 4. cum seq.* Siquidem Iurisdictionem criminalem habens, non protinùs habet jus superioritatis, vel perhibetur universalis territorii Dominus: Sed est tãtum Delegatus Regis in causis Criminalibus; adeò ut in istis hominibus nullum jus subjectionis habeat, nisi delicto commisso: cùm è contra Iurisdictionem Civilem habens, universalis territorii dominus dicatur, & Iuramentum subjectionis solus exigat: ut pluribus demonstrat Marin. Frecc. *de auct. & potest. Baron. erga subfeud. aut. 2. nu. 20. & seq. & auth. 47. n. 1.* Surd. *cons. 323. post n. 38.* Thom. Michael. *de Iurisd. thes. 56. in not. lit. D.* & latius Rosenth. *de feud. cap. 6. conclus. 85. num. 10.* Adde, quod à mero Imperio ad mixtum arguere, nec quis olim potuit, nec hodiè potest. Göden *consil. 39. num. 23.* Balb. *de praescript. p. 3. pr. part. 2. in pr. num. 22 & seq.* Thom. Mich. *d. loc. thes. 86. lit. A. & B.*

Hinc non is videtur habere jus reformandi, **der die Hohe Obrigkeit oder Cent hat.** Symphor. Supplic. *tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. 211. 215. & 258.* Rosacorb. *c. 30. n. 23. &c.* Reichvv. *votor. Cameral. cap. 2. p. 288.* Praejudic. Cameralia. §. **Religion Fried.** & §. **Vogteiliche Obrigkeit.** Springer. *d. pace Relig. fol. 101.* **Bidembach.** *quaest. nobil. 3.* Petr. Leopoldi apud Arumae. *vol. 1. Iurispubl. discurs. 24. quaest. 3. & seqq. ut & ult.*

Enimverò, quia Iurisdictio unius loci ab alia longè distat; nostra itaque opinio, quae irrefragabilem vim obtinet, ubi quis **in deß Vogtsherrn Land**/ & sic in alieno territorio, ex pacto, praescriptione vel consuetudine merum habet Imperium: haec inquam, opinio exceptionem patitur iis in locis, ubi aliis accedentibus adminiculis, **die Hohe und Landesfürstliche Obrigkeit** pro uno eodemque sumuntur jure. Etenim altum Imperium, **von der Landesfürstlichen Obrigkeit**/ interdum non facilè separari posse videtur. Bidembach. *quaest. nobil. 1. n. 10. & seqq.* Quod tamen nec perpetuum, nec etiam regulare est.

Sanè merum Imperium, quod sex habere gradus Bartolus dicit, *in l. 3. num. 8. de Iurisdict.* aliquando complectitur etiam legum ferendarum potestatem, & vocatur Imperium maximum; hocq; tunc idem est cum superioritate, seu jure territorii, & in hac significatione sumitur **für die Landsfürstliche Oberkeit**/ Bidembach.

R *d. quaest.*

d. quaest. 1. Et hoc eodem intuitu, multa refert idem, *quaest. 7.* ad merum Imperium, quae criminali Iurisdictioni non, sed Imperio territorii, seu ut loquitur Bartolus, maxumo adhaerent.

Dahero dann die Erfahrung bezeuget/ daß etliche Ständt sub praetextu der Hohen oder Fraißlichen Oberkeit/ zumal ein territorialem superioritatem, deren auch die Religion anhängig/ erzwingē wöllen. Davon aber kein gewisse Regul zusetzen/ sonder auß dem Herkommen/variisque actibus & circumstantiis, diß Orts ein Gewißheit genommen vnnd erkundigt werden muß/ ob die Hohe Obrigkeit in hoc vel illo certo & individuali loco, der Landes Obrigkeit zuvergleichen. Dann sich dises fast jeder Orten variren/ vnd sehr mercklich ändern thut. Gleichwolen fürnämblich darauff gesehen werden muß/ ob diese Cent: Fraiß: oder Hohe Obrigkeit/ mehr andere Hohe Iurisdictionalia in sich begreiffe/ oder allein in capiendis & puniendis graviorum delictorum Reis bestehe. Quo posteriori casu, minimè territorialem Iurisdictionem, quemadmodum in priori, inducere videtur, aut praesumi facit.

52. Böheimb.

Bohemiam Germaniae partem esse, probat Carpzovius. *d. Capitulat. Caesar. c. 5. n. 9.*

Quod Regnum Bohemiae non absolutè Imperio Romano subsit, praesertim quoad contributiones, apparet auß den Actis deß zu Augspurg Anno 1544. gehaltnen Reichstag.

Bohemus an & quatenus Elector, ac quando factus, vide Gewoldum *de septemvir. cap. 9.* Arumae. *ad A. B. discurs. 1. thes. 1. &c.* Cisner. *in opuscul. philolog. fol. 31.*

Wann der Kayser König in Böheimb/ also zugleich ein Churfürst ist/ tunc propter duplex officium, quod sustinet, pro duplici etiam personâ habetur. Also/ wannn etwas zuverrichten ab Imperatore & Electoribus, muß solches à Caesare, tanquam Rege Bohemiae & Electore zugleich absonderlich gesucht werden; Puta wann man vmb einen newen Zoll anhält/ vnnd was dergleichen. Also hat Weylund Kayser Sigmundt zu Costantz/ An. 1417. gemeiner Statt Vlm jhre Käuff/ wegen deß Schloß vnd Stättlins Albeck/ jtem deß Schlosses Helffenstein/ vnd deß Stättlins Geißlingen/ als ein Römischer Kayser bestetigt/ nichts desto weniger An. 1433. zu Basel/ als Churfürst eben diese Käuff confirmirt.

Sed de Bohemiâ quae dici & scribi queunt, plenè pertractavit Nobilissimus Goldastus, *opere singulari.* & quaedam etiam congessi ego *in tr. de Monarchia. fol. 186. & seq.* Et num Regnum sit electivum? attigi ego *tr. d. success. & Elect. fol. 157. &c.*

53. Vörde.

53. Börde.

Bardorum nomen merè est Germanicum, apud Saxones necdum desitum, ductum à qualitate loci. Est autem Saxonibus Börde / locus planus & uber, Peucerus *lib. 4. Chron. Cario-Philippici*, intelligit planiciem montibus subjectam, quæ fertilissima, & quasi horreum est vicinarum regionum, inde suos reditus atq; Proventus annuos percipientium. Suffragatur Spangenberg. *Chron. Saxon. cap. 3.* istis verbis: **Börde / das ist ein gar fruchtbares trechtiges Land / das getraidig vnd Einkommen genug trägt oder böret.** Nec dissentit Christoph. Entzelius *in Chron. vet. Marchiæ*, ubi hæc habet: **Es ist aber die Börde auff alt Teutsch /** quasi horreum, **da ein fruchtbar Landt von Korn ist.**

Hæc non improbat Dom. Meibonius *in hist. Bardevvici. fol. 42.* nam & hodiè usitatum ait, ut quæ reliquis fertiliora sunt loca, hoc nomine veniant. Atque indè Bördas Magdeburgicas, unam altam, **die Hohebörde/** alteram sylvaticam, **die Holtzbörde** dici putat. Dissentit autem in hoc, quod Peucerus vocabulum **Börde/** ab onere proventuum, quasi **Bürde**; Spangenbergius à ferendis frugibus Saxonicè **Böre n/** profluxisse velint: cum hæc ipsa agris fertilibus communia sint cum minus fœcundis: nam & hi ferunt, quantum natura dedit, & sua quoque sentiunt onera. Sic Hebræi dicunt *bara*, creavit.

Conjectura verò Meibonii hæc est. **Börde** nihil esse aliud, quam **Bawerde /** terra cultui apta: vel **Bawart/** nam & hodie nobis **Arthafftig Land/** est terra frumentaria. Eodem modo **Garte /** Latinè hortus, Saxonibus est idem quod **Gårerde /** terra stercorata, sive pinguefacta: Sive **Garart.** Vocabulum autem trisyllabum **Bawerde/** vel si id magis placet, **Bawörder/** per Synaresin factum est dissyllabum **Börde /** eodem modo quo **Bawer** agricola, ex dissyllabo abiit in monosyllabum, **Baur**: & ex illo compositum **nachpar /** pro **naher Baur /** sive **naher Bawer /** hoc est Colonus vicinus. Quemadmodum igitur Palustrium regionum incolæ nominati sunt à paludibus **Bröker /** Romanis Bructeri: pascuorum locorum habitatores, **Marscher /** iisdem Romanis Marsi. Sic à fundis feracibus nomen sumpsêre **die Vörder /** Latinis Bardi: Sicut Angrivarii etiam ab agris (nos **anger** appellamus) antiquitus dicti sunt.

Ab his verò Bardis, agrorum cultoribus, segregat rectè d. Meibonius Bardos Gallicos, quorum meminêre Lucanus *lib. 1 Pharsal.* Festus Pompejus, Strabo *libr. 14.* Amm. Marcellinus *libr. 15.* Nomen ii adepti sunt à veneratione, qua digni habiti, quasi dicas, **die Werde /** quale nostrum **lieb vnnd werhrt.** Litera autem E. mutata est in A. more Septentrionalibus Saxonibus familiari, quibus **Werder**

R 2 In-

Insula, pronunciatur Warder/ & pro Kercke/ Templum, &c. dicitur Karcke/rc. VV. verò Germanicum, mutatum est à Scriptoribus, in B. Latinum, ut in multis aliis vocabulis usuvenit, qualia sunt Dagobertus, Heribertus, Sigibertus, quæ propriè sunt Degenwert/ Heerewert/ vnnd Sigewert Sic & b. ac v. apud Hispanos commutantur.

54. Brantschätzer/ Oberst Brandtmeister.

Supremus Incendiorum magister, habet potestatem permittendorum incendiorum, & pecuniæ extorquendæ; ad redimenda incendia: ita tamen, ut sine mandato supremi Ducis, nihil possit incendere, nec pecuniam in causâ redimendorum incendiorum, extorquere. Reinhard. König. *in theatr. polit. part. 3. cap. 10. numer. 4. ad fin.*

Incendiis autem in hostem minimè est grassandum: nisi interdum ad terrorem, aut in vindictam crudelitatis, vel ut hostis enervetur, nec habeat receptum.

55. Brauchen.

Clausula, trewlich oder rühiglich gebrauchen / non emptionem, sed contractum pignoratitium probat: Cùm in emptione, ex ipsa contractus natura, etiam sine pacto, emptor fructus rei percipiat. Philipp. Corneus *cons. 23. n. 7. vol. 3.* Riminald. *cons. 629. nu. 8. lib. 4.* Anton. Gomes. *var. resolut. lib. 2. cap. 2. de empt. & vendit. numer. 27.* Aymon. Cravett. *consil. 491. num. 16.* D. Ernest. Cothman. *respons. Iuris. 57. num. 59. vol. 2.*

56. Brieff/ Missiv.

Vocabulum Brieff / descendisse videtur à Latino *breves, vel breve*, quorum verborum mentio fit *in l. 21. C. de fide Instrum. l. 1. C. de sent. ex brevic. ret.* Et *Brevis* dixit vetus Interpres, *in Novell de Nupt. §. secundum pro libello.* Et reperies passim in Iure Breves, Brevia, Breve, quæ definiuntur à Zonata *in Concil. Chartag.* Βρέβιοι, ἡ ἄπτική λέγεται, καὶ σύντομος χαρτί. Bornit. *de Instrum. lib 1. cap. 3.* Hinc Breve Apostolicum. Lamprid. *in Alex.* Milites suos sic ubique scivit, ut in Cubiculo haberet breves, & numerum militantium.

Hinc apparet, quid sibi velit constitutio Caroli: De rebus quæ Hildegardæ Reginæ tradita fuerunt, volumus ut fiant descriptæ breves, & ipsæ breves ad nos fiant adductæ.

Hinc & descendit in libris Feudorum Breve testatum, & etiam breviculum vid. Draconem *in tract. erudit. d. orig. Patricior. fol. 120.*

Brieff auffbrechen / si literas Domini resignarit, justè Vasallus feudo privatur. Rittershus. *c. 5. n. 24.*

Accipiens item & legens litteras alie-

alienas, ad quid teneatur? vid. Hondedæ. 1. consil. 105.

57. Bruderschafft.

Fratria, sodalitates, confraternitates, quæ ad Divinum cultum & Eleemosynas in Ecclesiis cogi consueverunt.

Fratriæ apud Aristotelem *in Politicis*, dicuntur hominum conventus, ppria sibi Sacra & peculiaria habentium: ii enim homines communi puteo utebantur, quod Græcè dicitur φρέαρ. Apud Tertullianum passim accipitur pro Collegiis Christianorum. Tert. *lib. de velandis virginib. & lib. ad martyres.*

Interdum verò *Fratria*, pro conjuratione & sodalitate malignâ, factiosâque mente facta, usurpatur: ut *in Concil. Chalcedon. can. 18.*

Fraternitates juratas valere, probat Alex. *in l. si pater. n. 5. C de hered. instit.* Thesaur. *decis. 113.* Et reputantur quasi adoptio ad multa valens.

Sic & valida conventio est, quâ aliqui promittũt, tractare se invicem ut fratres. Marta *part. 1. clausul. 185.*

58. Bulenbrieff.

Amatoriæ literæ, inter amantes probant matrimonium contrahendum, non tamen contractum, ut testatur Franc. Vivius. *decis. 241. numer. 19. p. 2.*

Quid autem, an hæ literæ amatoriæ, à Viro missæ uxori alienæ ac illi scriptæ, eis visis ac repertis penes mulierem & recognitis, adulterium probent, saltem ad infligendam Torturam? Negat hoc Præceptor meus, Dn. D. Bocerus. *tr. d. Tortur. c. 3. numer. 113.* Sed hac de re ita scribit Borell. *in summa decis. vol. 2. tit. 23. ad fin. fol. m. 171.* Mittuntur quandoque mulieribus literæ similes, ab aliquib. mariti odiosis & similibus, ut illis notam inferant. Scio quandoque virum aliquem reperisse tales in posca Mulieris, ac illa, ut se excusaret, viro dixisse, recepisse quidem literas malo animo, & retinuisse, ut illi manifestaret mittentis pravum animum, & in ambiguo sub silentio occultâsse, ne ipsum virum in vindictæ discrimen & pericula induceret, & hæc virum credidisse, & subsequuta fuisse plurima homicidia, ac domorum ac Familiarum eversiones; sed Deus scit, quanta operantur pravæ mulieres. Si mulier hæc immunis ab adulterio erat, nec illa sollicitanti consentiret, poterat se domi retinere, & literas flammis tradere, & sic immunem se præservare. Penes se itaque tot literas conservasse, mittentis amore factum fuisse, videtur: sed tamen, ut ipsa mortem evitaret, suo amatori mortem peperit, & sic amor in odium versus est.

59. Buß / vid. *infra verb.* Frevel.

Verbum Büssen / generaliter accipi solet de emendâ & mulctâ pecuniariâ: tametsi quandoque strictè accipiatur pro mulcta fisco solvenda: Frevel vñ Büssen. Quod si simplex emenda sit, plerunque ad inferiorem Iurisdictionem refertur: Si autem multa sit magna, & instar talis pœnæ, quæ infert privationem bonorum, Regalibus *in c.1. quæ sint regal.* admuneratur: quia Fisco debetur, quivè Ius Fisci habet: atque ita Büssen quandoque censebitur etiam inter jura superioritatis. Sicque hac voce aliquid indicatur, quod tàm est meri, quàm mixti Imperii, quodque tàm est Regale, quàm non regale, & quod quandoque ad superioritatem spectat. vide Gœddæ. *in consil. de restit Baroniæ Vallendar. n.327. & seq.* Vbi *num.329.* mulctas & pœnas Büssen vnd straffen / imperii meri fructus esse affirmat, autoritate Bart. & Bald. *ad l. fin. ff solut. matrim. & ad l.5. C. de modo mulctar.* Gail. *de arrest. cap.8. numer.4. & seq. cap. 13. num. 18.* Et Regalibus annumerari, sicut ipsa Iurisdictio, merumque Imperium, concludit Rosenthal. *de feud. cap.5. conclus. 4. num. 4. & seqq.*



60. Bull / Gulden Bull.

Bullæ appellatione, veniunt literæ ab Imperatoribus, Regibus, magnisque Principibus profectæ. Nomen habent à Bulla Aureâ, quæ dignitatis & auctoritatis amplioris gratiâ, appendi solet, Græcis χρυσοβούλλον, dempto altero λάμβδα. Luitprandus Episcopus Cremonensis *in historia Legationis suæ ad Niceph. Phocam Imp. Byzantinum.* χρυσοβούλλιον appellat, interpretans Epistolam auro scriptam. Datum autem hoc honoris Henrico Brunsuicensi, ut Auream Bullam impetraret, cùm Pontificem Romanum sui temporis, eo dignari honore noluerit Nicephorus: satis arbitratus, si literas argento signatas ei mitteret, ut idem Luitprandus notat. Erant.a. Bullis impressæ imagines Cæsarum, etiam apud Romanos; hinc diplomata ita clauduntur: Ad cujus rei memoriam, & robur perpetuò valiturum, præsens privilegium fieri, & Bullâ Aureâ typario nostræ Majestatis impressâ, jussimus cómuniri. vide Cuspinian. *in Austr.* & Knich. *in epops.* ubi Friderici I I. Imp. diplomata. & Meibon. *ad Bullam Aur. Andronici fol. 14* Sed est propriè βοῦλλα, sigillum., ἀβούλλωτον, quod sigillum non habet. Vnde Bullati Doctores, qui diplomatibus sunt creati, non per examen. Bullare, sigillare & signare. Marq. Freher. *ad Pet. d. Andlo. 2.*

l. 2. c. 7. fol. 170. Add. Arumæ. ad A.B. disc. 1. thes. 1. Aurea bulla, sigillum Aureum: rebus seriis, legibusque fundamentalibus adpendi solitum. Sic Aurea Bulla Caroli 4. Eâ de re plenè eruditissimus Meursius, *in Lex. Graco barb. verbi* Κηρόβουλλον ubi ait: Fuisse eas quadruplices: aurea, argentea, cerea, plumbea: Omnibus utebatur Imperator. Patriarchæ verò tantùm cerea prasina, vel etiam plumbea. Aurea utebatur Imperator, in Constitutionibus ac mandatis, ad Reges, Sultanos, ac Toparchas. vid. etiam me *d. Elect. & success. f. 182.*

61 Burgaw Marggraffschafft

Antiquum est Archiducum Austriæ Patrimonium: nam in Bellis, quæ inter Ludovicum IV. & Fridericum Austriæ Archiducem intercesserunt, Anno sc. 1324. Ludovicus Rex Arcem Burgoviæ durâ obsidione cinxit, quam Burkardus Herlbachius cum duobus filiis, & trecentis Equitibus acriter defendit, donec Leopoldus & Albertus Archiduces, obsessis opem tulerunt. Gerhard. de Roo *histor. Austriac. lib. 3. folio 94.* Et confirmat hoc idem Roo, ubi ditiones inclytæ Domus Austriacæ recenset, & de Marchionatu Burgoviæ ita scribit:

Burgovia celebres, annos plusque ante ducentos,
Excoluit Comitum stirps generosa plagas.
Hanc ubi mors pallens (siquidem mors omnia solvit)
Sustulit, Austriacis subdita terra fuit.

Marchionum Burgoviensium meminit etiam Lazius *de emigrat. gentium lib. 8.* qui de iis omninò est videndus. Et quod ultimus Marchio Burgoviensis Henricus, obierit circa Annum Chr. 1282. ac in Wettenhusano Monasterio fuerit sepultus, memorat Bruschius *de Monasteriis.*

Munsterus quoque *lib. 3. cap. 279.* attestatur, daß die Marggraven von Burgaw / vor Zeiten ein Fürstenmässig Geschlecht gewesen / auch solche Marggraffschafft acht Meil weit vnnd breit seye.

Diese Marggraffschafft würdt κατ᾽ ἐξοχὴν, ein Marggraffschafft deß Heiligen Römischen Reichs genendt / wie auch Antwerpen. Sic Maximilianus I. Imp. *in constitut. de privileg. Poëtar. de Anno 1501.* apud Dn. Goldastum *tom. 3. Constit. fol. 482.* nominat se Marchionem Imperii ad Anasum & Burgoviæ. Ac notat ibi *in margine* Goldastus, ita vocari Marchionatum Antuerpianum; sed potiùs intelligit das Land ob der Enß / welches auch ein Marggraffschafft gewesen.

Alibi idem Maximilianus I. *In reformat. Iudicii Westphalici, de An. 1495.* apud Goldastum *Constitut. tom. 2. folio 112.* vocat se Marchionem Imperii & Burgoviæ.

Im

In quibusdam Diplomatib. Caroli V. nominat se Imperator ille, Marggraffen zu Burggaw / zu Oristein / zu Goßtein / vnd deß Heiligen Römischen Reichs; welches von der Marggraffschafft Antwerpen zuverstehen: ut apparet auß dem Vertrag der Burgundischen Erblanden / Anno. 1548.

Felix Fabri *in histor. Suevor. lib. 2. cap. 5.* (qui sub initio Imperii Maximiliani I. floruit) scribit, propè Vlmam esse nobilem Marchionatum Burgaw / Domus Austriæ, in quo Vlmenses Castra & villas habent non modicas. Ibidem etiam *cap. 4.* scribit: Superioribus annis, dùm dominium Hochberg, die Herrschafft Hohenberg / adhuc esset in Vlmensium potestate, obtulit eis Dux Austriæ pro eo, totum Marchionatum Burgovv, qui sine medio fines Vlmensium contingit: Sed dùm Vlmenses commutationem facere nollent, recipit Dux Austriæ nihilominus dominium Hochberg, parum Vlmensibus solvens, & posteà Duci Bavariæ Marchionatum Burgovv impignoravit: sicque Vlmenses conterminеos sentiunt inimicos.

Ex quibus omnibus apparet, antiquum Austriacorum patrimonium, esse Marchionatum hunc.

Et quamvis vix divinare liceat, cur Burgovia insignita fuerit titulo Marchionatus, cùm nunquam fuerit limes Germanici Imperii; attamen sciendum est, plures ditiones Marchionatus titulo fuisse insignitas, nullâ habitâ limitum ratione: ut jam monui *in dissertat. de Comitib. num. 10.* Aut forsan antiquissimus hic Marchionatus fuit, & limes Imperii Romani circa Danubium. Ideò etiam, ut jam dixi, κατ' ἐξοχὴν vocari videtur Imperii Marchionatus: quemadmodum etiam Marchionatus Antuerpiensis eundem honorem habet, ut scil. vocetur Imperii Marchionatus, qui item est antiquissimus, & diu ante Caroli Magni ætatem, contra Danos institutus fuit. Carol. Scribanius *in origin. Antuerpiens. cap. 6.*

62. Bürgen.

Verba illa: **Er solle einen Bürgen stellen / oder selbst Bürg werden /** inveniuntur *in Statutis Lubecensibus lib. 3. tit. 1. art. 1.* his verbis: **Wann vnder Burgern vnd Einwohnern vmb gelehnet Gelt / vnd** liquidirte **Schuldt geklagt vnd beweiset würdt / soll dem Beklagten erstlich viertzehen Tag / oder acht Tag / zur Bezahlung frist gegeben werden: Bezahlt er alsdann nicht / so muß er bey Sonnenschein Bürge stellen / oder selbst Bürg werden.** Et rursus *lib. 4. tit. 16. art. 4.* in hæc verba: **kan er keine Bürgen haben / so muß er selbst Bürg werden.** Nam illud ultimum accipiendum est, non de aliquâ præstatione fidejussionis, sed de corporali detentione, aut personali arrestatione debitoris: qua opus est, ut

de

de solutione maturius cogitet. Dn. Anton. Hering. *tractat. de Fidejussor. cap. 7. num. 22.*

Verba: **daß er sich zu einem Bürgen vermögen oder brauchen lassen wolle /** denotant potiùs tractatum, quàm contractum. vid. Pistor. *observat. 173. nu. 56. & 4. seqq. multis ut & ibid. in addit.*

Cujus sint effectus verba illa, plerunque in Instrumentis fidejussoriis, in modum clausulæ adjecta: **Wir Bürgen wollen vnrecht / Sie aber die Gläubiger sollen schlechts vnnd allein recht haben?** dubitatur. Sunt qui dicunt, eam æquiparari illi clausulæ: Renunciamus omni juri & legum auxilio: de quâ vide Hering. *de fidejuss. cap. 17. num. 34. & seqq.* Sed visum fuit aliis, hanc Clausulam, tanquam insolitam & ancipitem, imò multarum rixarum fomitem, meritò è foro exterminandam esse, ut enim anceps est & dubia: ita quoque tacitè fraudi & dolo fenestram aperit, non minus quàm illa: **Es soll auch diese Verschreibung von niemandts / was Würden er seyn mag / vnserm Gläubigern zu Nachtheil gedeutet werden / sondern wie die vnser Gläubiger selbst / oder mit seinem guten beweißlichen willen / Brieffs Innhaber / in allen ihren Articuln / Puncten vnnd Cla[illegible] deuten / außlegen vnd erklären würde / dem sollen vnd wollen wir ein völlig Genügen thun.** Hering. *dict. loc. numer. 27.* vide tamen Petr. Frider. *de mandat. lib. 2. cap. 71. n. 4. & 13.* Thomin. *decis. Lipsens. 37. per discurs.*

Cuncta de Fidejussoribus, quæ dici possunt, congessit Dn. Anton. Hering. & Val. Francus. *in tr. hac de re singulariter conscriptis.*

63. Burg.

Burgg, Castellum. Sic Freher *de Lupoduno fol. 13.* Franci Oppida quævis Burgos vocant, & antiquis nominibus addebant: ut **Straßburg / Freyburg / rc.** Eratque Burgum oppidum, muro, turribusque cinctum, & clausile portis. Frequenter etiam Arcem Germanis denotat, vid. Cluver. *1. de German. cap. 13. fol. 110.* Killinger. *de Ganerbiis. cap. 3.* Iohann. Hering. *in Mantissa tractat. de Molendin. de Iure Burgorum.* Me *de Natur. populor. folio 58. & tract. de jure rerum fol. 226.* adde Martinium *in Lexic. Philologic.* At Luitprand. *lib. 3. de rebus per Europ. gestis. cap. 12.* Et quoniam, ait, ipsi domorum congregationem, quæ muro non clauditur, Burgum vocant, &c.

Sed *Burgum* propriè est Castrum, & Castellum, locus juxta Castrum, ubi lixæ & negotiatores, militibus necessarii, commorantur. Cluverius *de Alveis Rheni. cap. 14. fol. 109.* Quo in significatu & hodie utuntur Galli, suo *Bourg* & *Bourgade*; consonat quoque vocab. Italicum *Borgo*, de quo *Vocabulario della Crusca*, notat,

quod sit *strada, ò raccolto di piu case, senza ricinto di mura particulari, è propriamente gli accrescimenti di case fuor delle mura delle terre mura:e.*

Hinc etiam dicti sunt Burgundiones, ut Orosius *lib. ult.* tradit, quod per Castra dispositi habitabant.

Deducitur hæc vox à Græco πύργος, hoc est, turris. Quod item aliquando hæc dictio sumatur pro Vrbe, ostendere videtur vox Bürger. Sed ad Strabonem, *libr. 3.* malè Casaubonus notat, hanc qui vocem origine Germanicam censent, satis hoc ipso suam harum rerum prodere ignorantiam: cùm sit pura Græca. Sed sanè multa Teutonibus cum Græcis communia vocabula sunt, & adhuc sub Iudice lis est, num Græca antiquior (vel potiùs coæva) sit vernaculæ nostræ.

Burga etiam à veteribus glossis adpellatur Cloaca: hancque vocem à bergen / Germanico, Martinius derivat; sicut & Latrina à latendo, & Anglis *Burgh*, latibulum vel tegmen esse ait. At an fortè Burga sumitur pro cloaca, ut Castellum pro aquæ fontis receptaculo, nos Wasserstuben vocamus, Vitruvius *lib. 8. cap. 7. l. 1. §. an Prætor. de aqua cotidian.* Calvin. *in Lexic. Iurid. verb. Castellum.*

64. Burger / Burgerrecht.

Civium nomine non tantum veniunt ii, qui sunt in Civitate, sed etiam qui sunt de diœcesi & Comitatu alicujus. Dd. *in rubr. ff solut. matrimon* Bart. *in l. 3. C. de natur. liber.* qui dicit *per l. 1. ad municip.* quod ille, qui ex vico est, sortiatur originem ex ipsâ Civitate, cui subest Vicus; & qui in Vico aut Villa nati sunt, dicuntur Cives ejus Civitatis, cui tributum solvunt. *auth. quib. mod. nat. eff. sui. §. si quis igitur.* Felin. *in c. Rudolphus. de rescript. n. 9.* text. expressus *in l. qui ex vico ortus. ad municipal.*

Suburbani homines gaudent quoque privilegiis Civitatum: quia suburbani in favorabilibus, appellatione Civium veniunt. *l. ædificia ff. d. V. S.* quod latius Alciat. Cœpoll. & alii tum *ibi*, tum *ad l. 2.* tum *ad l. Alphenus ff. d. t.* explicant.

Quibusdam in locis receptum est, quod is, qui steterit per decem annos in Civitate aliquâ, efficiatur Civis. Ludov. Roman. *sing. 676.* Licet quis nō steterit continuè, sed majori parte illius temporis in Civitate, arg. *l. cum de lanionis. 18. §. Subinus. ff. de fund. instruct. l. majore. 156.* ibi: majore parte anni possedisse quis intelligitur: etiamsi duobus mensibus possederit. *ff de V. S.* text. *in c. significatum. de prabend. in 6. vers. quotidiè. & vers. quanto frequentius* adde Roman. *d. loc. in addit.* c etiam, an quis Burgesiam civitatis acquirat, ex domicilio diuturno sine literis? vide Boer. *decis. 260.* Vtrum item natus in transitu per aliquam civitatem, dicatur civis & na-

naturalis illius civitatis? disquirit Cævallos. *quæst. 158.*

Cives Municipiorum, Senatui suo, ceu Ordinario Magistratui, Iurisdictione munito, Homagii Iuramentum, den Burger Eydt / præstare tenentur, debitamque obedientiam & morem se gesturos, sub fidei religione pollicentur. Knichen. *de Iur. territ. cap. 3. num. 162.* Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 212.* Et hoc adeò præstandum est necessariò, ut nec in numerum Civium quis adsumatur, nullâ differentiâ attentâ, sive Origenarius sit, sive advena. Knichen *d. loc.* Casp. Ziegler. *in §. Civitat. conclus. 1. n. 10.*

De quo Iuramento, & ejus formulis, prolixè agit Dn. Gœddæ. in dem Gründtlichen Bericht von deß Heilligen Reichs Statt Fridberg / *&c. cap. 5. & 6. per tot.*

Et quoque Cives admissi, una cum filiis, etiam ante natis, eadem privilegia habent, quæ ibi nati. vid. Marium Antonium *lib. 2. resol. 42.* Sesse *tom. 1. decis. 90.* Surd. *tom 3. consil. 313.* ubi an civibus immunitas concessa, pertineat etiam ad cives, posteà ex privilegio factas.

Cives autem creandi potestas competit Senatui, aliisque Magistratibus Municipalibus, etiam absque jussu, scientiâ & licentiâ domini territorialis. Hoc enim juris Magistratus & Iurisdictionis; non verò de reservatis Principis est, ut tradunt Petr. Ant. de Petra *in tract. de potest. Princip. c. 15 numer. 1.* Gilman. *tom. 5. Symph. relat. 10. f. 47. num. 1. 2. & seqq.* Conr. Lancellot. *templ. omn. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. n. 3.* Ego *d. jure universitatum. f. 258.* vid. Würtemb. Landtsordn. *f. 4.*

Quibusdam in locis receptum videmus, eos, qui ex uno in alium commigrant locum, habitandi & ibi negotiandi causâ, non aliter ad Ius Civitatis, zum Burgerrecht / admitti, quàm si Magistratus sui, sub quo hactenus degerunt, literas testimoniales exhibeant, doceantque, se isthic loci honestè vixisse, ac bonâ gratiâ discessisse, ac simul fidejussores præstent, se legitimè natos ac liberos, nec ullius Domini proprios esse homines, daß sie recht vnd frey geboren / vnnd niemandt eigen oder laß seyen / jhnen auch jnnerhalb dreyen Jahren keine Schulden / dardurch die Statt beschweret werden möge / nachvolgen sollen / ut loquitur Hering. *in tr. de fidejuss. cap. 5. num 333.* Nos vulgò vocamus, Ehelich Geburt vnnd Mannrecht. (Mann enim pro libero sumitur, Leut / pro servo) Würtembergisch LandtsOrdn. *fol 4.*

Repertus inter Cives, eo ipso Civis esse præsumitur. Hypol. de Marsil. *l. in l. de minore. §. plurium. n. 37. ff. de quæstion.* Et præsumitur quis de ea Civitate, in qua ipse reperitur. Guid. Pap. *in tract. de præsumpt. num. 81. circ. fin.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 15.* Schrader. *consil. 5. num 65. vol. 1.*

Sed nunc moribus nostris, domicilium mutare licet, & ita mutans, si solvat den Abzug da kein freier Zug ist/ liberatur ab jure onere Civitatis prioris Rosacorb. *c. 29. nu. 18.* Doch muß er gewohnlich die Sachen außrichten/ so in wehrendem seinem Burgerrecht angefangen worden.

Prodest hoc ad quæstionis quotidianæ decisionem. In Wirtembergico Ducatu, Cives non potest ad Cameram adpellare: Si ergò aliquis litem habeat, dùm adhuc est Würtembergicus Civis, sed lite pendente extraneus fiat, vel heredem extraneum habeat; non puto, eum, vel heredem beneficium ulterioris appellationis nancisci, quod tempore litis contestatæ, non ipsi, vel defuncto competebat.

De jure autem Civium, pluribus egi ego, *tract. de jure ordinibusque Civium.*

65. Burgermeister vnnd Gericht.

Iure Civili etiam Magistratibus Municipalibus Iurisdictio & Legis actio est concessa. Ideoque de minoribus quoque causis pecuniariis, usque ad 300. aureos judicandi, & de levioribus criminibus cognoscendi facultatem habent, *§. judicare. §. audiunt quoque. in auth. de defensorib. Civitat.* atque iidem usque ad captionem pignorum de jure procedere possunt. *l. 4. §. ff. de damn. infect. l. 3. §. 1. ff. de reb. eorum.* Cujac. *in Paratitl. C. de Magistrat. Municip.* Ergò non hoc judicium Duumviris, Senatuique Civitatis adimi potest: cum solùm inter volentes, non etiam inter invitos, qui ad Principis judicium provocant, jus dicere soleant. Nam & jure communi inter consentientes, etiam de gravioribus causis Magistratus Municipalis cognoscere potest. *l. inter. ff. ad Municipal.* Wesenbec. *in Paratitl. C. de Mag. Munic. num. 3. & 6.*

Sed nunc ferè Iurisdictionem habent Vrbes Municipales, earumque Magistratus, etiam in nolentes: quâ de re pluribus egi ego *in tr. de jure rerum fol. 256.*

Addere hîc libet illud, quod piæ mem. Frater meus Iohan. Georg. Besoldus, *in observationib. practicis, quas ad Ius municipale Würtembergicum* parabat, hac de re olim scripsit:

Hîc commodè subjicitur illa inspectio, an Oppida Ducatus Würtembergici, vel aliorum Imperii Statum Iurisdictione Ordinariâ, ac mixto & mero Imperio gaudeant? Quâ de re à multis variè disceptatur; cùm præsertim talium Iurisdictionalium controversiarum decisionem, usus potiùs, de quo non semper satis liquet, quàm Romanæ leges suppeditet; quæ sæpius à proposito nobis scopo tantum distant, quantum pristinæ Romanæ Reip. Status ab hodierno

no abscessit. Equidem, sunt qui defendant, Civitatibus Imperii Principibus subjectis, nec simplicem quidem ordinariam competere jurisdictionem, nisi eandem vel privilegio, vel pacto acquisiverint.

Moventur primò, quod terrarum Domini, vi Iurisdictionis territorialis, omnem Iurisdictionem, quo ad res intra Provinciam suam positas, sibi vendicent, Chassan. *ad consuet. Burgund. tit. des mains mortes. rubric. 9. §. 4. in princ. num. 2.* Boër. *decis. 227.* Francisc. Curt. *consil. 108. numer. 5. vol. 2.* Vt proindè Principes Imperii, omnimodam Iurisdictionem in Civitatibus subjectis habeant. Zas. *ad l. imperium. n. 25. cum seqq. ff. de Iurisdict.* Sicuti etiam Præsides Provinciarum, omnium Magistratuum Romanorum jurisdictionem habuisse censebantur, juxta *l. 3 & 4. cum seqq. ff. de offic. Præsid.* Proindè non minorem potestatem etiam nostri Principes (qui firmiore jure, quàm antiqui Romanorum Proconsules & Præsides nituntur) habere, & per consequens, fundatam intentionem quoad Regalia, merum mixtumque Imperium, & simplicem jurisdictionem omnium territorii sui Civitatum (nisi ritè doceatur exceptio, arg. *l. ab ea parte. in princ. ff. de probat.*) obtinere censentur. arg. *l. 1. §. cum urbem ff. de offic. Præfect. Vrb. l. forma. §. si verò ff. de cens. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sign.* Mynsing. *dec. 13. resp. 3. numer. 2. & seqq.* Cothm. *cons. 47. n. 112. & seqq. lib. 3.*

(2) Quin & Civitates Municipales in certis tantum causis exercebant jurisdictionem. *l. inter. 28. ff. ad municip. l. 1. C. de defens. Civit. & Novell. 15.* Dn. Bocer. *de Iurisd. cap. 8. numer. 92.* Adeò, ut Magistratus Municipales sibi nunquàm jurisdictionem rectè asserere potuerint, nisi à Principe, vel Præside Provinciæ eandem obtinuerint. *l. & quia. ff. de jurisd. l. privatorum. C. eod.* Cothm. *alleg. cons. n. 120.*

Tertiò addunt, territorium ad Principes spectare, & Civitates eo carere, ac proindè non ipsis, sed solis Principibus Iurisdictionem competere: cùm regulariter jurisdictio esse non possit, nisi passivè cohæreat territorio: ut argumentantur Mynsf. *alleg. Resp. 3. nu. 3.* & Cothm. *resp. 47. n. 125. & seq.*

(4) Id etiam eâ ratione demonstrare volunt, quod Principis Officialis, quem Præfectum, & Germanicè Vogt / indigitant, qui vices Principis obeat, & omnem Iurisdictionem in oppidis ac pagis exerceat, in hisce municipiis constitutus reperiatur. Indè Vogt plerunque is dicitur, qui territorio præest, atque Vogtey/ vnd Vogteilicheobrigkeit/ jurisdictionem denotat. Wehner. *in observ. pract. verb.* Vogtey/ Mynsf. *dict. resp. n. 9. & 66.*

(5) Hinc quoque ajunt, huic Officiali & Præfecto omnes actus juris-

dictionales competere, jus nimirum citandi litigantes, jus multandi, jusque sententias exequendi, &c.

Sextò, qui de hujus Ducatus Oppidis dissertationem instituunt, etiam hoc utuntur argumento, quod in Castris, sivè iis libris, quibus Principis in quâlibet Civitate perscripta sunt jura, Namblich in den Lägerbüchern/ plerunque hæc verba inserta conspiciuntur: Daß Ihre Fürstl. Gn. alle Herrligkeit/ Gewaltsame/ Gebott/ Verbott/ auch Hohe vnd Nidere Obrigkeit in solcher Statt gebühre/ ꝛc.

Cui Septimo adjungunt textum in titulo primo, Iuris Provincialis, ubi in principio formulæ juramenti, omnibus Iudicibus præscripti, verba hæc inveniuntur: Ich gelobe vnnd schwere zu GOtt dem HERRN/ daß ich deß Durchleuchtigen/ ꝛc. Meines Gnädigen Fürsten vnd Herrn/ ꝛc. Gericht allhie/ getrewlich vnnd mit allem Fleiß obsein/ ꝛc.

Vltimò dicunt, etsi jus dandi tutores, etiam ex Romanorum legibus, Magistratibus Municipalibus datum fuerit, *l. 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his. &c. l. 2. §. si mater. in fin. ff. ad SC. Tertullian.* illudque jus vel mixti Imperii, vel jurisdictionis simplicis sit, de quo videndus Dn. Bocer. *tr. de jurisdict. cap. 3. numer. 11. cum seqq.* tamen ipsummet Principem nostrum Serenissimum, in rescriptis quibusdam se nominare Obristen Vormund/ ꝛc.

Alii tamen hisce Oppidis Iurisdictionem quidem simplicem, non verò merum Imperium tribuunt. Etenim de consuetudine plerasque Civitates Principibus subjectas, imò etiam villas, habere Iurisdictionem, proindeque & mixtum imperium, quod jurisdictioni cohæret, non dubitat Bart. *in l. 1. in fin. ff. de damn. infect. & cons. 189.* Dec. *cons. 197. n. 3. in pr.* & Dn. Bocer. *de jurisdict. cap. 8. numer. 90. & 95.* Imperium tamen merum iisdem attribuere non audent: cum ut inquiunt, tàm accusatio, quàm etiam ordinatio processus, ipsaque sententiæ executio, Principis ductu instituatur, & Oppidano Senatui cognitio competat nuda; cui opinioni etiam accedit frater meus Christophor. *de jure rer. folio 257.* Quod aliter explicatur à Zasio, *ad l. imperium. n. 27. ff. de jurisdict. om. jud.* Cujus verba digna esse censeo, ut ordine inserantur: ait enim, Domini terrarum, Comites, Barones, &c. cùm alios suo nomine judicare faciunt, jurisdictio per hoc non mandatur, sed ordinario jure Iudices maleficiorum dantur, eliguntur, & deputantur, & isti à lege, vel constitutione, *id est*, à lege viva, à Dominis dati, jure suo in sanguinis causa judicant. Et sic admiratio quorundam Doctorum cessat, quomodò pagi merum Imperium exerceant: quia Domini terrarum, non villæ, merum Imperium habent, &c.

Tertia sequitur opinio, quæ tamen

men à prædicta Zasii sententia, non longè abesse videtur, quod hujus Ducatus Oppidis non Iurisdictio simplex, sed etiam merum imperium, ex concessione competat, Dn. Bocer. *all. cap. 8. numer. 90.* arg. text. im Landt *part 1. fol 49.* §. Daß von einen. Lands-Ordn. *fol. 235.* §. Was aber. *& fol seq. item f. 238. in fin.* Cui accedit Obrecht. *de Iurisdict. cap. 6. ad fin.*

66. Burgfriedt.

Vocabulum Burgfriedt / nonnunquam pro territorio Castri usurpatur: interdum ita nominantur Leges, pacta & Statuta Condominorum der Ganerben alicujus Burgi seu Castri.

Cùm enim ante factam & promulgatam Pacem Publicam, quam Landtfrieden appellamus, in Germaniâ itinera passim minus essent tuta & secura, & ut nostri loquuntur, da daß Faustrecht im Schwang gieng / Ventura de Valentiis *in Partben. litigios. libr. 1. cap. 1. nu. 14. & libr. 2. cap. 2. num. 13.* latronesque in arcibus apud sui generis homines, in den Raubschlössern / latitarent: Bodin. *5. de republ. 5. p. m. 887.* Crus. *in annal. Suev. p. 1. lib. 12. cap 3. & p. 2. lib 6. cap. 12.* Generosi quidem nobiles arces munitas extruxerunt, in quibus cum Familiis suis, & rebus pretiosioribus, ab aliorum invasionibus violentis tuti essent. Vt autem conjunctio horum eo major & constantior esset, & se suaque eò melius defendere possent, Fraternitates & confœderationes certis legibus contraxunt, quas den Burgfried appellarunt. Fichardus *cons. 7. n. 9. vers. prima.* veluti de pace in Castro tenenda, aliisque rebus ad Ganerbiorum conservationem ac defensionem pertinentibus, inita: vel Burghut. idem *d. cons. 7. n. 11.* Et qui ita confœderati fuerunt, dicuntur Ganerben / de quibus vide *infra* in v. Ganerben. Sed quia illi à priscâ virtute degenerantes, alios non tantum opprimere, verùm etiam Confratres alios opprimentes, receptare cœperunt, audacia eorum publicis Legibus Imperialibus fuit coërcita: ut ex multis probat Recessibus Dn. Cluten. *in Syllog. rer. quotid. thes. 26. sub lit. K.*

Interdum angustius sumitur vocabulum illud: nempè pro certo quodam & terminato districtu alicujus Castri, & loco securitatis; in quo Pacis violationes acrioribus coërcentur pœnis. Pœna autem violationis, capitalis, plerunque est amputatio manus; interdum non capitalis est, sed graviorem tantum mulctam pecuniariam importat. D. Killinger. *in eleg. tract. de Ganerb. discurs. 3. n. 55. & seq.* Hoc item de Palatiis Principum, Chassanæus *in Catal. glor. mund. p. 5. consid. 24. num 125. §. videmus.* docet, dum scribit: Nos videre Palatia Principum (quod etiam hoc nostro in Du-

Ducatu Würtembergico obtinet) talem importare securitatem, ut offendentes aliquem in illis, capitaliter puniantur. Et addit *in §. non solum*. Palatium ipsum non solùm tali gaudere privilegio; sed etiam confinia Palatii; idque per plura tenere & comprobare ait Alberic. de Rosate *in l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug.* adde Ioann. Hering. *de jure Burgor. n. 726. & seqq.*

Si locus aliquis sanctificatur, so an einem Ort der Burgfriedt angeschlagen würdt/ tunc non omnis ibi delinquens, hoc est, aliquem vulnerans ibidem, vel morte, vel manus mutilatione puniri potest, nisi id factum fuerit dolo: persona enim seu corpus humanum (utpote templum Spiritus Sancti) semper dignior est loco omni, utcunque Sacro, vel sanctione humanâ munito: ego *de jure rerum folio 42. &c. & in delibat. ad tit. d. rer. divis. quæst. 35.* quæ etiam olim fuit Lipsiensium sententia, Georg. Beatus. *in cent. var. cas. sent. Sax. tit. 50. fol. 89.*

67. Burggraff.

Burgravii olim erant, quibus Arcis alicujus Imperii Reichsburgen/ custodia commissa erat: quorum quatuor præcipui fuerunt in Germania; eorumque sedes Iudiciales adhucdum sunt superstites, teste Henn. Arnisæo *in tract. de Majest. lib. 2. c. 4. numer. 15. vers. Burggravii vero. in folio. 322.* Nempe Burggraff zu Stromburg/ Nürnberg/ Magdenburg vnnd Reineck.

Hodiè nulli amplius sunt Burggravii, cùm Cæsares in Vrbibus Imperii nulla Castra propria habeant. vide Nolden. *de nobilib. cap. 8. numer. 172. & seqq.*

Licet hunc titulum quidam adhuc Principes observent: ut Saxoniæ, qui se nominat Burggravium Magdeburgi; & Marchio Brandenburgensis, qui tenet titulum Burggravii Noribergensis. vide Dn. Killinger. *d. Ganerb. disc. 5. num 148. &c.* ac etiam *me in dissert. d. Comitib. & Baronib. numer. 11.*

Sed præter quatuor jam dictos, quinque etiam Burggravios recenset in Missniâ, Reineccius. *ad Annal. d. gestis Carol. M. lib. 4.* inter quos residens Misenæ, primarius habitus fuit. Chytræ. *in Chron. Sax. lib. 15.* Olim & Burggraviatus fuit zu Rotenburg an der Tauber: ut patet ex Gylmanno. *tom. 3. Symph. p. 3. Vot. 23. num. 70. &c.*

68. Burger: oder Bauren Lehen

Feudum Burgense sic vocatur. Quod alias vocatur Feudum ignobile, eò quod possessorem (ut in feudo nobili fit) non nobilitet. Datur etenim à minoribus Valvasoribus, vel privatis Personis, quibus omninò hæc-

hæcce conceſſio licita eſt: Cùm quilibet, qui legitimam ſuorum bonorum habet adminiſtrationem, res ſuas infeudare poſſit. text. eſt *in lib.2. Feud. tit.3. in pr. & §. fœminam.* Iacobin. de S.Georg. *in tract. feud. verb. in feudum. num. 26.*

69. Burglehen.

Feudum Caſtrenſe, quod nos Burglehen vocamus, eſt, quod Dominus Vaſallo eo pacto concedit, ut is ratione hujus, ad defenſionem Caſtri alicujus ſit obligatus. Ferrar. *de feud. libr. 1. cap. 6.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 4. numer. 17.* Obrecht. *de feud. lib. 1. cap. 6. n. 44.*

Eandem ferè ſignificationem, ex jure Saxonico firmat Rittershuſ. *cap. 17. lib. 1. part. feud.* Vbi: Burglehen/ heiſſen ſolche Lehen/ da jhr viel Edelleut/ oder Ganerben/ wie mans jetzt nennt/ in einer Burg vnd Schloß zuſamen haben Lehen vnd Lehensrechte/ von Fürſten vnnd Herrn/ deren die Burg zugehöret. Et rurſus *ibidem:* Daß Burger vnd Burgmänner heiſſen/ die Ganerben oder Edelleut/ ſo vor Alters vnder einem Burgherrn auff einer Burg gewohnet haben/ da ſie dann der Burg Burger genennet worden. Adde Kyllingeri, magnæ eruditionis tractatum *de Ganerbiis. diſcurſ. 3. numer. 131 &c.*

***

70. Burghalden.

Wehnerus *hic* Burghalden idem eſſe putat, quod ipſum Burg/ & ſic in Helvetiâ ait uſurpari. Mihi Burghalden potiùs videntur montes ſive colles, ſuper quos arces ſunt extructæ: Der Burgberg. Halden enim nihil aliud eſt, quàm locus Campi ſublimior, ein Hügel/ rc. Exemplum eſt (ut hoc ex quamplurimis referam) in Vrbe Campidonenſi; ubi mons quidam ſive collis, muris hodiè Civitatis cinctus, Burghalden appellatur, ex eo, quod ante multos annos, in eodem Arx quædam (ſive Burgus) extructa fuit. Münſter. *in Coſmograph.* Von der Statt Kempten. Cruſ. *in annalib. lib. 5. part. 3. cap. 5.* Sic mons ſeu collis Arcis Tubingenſis nominabatur Pfaltzhalden; Arx enim iſta olim Pfaltz dicebatur, propter Comites Tubingenſes, qui erant Comites Palatini. Iacob. Wernher. Killinger. *de Ganerbiis Caſtrorum, diſc. 3. num. 38. & ſeqq.*

71. Burgmann/ Regiments Burgmänner

Plerunque eſt Vaſallus, de Burgo, aut bonis alicujus Burgi inveſtitus: Welcher ein Burglehen jnnen hat. Kyllinger. *diſc 3. nu. 143. &c.* Mann enim in jure feudali, propriè eſt Vaſallus.

T Sed

Sed respectû Ganerbiorum seu Condominorum, ii dicuntur, qui illius juris participes existunt.

Sic Regiments Burgmänner/ sunt Iudices Castri, inter quos Burggravius est supremus: cæteri, loco Assessorum habentur. Reliqui communi nomine Burgmänner adpellantur.

Die Burgmänner oder Ganerben judicantur à Burggraven / juxta eorum Burgfried. Rittershus. *in Partit. feud. lib. 1. cap. 17.* vid. Gylman. *tom. 3. Symph. fol. 99.* Quemadmodum nec Burggrave in Camera, protinus in primâ Instantiâ, licet sit immediatus, sonder allein für den zwölff Regiments Burgmannen / conveniri potest, Schwanman. *obs. Camer. 18.* multò minùs coràm Ordinario, territorii Domino, respondere tenetur. Quod licet primùm speciale fuerit, bey den Burgmännern zu Gelnhausen / ex privilegio Friderici Imperatoris; postea tamen quoque ad alios Imperii Burgleut vnnd Ganerben extensum est. Item, an der Freyen Adenlichen Ritterschafft zu Francken (ausser den Fürstenthumben Sachsen) auch Schwaben vnnd Reinland / so dem Reich ohne Mittel verwandt. Paurmeister. *de Iurisd. lib. 2. cap. 9. n. 74. & seqq.*

72. Burgsässen

Tales ii habentur, qui sub Castri alicujus, sive Burgi Iurisdictione sunt, sicut Landtsässen; Kyllinger *discurs. 3. nu. 47.* aut qui possident communem Arcem. Hincque Burgsitz/ est jus possidendi Castrum: hinc ein freyer Burgsäß. Kylling. *d. l. num. 43.*

73. Burgstall

Propriè locus est, in quo Burgus fuit extructus, da ein Burg gestanden ist / ein Burgstall oder Burgstandt. Quibusdam etiam dicitur Parvus Burgus, ein kleine Burg. Kyllinger. *de Ganerb. discurs. 3. num. 37.*

Plerunque dicitur von den ruderibus eines Schlosses: Ein alter Burgstall / da vor Zeiten ein Schloß gewesen.



1. Calender.

CAlendarium vocamus, quod in eo singulæ Calendæ sint annotatæ: ac quia Calendæ primus dies Mensis existunt, & in Mensis distributione, appellationi Calendarum, major portio dierum cessit. Martinius *in Lexic. Philologic. verb. Calendarium.* Astrologi vocant communiter *Almanach*, quæ dictio Arabica est, quod denotat articulus *Al*, eamque nonnulli semi Græcam esse dicunt, à dictione μὴν, quæ denotat Mensem. Sed probabile mihi magis est, & eam vocem purè Arabicam esse, quod & pla-

placet Schindlero; ac quoque ex Porphyrio Martinius *ibidem in voc. Almanach*, probat, eam antiquissimam, vetustisque Ægyptiis notam esse.

Habemus hodiè Calendaria duo: Vetus & Novum. Hæcque mutatio lites peperit etiam Theologis, qui nempe professionem suam faciunt universalem, & omnium aliarum censoriam. Ac item ut fieri solet, Politicos eò adegerunt, ut hanc sibi Astronomicam litem desponsarent.

Calendarium verò Vetus würdt in Camera Spirensi, in Außbringung der Proceß gebrauchet: ita decisum *14. Iul. An. 1583*. Decis. seu Præjudicia Cameræ Imp. *lit. C. verb. Calendarium*. Et inde habent Assessores beneficium illud, daß sie beederley ferias feiren/ cum jacturâ Iustitiæ non levi. Turbavit hæc lis nonnullas Imperiales Civitates, vid. Me *tract. de Majestat. folio 127*.

Sed de Calendarii ratione, vide pluribus differentem Thomam Garzonem *in piazza universale, discurs 6.* Et de Novo Calendario pluribus etiam agit Thuanus *lib. 76.* sub Anno Chr. 1582.

2. Camin.

Isidorus *lib. 19 cap. 6.* Caminus est fornax, & est Græcum nomen, derivatum ἀπὸ τοῦ καύματος, id est, à calore. Ita Belgis *Schoude* Caminus, fumarium, à Gallico *chaud.*, calidus. Vicinum admodùm est Hebræum *chom*, calidus. Indè Arabicum *Chamim*, balneum, hypocaustum. Nunc ferè nobis est pro structura, quæ fumum excipit: de qua sic Iunius *in Nomenclat.* Caminus Cic. Spiramentum Plinio, fumarium Mar. infumibulum aliis: κάπνη: Rauchloch/ Schornstein. Ital. *Camino*, Gallis *Cheminée*, Hispan *Chimenea*. Ang. *Chimney*. Est & lapis seu ferrum, tanquam murus contra focum, quo ignis sustentatur: unde nobis Feurmaure/ quasi murus ignis, Schornstein à Schorn/ *id est*, fulcire; à securus, ut puto, ut sit securum, tutum facere. Anglis *schore*, est fulcire, statuminare: & fulcrum.

De Caminis, qui sunt Spiramina cava supra ignem (unde & *Kave*, Belgis) non facilè apud veteres leges. Philander *in lib. 7. Vitruv. cap 3.* colligit, antiquorum cubicula, conclaviaq; non habuisse spiracula, sive gulas, unde fumus exiret, quæ vulgò Camini dicuntur: Latinè verò infumibula nominari posse, plerique omnes consentiunt. Caminus enim luculentus Ciceroni *7. Familiar.* alibi erat, & aliud: uti & in illo Suetonii *in Aulo Vitellio*: flagrante triclinio ex conceptu Camini. Inde puto, antiquos ligna amurca maceralle, ut sine fumi tædio arderent; quod scribit Cato *de re rustica cap. 30.* à quo ἄκαπ-

νια vocata: nam *καπνὸς* fumum significat. Eorum præter alios, meminit Galenus *lib. 1, antidotor.*

Quin & si quis diligentius erit in Romanorum monumentis versatus, intelliget primo negotio, quomodo sibi à frigore, prudentes illi & bene consulti caverent. In subterranea scil. structura fornix erat oblongus, & ex eo quaquaversum, in intimis parietibus de industria relicti structiles ad summam contignationem canales, qui nares haberent ad loca omnia, in quibus vellent procurare calorem, contectas exemptilibus operculis. Fornix ille partim concalefiebat succensis lignis (cineres enim & fuliginem reperimus) partim ferventibus implebatur aquis. Vnde per canales, patefactis naribus excipiebant oeci, triclinia, cubicula, & ejusmodi ædificii partes, calidum vaporem. Istud puto, intellexisse Placidum Grammaticum, cum quid zeta esset, explicans, tradit, antiquos frigida aqua in subterraneum fornicem è formis demissa, omnes ædium particulas per emissam lenis spiritus vaporationem, refrigerâsse. Nam Galenus *lib. 9 & 10. methodi*, euripo præstari id posse, commemorat, cum per æstatem febrientibus aërem ambientem præparare docet: nempe ut ex euripo aliquo aura inspiret. vid. Martinium *in Lexic. Philolog. verb. Caminus.* & Ioann. Hering. *in Mantissa tractatus de Molendinis, de Caminis.*

Nostrâ etiam ætate à sagacibus tributorum exactoribus excogitatum est vectigal aut tributum, quod à singulis domorum focis & caminis exigeretur, vulgò ob id Caminarium dictum, von jeder Herd: oder Feurstatt, teste Hermanno Lathero *tract. de censu lib. 1. cap. 5. num. 2.* Confer Waremund. ab Erenberg. *libr. de subsidiis & oner. subdit.* Erasm. Roterodam. *chil. 1. cent. 9. adag. 12.* Vnde Herdrecht dictum, quando rustici seu subditi aliquid ratione loci & foci, Domino persolvunt, vid. Gilmann. *lib. 1. decis. 12. num. 18. fol. 174. & 186.* Et Herdtzinß vocatur, quod ratione areæ, wegen einer Herdtstatt vnd Mahes, exsolvitur. Pertinent etiam huc die Rauchhenen/so man auß den Häusern vnd Herdtstetten gibt. Sic & olim Columnarium vocabant grave illud tributum Asiaticis, aliisque Provinciis, temporibus bellorum Civilium, à Romanorum Ducibus impositum, quod pro singulis Domorum columnis & hostiis, quæ inde Hostiaria appellabantur, exigebatur. Hering. *d. loc. num. 67. &c.*

3. Cammergericht / Cammergerichts Vrtheil.

Camera, Græcis *καμάρα*, est curvata structura. Philander *in Vitruvium, lib. 7. c. 2.* Lacunaria propriè contignationum sunt, Cameræ verò curvantur. Hincque dicitur Camera pro con-

conclavi, propriè camerato. Hujusmodi autem conclave pecuniis tutius asservandis conveniens est. Ideo talem locum significat in Testamento Caroli Magni apud Eguinhardum: *Incipit descriptio atque divisio, quam perfecit de Thesauris suis atque pecunia, quæ illa die in Camera ejus inventa est.* Et Germanis Cammer significat cellam, locum, in quo aliquid condimus aut seponimus, cubiculum, ærarium, senaculum & cænaculum: etiam Curiam, seu Auditorium, Dicasterium. Ita Camera Imperialis, dicitur Romani Imperii Dicasterium. Martinius *in Lexic. Philolog. verb. Camera. m. f. 305.*

Sed de Camera Imperiali videri possunt Tobias Paurmeister, & Matthias Stephani *tractat. de Iurisdictione.* ut & Heigius *libr. 1. quæst. 9.* Frider. Mindanus *in præfat. d. processib.* Carpzov. *in Capitulat. cap. 9. numer. 13. & seqq.* Ioann. Calvin. *in process. fol. 152. & multis seqq.* Ego *de appellat. cap. 2. num. 21. &c.*

De Galliæ item Parlamentis latè agit Estienne Pasquier *d. recherch. cap. 2 & 4. lib. 2.*

Addere hìc lubet Quæstionem sat elegantem, ab anonymo quodam discussam: An Cæsareæ Majestatis morte, jurisdictio Cameræ Imperialis expiret, vel sit in suspenso? In utramque partem non desunt rationes: & quidem pro adfirmativa adducunt:

1. Suspendi, sed non exspirare, suadet Aurea Bulla Carol. IV. *tit. 5.* ubi vacante Imperio, potestas judicia exercendi, in certis provinciis, Comiti Palatino & Saxoni, Electoribus, uti Vicariis Imperii, & Provisoribus, vigore privilegii tribuitur; quod jus Vicariatus, quoad justitiæ administrationem nullibi est abrogatum.

2. Idque & post obitum Maximil. I. Anno 1509. ita observatum constat: nec est, si quis excipiat, tunc temporis aliâ, quàm hodie fuisse Cameræ conditionem, & eam à solo Imperio constitutam. Replicabo enim, consensu Electorum, & aliorum Ordinum Imperii erectam, ut Proem. Ordinationis Cameræ de Anno 1495. disertè ostendit. Vnd obwoln damals zu Vnderhaltung deß Cammergerichts/Sportulæ auff die Sachen proportionabiliter gesetzt; so ist doch Anno 1500. statuirt / daß Domino Iudici & Assessoribus, jhre Sold von dem Gelt / so von deß Heiligen Reichs verordneten Hülff gefallen / entrichtet / vnnd besagte Sportulæ wegen einkommener vielfältigen Clag / hinfüro abgestelt seyn sollen. Hernach aber / vnnd im Jahr 1507. hat Kayser Maximilian bewilligt / daß alle vnd jede Gefäll deß Cammergerichts Cantzley / auch von fiscalischen Sachen vnnd Straffen / so damalen verhanden / oder künfftig in 6. Jahren / sich begeben würden / zu Vnderhaltung deß Cammergerichts zuverwenden: dieweil

T iij aber

aber solche fiscalische vnd Cantzley Gefäll / deß ersten Jahrs sich nicht so hoch erstreckt / haben die Ständt von jhrem Gelt / obbestimbte Zeit auß / deren Mangel zuerstatten / sich anerbotten: innmassen die Abschiedt diß alles lautter außweisen. Itaque & tunc temporis, & Cæsar. Majestat. Statuum fuit judicium, & ab iisdem etiam sustentatum, neque postea vivente Maximilian. in aliquo alteratum, ut & tum non solius Cæsar. Majestatis peculiare, sed simul Imperii Auditorium manserit.

3. Camera Imperatorem, non modò, quoad contentiosam jurisdictionem repræsentat, Gail, *obs. 1. n. 7.* Mynsi. *4. obs 5.* sed etiam nomine Cæsar. Majestatis, uti Capitis, processus emanant. Gail. *1. obs. 14. num. 1.* Ord. Cam. *part. 3. tit. 12.* §. Vnnd so solch. Petr. Denais. *Cam. 1. 125. §. 4.* Cui etiam Dom. Iudex & Assessores, peculiari sunt astricti juramento. At, quod amplius non est, repræsentari nequit: & capite deficiente, vix potest esse salva dignitas, & jurisdictio, quæ apud defunctum Cæsarem in concreto fuit, ita, ut jurisdictio personæ ejusdem cohærens, moriente personâ, censeatur extincta. Petr. Barbos. *in l. quia tale 14. num. 51. ff. solut. matrim.* Et vix integra Resp. potest considerari: Princeps enim, uti caput Reip. non minùs, quàm caput hominis, unâ cum aliis membris, constituit unum totum & integrale, Menoch. *cons. 1153. num. 8.* Sed & difficultatibus involutum, sub cujus nomine processus decernendi & emittendi sint: cum utique mortuus Imperator nihil amplius mandare possit: nisi hîc replicemus, Iurisdictionem Imperii non extinctam, sed ad tempus in Comitem Palatinum & Saxonem, Electores, devolutam, qui vices futuri Imperatoris in justitiæ administratione suppleant.

4. Hæc sententia nec juris ratione destituitur, *l. diem functo, de offic. Assess.* per quem textum dixit Bald. mortuo Præside ante finitum officium, sed etiam omnium ejus officialium. Lud. Molin. *lib. 1. de Hisp. primogen. cap. 25. num. 12.* Ioan. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. num. 11. c. 1.* Sicuti etiam Vicarii, quantumvis ordinarii Iurisdictio, mortuo Episcopo, qui eum constituit, interire solet. Molin. *d. c. 25. numer. 13.* Barbos. *d. l. quia tale. nu. 98.* ubi hæc eleganter explicat.

5. Denique ut exemplo hanc opinionem confirmemus, ita & in urbe Roma obtinuit, ut omnia officia, usque ad electionem novi Pontificis, suspendantur, *Clem. ne Romani. §. eo a. proviso. de Elect.* ubi duntaxat Officialium Cameræ Apostolicæ etiam functio, post mortem Pontificis perpetuatur, idque ideo statutum, ne reditus temporales ad Romanam sedem pertinentes, sine quibus spiritualia diu esse non possunt, interim negligantur, secundum Dec.

cons.

conf. 404. numer. 4. ubi etiam *num. 8.* addit, eo potius videri Officiales Apostolicæ sedis, quæ non moritur, *c. si gratiosè. de rescript. in 6.* In specie autem Officium Auditorum Rotę expirare, vel silere morte Pontificis, utcunque de causa cognoscere incæperint, voluit Cardin. Zabarell. *in Clem. Auditorum quæst. 13. num. 15. de rescript.* quem retulit Ioann. Fran. de Pavinis, *de officio Capituli sede Vac. p. 2. quæst. 2.* licet is de eo casu hoc videatur exaudire, quando res adhuc est integra: quemadmodum & potestatem Conservatoribus datam, quoad nondum cæpta negotia, per obitum Pontificis extingui, docuit Gu. Pap. *decis. 249.*

1. Pro negativa vehementer urget: quod Imperiali Cameræ ordinaria competat jurisdictio, Gail. *1. observ. 41. num 5.* Censentur enim Auditores Papæ vel Principis Ordinarii, Ias. *in l. more. 52. ff. de jurisd.* Sed ordinaria, morte concedentis, neutiquam evanescit, *d. l. more.* Barbos. *in dict. l. quia tale. 14. num 85. & num. 92. in f. ff. soluto matrim.* Francisc. Marr. *decis. 778. nu. 3.* Ianninus *de citat. Real. lib. 1. c. 1. num. 657. & seq.* Licet secus sit in delegata, re adhuc existente integra, *l. & quia. ff. de jurisd.* Ioann. Castill. *lib. 7. quotid. controvers. c. 29.*

2. Idque eò magis obtinet, quod Cæsar. Majestas & Imperium, vel ejusdem Imperii Status simul, Iurisdictionem in Cameram contulerint. Gail. *lib. 1. obs. 41. n. 4.* Cujus tuitioni Dom. Iudex, & Assess. Camerales, peculiari sunt devincti juramento. Tralatitium autem est, Imperium nunquam mori; *Nov. 6. §. licentia. in f.* Par. de Puteo *in comp. 11.* Isern. *tit. de alienat.* F. Bald. *cons 159. n. 3. & seq. vol. 3.* Alciat. *cons. 4. nu. 61. lib. 4.* quinimò perpetuò durare, quamvis Imp. decesserit, Marc. Anton. Peregrin. *de I. Fisci lib. 1. sub rubr. habentes jura Fiscalia, num. 6.* Sed & invaluit, Iudices per populum electos, utcunque Dominus confirmans moriatur, non cassari, Barbos. *d. l. quia tale. n. 94.*

3. Reipubl. Statuum Imperii, nec non litigantium, quàmmaximè interest, ut Dominus Iudex & Assessores munus suum in administranda justitia, absque omni mutatione, vel suspensione continuent: cum alioqui fœda confusio subsecutura esset, si deturbatis Assessoribus, doctrinâ & Praxi instructissimis, imperiti & minus informati in locum vacantium substituerentur, quod etiam expendit P. Gregor. *de Rep. 4. cap. 5. n. 30.* Et sane diversissima ratio est, inter hæc & Maximil. I. tempora, cum tanta earum multitudine judicium hoc, tum temporis nondum oneraretur, quinimò & sede fixa, nec durabili constituta, ambulatorium esset.

4. Exempla si & hic attendere placuerit, occurrit Regnum Galliæ: in quo Curiæ, cæterique Magistratus, Principe mortuo, Imperium nihilo-

hilominus & potestatem retinent, ita ut Rege defuncto, nec vultum mutent, nec lugubri veste utantur, quamvis novi Principis, novo rescripto, eorundem Imperium confirmari soleat, Bodin. *de Rep. lib. 4. c. 3.* (ubi etiam Imperii Gallici fundamentum firmissimum, in eo esse arbitratur) idem attestantur Guil. Bened. *in c. Raynutius, verb. duas uxores, num. 39. de testam.* Chassan. *in consuet. Burg. rubric. 1. §. 6. nu. 81. & seq.* uterque rectè relatus à Pet. Barbos. *in d. l. quia tale. num. 84.* Fr. Marc. *decis. 778. n. 1. & 2. p. 1.* P. Gregor. *de Repub. lib. 4. c. 5. numer. 39. & lib. 9. cap. 5. num 34.* Inde quoque Curiæ Parlamenti Delphinatus, Consiliarios perpetuos appellat Guid. Pap. *decis. 195. n. 1.* Anton. Grammat. *decis. Civ. 353.*

5. Amplius Dd. volunt, quod judex à Principe, etiam ad suæ voluntatis (quæ alioqui per obitum omninò extinguitur, *d. c. si gratiosè. de rescript. in 6.*) beneplacitum creatus, morte Principis Iudex esse non desinat, quousque per successorem non revocetur. Idque ob publicam utilitatem receptum esse, insinuat Vant. *de nullit. sent. ex defect. delegatæ Iurisd. num. 104.* Menoch. *libr. 2. de arbitr. Iud. quæst. quæst. 69. nu. 8.* Mascard. *de probat. concl. 188.* qui plures cumulat, Vincent. Carotta. *decis. 18. n. 6.* & aliàs ratione publicæ utilitatis, multa contra R. I. inducta sunt, Ioh. Petr. Surd. *consil. 210. nu. 29. & seq.* Petr. Ant. de Petra. *de I. quæsit. non toll. cap. 11. nu. 5. p. 189.* In nostra autem Hypothesi, publicam utilitatem omnibus modis efflagitare, ne cursus laudatissimè hujus Tribunalis aliqua innovatione, vel remora interrumpatur, vix quisquam, cui Respublica curæ, cordique fuerit, inficiabitur.

6. Alia multiplicia inconvenientia, quæ ex suspensione, tàm ad Dn. ArchiEpiscopum Moguntinum, Principem Electorem, uti Imperii ArchiCancellarium, quàm alios Imperii Status, redundatura sunt, studio hic præterimus.

7. Denique quò ad Ius Vicariatus, inter Principes, sæpè controvertitur, quis sit Tutor Electoris, Vicariatus capacis: ut factum inter Ludovicum Neoburgensem, seniorem agnatum, & Iohannem Bipontanum, Palatinos. Et per Cæsareum Decretum, hujus persona, quoad conventum, aliosque Actus Electorales, citra tamen præjudicium causæ principalis, habilitata fuit. Id verò vix ad Vicariatum porrigendum esse videtur: Weiln es Hauptsächlich / wegen der Churfürstlichen Nürnbergischen Versamblung beschehē / damit das Hochlöblichst Churfürstlich Collegium damals ergänzt were: ut Collegium Electorale integrum esset. Quæ ratio in Vicariatu cessat: cum sit aliquid separatum. Sed & forsan probabiliter tentari, dicique posset, Vires Decreti Cæsarei, morte Cæs. Majestatis intercidisse, &c.

Por-

Porrò sententiæ, in Camera Imperiali latæ, vim Legis habere quibusdā videntur. *l. non ambigitur 9. ff. & l. ult. C. de legib.* Iohann. Borcholten. *part 1. consil. 12. p. 163. col. 1. vers. etsi verò contra communem.* Alemannus *in Palæstra Consultat. consf. 8. p. m 627.* Ideoq; ab iis in decisionibus causarum, non facilè est recedendum; cum Iudex secundum leges judicare teneatur, *§. 1. Inst. de offic. Iud. l. non quicquid. 4. ff. de judic. l. 1. §. sed etsi Iudex. 3. ad L. Cornel. de fals. l 2. C. de pœn. Iudic.* Anton. Bullæus *in respon. Iuris 1. num. 183.* Sed vide Paul. Christinæum *vol 1. decision. Belgicar. decis. 63.* Bernhard. Græven. *in prœm. practicar. conclusion. conclus. 2.*

Ast differentia omninò constituenda est inter stylum & sententias. vid. me. *ad l. 7. & 8 ff. de Iust. & Iur. quæstion. 7.* Et pertinent ad processum Senatusconsulta, Memorialia &c. quæ habent vim legis.

4. Cammerlehen / Mangelt.

Feudum Cameræ dicitur, quod consistit in jure pecuniæ, ex Camera, hoc est, ærario Domini (vel quod perindè est, de vectigali in certo loco, aut de alio reditu pecuniario, qui in Cameram illius domini inferri solebat. Zasius *de feud. part. 12. num. 31.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 3. n. 81.* Gothofred. Anton. *disputat. feud. 1. thes. 4. lit. b.)* quotannis exigendæ, *arg. c un. in fin. quis dic. Dux. 2. F. 10. & c. 1. in pr. de nat. feud. 2. F. 58.* Rosenthal. *de feud c. 2. quæst. 57. num. 2.* & vulgò vocatur ein Cammerlehen oder Mangelt. Gothof. Anton. *d. loc.*

5. Cammergüter.

Bona hæc, aliàs *Demanialia* vocantur, à Gallico *Domeine:* quæ semper per antiquos Reges, vel Principes, sub eorum dominio retenta fuerunt, & nunquàm consueverunt aliis concedi. Philipp. Paschalis *de patr. potest. part. 1. c. 1. n. 85.* Erant enim ab initio in quâlibet ferè Republica, publica bona, usibus publicis destinata; eorumque proventibus contenti Principes vivebant, nec subsidiis subditos gravabant. vid. me. *de Aerar. c. 1. numer. 5. v. 1. &c. & num. 7. vers. ult.* Et item *eodem in tr. c. 1. num. 3.* de differentia, diversoq; jure bonorum, quæ Principes habent, nonnulla tracto, ac eâdem etiam de re videri potest Lehman/in der Speyrischen Chronick. *lib. 2. cap. 44.*

6. Cantzler.

Cancellarius quibusdam dicitur à cancellando; quia Rescripta & Privilegia, Sigillo Regio (Ducali &c.) muniendaa (quod apud se est) priusquàm eo muniantur, corrigit & cancellat. Hincmar. *ad Franciæ Episcop.* ubi:

Cui

Cui apocrisiario sociebatur summus Cancellarius, qui à secretis olim appellabatur, erantque illi subjecti prudentes, & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta Regia absque immoderatâ cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent. Chassanæus *ad consuet. Burgund. rubr. de Gabell. vers. soubs les Seaux num 1.* Qui idem *d. loc.* citat Versus Politiani *in pro'ogo.*

Hic est, qui Leges Regum cancellat iniquas,
Et Mandata pii Principis, aqua facit.
Si quid obest populo, vel legibus est inimicum,
Quicquid obest, per eum definit esse nocens.

Sic & Spiegeli^o *in lexic. verb. Cancellarius* inquit: Illius officium esse, Rescripta vel Responsa Imperatoris, & mandata inspicere, & malè scripta cancellare, benè verò scripta Signaculo suo obsignare. Schepliz. *ad consuet. Brandenburg. part 2. tit. 2. numer. 4.* Alii putant, eum ita dici, quod intra secreta Cancellorum, septis clausa (in der Cantzley) res civiles tractat. vid. Martin. *Lexicon.* Et de officio Cancellarii, eorumque, quos vulgo Cantzley Verwandte vocant, sequentes notandi sunt versus, quos refert ex Beroaldo, Georgius Lauterbeckius *in tract.* Vom Hoffleben. *in operib. fol. 318.*

Dici qui cupit optimus bonorum
Scribarum, & viridem tenere palmam
Inter decurias recentiorum
Monstrari digito, omnibus placere,
Sit prudens, facilis, bonus, fidelis.
Intra pectora sanctiora condat
Secretum sibi creditum. nec ulli
Promat, sit modici brevisque somni.
Nullos difficiles putet labores,
Sit cultor Domini, frequens Palatii
Primus ventitet, ultimus recedat.
Sit rerum veterum ac recentiorum
Thesaurus probus, atque literatos
Scribat versiculos, Epistolasque
Facundas, nitidas, breves, apertas,
Crebris sensiculis scaturientes:
Nullas stultitias, ineptiasque,
Nulla & barbara verba contineñtes. sit velox man^o, expedita lingua,
Qua nunquam calamū movetur acrem,
Huic sit vita secura, sermo comis
Vrbano sale & Attico lepore
Factus, non sine sanctitate avita.
Verbo si fugias notam malignam
Paucis expediens, agenda verbis.

Et paulò post:

Cancellarius (ut recentiores
Scribas nomine nuncupem vetustos)
Dici qui cupit, & cupit videri
Perfectissimus omnium princeps,
Hic nil falsiloquo loquatur ore,
Nec sit polypus, aut rapax ceu leno,
Nummos exigat à Cliente paucos,
Subscribens pretio levi libellos:
Nec lucrum petet inde, sed lucello
Contentus tenui, paret favorem
Majorem sibi, pauperum, Minorum,
Talis si fuerit repertus usquam,

Qua-

Qualem venustulus canit libellus,
Nostra hunc tempora diligent, probabunt,
Hunc & secula posterique dicent.

De Cancellarii verò notatione, officio & requisitis, vide Herm. Kirchneri *Morviller. lib. 1. c. 1. &c.*

Et de hoc officio ac dignitate Cancellarii, seu Nomophylacis, latissime item disserit Petrus Gregor. Tholosan. *in Syntagm. Iur. Univers. libr. 47. c. 29. per tot.* ac etiam Stephan. Forcatul. *de Gallorum Imper. & Philos.*

Adrianus quoque Imperator, qui circa annum Christi 118. imperare cœpit, primus omnium ab Epistolis & libellis, quos vulgus Cancellarios & Secretarios appellat, Equitibus Romanis usus est. Reiner Reinecc. *in tract. de histor. dignit. fol. m. 18. in fin.* Sic & Challanæus *d. loc. num. 2.* commemorat, quod Cancellarius sit secunda persona Galliæ, quoad Iurisdictionis administrationem, ita, ut inquit *ibid. vers. de potestate.* quod sit major Connestabili. Quod munus tamen, Connestabilis scil. teste Philippo Cominæo *libr. 2. Comment. rer. gestarum Lud. X I. Gall. Reg. fol. m. 347.* est totius Galliæ maximum, & honor amplissimus.

Et de præeminentiâ tàm Connestabilis, quàm Cancellarii apud Gallos, pariter agit Ioh. Bodinus *de Republ. lib. 4. cap. 6. fol. m. 502.* his verbis: Militaris disciplinæ ac bellicarum rerũ arbiter ac moderator is est, qui apud nos Magister Militum, seu Connestabilis dicitur: aut inter Mareschallos seu Tribunos Militum, qui primus honore reputatur. Domesticæ verò disciplinæ, ac Iudiciorum princeps est Cancellarius, seu Primicerius: uterque utriusque disciplinæ Magister, summâ potestate constitutus; nec alter alterius imperio tenetur; sed uterque ubique æqualis, eodem gradu ac ordine incedit: nihilominus Magister Militum, dignitate superior est; dextrumque Principis latus occupat, Cancellarius sinistrum: ac ne quis putet, eum ordinem Magistro Militum tribui, quasi gladium Principis ad dextram præ se ferre teneatur, quoties locorum angustiæ non ferunt, utrumque simul incedere, Magister Militum antecedit, deindè Cancellarius: quem Prætorio Præfectus sequitur. Quæ sic à me dicta sunt, non ut de honoribus aliquid desinirem, sed ut quantum honor ab imperio distaret, intelligeretur.

In nostratibus verò Aulis constat, Officium Cancellarii esse summum, administrationem Iustitiæ quod attinet. Hinc etiam cernimus, in Romano Imperio, Officio Cancellariatûs fungi Electores Ecclesiasticos, qui certè hac ratione & dignitate antecedunt reliquos Electores seculares, uti id manifestè etiã colligitur ex his, quę traduntur ab Andrea Knichen. *de Saxon. prov. jur. & privil. verb. Electorum.*

rum. cap. 1 num 74. Dum inquit, quapropter Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis defunguntur Electionis munere, tanquàm Cancellarii Imperiales; uti quoque profani ratione Officiorum: alioqui sequeretur, Palatinum eligere nomine Palatinatus, Saxonem Saxoniæ, Marchionem Marchionatus nomine: quod est absurdum. *Hactenus Knichen.* Quibus verbis manifestè ostendit, hanc prærogativam in Rom. Imperio, ut nimirùm Electioni intersint, & aliis etiam anteant, illis competere ratione officii Cancellariatus.

7. Cantzler der Kayserin

Is est Abbas Fuldensis. Et sanè inter Abbates Principali dignitate conspicuos, Principem obtinet locum Abbasille. Paurmeister *de Iurisdict ca. 10. num. 9.* Quem multis etiam Episcopis potentiorem esse, cum duplo, & ex parte etiam triplo plus Imperio contribuat, quàm illi, ait Regner. Sixtinus *de regalib. lib. 1 cap. 4 numer. 139.* Hæc potentissima Ordinis S. Benedicti Abbatia (quæ aliarum omnium Germaniæ Abbatiarum illustrissima, Domina ac Regina dicitur à Bruschio *in lib. Monaster. German. fol. m. 56.*) Anno 744. fundata ac constructa fuit: Cujus illustrissimus Præsul, unus est ex quatuor Imperii Abbatibus, ac omnium, non Germaniæ solùm, sed & Galliæ Abbatum Primas: ac Romanæ Imperatricis Archicancellarius. Huic dignitati Berthous à Schlitz / qui Anno 1113. Abbatiæ præfuit, haut levem fecit accessionem: Imperatoris enim Lotharii in Italiam Comes, Regalia ab eo accepit, adjunctis novis Pontificalium ornamentorum Privilegiis; & præterea, ortâ inter eum, & Archiepiscopum Magdeburgensem controversiâ, obtinuit, ut sibi sedendi præeminentia adjudicaretur: teste Bruschio *alleg. tractat. fol. 60.* vid. Serrarium. *rerum Moguntin. lib. 3. fol. 519.* & me *de præcedentia session. fol. 137.*

8. Capell / Caplan.

Ridiculi sunt, qui putant, Capellam (nobis ein Capell) dictam esse, quasi capientem λαὸν. De re ipsa constat, vocari scil. Capellam Ecclesiam minùs principalem, majori subjectam: ubi nec Baptisterium, neque Cæmiterium existit; quasi Sacellum. Et Capellanum, qui tali Ecclesiæ præest.

Capellæ autem aliam notationem alii adsignant. Antiquitùs Reges Franciæ, ad Bella procedentes, Cappam B. Martini secum portabant, quæ sub quodam tentorio servabatur, quod ab ipsâ Cappa, dictum est Capella, & Clerici, in quorum Custodia ipsa Capella erat, indè Capellani dicebantur: & consequenter ab illis,

ad

a i cunctos Sacerdotes nomen illud, in quibusdam Regionibus est transfusum.

Sunt etiam, qui dicunt, quod antiquitùs in expeditionibus, in tentorio fiebant domunculæ de pellibus caprarum supertectæ, in quibus Missæ celebrabantur, & inde Capellæ nomen tractum est: hæc Durandus *lib. 2. divin. offic. cap. 10.* adde Petr. à Beeck *in Aquisgrano fol. 18.* Martinii *Lex. Philolog. verb. capella.*

Sunt, qui censent, Capellas dici solita Oratoria non consecrata, ut ostendit Bernhardus, Iuris Pontificii glossator, *de consecrat distinct. 1. cap. concedimus.* ubi decretum sic habet: Concedimus etiam, ut sicubi (quod peccatis nostris exigentibus, quamplurimum factum est) à Normannis & Slavis, ab Vngaris, & à malis Christianis: seu aliquo qualicunque modo Ecclesiæ fuerint incensæ & combustæ, in Capellis, cum tabula consecrata, Missas iterum celebrari permittimus, donec Ecclesiæ ipsæ restaurari queant.

9. Capitul.

Capitulum propriè est parvum caput. Est verò etiam locus, ubi Monachi & Canonici congregantur, qui inde Capitulares dici solent: quia ibi capita religiosorum, hoc est, primores Ecclesiastici consident. Et quia in eo loco etiam censura in mores peragi solebat, indè dicimus vulgo Capitlen / Capitel lesen / pro corrigere, ac verbis acerbis castigare. Vsurpatur verò etiam hæc vox pro locato, seu ipsis Canonicis congregatis. Hocque intuitu Major pars Canonicorum, facit Capitulum: & ideò si litigatur inter Canonicos, Procurator electus per majorem partem, debet expensas à Capitulo habere. vid. Vivium *1. decis. 42.*

Episcopus est quasi Caput Ecclesiæ, cujus propria quasi membra sunt ipsum Capitulum, sicut ad literam hoc ponitur *in c. novit. de his quæ fiunt à Præl.* Nam ut Pontificis Cardinales; ita Episcopi corporis pars sunt Canonici. Panormit. *in d. c. novit.*

Appellatione Capituli, alias propriè & strictè accipiendo, Prælatus non venit; quia licet sit Caput, non est tamen de Capitulo: quippe in eo ipso, quod Caput sit Capituli, desinit esse in Collegio: & ita Ius Prælaturæ, distinctum est à jure Capituli. Sed quia tamen in Episcopi Iurisdictione est Capitulum, semper in omni ferè actu subintelligitur, hoc cum Episcopo, etiamsi soli Episcopo conveniat. Nicol. Reusner. *vol. 3. consil. 11. numer. 184. & seqq.*

10. Capitulatio, Kayserliche Capitulation.

Capitulare, vox est nova, & significat id, quod hoc tempore Ordinationem, aut Recessum vocant: veteres appel-

appellabant Decretum, Senatusconsultum, Leges. Sic *in Constitutionib. Carolinis* dicitur: Anno XI. Regni Domini nostri Caroli, gloriosissimi Regis, in mense May, factū Capitulare.

Hinc Capitulatio Cæsarea: de qua & an ea immutet Majestatem? vid. Arumæi *epist. dedicat. in vol. 4.* qui idem plura habet de eâdem re, *vol. eod. discurs. 1. 2 3. & 4.* Et Dn. Carpzovii *dissertationem*, eandem Capitulationem, succinctè explicantem, invenies *dict. vol. 4. discurs. ult.*

11. Carath.

Auri bonitatem, seu preciositatem intrinsecam, quam Ligam nominant, in partes seu gradus viginti quatuor; quos ceratia, vulgò *carat*, dicere solemus, distribuuntur. Cujus gradus aurum tale est, quod ab omni immunditie, omnique alieno metallo expurgatum existit. Hæc autem ceratia singula in 12. grana dividuntur. Et exindè auri mixtura æstimatur: Budel. *de re numar. 1. c. 10.*

Ceratium autem, metaphoricè à Græco vocabulo κεράτιον nomen traxit, ita enim Budæus statim ab initio *libr. 3. de asse & part. ejus*, & paulo post scriptum reliquit: Ceratium minuti ponderis est, à grano siliquæ dictum, qui fructus est arboris Italicæ prædulcis, digitorum hominis longitudine, & pollicis latitudine. Nos inquit, in hac urbe importatum vidimus, intus sunt grana, quæ ceratia dicuntur, nomine cum fructu communicato.

12. Cardinal.

Cardinales à Cardine dicti sunt, quia sicut cardine regitur ostium; ita Ecclesia consilio eorum, ut not. *in c. Sacrosancta. ad fin. 25. distinct.* Ad eosque nunc pleno jure pertinet electio Pontificis Romani. ego. *d. success. & elect. f. 180.*

Isque titulus dignitatis cæpisse dicitur, circiter tempora Gregorii Magni. Initio creabantur ab Episcopis, postea legit eos Pontifex ex Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, ut eis tanquàm Consiliariis in negotiis Ecclesiasticis uteretur. Eo loco habiti sunt in Ecclesia post Pontificem, quo Reges in Politiis post Imperatorem. Rubro galero insigniti sunt per Innocentium IV. anno circiter 1205.

Quo jure autem Cardinalatus sit introductus? & de eorum præstantia, agit A. Barbat. *in tract. de Card. præstant.* adde M. Steph. *de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 5. fol. m. 77.*

Cardinalatus verò dignitas & officium est, non ordo, quod vel ex eo cognoscere licet, quod alii Cardinales Episcopi nuncupantur, alii Cardinales Presbyteri, alii Diaconi. Nemo autem Cardinalis efficitur, qui infra Diaconorum ordinem sit: quem-

quemadmodum nec quisquam inter Canonicos suffragii jus habet, qui saltem Subdiaconus non sit. Habent tamen Cardinales propter ejus dignitatis prærogativam, Pontificiam Iurisdictionem in Ecclesiis sibi in Titulum assignatis, aliisque ipsi Titulo subjectis: etsi ipsi in Episcoporum ordine cooptati non sint. Anton. Cucchus *in instit. Iur. Can. libr. 1. de Cardinalium dignitate & officio.*

Memorat etiam Author Discursus Politici *del' estat de Rome. fol. 14.* secundum Bullam Sixti V. Septuaginta duos Cardinales esse debere (forsan ad imitationem totidem Discipulorum Christi; de quo vide Camill. Borellum *in summa Decision. vol. 1. tit 5.*) eorumque circiter quinquaginta apud Pontificem Maximum residere, reliquos per orbem Christianum esse dispersos.

Qui idem Author *fol. 70. & seqq.* Pontificem, cùm galerum rubrum novo Cardinalis capiti imponit, sequentia verba pronunciare, ait: Ad laudem Omnipotentis Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ ornamentum, accipe galerum rubrum, insigne singulare dignitatis Cardinalatus: per quod designatur, quod usque ad mortem & sanguinis effusionem inclusivè, pro exaltatione Sanctæ Fidei, Pace & quiete Populi Christiani, augmento & Statu Sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ, te intrepidum exhibere debeas: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Addit etiam, Pontificem novo Cardinali claudere os, *hoc est*, prohibere, ne in Consistoriis, publicis item ac secretis Consiliis loquatur, nec nisi habito Consilio seniorum Cardinalium, os ipsi aperire. Ac *ibi* de Cardinalibus, Nepotibus item Pontificum, plura videre licet.

Porrò de Titulis, à quibus Cardinales nonnulli denominationem habent, videndus est Baronius *in annalibus Anno Chr. 111. & 112.* ubi *num. 4.* ait: per Titulos utique intelliguntur Domus Fidelium, Divino cultui mancipatæ, in quibus Christiani Synaxes agere consueverant, quas nos *Ecclesias* dicimus: de quibus est exemplum in brevioribus illis, sed planè aureis Pii Papæ epistolis, ad Iustum Episcopum Viennensem. Accepta (ut videtur) nomenclatura à rebus fiscalibus, cum Tituli impositione, rem aliquam sibi Fiscus solitus esset vendicare, ac Principi consecrare: quæ constat fuisse vela quædam imaginibus, aut certè nominibus Imperatorum insignita: quæ Ambrosius *Cortinas Regias* appellat: eaque vetuit Gregorius imponi Ecclesiasticis rebus: quippe qui sciret Titulos Ecclesiasticos, longè à fiscalibus diversos esse debere. Quanquam putamus, eam fuisse inter *Vela* & *Titulos* differentiam, quod in velis imago esset depi-

cta

cta Imperatoris, in Titulis nomen ejus inscriberetur. Cæterùm apud Christianos, Titulum, quo Domus aliqua Divino cultui manciparetur, fuisse vexillum Crucis, multis probatur Constitutionibus, & aliis antiquis monumentis. Sed & ea ratione dici potest, Ecclesiam appellatam esse Titulum, quod qui ei Presbyter adscriberetur, ab eo nomen, titulumque acciperet. Verùm Romæ obtinuit tandem, ut non omnis Ecclesia Titulus diceretur, sed tantùm insigniores, quibus præficerentur Cardinales.

Num. item 5. Baronius Cardinalium Diaconorum meminit, simulque Diaconorum munus & mysterium explicat: qui videri potest.

13. Carta blanca, Blancket/ vacua Scriptura

Hispani vocant *procura en blanco.* de qua vid. Decan. *resp. 91. per tot. vol. 3.*

Chirographa atque Sigilla tabellis subjecta & appensa, multum scripto roboris attribuunt: qui enim Instrumento, tanquàm ad se pertinenti, authoritatis ac fidei, non solius testimonii ergò, manum adjecit, fateri & comprobare, quæ illo continentur, adeòque consensisse censetur, sibique non secus, ac si Instrumentum confecisset ipse, præjudicat: per tradita Franc. Pfeil. *cons. 39. num. 1. & 2.* Nec referre dicit *num. 3.* quod traditur, chartam cum subsignaretur, adhuc fuisse vacuam: Subscribens namque, cui subscripsit, Instrumenti tenorem utique non ignorasse, sed inspexisse atque cognovisse præsumitur. Bart. *in l. 1. si quu negat. ff. quem. test. aper. vers. quaro quid si Instrum.* Quamobrem legitimis, & hanc Iuris præsumptionem evertentibus documentis, contrarium foret ostendendum.

Subscribens vel signum apponens tabellæ vacuæ, quanquam non protinus obligatur, cum scriptum est, ex quo tenorem scripturæ posteà subsequutæ non inspexit, ac verisimiliter nondum cognovit: *l. fin. C. plus val. quod ag.* Innoc. *in c. 2. de fide Instrum. c. præsumitur. de R. I. in 6.* tamen qui chartam scriptam sine cõtradictione recepit, ac penes se habuit, ut fuerit inspiciendi atque cognoscendi facultas, inspexisse, cognovisseque præsumitur, *l. 2. §. inspectio. ff. quem. test. aper. auth. at qui semel.* ibi Bald. *§. sed revocatur. vers. adde tamen. C. de probat.* adeòque consensisse & comprobasse, quod scriptum est, existimatur. Et reprobatur allegatio ignorantiæ ejus, quod quis cum scire debuit, in manu sua habuit, ut perquirere per se, vel per alium potuerit. Pfeil. *d. cons. num. fin.*

Sicque valet album folium, cui Procuratorium inscribitur: Tuschus *lit. F. concl. 409.* quia eo fine missum est,

est, ut eidem inscribatur Mandatum. Ac ita pariter Instrumentum mutui accepti, in arbitrium Creditoris conferri potest, ut Clausulas, quas velit, apponat. Si verò majorem summam inscribat, locus est non numeratæ pecuniæ, vel etiam doli exceptioni. Sic & Legatis talia Mandata libera dari solent interdum. Et de hujusmodi literis etiam canit Guntherus *in Ligurino lib. 3.*

——Impresso plurima signo
Deprensa est vacuis apud illos pagina chartis.

Sed hæc res periculo haut caret, ut monui *in tract. de Legatis, cap. ult. numer. 4.* Sic & in Concilio Chalcedonensi, Orientales sunt conquesti, se in Synodo Ephesina 2. violenter fuisse coactos, ut in purâ subscriberent charta. Caranza *tract. de Concil. folio m. 147.*

14. Carthueuser.

Hic Ordo cæpit Anno Domini 1080. juxta Polyd. & Genebrardum: secundum Sigebertum autem Vincentium, Antoninum, & Panvinium Anno 1086. De hujus Ordinis initio sic habeto. Quidam Parisiis Professorum eruditione, moribus & inculpatâ vitâ clarus, inter solennes exequias ex feretro se erigens, exclamavit: *Iusto Dei judicio accusatus sum.* Hoc secundo & tertiò die iterum accidit. Id videns Bruno Coloniensis, IC. ejusdem Scholæ Professor, perterritus hoc facto, astantibus dixit: Videtis quis miser sit exitus nostræ vitæ: Non est locus salutis, nisi mundum relinquamus, & statim cum aliis in Grationopolitanam Diœcesin secedens, Galliæ Celticæ locum planè solitarium, & in rupibus situm, cui nomen Carthusiæ fuit, ab Hugone Episcopo impetravit. Franciscus de Puteo ibidem Prior: & Petrus Blomovenne. Inter omnes Monachos rigidissimam habent Regulam. Veste utuntur cilicinâ, summo pallio nigro, subter candidâ togâ, & operculo, sive tegmine capitis cucullo. Polyd. Per totam vitam caro illis interdicitur, etiam in gravissimo morbo: aut ejiciuntur. Mulierum ad illos nullus est accessus.

De Carthusianis, & an immunitas Ecclesiastica ad prædia recens à Monasteriis acquisita, extendatur? vide Annæum Robertum *rerum judicatarum, lib. 2. cap. 2.* Galli *Chartreux* vocant.

15. Cell.

Cella, est locus, ubi aliquid reconditur, apotheca. Fest. Cella quod ea cœlentur, quæ volumus esse occulta. Isidor. *lib. 15. cap. 3.* Cella dicta, quod nos occultet aut celet. Est etiam affine Chald. *Celan*, claudere, arcere. Dicuntur autem peculiariter Monachorum Conclavia Cellæ. Sic Græcis posterioribus κέλλιον, Clericorum, & quodvis cubiculum.

Larga nominis significatione, comprehenduntur voculâ Cellæ, quæ sunt intra Claustrum, ac extra commune dormitorium, quas Abbas per dispensationem infirmitatis causâ concedere potest, Erasm. Chokier. *in tract. de exempt. part. 1. quæst. 43.* Propriè verò sunt loca tantum secreta & solitaria, quæ ab hominum separata convictu sunt, ad contemplandum, & Deo vacandum, specialiter deputata. text. *in c. privilegium. de V. S. in 6.* Quo intuitu dici solet: Monachum extra Cellam, esse, ut piscem extra aquam.

16. Centbarliche Oberkeit/ FraißCent. vid. Blutban/Halsgericht.

Regiones olim per centenas distinctæ fuerunt: exinde nobis remansit Zehendt/ pro districtu minori, pagi aut oppidi, ego *de Comitib. & Baron. num. 7.*

Et usurpatur nunc Zentbarliche Obrigkeit / ferè pro Imperio mero, quod tamen nullam certitudinem habere videtur. Sicque in dem Land zu Francken / gehören allein die vier Fäll / Mord / Raub / Brandt vnnd Diebställ zur Cent lichen Oberkeit.

Mirè variant & torquent sese Practici, Camerales inprimis, circa distinctionem, restrictionem æque extensionem der Centbarlichen Gerechtigkeit: de quo videri potest Gylman. *Symphor. part. 1. tit. 2. de reconv. numer. 58. fol. 77.* Meichsner. *tit. 2. decis. lib. 1. decis. 8. num. 4. & tom. 2. lib. 2. dec. 2. num. 171. b.* Vulgò, quadrupliciter, ex consuetudine & usu recepto consideratur: Sämptliche vnd allgemeine Cent/ Fraisch Cent/ hohe Cent/ Mittel vnd Nider Cent.

Alibi Centena complectitur alle Fraiß/ Malefitz Fäll/ hohe vnd Hauptruogen / alle Fäll vnd Rugen / so Leib vnnd Leben/ Hals vnnd Hand / Haut vnd Haar / vnd dergleichen betreffen: alle hohe vnd nidere Gebott vnnd Verbott/ auff der Gemeind/ ausserhalb vnd auff den häußlichen Leben / zu Dorff vnd Feld / Gassen vnd Strassen / Engern / Plätzen / alle so innerhalb der Land: vnd Centgräntzen (hæc enim diversa sunt) gesessen / auch alle Güter darinn begräntzt / beeraißt / begriffen / bezirckt / gelegen: alle Anlagen / Auffsatzung / welche in der Cent pro re nata, fürfallen/ Centpflicht/ so alle Mündige an der Cent würcklich ablegen vnd leisten müssen. Centschreyen/ Centvolg/ Kirchwey/ Schutz vnnd Schenckung / deren so wol der Hochzeit vnd Kindtauff verlagen/ deren Schutz vnnd Friedgebotte auff der Gemeinde vnnd Vogteybaren Leben / gemeine Aempter in Dörffern zubesetzen/ entvrlauben / beyaidigen / deren Rechnung anhören / vnd dispungiren / rectificiren / Abschiedung / Einzug / Niderlag / Handwercksbussen / Meistergelt/ Reim / Stein / Herdt oder Leysitzer

vnnd Schutzgelt / Rug: Zent: vnnd Voygthaber / Futer / Mahl vnnd Atzung / auff denen in der Cent gelegnen Gütern / Lager vnd Landtwehrgelt / hohe vnd gemeine Landtgericht besuchen / & similia. vide Petrum Leopoldi *apud Arumæ. tom. 1. discurs 24. thes 4. & seqq.*

17. Centgraven.

Centgravii, die Centgraven / sunt illi, quos antiqua lex Alemannorum Centenarios vocat. Conventus ait, secundum consuetudinem aliquam fiat in omni Centenâ, coram Comite aut Misso suo, & coram Centenario ipsum placitum fiat. Henning. Arnisæus *de Iure Majest. lib 2. cap. 4. sub nu. 15. m. f. 322. v. Centgravii.* Ego *in differt. d. Comitib. nu. 7.* Grav enim est Iudex: & itaque Centgrav / Iudex Centenæ.

18. Chiliastæ.

Hoc nomine indigitantur ii, qui ante Mundi finem, Sanctos per mille annos regnaturos, occasione *Apocalyps. cap. 20.* tradunt.

Error hic, viros omni seculo magnos, & pios etiam dementavit. Et inter alios etiam Nicol. de Clemangis *in descriptione Tyranni & Antichristi. m. in operib. fol. 357.* ubi ait: Inter magnum istud Domini judicium, quod tàm de propinquo nostris imminet cervicibus, & extremũ judicium (quo ad vivos atque mortuos judicandos, tandem in fine sæculorum, Dominus ipse personaliter adveniet) magna creditur è Doctis mora temporis interesse, quæ tamen quanta futura sit, ille curiosâ investigatione nos indagare prohibuit. In isto autem temporis intervallo, quod inter duo judicia decursurum dicimus, & quod propter tranquillitatem, à fremitu bellorum, strepituque turbinum, Paulus ipse *Sabbathismum* appellavit, quem post immensos turbines relinquendum populo Dei, apertius expressit, ministerio quorundam Sanctorum Virorum, quos in magni hujus procellâ judicii, Dominus ad ipsum conservatos, excitabit; rursùs universæ Sectæ gentes atque nationes, à Religione Christiana alienæ, in oleastrumque permutatæ, suæ pristinæ olivæ, à qua pernitioso fuerant errore jam dudum avulsæ, de integro inserentur, in quietâque tranquillitate, postremum Domini adventum ac mundi consummationem expectabunt.

Renovavit hunc errorem, etiam seculum proximè præteritum, ferax omnium heresium. vid. me *tr. de Monarchia. fol. 240. & seqq.* ac etiam *in August. confessione* notatur.

De origine verò hujus opinionis, ita scribit Spondanus, Baronii Epitomator. *sub An. Chri 118.* Vltimis Trajani temporibus, error de *Millenario* irrepsit in nonnullos Fideles, auctore Papia, Episcopo Hieropolitano,

Ioannis Senioris (non Apostoli, ut quidam putarunt, quos redarguit Eusebius) auditore, Viro magni nominis & celebritatis: qui, quod est *in Apocalypsi*, regnaturos Fideles cum Christo mille annis, ex traditione non scripta (ut ait Eusebius) *hoc est*, ex perperam facta ab aliis quibusdam eorum verborum interpretatione, putavit intelligendum de Regno terreno, post resurrectionem mortuorum ad illorum annorum numerum hic stabiliendo: de quo ejusque scriptis plura Eusebius. Eundem verò, ob magnam hominis æstimationem, in eo errore complures magni pariter nominis Viri, sunt secuti: & inter alios Irenæus, Iustinus Martyr, & alii. Neque enim hic error eò usque progressus est, ut transiret in hæresin, nisi postquam in Apollinare, qui eum pertinacius propugnavit, à Damaso Papa (ut videtur) damnatus est. Porrò & ipsum Papiam sanctitate spectatum, vitæ finem clausisse, certam fidem faciunt Ecclesiasticæ tabulæ, in quas ejus natalis dies anniversariâ celebritate jugiter renovandus, relatus est. Vide Sixti Senensis *Bibliothecam lib. 5. annot. 233. & lib. 6. annot. 447.*

Cerinthum colluvies hæreticorum insecuta est, qui à dogmate hoc Chiliastæ dicti sunt. Philastrius eos Chilionetitas, Augustinus Miliarios, alii vulgò Millenarios, Damascenus à Pepuza Vrbe, quam dixerunt esse Divinum quid, ipsamque Hierusalem, Pepuzianos vocat.

Quod verò Patres nonnulli, ut *jam* dixi, in affirmativam abierunt, non tamen quoad rationem & modum cum eo consenserunt. Hieronymus quoque, licet commentum hoc passim incessat, *lib. 4.* tamen *in Ierem. cap. 14.* non audere scribit, se id damnare: propterea, quod multi Ecclesiasticorum Virorum & Martyrum illud dixerint. Augustinus etiam *lib. 20. de Civitat. Dei cap. 7.* illam opinionem vocat tolerabilem, si quæ Cerinthus de corporalibus delitiis dixit, de spiritualib. acceperimus, ac se quoque aliquando illud fuisse opinatum, scribit. Vbi observa, quod Augustinus spiritualium delitiarum nomine, opinionem Patrum à Cerinthi hæresi distinguit: quò & pertinet, quod Irenæus, licet Chiliastarum opinionem tueatur; in Cerinthum tamen *libr. 1. adversus hæreses. cap. 25.* propter ista dogmata, stylum stringit. Vndè fit, ut quidam celebres Theologi, pios illos veteres Cerinthiana portenta, de corporalibus voluptatibus non fuisse amplexos, statuant.

In horum curiosorum ordine primas nostrâ ætate, tenuit Augustinus Weber, pellio, qui referente Xysto Betulejo, *in Commentar. super Lactant. lib. 3. cap. 14.* Anno Christi 1530. Chiliarchicum, de quo Cerinthus prædixerat, imperium sibi sumere ausus

ausus fuit, revelationum, quas jactabat, præstigiis, & se, & alios decipiens. Hic Syndromos habuit Anabaptistas, eundem errorem avidè arripientes, de quibus est in Augustana Confess. *artic. 17:* & apud Chytræum *in cap: 20. Apocal.*

Placuit hic error quibusdam Photinianis. Licet enim Smalcius *lib. de Divin. Christi cap. 15. p. 95.* & Socinus *in miscellaneis p. 50.* sibi illam sententiam non probari, scribant: Socinus tamen addit, ex mente suorum, quos pietatis studiosos vocat *p. 50.* & vitam planè spiritualem degere, aut certè degere perpetuò studere, affirmat *pag. 69.* istud Regnum Christi corporale futurum esse in terra, & quidem in ipsâ Iudæâ, super Iudaicum populum Hierosolymis, postquàm nutu ac providentiâ Dei, Vrbs illa, in ea Provincia, eodem loco, ubi antea erat, instaurata fuerit, *pag. 51:*

Iohannes Piscator solos Martyres ante universalem hominum resurrectionem, esse resurrecturos, & mille annis cum Christo in cœlo regnaturos; deindè verò reliquos homines è morte in vitam revocandos esse, scribit *in: Commentar. in cap: 20. Apocalyps.*

Pertinent & hûc recentiores Iudæi, quos formam quandam Chiliastici Regni, temporibus Messiæ, quem futurum fingunt, expectare, prolixè demonstrat Buxtorff. *in libr. de Synagog. Iudaic. cap. 36. p. 511. & seqq.*

Omninò a referendi sunt hûc novi Enthusiastæ, qui Ezechielis Methi (aliàs Elias Sionis nominatur) somnia amplectuntur. Tria statuunt reformatores hi, Mundi secula: vel totius Mundi tempus, ductum Anabaptistarum, de quibus Sleidanus *Comment. lib. 10. p. 277.* sequuti, dividunt juxta numerum Personarum in Divinitate. Primum seculum tribuunt Patri, quod cæpisse ajunt in prot-Evangelii promulgatione. Secundum Filio, quod cæpisse arbitrantur, in ipsius adventu & incarnatione. Tertium Spiritui Sancto, cujus seculi initium hoc nostro tempore futurum, idemque per mille annos duraturum suspicantur.

19. Chor.

Chorus, multitudo canentium, saltantiumque, à χαίρω. Alii inde deducunt, quod initio in modum Coronæ circum aras starent, & ita psallerent. Sicque Chorus dicitur circulus hominum conjunctorum, sivè ordo cantantium. Græcè χορὸς. Servius: Chorus est propriè coævorum cantus.

Dicitur etiam locus in Ecclesiis interior Chorus, quia ibi tales cantiones fiunt. Indeque Canonici, vulgò Chorherrn vocitantur.

X iiij   20. Chor-

20. Chorbischoff.

Chorepiscopus olim dicebatur, qui in pagis aut oppidulis, curam animarum gerebat, Episcopi loco. A χώρα locus, quia loco Episcopi erat. vid. Bellarmin. *d. Cleric. lib. 1. cap. 17.* Hinc Ant. Cucchus *Inst. jur. can. lib. 1.* Erãt olim quidam, qui Chorepiscopi dicebantur, Episcopis quidem inferiores, Presbyteris autem majores, & non solùm Civitatibus, quemadmodum Episcopi, sed etiam Vicis præfici poterant: sed eorum hodiè abolitus est usus.

Alii derivant eos à χώρα, sumpto pro pago, quasi χωρικοί, h. e. rustici, seu magis, pagani & Vicanei Episcopi dicti: quia non in Civitate, sed per Vicos & Pagos munus & vicem Episcopi gerebãnt; eorumque officium cum Episcopis erat comune, & quasi ejus Vicarii erant. Verùm cùm hoc sub prætextu, honorem Episcopalem sibimetipsis adscriberent, neque bona ratio institutionis eorum appareret, antiquati sunt & cassati, per *c. 4. & 5. distinct. 68.* Petr. Gregor. Tholosan. *Syntagm. Iur. Univers. libr. 15. cap. 12. num. 46.*

Inficias tamen ire non possumus, nostro tẽpore Chorepiscopos, etiam in primariis Germaniæ Ecclesiis adhuc vigere. Etenim hoc nomine Chor Bischoff zu Trier / usum fuisse Philippum Christophorum à Sotern, in subscriptione Recessus Imperii, Augustæ Vindelicorum Anno 1582. cùm Episcoporum Wormatiensis & Spirensis tùm temporis ageret Legatum, ex ipsis Recessibus est manifestum. Ita etiam de præventione Cæsaris fuit disputatum, & Cameræ, in causa Gebhardi Episcopi Coloniẽsis, & Chorepiscopi ibidem, ut notat ex Gail. Petrus Syring. *de Pace Relig. cap. 14. p. m. 142.* Item Chorbischoff zu Cölln / fuisse Ducem Saxoniæ Laoburgensem, historiarum annales nos docent, Christoph. Beindorff. *apud Arumæ. vol. 3. discurs. 9. thes. 6. & seq.* adde Reinhard. König. *in Theatr. Polit. part. 1. cap. 35. num. 51.*

21. Chur.

Quibusdam locis in Saxoniâ, consuetudo est, quod Iuniori filio competat jus retinendi bona paterna, & cohæredib. satisfaciendi in pecuniâ, quod jus vulgò die Chur appellant: Modestin. Pistor. *pract. quæst. part. 1. quæst. 45. à princ.* Quasi die Wahl: Choren enim est eligere: Vndè adhuc hodiè dicimus, außerkohren / pro außerwöhlt.

Quamdiu autem duret hæc optio? vid. eundem *d. loc.*

Et convenit hoc jus, cum Suevico-Hercyniano jure, quod die Vorsitz Gerechtigkeit adpellamus: de quo *infra*, suo loco.

22. Churfürsten.

Electores die Churfürsten (qui & Cascorum Germanorum vernaculâ linguâ, die Wöhlere dicuntur. Freher. *ad Lupold.* Beben. *de Iurib. Regni, cap. 2.* Item Wahlfürsten & Wahlherrn. Sachsen Spiegel *libr. 1. cap. 6 sub fin.)* denominationem habent ab *Eligendo*, vom kören. Pollent enim potestate, sede vacante (so offt das Heilig Reich ledig ist / ut dicitur in *A. B. tit. 4 §. caterum. & tit. 5. in pr.* Quod fit vel morte, vel depositione Imperatoris, tàm activâ quàm passivâ: sive ut vulgò loquuntur, aut resignatione aut degradatione, arg. *Clem. ne Romani 2.* ubi gl. *verb. moriëte. de elect. & Elect potest.* Vel etiam, so offt die Churfürsten dem Kayser zu Behülff / oder sonst dem Heiligen Römischen Reich es notwendig vnnd Nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Kaysers) eligendi Regem Romanum. Horumq; dignitas planè Regia existit. Heig. *part. 1. quaest. 4. nu. 51.* Sixtin. *de Regalib. cap. 4. numer. 29. lib. 1.* Vber deren Geschlechter kein höher vnd stattlichere Familien zufinden. Vnde fit, daß die Churfürsten den Königen nicht E. Gnaden / sondern E. Liebden zuschreiben; Vrsach / sie den Königen gleich geachtet. Sunt enim principales Imperii columnæ, edle Säulen deß Reichs / A. Bulla *cap. 3.* In welchen die Hoheit der Kayserlichen Ehre bestehet / ut loquitur Sigismundus Imp. *in pr. A. B.* adde Ios. Nolden. *de stat. Nobil. cap. 8. num. 49. & seqq.* De hisce Gewoldus & Windeck / singulares, lectuque dignissimos ediderunt tractatus. adde & quæ ego habeo *de success. & elect. 2. cap. 3.*

Electorum duo sunt Ordines, Ecclesiasticus nempè & Secularis. Primus, scil. Ecclesiasticus, consistit, tribus; Secularis verò, quatuor Electoribus. Qui omnes sequentibus versibus comprehenduntur:

Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum.
Atque Palatinus, Dapifer; Dux, Portitor ensis,
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus:
Hi statuunt Dominum cunctis per secula Summum.

Inter Ecclesiasticos (1) numeratur Archiepiscopus Moguntinus, qui est Cancellarius Germaniæ, & πρόεδρος totius Collegii. (2) Coloniensis, Cancellarius Italiæ, vel trans Alpes. (3) Trevirensis, Cancellarius Galliæ, nempè per eam partem, quæ Regno Arelatensi continetur, quæ sola Romanum Imperium agnoscebat. Nam per cæteram Galliam, Cancellario minimè erat opus. Inter Seculares, primum sibi vendicat locum, Rex Bohemiæ, cujus officium est, quod sit Pocillator, sive Archipincerna Imperii.

perii. Primum enim potum non meracum Vinum, sed aquâ dilutum, per A. B. *cap. 27. num. 5.* (forsan ex præcepto Salomonis, *Proverb. cap. ult. v. 4.*) in celebratione Curiæ Imperialis afferre tenetur, quem tamen sub coronâ Regali, nisi libera voluntate voluerit, ministrare non obstringitur. (2) Comes Palatinus Rheni (Pfaltzgraff beym Rhein) Archimagirus sive Archidapifer Imperii est, der Oberste Truchsäß deß Heiligen Römischen Reichs. Christ. Lehman. in der Speyrischen Chronick. *lib. 7. cap. 52. & 54.* Cujus munus est in Curiis solennibus in Coronatione Regis, aliisque conventibus Panegyricis, ut Imperatori pomum seu globum aureum, in signum universalis Imperii, præferat. A. Bulla. *tit. 2.* Nolden. *d. cap. 8. numer. 82.*

De Privilegiis, quæ habet Comes Palatinus, consulendus est prædictus Dn. Ios. Nolden. *tract. de stat. Nobil. cap. 8. num. 83. & seqq.* (3) Dux Saxoniæ, ArchiMarschallus Imperii. Officium cujus est, quod sit Portitor Ensis. Quemadmodum enim olim Præfectus Prætorio, gladium Imperatori præferebat, in signum meri Imperii; P. Faber. *1. semest. 3.* Ita Saxo præfert Imperatori nudum & strictum ensem, in signum Iustitiæ. (4) Marchio Brandenburgensis, qui est ArchiCamerarius, Cubiculi Regii custos, Fisci Præfectus. Vndè illius insigne sceptrum (olim claves) argumentum gubernationis, Imperatori, quando coronatur, præfert. Habent autem solùm hi jus eligendi, cæteris exclusis: quia sunt officiales Regni.

Habent præterea Electores suos Vicarios, & subOfficiarios, ut Rex Bohemiæ den Erbschencken von Lympurg/ Palatinus, den Erbtruchsässen von Waldpurg. Saxo, den Erbmarschalcken von Pappenheimb. Brandenburgicus, den Erbkammerer Graven von HohenZollern. Nolden. *d. l. numer. 118.* de quibus. *infra. in verb.* ErbAmpt.

Possunt autem ad electionem comparere, etiam per procuratores: so sie mit redlicher Hindernuß verhafftet. A.B. *tit. 25. §. quicunq.* Canones enim Procuratorem ad eligendum constituere nulli permittunt, nisi ei, qui justo impedimento irretitus, ipse adesse nequit. Quod impedimentum, etiam juramento, si opus fuerit, probandum est. *c. quia propter 42. §. pen. extra de elect. & elect. pot.* Iuramentum tamen tale hoc nostro in casu vix exigi poterit, cum Carolina sanctio nullam ejus faciat mentionem: per *Novell. 18. c. 5. in pr. c. illa devotionis. 2. extra, ne sede vacante.*

Congregati Electores, destinato Electionis tempore, peractis sacris, per fidem, quâ Deo & sacro Romano Imperio obstricti sunt, jurant; se secundum omnem discretionem, & intellectum suum, *Deo authore, & adju-*

adjutore, temporale caput, Populo Christiano, hoc est, Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, designaturos & electuroseum, qui adhoc extet, præ aliis, maximè idoneus, absque omni pretio, gratia vel promisso, seu quocunque modo talia valeant appellari: idque tactis Sacrosancti Evangelii libris, juramento per Deum confirmant: Cujus formula hæc est: Ich N. Ertzbischoff zu Meintz / vnnd deß Heiligen Reichs ErtzCantzler durch Teutschland / vnd Churfürst / schwere zu den Heiligen Evangelien / gegenwertiglich vor mir ligendt / daß ich bey denen Trewen / damit ich GOtt / vnd dem Heiligen Römischen Reich verbunden bin / nach aller meiner verständigen Erkäntnus / vnnd Vernunfft / mit Gottes Hülff / will erwöhlen ein weltlich Haupt dem Christlichen Volck / das ist / einen Römischen König zum Kayser erheben / der darzu tüglich seye / so viel mich mein Bescheidenheit vnnd Vernunfft laiten / auch nach meinen vorberürten Trewen vnnd Stimm: Solch mein Stimm vnnd Wahl will ich geben / ohn alles geding / belohnen / gab / Verheyssung / oder welcher Massen solches möchte genandt werden. Also helff mir GOtt vnd alle Heiligen. A. B. *rubr.* von der Wahl eines Römischen Königs. § 2.

Præstito præscripto Iuramento, ad Electionem proceditur, ubi Moguntinus hoc muneris, præ cęteris habet, ut à Convocatis Electoribus sententias & vota roget; Ipse verò à Saxonum Principe interrogatur: Quem jam major pars elegit & constituit, hic Rex invictissimus, CAESAR postmodum Romanorum declarandus, salutatur & proclamatur.

Cur autem Imperatores, Electores Ecclesiasticos Nepotum nomine salutent, Unsere Liebe Neven vnnd Churfürsten / vid. Dn Iosiam Nolden *de nobilib. cap. 8. num. 71. & seqq.*

Et quis Imperatorum primus Electores Ecclesiasticos, hoc nomine, salutaverit, consulendus idem Nolden. *d. l. & cap. num. 75. & seqq.*

Electores vulgò Præfectis Prætorio æquiparantur, & ita à Præfecti prætorio sententia appellatio non datur. *l. un. §. 1. ff. de off. Praef. Prætor. l. un. C. de sent. Praef. Praet. l. à Proconsulib. l. si quis Provocat. C. d. appellat. l. Episcopale. C. de Episc. aud.* Adeò ut Eunapius Præfecturam Prætorianam instar Imperatoriæ dignitatis habere, dixerit, nisi quod Purpuræ, trabeæve usu caruerit, Franc. Iuret. *ad Symmach. lib. 1. Ep. 12.* Nec appellatur hodie ab Electoribus Saxoniæ. *Novell. Constit. Aug* Albin *hist. Misnic. part. 1. tit. 16.* Matth. Coler. *in orat. de Iur. Sax.* Quod privilegium, licet omnib. Electoribus promiscuè concessum sit in *A. B. Caroli IV. tit. 11.* reliqui tamen contrario usu perdiderunt. Henning. Arnisæus *libr. 2. de Iurib. Majest. cap. 2. num. 3. vers. à Praefectis.*

Schurff. *cons. 29. cent. 3. num. 1.* nec ita pridem Brandenburgicus per concessionem Imperialem recuperavit. Reiger. *in Thesaur. Iur.* Heig *quæst. 4. numer. 33. libr. 1.* vid. me *in tr. de Appellat. folio 72.*

De Origine Electorum, anceps est disputatio, cujus etiam ego feci mentionem *Diss 3. lib. 2. de Reg. Elect.* Et verò quod neque Georgius P. M. neque Otho Imp. constitutionis, & sanctionis istius fuerit auctor, novissimis per inductionem, probat Petrus Cursenius *in Saxon. Catholica. f. 82. & seqq. multis.* quem vidisse non pœnitebit.

23. Churfürsten Tag.

Non modo pro eligendo Rege vel Imperatore Romano, Comitia Electores indicere, habereque possunt: sed alios etiam pro salute & incolumitate Imperii congressus celebrare, ipsis indultum est, Aur. Bul. *tit. 12.* quod jugiter hactenus servatum, fraternáq; Electorum unione conservatum, Goldast. in Politischen Reichshändeln. *part. 8. c. 3.* ac stipulatione solenni inter Ferdinandum Imperatorem & Electores Anno 1558. contractâ, his verbis confirmatum est: Wir lassen auch zu / daß die gedachte Sechs Churfürsten / je zu Zeiten / nach vermög der Gülden Bull / vnnd jhrer G. rechtigkeit deß Heil. Reichs / zu jhrer Notturfft / auch da sie beschwärlich Obligen haben / zusamen kommen mögen / dasselbe zubedencken vnnd zuberahtschlagen / daß wir auch nicht verhindern noch jrren / vnnd derhalben kein Vngnad oder Widerwill gegen jhnen samptlich / noch sonderlich schöpffen vnd empfahen / sondern vns in dem vnd andern / der Güldenen Bull gemäß / gnädiglich vnnd vnverweißlich halten wollen.

In hoc autem Electorum conventu, ardua & gravissima quæque Imperii negotia, de alienationibus & oppignorationibus bonorum Dominialium Imperii, de Pace & Bello, de vectigalibus, de tuendâ Collegii hujus auctoritate, de defendendis Ditionibus, Regalibus & Iuribus Electorum contra omnem vim, de amoliendis seditionibus, conspirationibus, Ligis, contra supremum Christiani Orbis Caput, de Cæsaris honore sublimi propugnando, de impedienda Imperii diminutione; summa, de causis ad decus, honorem, commodum & incrementum Imperii spectantibus, tractari; ex adductâ Fraternâ Vnione Electorum intelligitur. Quid, quod & de submotione Imperatoris ab Imperio, re mehercle non glandis legendæ, in hoc Conventu fuerit deliberatum, ex historiis verosimile fit. Nec reliqui Imperii Principes, de sublimi hoc jure quicquam participant. Dn. D. Bocer. *de Iurisdict. cap. 8. numer. 76.* Bertram.

tram. *apud Arumæ. tom. 1. discurs. 9. thes. 11.*

Et tantò major in eo elucet Electorum prærogativa & dignitas, quantò minus reliquis Imperii Statibus, regulariter ullam congregationem celebrare licet, Arnold. Clapmar. *lib 3. d Arcan. Rerumpubl cap. 13. in fin.* Tienetacinqu. *libr. 2. var. resol. fol. 245. & seq.* excepto tamen, præter alios, Conventu illo Naumburgico, in quo fœdus hæreditarium, quod est inter Domum Saxonicam, Brandeburgicam & Hassiacam, renovari solet. Vbi quidem, ne sinistra indè aliqua nascatur suspicio, de causis congregationis Cæsarem certionem reddunt. Sleidanus *Comment. libr. 26. An. 55.* At speciali veniæ impetratione opus non habent convenæ. Deinde Collegii Hanseatici confœderationes, conventionesq;, rectè quoque excipiuntur Bertram. *dict. loc.* vide Carpzov. *in Capitulat. Cæsar. cap. 5. num. 13. &c.* & Reinhard. König. *in Theatr. Polit. pars. 1. cap. 27. num. 3. & seqq.*

24. Cistern.

Cisterna, est aquę pluviæ receptaculum, cujus aqua non ex terræ visceribus venit, sed per fistulas tectorū descendit: quasi cista infra terram. Sicque non habet aquam perpetuam, nec vivam, sed imbribus conceptam. His non probè coopertis, si animalium aliquod inciderit & perierit, Dominus Cisternæ pretium ejus reddere tenebitur, mortuum autem Domini Cisternæ erit. Et ita Domui cisterna cohæret, ut eâ venditâ, omnia cisternalia, canales cuprei, coopercula, &c. veniant, nec à venditore tolli possint; uti quoque in his & similibus: Was Bandt vnd Niedt beschleusset / auch eingemauret ist / mag der Verkäuffer nicht abbrechen lassen / ut Civitas Norimbergensis in suis Statutis cavit. *vol. 6. disp.* Basil. *de jure aquatils. th. 22.*

Et tales cisternæ sunt in Arcibus montanis, in den Berg Schlössern.

25. Citation, Manung.

Mannire, Manen / citare, in jus vocare. Pythæus: Mannire, est vocare in jus, tribus testibus præsentibus, Leges Rip. *tit. 62.* Si quis testes ad mallum ante Centenarium necesse habuerit, ut donent testimonum, & fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille qui eos necessarios habet, mannire illos debet.

Dicitur & *Manare*, quod paulò propius accedit ad nostrum manen; Vnde Mannita, Citatio, admonitio. Sic Mannitus, citatus, vocatus, à nostro manen / quod alias fordern / heischen / à monendo fortasse dicto.

Fit autem Citatio generalis eorum, qui se jus habere prætendunt, multis in casibus, si incertæ sint personæ, Blarer. *ad l. Diffamari. cap. 2. n. 10. &c.*

Gail. *lib. 1. obs. 57.* ubi Græveus. Mynsingerus *cent. 2 observat. 47.*

26. Clarissen

Moniales sunt ordinis S. Francisci. Et quidem Eugenius IV. concessit Monialibus primæ Regulæ Sanctæ Claræ, quæ aliàs Collectaneæ dicuntur, ut non teneantur incedere nudis pedibus, sed possint deferre ea, quæ nomine calceamentorum non veniunt vel censentur, atque etiam cùm opportunum fuerit, calceamenta. Item, quod Generales & Provinciales Fratrum Minorum Observantiæ, habeant cum Discretorum consilio facultatem dispensandi cum præfatis Monialibus, tàm in Cibis, quàm in silentio, & quibuscunque aliis præceptis, quæ in earum Regulà continentur. Voluit denique & declaravit, quod in nullius præceptorum primæ Regulæ S. Claræ transgressione, præterquàm eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, scilicet Obedientiæ, Paupertatis, Castitatis & Clausuræ, & ac super electione Abbatissæ, & ejus depositione, peccatum mortale præfatæ Moniales incurrant. Compendium Quæstionum Regularium, *verb. Moniales.*

Sorores S. Claræ an sint capaces bonorum in communi, & succedere valeant ex Testamento, vel ab intestato? Consuluit Vincent. Honded. *vol. 2. consil. 76.*

27. Clöster.

De immunitate, quâ Monasteria gaudent, latè agit Borellus, *decis. tom. 1. tit. 3. n. 52. &c.*

An autem Monasteria à Catholicis fundata, à Statibus Augustanæ Confessionis ritè mutentur, eorumque reditus ad alios usus conferantur: & num id inprimis post Pacem Religiosam fieri possit? Quæstio est admodùm controversa; ejusque mentionem & ego feci, *tr. d. Majest. fol. 135.* Sanè ad profanos usus, salvâ conscientiâ, non posse tales reditus converti, docui. *d. loc.* & aliter qui faciunt, Idola abominari ac sacrilegia committere videntur, contra monitum D. Pauli *Rom. 2. vers. 22.* Idque odiosè nostratibus exprobratur in der Donawertischen Nothwendigen Erinnerung. *fol. 108.* & in libello, cui titulus, *Turbatus Imperii Status.*

Et certè famosa illa caussa der vier Clöster Sachen / quasi principium esse videtur turbarum, quæ necdum sunt finitæ. vid. Archivum Vnionis *cap. 2.* Sunt autem illæ causæ sequentes. (1) Ordinis Carmelitarum contra Hirschorn, Mandati de solvendo & restituendo 7. Iul. Anno 1597. (2) Ep. Spirensis cōtra Baden. & Eberstein 15. Martii An. 98. (3) Monialium S. Mariæ Magdal. Argentinæ contra Magistratum ibidem 19. May Anno 98. (4) Ordinis Carthusiorum contra Comitem Oettingensem,

de

de restituendo & non offendendo 16. Ian. An. 99.

Sed sanè, nec prædictus Auctor deß Archivi der Vnion / omnia Monasteria, etiam quæ omni ex parte der Landes Obrigkeit vnderworffen/ iterum vindicare videtur. Ac addere hic lubet dissertationem eadem de quæstione, quam, ut sine præjudicio scriptum, ita, hic adponere volui animo eodem.

Es thun die Römisch Catholische gleichsam pro Maxima Romano-Germanici Status halten / daß ohne Vnderschiedt selbige Clöster / oder dero Güter, welche zur Zeit deß Passawischē Vertrags oder Religion Fridens / in Vbung der alten Religion geweßt/ noch ferner darbey vnverwirret gelassen/ auch von niemanden daran in keinen weg gehindert werden mögen.

Welches dann auß dem Religionsfriden de Anno 1555. §. Dieweil aber ettliche Ständ / rc. bescheinet werden will. Allda geordnet / daß die eingezogne Stifft / Clöster vnd andere Geistliche Güter / deren possession die Geistliche zur Zeit deß Passawischen Vertrags / oder Religionfridens / nicht gehabt / in dem Standt / wie sie der Zeit seyndt/gelassen werden sollen / rc.

Dahero dann die Römisch Catholische / argumento à contrario sensu ducto, schliessen / daß die Geistliche Güter/so nach dem Passawischen Vertrag reformirt / widerumb restituirt/ vnnd heraußer geben werden müssen. Thilman. de Benignis *Syntagm. 1. decad. 1. vol. 2.*

So ist auch richtig / vnnd geben es die Processus in den renomirten vier Clöster Sachen außgeübt / gnugsamb zuerkennen/daß das Kayserliche Cammergericht eben selbiger Meinung sich beyrflichten thut.

Testatur quippe Collectarius Decisionum seu Præjudiciorum Cameræ Imperialis, §. Religionsfried. quod in Camera in casibus deß Religionfridens/ Ecclesiasticis, Statuum dignitatem sibi minimè arrogantibus, Processus retrò sint cōcessi. Et quod insuper etiam post fori declinatorias, aut cassationis propositas exceptiones, litis contestatio fuerit decreta, non obstante quod allegabatur, Religionis constitutionem ad solos Status pertinere. Hocque idem ex multis præjudiciis manifestè apparere, addit: Ecclesiasticos, etiamsi Status Imperii expressè non sint, Processus tamen in Camera decerni posse, quicquid plerique in contrarium dicant.

Maximam autem esse authoritatem Cameralium præjudiciorum, neminem latere potest, arg. *l. filius. in princ.* ibi: Sic enim invenio Senatum censuisse. *ff. ad L. Cornel. de falsis.* & quod decisiones Iudicii Imperialis Cameræ, utpote Imperatoriam Majestatem, totumque Imperium Romanum, in causis illi commissis, repræsentantis, instar Legis debeant esse, firmat Grævens *in proem. con-*

clus. 2. multos alios adducens. Inprimis etiam Imperialium & recentiorum sanctionum, eam mentem esse probabile est, quam tam Augusti Iudicii Assessores iisdem assignant.

Vnd kann vielleichten nicht gesagt werden/ daß diese Bescheidt/ odio reformatæ Religionis außgefallen: weil im Widertheil auch præjudicia enthalben/ da den mediatis Evangelicis Nobilibus, & aliis, bey der Cammer/ so viel müglich/ geholffen worden.

Et secundum hanc sententiam Cameram Imperialem judicâsse, ajunt in causa Drolslagen (aut ut alii scribunt Wolshagen) Nobilis cujusdam in Westphaliâ, Vasalli Episcopi Monasteriensis, qui contra Romanæ Ecclesiæ morem, & ex ritu Augustanæ Confessionis, in arce suâ infantem baptizari curavit. Laurent. Reichwin. *in formulari. variar. Supplicat. tit. de Constit. Pacif. Religion. folio 236. &c.*

Dessen aber ohngeachtet/ würde von den Augspurgischen Confessions Verwanten dahin geschlossen/ daß ein Fürst oder anderer Stande deß Reichs gar wol befügt seye/ die Clöster vnder dero Landtsfürstlichen Oberkeit situirt/ als mediatos Status, zu reformiren/deren Güter einzuziehen/ auch zu Vnderhalt deß Ministerii Augspurgischer Confession, zuverwenden.

Dañ vermög deß Religionsfridens/ die Stände deß Heiligen Römischen Reichs/ furnämblich aber die Fursten Augspurgischer Confession, in jhren Landen zu reformiren befügt/ es solle auch sie niemandten derselben Lehr/ Religion/ Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnung vnd Ceremonien halber/ so sie in jhren Fürstenthumben/ Landen vnd Herrschafften auffgericht/ oder nachmals anstellen möchten/ tringen/ durch Mandat, oder einiger anderer Gestalt beschwehren oder verachten/ sondern bey solcher Religion/ Glauben/ Kirchengebrauchen/ Ordnung: vnnd Ceremonien/ auch jhren Haab vnnd Gütern/ ligendt vnd fahrendt/ Landt/ Leuten/ Herrschafften/ Obrigkeit/ Herlig: vnnd Gerechtigkeiten gerühiglich vnd friedlich bleiben lassen.

Wann nun ein Fürst oder Stand/ auch nach dem Religionsfriden/in seinen Fürstenthumben/Landt vnd Herrschafften/ nach der Augspurgischen Confession die Kirchengebräuch/ Ordnung/ vnnd Ceremonien auffrichten darff: De eoque, Assessor quidam Cameralis, anonymus, sed tamen Catholicus, apud Compilatorem Camerailum Præjudiciorum, §. *Civitas Imperialis.* nunquàm dubitatum fuisse ait (quamvis de Civitatibus Imperalibus, aliter ille sentire comperiatur.) Als volget hierauß/ daß solches auch in den Clöstern die in dem Land gelegen/ vnd LandtStände seind/ beschehen könne. Idque per necessariam cõsequentiam, dañ man sonst Kirchen vnd Schulen nicht erhalten/ oder semi-

minaria für die Jugendt anrichten kan / 2c.

Es were auch einem reformirten Stand gar vngelegen / vnd die höchste Beschwerdt / wann er vndter seinen Landt-Ständen / Römische Catholische haben / sie der besten Frücht vnnd Einkommen seines Lands genüssen lassen / entzwischen aber das Ministerium seiner Confession nicht gnugsamb bestellen köndte.

Vnd das ein Landsfürst die / so jhme mit Landtsfürstlicher Obrigkeit vnderworffen / daß exercitium wideriger Religion in seinen Landen nicht lassen dörffe / gibt auch der Catholischen alltägliche Praxis zuerkennen / vnd bestreittet Franciscus Burckardus von der Freystellung *part. 3. cap. 27* gar ernstlich / daß der Religionfrieden allein zwischen der Kayserlichen vnnd Königlichen Maj. stat / vnnd auch Churfürsten / Fürsten vnnd Ständen deß Reichs / vnd nicht den Vnderthonen auffgerichtet / dieselbe auch principaliter nicht angehe.

Welches dahero noch mehr erscheinet / weil die Vnderthenen der Stände nicht paciscirt / oder gegenwertig gewest / auch sie die Stände / probabiliter in favorem jhrer Vndergebnen / wider sich selbst nimmermehr zu pacisciren gemeindt gewesen.

In gleichen aber der Passawische Vertrag / § es sollen auch die jetzige Kriegsübung / 2c. [illegible] / daß die Stände der Augspurgischen Confession Verwandt / die andern deß Heiligen Reichs Stände / so der alten Religion anhängig / Geist: oder Weltlich / gleicher gestalt jhrer Religion / Kirchengebräuche / Ordnung vnnd Ceremonien / auch jhrer Haab Gütern / ligendt vnd fahrendt / Landen / Leuten / Renten / Zinß / Gülten / Ober vnnd Gerechtigkeiten halber / vnbeschwerdt / vnd sie derselbigen Fried: vnd rühiglich gebrauchen vnnd genüssen lassen sollen.

Daß aber ein Standt jhme subjicirte Clöster nicht einziehen dörffe / ist daselbsten gar nicht verbotten.

Vnd solche Frag noch mehrers zubestärcken / würdt sonderlich nächst gesetzter Paß deß Religionfridens wol zuerwegen seyn / allda also gesetzt: Dieweil aber etliche Stände vnnd derselben Vorfahren etliche Stifft / Clöster vnnd andere Geistliche Güter eingezogen / vnnd dieselben zu Kirchen / Schulen / Milten vnnd andern Sachen angewendt / so sollen auch solche eingezogne Güter / welche den jenigen / so dem Reich ohn Mittel vnderworffen / vnd Reichs Stände seyndt / nicht zugehörig / vnd deren possession die Geistlichen zur Zeit deß Passawischen Vertrags oder seidthero nicht gehabt / in diesem Friedstand mit begriffen vnnd eingezogen seyn / vnnd bey der Verordnung / wie es ein jeder Standt mit obberührten eingezognen / vnnd allbereit verwendten Gütern gemacht / gelassen / vnd dieselbe Stände derenthalb weder

zu

in: noch ausserhalb Rechtens / zu Erhaltung eines beständigen ewigen Friedens / nicht besprochen noch angefochten werde.

Dieser §. nuhn ist gar nicht von jenigen Gütern / so einem Stand mit Landesfürstlicher Obrigkeit zugehören / zuvernemmen / es ist auch darauß ledig nicht zuschliessen / daß ein Stande / so nach dem Passawischen Vertrag / die Augspurgische Confession in seinen Landen eingeführt / die jhme mit Landes Obrigkeit vndergebne Clöster nicht einziehen dörffe. Dann solches dem vorgehenden §. Vnd damit solcher Fried / rc. schnur stracks zuwider lieffe / als darinn bereit obverstandner massen den Ständen zugelassen / in jhren Landen zu reformiren / auch solche reformation, per necessariam consequentiam / die Einziehung der Güter auff sich trägt.

Ist demnach gesagter §. Dieweil / rc. von solchen Gütern zuverstehen / so der Landesässerey befreyet seynd / nichts desto weniger / weil sie in eines andern Stands Land gelegen / vel alia occasione eingezogen worden / wie v. g. das Stifft Camin in Pommern / Naumburg vnd andere Bistumb in Sachsen seyndt / welches die Fürsten der Orten / auch vor dem Religionfrieden zu sich genommen / vnd darumb noch besitzen; So ebenmässig mit mehr andern Clöstern vnnd Gottshäussern / die nicht Landsässen / sondern immediati gewest / doch auch keinen andern Stande zugehört / vieler Orten beschehen. Hat also angeregter §. zween Puncten in sich (1) daß die Geistliche Güter / so in eines Fürsten territorio gelegen / doch einem andern / so dem Reich ohne Mittel vnderworffen / vnd ein Reichs Stand ist / zugehörig / ob gleich solche vor dem Religionfriden angehalten / doch wider gegeben werden müssen. Gestaltsame dieses in dem §. als auch den Ständen der Vralten Religion / rc. (welcher per voculam wie oblaut / auff vorgehenden diesen vnsern §. dieweil aber etliche Ständt / rc. sich ziehet) mehrers außgeführt. (2) Daß die Geistliche Stifft / Monasteria vnd dergleichen Collegia vor dem Passawischen Vertrag eingezogen / so Reichs Ständt / oder saltem immediat seyn wollen / denen / so sie in Handen haben / verbleiben sollen. Von jenigen Geistlichen Gütern aber / die einem Landesfürsten in seinem Land gelegen / vnd zumal mit hoher Landes Obrigkeit behafftet / davon ist in dem Religionfrieden den Ständen kein Maaß oder Ordnung gegeben / sondern es bleibt billich dabey / daß ein jeder als Landesfürst / vor vnd nach dem Religionfrieden / in seinen Fürstenthumben / Landen vnnd Herschafften reformiren könne.

Mit dieser Interpretation kompt in effectu vberein / was ab anonymo quodam, *in decisionib. sive rebus judicatis Cameræ Imperialis*: Welche den observationibus practicis Christophori

phori Schwanmanni adnectiert/ *folio 103.* gehandlet würdt/ non piget adscribere ipsa verba: Es hindert nichts/ daß in §. Dieweil aber/ ꝛc. der eingezognen Güter halber/ ein restitution vnder nach volgenden Worten zubefinden/ welche deß jenigen/ so dem Reich ohne Mittel vnderworffen/ vnd Reichs Stände seyn nichts zugehörig/ vnnd deren Possession/ die Geistlichen zur Zeit deß Passawischen Vertrags/ oder seidthero nicht gehabt/ ꝛc. Darauß dieser Verstandt genommen werden köndte/ als wann die Stände Augspurgischer Confession die Güter in jhren Fürstenthumben vnd Herrschafften/ so die Geistlichen zur Zeit auffgerichten Religionsfriden/ noch jnnen gehabt/ vn Päpstlicher Ordnung nach gebraucht/ hernach einzuziehen nicht befügt seyen. Aber es ist damit viel anderst gemeindt/ vnnd seyndt vnder den Worten/ die Geistlichen/ nicht alle vnd jede Geistliche/ sondern die jenige/ so Stände deß Reichs seyndt/ begriffen/ wie ohne das die Natura copulæ, Vnd/ mit sich bringt. Dieweil der Kayserlichen Majestät vnd der Römischen Catholischen Reichs Stände Meinung nach/ deß Religionsfriedens allein die Stände deß Reichs/ vnd sonst niemandt fähig. Darauß volget/ weil mehrgerührter §. Dieweil aber/ ꝛc. allein von den Geistlichen Gütern redet/ welche den Ständen deß Reichs angehörig/ daß darumb die Stiffter/ Clöster vnnd Güter/ so vnder den Fürsten Augspurgischer Confession gelegen/ dardurch nach auffgerichtem Religionfrieden/ einzuziehen nicht verbotten.

Item/ es ist im Religionsfriden in §. Vnnd damit ꝛc. den Ständen deß Reichs zugelassen/ in jhren Fürstenthumben/ Landen vnnd Herrschafften der Augspurgischen Confession Religion/ Kirchengebräuch vnd Ceremonien/ jederZeit wann es jhnen gelegen/ auff vnd anzurichten. Vnnd beneben ist per consequentiam ferner gestattet/ die Güter zu dem Gebrauch solcher Religion zuverwenden.

Primò, darumb/ dann sonst solcher Brauch nicht wol anzurichten were: Concesso itaque uno, simul ea concessa præsumuntur, sine quibus Iurisdictio exerceri nequit.

Secundò, dieweil solcher Güter halber niemand einig Interesse zu prætendiren hat/ vermög der Canonisch: vnd Geistlichen Rechten; Sintenmal derselben Krafft durch den Religionsfrieden nidergelegt worden.

Tertiò, ist in §. als auch den Ständen/ ꝛc. lauter versehen/ daß die Kirchen/ Hospital vnd Schulen in Land vnnd Herrschafft der Augspurgischen Confessions Verwandten/ bestelt werden sollen/ von denen Gefällen vnd Gütern/ so den Ständen Päpstlicher Religion daselbst zuständig.

Da nuhn die Stände Augspurgischer Confession die Geistliche Güter/ in jhren Herrschafften gelegen/ vnnd welche jhnen nicht/ sondern an-

dern Ständen gehörig / zu nottürfftigem Brauch jhrer Religion / einzuziehen berechtigt / wie viel mehr ist jhnen solches in deren Geistlichen Gütern / welche andern Ständen nicht zustehen / verhängt vnd zugelassen?

Zum Vierdten / dieweil die Kayserliche Majestät vnd Römisch Catholische Stände / den Religionfrieden also deuten vnd verstehen / daß kein Stand schuldig / die / so dieser Religion nicht zugethan / in jhren Herrschafften zu dulden / auch sub prætextu deß Religionfridens jhre Vnterhonen / der Augspurgischen Confession verwandt / auß jhren Fürstenthumben vnnd Herrschafften schaffen / auch jhre Güter zuverkauffen anhalten. Als ist hinwiderumb kein Stand Augspurgischer Confession schuldig / andere / so seiner Religion nicht zugethon / in jhren Landt vnd Herrschafften gleichfalls zudulden. Dann die alt vnnd newe oder Augspurgische Confession, im Religionfriden / quoad effectus & Privilegia exæquirt vnd verglichen. Was derowegen einem Theil recht / kan dem andern nicht vnrecht oder verbotten seyn.

Zum Fünfften / ist allhie in Ober Teutschland gebräuchlich / daß die Evangelische Ständ / die Geistliche Güter jhrer Herrschafft / zu dem Gebrauch jhrer Religion einziehen vnnd anwenden / vnd die Kayserliche liche Majestät jhnen daran einigen Abtrag niemal gethon.

Parilia habet Herman. Esaias Rosacorb. *pract. forens. cap. 29.* & idem aliis adhuc rationibus firmat, ac eò usque etiam extendit, ut possit Princeps Status immediatos, in suo territorio constitutos, modò Status Imperii non sint, ad reformationem adjungere, & hujus suæ sententiæ firmandę gratiâ, inter alia addit: quod ad Prælatos, Stifft / Clöster / etc. videntur illi hic non venire. Primò, quod constitutio inter Status tantum disponere censetur. Porrò inclusio Nobilium, der freyen Ritterschafft / qui scil. immediati sunt, licet Status non sint, videtur aliorum exclusionem importare.

Cùmque latè pateat hæc constitutio, in suis casibus, & gravem continéat pœnam, ideò non est extendenda.

Idem Rosacorb. *cap. seq.* in sequentia scribit: Aut tales Prælati, Cœnobia, Conventus, Capitula, aut Ordines Ecclesiastici, sunt Status Imperii, & de iis non est dubium, quin alios immediatè imperio subjectos, ex dicta constitutione de Anno 55. in Camerâ convenire possint. Aut verò non sunt Status, sed aliàs fortè immediatè Imperio, aut aliis Statibus (qui scil. Reformationem non adprobant) subjecti comperiuntur, & tunc eo casu recurrendum est ad dispositionem §. Dargegen sollen die Ständ / etc. ubi cautum, quod Ecclesiastici Status immediatè Imperio subjecti, una

cum

cum Capitulis & aliis Ecclesiasticis, liberum exercitium habere, neque ullo modo in ipsorum, eorumque subditorum personam aut bona, quicquam adversus dictam Pacificationem statui debeat, reservando ipsis Statibus tàm proprio, quàm suorum Capitulorum, Prælatorum aut aliorum Ordinum intuitu, omnia competentia remedia Iuris, contra transgressores: Sicque si Ecclesiastici Status tàm proprio, quàm Capituli & aliorum subjectorum nomine *ex sæpe dict. constit. An. 55.* Processus competentes in Camerâ extrahere possunt, ut si ipsimet inferioris Ordinis malint ex propria persona agere, hoc illis licitum erit, juxta dispositionem *tit. 4. Ord. Cam.* coram Außträgen/ aut aliis Privilegiatis Judicibus, vel etiam juxta facti qualitatem, coram Camera, prout decet, proponendi atque controvertendi.

Et hodiè ad translationem sive immutationem horum bonorum, propter suspensionem Iurisdictionis Ecclesiasticæ, Episcopi authoritas non sic necessaria est: censente Heinr. Bruning *de Iure universit. conclus. 72.*

Hæc est unanimis Sententia omnium Statuum Augustanæ Confessionis, ut apparet ex Apologia Protestantium ad Gravamina Catholicorum de An. Chr. 1594. in illis verbis: Was dann ferner vom Gegentheil mit vielen beweglichen Worten dem Religionfrieden zuwider/ angezogen würdt/ von Einziehung der Clöster vnd Gottshäuser/ etc. Respondetur, daß der Innhalt deß Religionfriedens also beschaffen/ daß er den Augspurgischen Confessions Verwandten/ nicht allein die jenige Gült/ vnnd Güter/ so sie zur Zeit deß Passawischen Vertrags allbereit innen gehabt/ inhanden läßt/ sondern auch/ wann dergleichen Güter in jhren Herschafften vnd Gebieten gelegen/ vnd keinem Reichs-Stand subjicirt würdt/ sich deren anzumassen/ vnnd zu jhrer Kirchen/ Schulen vnnd milten Sachen zuwenden zugibet.

Darwider angezogne Cameralia præjudicia in den vier Clöster Sachen/ nichts zu schaffen können. In Betrachtung hiervon Revision begehrt/ also diese Vrtheiln jhr Würcklichkeit gantz nicht erlangt/ zumal so wol die Camerales selbst/ als auch fürnämblich die protestirende Ständt solche Quæstion der importantz gehalten/ daß darvon in einer gemeinen Reichs-Versamblung gehandlet werden müsse.

Vber das/ ist vermutlich in solchen vier Clöster Sachen/ mehrer theils auff die angegebne violentam dejectionem, auch andere circumstantias, die sich beyandern Clöstern/ nicht befinden/ gesehen/ vnd hiemit das Ius ipsum mutandæ Religionis, aliis Statibus nicht genommen worden/ wie ohne das ex natura der Mandat Sachen/ da jemandten præceptivè & abs-

absque Clausula etwas aufferlegt/ oder de dejectione gestritten würde/ anderst nicht gesagt werden kan. Nam ibi partitione factâ, Mandatum impugnare, eoque nomine, in causa scil. principali experiri si quis vellet, hoc ei omninò facere liceret. Cammergerichts Ordnung *part. 2. tit. 23.* vers. Dann in solchen / rc. Nec item in possessorio qui victoriam obtinet, in petitorio inde jus aliquod acquirit.

In gegenwertigen Sachen aber / da gleich ab initio (posito, sed non concesso) auff ein spolium hette geklagt werdē mögen / weren doch dannenhero entspringende Actiones, per præscriptionem allerdings erloschen / wie bereit hieoben erwehnt worden / rc.

28. Clausula Codicillaris:

Wann diß mein Testament nicht als ein rechtmässig Testament bestand vnd Krafft haben kondt oder würde / daß es doch als ein Codicill, oder ein jede andere dispositiō / vnd Geschäfft von Todtswegen / gehalten werden / vnd gelten soll.

Clausula Codicillaris in Testamento apposita, tunc habet locum, cùm Testamentum propter solennitatis omissæ defectum, non valet, per text. & gloss. *in l. Codicillos. §. fin. ff. de legat. 2.* Non verò procedit, cùm ex defectu voluntatis Testatoris imperfectæ, Testamentum invalidatur, arg. *l. ea scriptura. ff. de testam. l. fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. 1. num. 7. & seq. ff. de jure Codicillor.* & est text. *in l. ult. C. de Codicill.* ubi ita habetur: quod si Testamentum Testator implere nequiverit, & Clausulam Codicillarem in eo apposuerit, Clausula ea in fideicommissum directam vertet hæreditatem. Nam illa Testatoris imperfecta voluntas, hoc in casu intelligitur ratione defectus solennitatis alicujus, non verò voluntatis. Decius *cons. 394.* Laurent. Tennin. *in tract. Clausulat. claus. 22. num. 2.*

Sanè Codicilli ad fideicomissa præstanda, inventi fuere, *l. 1. & 2. C. de Codicill. §. fin. Inst. de Codic.* in quibus hæreditas directò (ut si dicat Testator in Codicillis: Titius hæres meus esto) ritè dari non potest, flectitur tamen, si detur, in fideicommissum, *l. Scævola. ad Trebellian.* & cogitur hæreditatem accipere institutus per interpositam personam, nempè eam, quæ succedit ab intestato; ita ut legitimus hæres, retentâ quartâ, cogatur restituere hæreditatem fideicommissario, per *d. l. Scævola.* Bart. *in l. 2. §. Codillorum ff. eod.*

Testamentum si deficit propter defectum personæ testantis: putà, quia testari non potuit, tunc dicta Clausula nihil operatur. Etenim qui nequit testari, neque codicillari potest. *l. Divi. §. Codillu. ff. de jure Codicill. l. 12. ff. de legat. 1.*

Testator adjiciens in Testamento Clausulam, quod illud valere velit, *omni meliori modo & jure, quo possit*, videtur, quod noluerit se ad testamentum in scriptis adstringere, sed formulam & viam eligere, quâ sua voluntas vires & effectum consequi possit: & habet ista Clausula, *omni meliori modo & jure*, tantam vim & efficaciam, ut contestatio rata habenda sit. arg. *l. 3. ff. de test. milit.* Romanus *in l. neque professio num. 13. C. de testam.* Bart. Castrens. & Iason. *in l. 1. §. si quis. ff. de V. Obl.* Sed adde Alex. *consil. 176. vol. 5. & cons. 186.* Afflict. *decis. 144.* Grammat. *decis. 62. n. 72.* Paris. *consil. 19. vol. 3.* & Herman. Mejer. *de Testam. lib. 3. t. 2. n. 18. & s.*

Item, si Testator Testamento inseruit Clausul. *Si testatio haecce non potest consistere jure Testamenti, quod valere debeat vi cujuslibet alterius voluntatis*, daß es gelten vnd Crafft haben soll / als ein jeder anderer letster will / dicendum omninò est, Testatorem non voluisse voluntatem suam ad certum genus esse adstrictam, sed valituram quocunque modo possit; & consuluit Bald. quod hujusmodi Testamentum in vim Codicillorum sustineatur, *cons. 504. vol. 5.* Paris. *cons. 25. numer. 6. vol. 5.* Alex. *cons. 4. vol. 7.* Socin. *in fallent. regul. 396. in fin.* vide Mejer. *de testam. lib. 3. tit. 2. num. 20. & seqq.*

Porrò, hujus Clausulae majorem authoritatem esse, quàm Clausulae Codicillaris, tradunt Dd. scil. quod ex hac saltem fideicommissaria institutio resultet: ex illa autem, non solum fideicommissariam, sed etiam quasi directam institutionem evenire, scribit Dilect. *de art. test. caut. 1. tit. 3. de lib. Instit.* Alex. *cons. 50. in fin. vol. 7.* adde Mejer. *de testam. lib. 3. tit. 5. n. 34. & seq.*

Quando Clausula Codicillaris in Testamento adponitur, duae censentur esse dispositiones. Vna Testamentaria, altera Codicillaris, & per consequens, deficiente dispositione Testamentariâ, vires retinet Codicillaris. *l. ult. C. de Codicillis. l. 3. ff. de test. milit. l. generaliter. §. ex testamento, ff de fideicom. libert.* vide saepe dict. Mejer. *de testament. lib. 3. tit. 5. ab init. num. 1. & seqq.*

Clausula Codicillaris an magis ex Notariorum consuetudine, quàm ex testatoris voluntate apposita censeatur? Resp. quod non ex consuetudine Notariorum, sed ex mente testatoris adjiciatur, ex quo apponi consuevit. arg. *l. quod si nolit. §. qui assiduam. ff. de aedil. edict.* Testamentum etenim coram Testatore legitur, ideò Notarius tantum scribere intelligitur, id quod testator voluit, & quod sibi dixit, injunctumque fuit. Corn. *consil. 225. col. pen. §. nec obstat. libr. 3.* Dec. *consil. 422. num. 9. & consil. 450. n. 2. & seq. ut & cons. 490. nu. 10.* Cagnol. *in l si librarius num. 12. ff. de R. Iur.* Achilles Personalis, *in tract. de adi-*

pisc. poss. num. 589. quem vide, *n. 594. & seqq.* & Tessaur. *decis. Pedem 141.*

Et quod hujusmodi Clausula in Testamentis apposita, aliquid operari debeat, licet ex stylo Notariorum apponi consueverit: Nam Secundum Ripam *in l. Centurio. num. 84. ff. de vulg.* cùm testator publicari, & vulgari sermone exponi, & declarari dictam Clausulam audit, non potest non percipere generaliter saltem earum vim, ac potentiam. Quis enim non percipiat, eum in omnem casum providere, & videri omnino velle, id quod agit, valere, quamvis specificè omnes causas, quibus providetur hisce Clausulis, non intelligat? Imò Dec. *cons. 490. col. pen. num. 10.* refert, Bartolum frequentissimis sententiis confutatum, eò, quod dicat, ejusmodi Clausulam nihil operari, quin & Notarius poterit citra falsitatis periculum institutionis titulum addere, Cravett. *cons. 75. num. 4.* Cùm ubique gentium sit stylus, ut apponatur. facit, quod dicit Bart. *in l. illa institutio. de hæred instit.*

Sed de Clausula Codicillari videri possunt Vital. de Camban. *in tract. Clausular. f: m. 11. & seqq.* Tennin. *cautel. 23.* Tessaur. *decis. 141.* Bolognet. *in auth. ex. causa. C. de liber. prateriit. numer. 76. & seqq.* & Turretus, qui singularem hac de Clausula conscripsit tractatum.

*

29. Collegiat Kirch

In den Stifften / oder Collegiat Kirchen gehört das Ius nominandi seu eligendi dem Collegio oder Canonicis zu / doch thun jhnen die Patroni Offters die approbationem, canonicè factæ electionis reserviren. Hocque Ius (consensum scil. præstandi post electionem perfectam) hunc habet effectum, ut electio vitietur, si Patronus habeat justam causam dissentiendi; hicque consensus requiritur ad benè esse, & ex honestate. Canon. *in c. ut sicut & c. cum terra. d. elect.* Butr. *in tr. de jure Patron. c. 25. n. 22.*

Constat item, quod Ecclesia Collegiata probetur per Instrumenta, maximè de antiquo ultra centum annos; ac etiam per Instrumentorum verba enunciativa, in quibus fit mentio de capite & membris, ut firmat multis Card. Tuschus *pract. concl. lit. C. conclus. 458.*

At verò manifesti Iuris est, quod receptio & electio Canonicorum, & Canonicatuum plena dispositio, omninò pertineat ad Ecclesiam Collegiatam, Rhenat. Choppinus *de Sacra polit. lib. 1. cap. 32. in pr.* Ægid. *decis. 718.* Feder. d. Senis, *consil. 34. & cons. 61. num. 4. in fin.* Tusch. *d. lit. C. concl. 36. & concl. 459. ac lit. E. concl 99.*

Quodque regulariter, ac de jure communi, in Ecclesiâ Collegiata vel Conventuali, electio ad Ecclesiam spectet, vel Conventum, ac tùm demùm

mùm canonicè facta vocatio indigitetur, quæ taliter facta fuit, multis tradit Hostiens. *in summ. lib. 1. tit. de Election. per discurs.*

Hinc porrò utriusque Iuris Interpretes dicunt, Patronum ex Ecclesiâ faciendo Collegiatam, privari sua potestate sine culpa, non tamen sine causa. Anton. de Butrio *de Iur. Patron. cap. 25. num. ult.* Heinric. d. Boich. *cap. 12. ad fin.* Cæsar. Lambert. *in 6. quæst. princ. art. 1. in tractatib. de eodem jure.*

Quin & Collegium quoque seculare, regulariter ipso jure, nominationem habet Collegarum in locum demortuorum sublegendorum, quod Dn. Cothman. *in Consiliis Academicis* docet, ut & Langlæus *lib. 7. semestr. cap. 10. fol 375.*

30. Commendiren / Commendation Schreiben.

Falsò aliquem commendans, & affirmans esse idoneum, cum non esset, tenetur Creditori. Schæffer *lib. 1. pract. qu. quæst. 46.*

Nuda autem commendatio futuri debitoris, neminem obligat, *l. si vero. 12. §. cum quidam.* ibi: non obligabitur, quia commendandi magis hominis, quàm mandandi causa scripta est, *ff. mandat. l. sciendum. 19.* ibi: multùm interest, commendandi servi causa quid dixerit, an verò præstaturum se promiserit, quod dixit. *de ædil. Edict.* Hinc nec literæ commendatitiæ obligare dicuntur. Vitalis de Camban. *tract. Clausular. in Claus. enumerata verba in epistolis prolata.* Iohann. Schneidewin. *in princ. Inst. de mandat. num. 5.* Sed aliud est, si dolus accedit, vel persuasio falsa. *l. quod si. 8. l. servus. 20. ff. de dolo.* Aliud igitur est nuda commendatio, sine persuasione, aliud callida & affectata persuasio, cum hortatu, quæ obligat omninò.

Sic & Pfeil. *consil. 21.* tradit: admonitionem simplicem, demonstrationem, commendationem, & etiam persuasionem citra fraudem & obligandi propositum factam, consilium potiùs censeri, quàm mandatum, nec obligare, si dolus absit. Præsertim si ea res, quæ ita mandatur, ad mandatarium solum spectet. Molina *de Iustit. & Iure tract. 2. disput. 549. num. 2.* Sin verò inducat eò aliquem hortatu & persuasu, quod aliàs facturus non esset, obstringi; aut si suam propriam utilitatem respiciat mandans, Molina *dict. loc num. 1.*

31. Commenthur.

Comendator alicujus Commendæ sive Prælaturæ, non est Prælatus, Dec. *cons 149. númer. 5.* Christinæus. *vol. 1. decis 59.*

Fallit tamen, si sit Commenda perpetua. Corn. *cons. 66. libr. 3.* Molin. *ad addit.*

addit, Alex. cons. 96. lib. 4. & consil. 37. ubi allegat *c. si plures. 21. quæst. 1.* Si autem perpetua non sit, est tantum Procurator: habet tamen legitimam administrationem, nec facit fructus suos, quia Custos est, nec in Ecclesiâ Ius habet; neque etiam in fructibus, nisi ad colligendum, gubernandum, providendum sibi & ministris, & quod superest in Ecclesiæ utilitatem convertendum (commendare enim nihil apud est, quàm deponere. *l. commendare. de V. S.* gl. *in l. nemo. in vers. commendare. de elect. in 6.*) tamen contrarium fit de facto. *d. gloss.*

Commenda est titulus quoad ad administrandum tantum, non quoad Ius in Beneficio quærendum. Commenda & sequestrum æquiparantur.

Hodiè communiter fiunt Commendæ, ut Commendator possit fructus nedum in utilitatem Ecclesiæ, sed etiam in suos usus convertere.

Commendator potest locare pro pluribus annis res Ecclesiæ, potest agere & conveniri; sed alienare non potest.

Commendatores S. Iacobi de Spada, vel de Alcantara & Calatrava, voto Castitatis non adstringuntur.

Commendatores S. Iohannis Hierosolymitani eisdem Legibus, & gravioribus adhuc constringuntur. Fr. Sarmen. *de reddit. Ecclesiast. p. 2. cap. 5. num. 18.*

Dicti tamen Milites nō sunt Ecclesiasticæ Personę, sed modi illorum appellantur Religiones. Nam ut S. Thomas loquitur *2. quæst. 186. art. 4.* illi modi vivendi, quibus homines necessariò utuntur, non sunt simpliciter & absolutè loquendo, Religiones, sed secundum quid, & in quantum participant quædam, quæ ad statum Religionis pertinent.

Commendatores pro Ecclesiâ militant. Sarmientus. *in tract. de reditib. Eccles. part. 4. c. 1. num. 13.*

Hos Ordines profiteri, est omnium voluptatum Venerearum (exceptâ conjugali, in aliquibus per dispensationem, secundum D. Thomam) abrenunciatio.

Religiones militares fuerunt institutæ, ut fidem Catholicam armis defenderent, viventes in Castitate, quæ salutem & vires auget.

Constitutio de Relig. §. Vnd nach dem hey Vergleichung / ꝛc. loquitur de Clericis in Sacris Ordinibus constitutis, scil. de Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis. Clerici autem in Sacris Ordinibus constituti, non possunt movere arma. gl. *in c. 1. 27. quæst.* Ergò Ordinis Militares fratres Teutonici non censentur ex Clericis illis, de quibus constitutio loquitur. Verba Constitutionis hæc sunt: Wo ein Ertzbischoff / Bischoff / Prælat / oder ein ander Geistliches Standts / von unser alten Religion abtretten würde / ꝛc. Illa verba in dubio debent simplici-

pliciter intelligi, & non secundum quid. *l. hoc legatum. ff. de leg. 3.* Cùm loquantur præsertim in casu pœnali, qui est restringendus. Licet igitur Commendatores Ordinis Teutonici sint religiosi, secundum quid, non tamen in verbis Constitutionis comprehendi videntur. Et ut statutum concernens aliquos Religiosos extendatur, tunc oportet ut extensio fiat per superiorem. Abb. *in c. qui quib. extra de fid.* Commendatores quoque non Ecclesiasticæ personæ sunt, ut Archiepiscopi, Episcopi aut Prælati. Ergò non comprehenduntur sub verbis, **oder ein anderer Geistlich Stands.**

Sed verò ratione habitâ finis, vix aliis persuaderi potest, tales Commendatores ad aliam posse accedere confessionem, & simul retinere bona. vid. Reichwein. *in formul. fol. 176 & seq.*

De Commendatoribus, quodque ii Ecclesiasticis personis, eorum item Commendæ, Ecclesiasticis bonis sint adnumerandæ; & ita sub generali omnium bonorum hypothecatione non venire; etiam in locis ubi reformata religio viget, egregiè tractat amicus meus Dn. Anton. Bullæus *consil. 10.*

Ac de Commendis & Commendatariis, v. Camill. Borell. *in summ. decis. tom. 1. tit 31.*

32. Commissarii.

De his non opus est, pluribus agi: cùm plenè hanc materiam evacuârit Dn. Rutger. Ruland. amicus meus. & videndus etiam est Arumæ. *vol. 4. disc. 17.*

Commissiones ad perpetuam rei memoriam, apud eum Iudicem peti Iuris est, ad cujus Tribunal pertinet causa principalis. Attamen inter personas immediatè Imperio subjectas; vel si saltem is, qui reus in principali causa est futurus, immediate Imperio subsit: non coram Iudicibus Ordinariis Austrägarum, hujusmodi petitiones instituuntur in Cameræ Tribunali. Idque ideò fieri tradit Gail. *1. obs. 93. n. 2.* quia cùm periculum sit in morâ, sollenitas, in adversario requirendo, non posset absque periculo partis observari. Sed ea ratio Dn. Philippo Tennagelio non probatur: cùm sæpè nullo periculo præsente, talis Commissio decernatur. Potiùs igitur dicendum ait, eâ de causa Cameram adiri posse; quòd talis Cõmissio, ex Imperio magis, quàm Iurisdictione proficiscatur.

33. Compaßbrieff / Bitts-brieff.

Literæ mutui compassus, Compaß-Bitt: & quas Camera Hülffsbrieff vocat, sunt, quando Iudex non habens Iurisdictionem in subditum

alterius Iurisdictionis, petit à Domino subditi, ut sibi quid contra subditum vel per se, vel per ipsum Iudicem facere liceat.

Sic, licet regulariter Magistratui, extra territorium Ius dicenti, impunè non pareatur; *l. ult. ff. de Iurisdict. l. Pupillus 239. §. territorium d. V. S.* tamen obtineri potest mandatum seu decretum Iudicis, cujus potestate, quid in aliena Iurisdictione facere liceat, putà testes examinare *l. 3. in fin. ff. de testib.* Mynſ. *3. obſ. 40.* Ruland. *p. 2. lib. 1. cap. 2. & cap. 9. in fin. nu. 7.* insinuare citationem, perquirere fugitivos, &c. nam & hoc nomine, literas ad Magistratus dari, traditur in *l. 1. §. hoc autem ff. de serv. fugit. l. 12. §. fin. ff. de accus. l. 7. ff. de cust. reor. l. 1. §. 2. in fin. de requir. reis. Novell. 17. cap. 14. & Novell. 134. cap. 5.* Solent enim Præsides Provinciarum, in quibus delictum admissum est, scribere ad Collegas suos, hoc est, Præsides aliarum Provinciarum, ubi sceleris auctores agere dicuntur, & desiderare, ut cum prosecutoribus ad se remittantur. *l. solent. 7. ff. de custod. & exhib. reor.* Fornerius *rer. quotidian. lib. 5. cap. 12.*

34. Concordata Germanicæ nationis.

Varia inter Pontifices, Imperatoresque Romanos, subindè orta sunt bella, quæ inprimis occasione electionis Episcoporum sunt mota. Ea autem ne & porrò orirentur, pro singulari sua prudentiâ cavit Imp. Fridericus III. qui compositionem cum Pontifice Nicolao V. Anno Chr. 1447. Kal. Aprilis procuravit: vulgo Concordatam Germanicæ nationis, dictam.

Sunt verò variæ horum concordatorum editiones. v. *Trismegistum Canonicalem* Wolfg. Sigismundi à Vorburg. *fol. 493.*

Vigore autem horum Concordatorum, non debet Imperator feuda secularia cõferre iis Ecclesiasticis personis, quæ non Pontificiam impetrarunt confirmationem. Indeque Episcopi reformati, non ab Imperatoribus Catholicis, plenè investiuntur.

Notat tamen Christinæus *vol. 1. decis. 358. n. 13. &c.* multas Ecclesias Germaniæ ea concordata non acceptâsse, sed ampliora privilegia jactare.

35. Confrontiren.

Iudex potest testes, ut & Socios Criminis confrontare, & tunc illi testes non plures simul, sed singuli debent per se ad faciem ipsius Rei adduci, & præstito coram eo Iuramento Veritatis dicendæ, factâque illius personæ cognitione, omnia ea, quæ aliàs deposuerunt; iterum in faciem præfati rei ratificabunt & confirmabunt. Hæc autem confrontatio fieri

solet

solet ad effectum effugiendi repetitionem testium, eorumque dicta & depositiones convalidandum, Clarus *in §. fin. quaest. 45. num. 14.* Testes enim pro informatione Iudicis saltem examinati, non citatâ parte, nihil probant, nullumque faciunt indicium, nisi deindè repetantur parte citatâ; cujus quidem Citationis & repetitionis vicem obtinet ista confrontatio; non enim Confrontatio aliud facit, quàm quod supplet defectum probationis. Matth. Stephan. *de offic. Iudic. lib. 9. cap. 8.* qui suadet Iudici, ut semper quando testes habere potest, illos potius cum Reo confrontet, quàm in ejus absentia repeti curet: quia, ultra quod ejusmodi Confrontatio magis reum urget, aperit etiam plurimum mentem ipsius Iudicis, vel audax inficiatio & negatio rei, vel constans assertio Testis, juxta illud: Tu magis scire potes, *l. 1. §. ideoque Divus. ff. de testib.*

Non tamen semper Iudex admittet confrontationem. Sic namque confrontandus non est servus cum Domino, filius cum patre, vel è contra; nec timidus cum potenti, & similes: quia difficulter contra praedictos tales in eorum faciem suum dictum confirmare audent, saltem sine aliqua vacillatione.

Sic potest Iudex etiam confrontare Socios Criminis cum reo; sed cum socii criminis sint inhabiles ad testimonium perhibendum, propter complicitatem, quae detrahit illis de fide; idcircò non est satis simplex Confrontatio de plano facta, sed majori solennitate in confrontatione sociorum criminis, utendum erit: ut scil. in ipsius Rei examinati praesentiâ torqueantur, ac eorum dictum ita in tortura confirment & ratificent, adeoque illud validum reddant contra reum. Stephan. *d. tract. & cap.*

36. Consistorium.

Consistorium est locus, in quo Princeps Legatos & quoscunque adeuntes admittit & audit, & de causis cognoscit, inquirentibus in negotium, & dispicientibus Consistorianis, uti alicubi Ammianus Marcellinus ait: Sic in Populo Dei fuit summum Consistorium, Concilium, sive Iudicium, quod *Sanhedrim*; & *συνέδριον* vocabatur, constabat ex 72. Iudicibus, quos 70. Seniores appellabant. *Exod. 24. v. 1. Num. 11. v. 25.* Cothman. *in rubr. Cod. num. 3* In libris nostris aliquando appellatur Auditorium, ut *in Novell. 23 cap. 1. c. Romana. extra de appell. in 6.* Ita dicitur Auditorium Rotae, in quo causae audiuntur, cognoscuntur & deciduntur. Aliquando nominatur Camera, ut est Camera Imperialis, quae est Spirae.

Hodie Consistoria nominamus, Iudicia Ecclesiastica quorumvis ferè Iudicum, in quibus causae vel merè spirituales & Ecclesiasticae, vel mixti

Aa 2 fori,

fori, putà, matrimoniales tractantur, Cothman. *d. loc. num. 33.* Et vigore suspensæ Ecclesiasticæ Iurisdictionis, Germaniæ Status talia Consistoria instituere solent. Ego *de Majest. f. 125.*

Horum autem Consistoriorum, latissimam esse potestatem in matrimonialibus, ac ferè talem dispensandi facultatem, quam Pontifici Romano tribuit Canoniũ Ius, ut docet Köpen. *enucl. 4. dec. 1. n. 143. &c. ac passim.*

37. Contract.

Contractus accipitur aliquando in genere, aliquãdo in specie. Primo modo, omnem cõventionem, & quicquid inter agentes placuerit, continet. *l. 1. §. conventio. ff. de pact.* Et convenit cum Germanico Handlung. Secundo modo, accipiendo contractum in specie, continet ultrò citroque obligationem: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem, *l. Labeo. §. contractum ff. de V. S.*

Contractus dicitur quasi contra seu vicissim actus, sicut contrahere, mutuo & vicissim trahere importat, à Græco verbo descendens.

Et contractus *propriè* fieri dicitur, cùm obligatio ex utraque parte contrahentium nascitur, ut in exemplis positis in text. *l. Labeo. §. contractum.* & in venditione est. *l. ex consensu. ff. de act. & oblig.* Emptor enim obligatur ad pretium solvendum venditori, & venditor ad rem tradendam emptori. *l. ex empto. in pr. ff. de act. empt.* Unde Contractus secundum Alciat *in d. l. Labeo. §. contractus. ff. de V. S.* dicitur, quasi sit vicissim & mutuo trahere: vel aliter quasi contra seu vicissim actum.

Impropriè Contractus fit, cùm altera pars tantùm obligatur: ut in donatione & stipulatione contingit.

Impropriissimè, cum ex neutra parte oritur obligatio: ut in transactione nudo pacto facta, & sub conditione, Bart. & alii *in l. sive apud acta C. de transact.*

Quid sub appellatione Contractus veniat? vide Mozzium, *de Contract. art. 6.* Qui vult sub *num 3.* appellatione Contractus non venire distractum; per tradita Baldi in *l. fin. Cod. si tut. vel Cur. in pr.* ubi text. inquit, distrahentibus & contrahentibus; & sic ponuntur tanquàm diversa: & hoc magis procederet in statutis, ubi verba propriè sunt intelligenda.

Sed aliquando appellatione Contractus, venit etiam distractus, *l. omninm C. de omni agro deserto.* ubi ille, qui non solvit, contrahit, & absque dubio sic accipitur Contractus generaliter, & largo modo comprehenditur, & venit etiam distractus: juxta *l. omnem obligationem ff. de Iudic.* Ias. *in §. omnium Inst. de act.* Tiraquell. *in tract. de leg. connub. in gl. Contractus.*

Petr.

Petr. Rebuff. *in Com. ad const. Reg. tract. de lit. oblig. art. 4. gl. 10.* Mozzius. *d. loc. num. 4.*

Sic prohibitus contrahere, non poterit aliquem liberare: quia liberatio, est donatio, Br. *in l. si unus §. pactus. col. 3. ff. de pact. per l. in adib. §. 1. ff. de do.* Idem *in l. si de certa C. de transact.* Afflict. *decis. 232.*

38. Cornut.

Cornutus, Ioh. Parladorio *rer. quotid. lib. 1. cap. 17. num. 6.* dicitur, quasi sit corde nudus, qui dedecus tale patiatur. Nam ut Salomon *Prov. cap. 18.* inquit: Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum; qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.

Is verò qui aliquem Cornutum appellat, actione injuriarum conveniri potest, & ad recantationem sive Palinodiam actori tenetur.

Idem erit, si eum Cuculum appellaverit, vel Currucam (quod idem est, ac si eum nominâsset Cornutum) rectius quidem Curru talis vocatur: nã de cuculo & curucâ Aristot. *lib. 6. de animal. cap. 7.* in hæc verba scribit: Pullos cuculi nemo se ait vidisse, parit tamen, verùm non in nido, quem ipse fecerit, sed interdum in nidis minorum avium: & ova quæ aliena reperit, exedit. Maximè verò nidos palumbium petit: quorum & ipsorum ova ejus absumens, sua relinquit. Curruca quoque, cujus in nido parit, fovet illa & excludit.

Ex quibus verbis liquet, Cuculi nomen adultero, Currucæ verò patienti seu Cornuto (quem vocant) magis quadrare.

Curruca autem est avis haud dissimilis ei, quam vulgò Coruxam, à latino verbo non multùm discordantes appellamus; ea in occipitio plumarum cornuscula quædam arrigere solet, & indè Cornuti maledictum originem vetiùs traxisse videtur, secundum Parlador. *d. l. n. 8.* Vbi *num seq.* dicit, ad istud etiam convitium pertinere, si quis injuriandi gratiâ, aliquem bonum Virum appellaverit: nam & eâ appellatione, malignè interpretatâ, Cornutus significari solet. Nevizanus *in Sylv. nupt. lib. 1. numer. 76.* Boer. *consil. 4. num. 7.* Sed vide Parlador. *d. cap. 17. num. seqq.*

39. Correspondentz/ Correspondirende Stand.

Nuperas ante turbas Correspondentes indigitari voluerunt, qui in asserenda Germaniæ libertate, & deprecando libero, absolutoq; dominatu consentiebant: ut dixi *in tract. meo de Iurisdiction. cap. 12. fol. 30.*

Sed annè habuerint causas ejus rei sufficientes, non est meum vel affirmare, vel negare.

40. Credentz Brieff.

Vulgatum est, daß man deß Papsts oder deß Kaysers Botten oder Bottschafften nichts glauben soll / ohne derselben Brieffe / wiewol sie auch sonsten beglaubiget seyn mögen (ut retulit glossa Landtr. *lib. 3. art. 63. in verb.* mit seinen Brieffen) per *l. si quis. C. de mand. princip. & c. cum in jure. in fin. ext. de officio Delegat.* Bart. *in l. si mei causa. §. fin. ff. commodat.* aliàs quia Cardinalis, Curiam sine commissione vel delegatione legaliter facta, exire non solet, idcircò creditur ei adserenti se esse Legatum. Speculator *titulo de legat. §. superest. vers. quid si delegati.* quem est secutus Ioannes Andreas *in cap. 1. de offic. legat. in 6.* & retulit Antonius de Butrio *in cap. Constitutus. ex. de appellat.* nec dissentit Bartolus *in d. l. si mei causa. §. fin. ff. commod.*

Literæ autem Credentiales, *lettres de creance*, creditiff Schreiben / eæ sunt, quæ feruntur per illum, cui dicitur in eis esse credendum, ad eum, cui diriguntur. Hippolit. Riminald. *consil. 9. nu 16. in 1. vol.* Et adinventæ sunt hujusmodi literæ variis ex caussis, & præcipuè quò rectius mentem nostram explicemus; cum enim arcana literis semper comittere, minimè expedire usu compertum sit; possibile namque est, ut vel vulgus intelligat, sive quod ipsæmet literæ intercipiantur; vel subtrahantur, aut amittantur: ipsarummet literarum usus jure optimo inventus est. Id quod nedum à Mercatoribus; verùm etiam à Regibus, & Principibus (ne Regni, quod convenit, alii scrutentur arcana) utplurimum observari, notatur *in l. mercatores. C. de commerc. & mercatorib.* Stracha. *de assecurat. gloss. 11. n. 1. & seq.*

An verò ex literis ipsis scribens efficaciter obligari possit? vide Nicol. Ianuam *tract. de privat. scriptura. lib. 3. tit. de literis Credentialib. &c. num. 4. & seqq. fol. 575. & seqq.*

Est autem differentia inter Mandata generalia (& quæ eorum sunt loco, litteras Credentiales) ac Instructionem specialem. Illa edere tenetur, non hanc. Ego *de Legat. f. 89.*

41. Creutz.

Crux etiam est Iudicii signum. Etenim pertica vel Crux lignea, si alia nota deesset, illic erecta fuit, ad quam Iudex & Scabini de justitiâ æqualiter distribuendâ, jurare coacti erant.

Et Certè hîc quoque aliquid Religioni datum est, in memoriam Crucis Christi. Ob quam illud signum olim Instrumentis & Diplomatibus præfixum fuit, non à Romanis tantum, *l. 22. § 2. C. de jur. delib.* Faber. *lib. 3. semestr. 1. in fin. Novell. Leon. 72.* sed ab ipsis Imperatoribus etiam Germanicis; Auctor *Hodeporici S. Willibaldi, tom. 4. Can. 5.* Sic mos est, Saxonicæ gen-

gentis, inquit, quod in nonnullis Nobilium, bonorumque hominum prædiis, non Ecclesiam, sed Sanctæ Crucis signum Domino dicatum, in altum erectum, ad commodam diurnæ orationis sedulitatem solent habere. Tum etiam, quia rei illic vel supplicio affecti, vel in duello succubuerant. Quomodo etiamnum non in Cœmiteriis solùm, sed etiam in agris illis, ubi homo occisus, crux lignea vel lapidea erigitur. Et potest esse, quod Crux in alium finem erecta, signi quoque sive malli usum Iudici præstiterit. Quales sunt Cruces viarum monstratrices, Wegweiser. Ita Robert. Monach. *libr. 2. Histor. Hierosolym. in princ.* De peregrinationibus ad S. Sepulchrum Domini, quod posuerint ligneas Cruces per reflexus viarum, in testimonium, ut cunctis notum fieret, quod via illa esset peregrinantium. Nominàtim in Civitatibus Crucem erigi consuevisse, tradidit auctor Weichbildi *art. 7.* in signum scil. judicii & Iurisdictionis: de qua ita legitur *in vocabulario antiquo, verb. Weichbild.* Vnd ist vor Alters dabey gedeutet gewesen / daß man ein groß Hültzere Creutz in einer Statt oder Flecken hat auffgericht/ darauff ein Handt oder Schwerdt gesteckt / zum Zeichen der Gericht vber Hals vnd Handt. Dn. Ioann. Griphiander *in tractat. de Weichbildis Saxonicis 5. cap. 66. num. 13. & seqq.*

Legitur etiam *in text. & gloss art. 7. §. 2. & art. 9.* Weichbild. huc usque observari, ubi feralia & Civitates noviter fundãtur, quod figatur crux, in testimonium Pacis, quodque ibi cernatur municipalis pax, appendaturque Imperatoris signum, ut appareat, de voluntate ejus id factum esse. *Artic. eod.* ubi de jure Civitatibus dato, agitur: Darüber so wardt in S. Peters Friede gewürcket / vnd gegeben mit einem Creutz / ubi gloss. bey dem Creutz ist zuvernemmen Gottes Fried von S. Peters wegen / *c. ita Dominus dist. 19.* Dann zu derselben Stett sollen gehören beyde Geistlich vnd Weltlich Gericht / von dem Kayser (das ist zuvernemmen bey dem Handschuch) das Geistlich Gericht bey dem Creutz / vnd bey diesen zwey Zeichen ist zuvernemmen / daß da Fronrecht sey / Freyung vnnd rechter Fried. Dn. Griphiand. *d. tract. cap. 76.*

De Cruce verò Sanctâ, præclarum opus confecit Gretserus.

Quod autem *in Cod. Iustinianeo* singularis titulus est, quod nemini liceat signum Salvatoris nostri, humi, vel in silice, vel in marmore, aut sculpere aut pingere: hoc intelligit Paul. Christinæus, *in decis. Belgic. fol. m 53 vol. 2.* de Christi nostri Salvatoris imagine simul & Cruce.

Sed addere lubet, vel saltem animi gratiâ, historiam mirabilem, quam recenset Thom. Cantipratanus, qui *1. cap. 25. f. m. 193.* ita scribit: Sed & de fratre Volvando, Priore Ordinis Fra-

Fratrum Prædicatorum in Argentina, Civitate Teutoniæ, rem præcipuè mirabilem & devotam, propriis oculis vidi. Hic, ut Fratres mihi testatissima veritate narraverunt, semper ferè, sive gradiens, sive stans, sive sedens, pollice signum Crucis in pectore depingebat. Contigit autem ut Maguntiam veniens, infirmitate decumberet, & ingravescente morbo, cum mirâ alacritate Spiritus moreretur, & apud Fratres Minores ibidem sepeliretur. (Nondum enim Fratres Prædicatores in eadem Civitate locum habebant) Quo audito, Fratres Prædicatores Argentinenses, duos fratres pro Prioris sui defuncti corpore, Maguntiam direxerunt, sed frustrà: quia Fratres Minores sepultum reddere noluerunt. Contigit autem post annos paucos, ut Fratribus Minoribus ad locum alium transeuntibus, Fratres iterum Prædicatores de Argentina duos fratres in Maguntiam, pro [illegible] Prioris corpore, destinarent. Qui sine contradictione, assumptis ossibus, in Argentinam prosperè redierunt. Quid plura? Ossa fratres diligentiùs abluentes, os pectoris, cui ex utraque parte cohærent costæ superiùs, insignitũ Cruce operosissimâ repererunt, & hoc quasi scutum Cordis interiùs. Erat autem Crux (ut ipse ad hanc videndam quadraginta milliaribus laboravi, & lætis vidi oculis meis) in ossis medio, ex substantiâ osseâ, ad spissitudinem evidentissimam elevata, tribus superioribus Brachiis æqualis longitudinis, & inferiori brachio decentissimè longiori: extremitates verò trium brachiorum superiorum instar repandi lilii recurvatas, & brachium inferius, quasi trunco deberet infigi, exacuatum habebat. Quid igitur in signo corporeæ Crucis in osse pectoris, nisi mortis Christi in mente priùs habita stigmata passionis? Et quid in foliis repandi Lilii in Crucis extremitatibus designatur, nisi mundissimæ castitatis insigne, quod cum memoria mortis Christi fundatissimè fixum gerebat in carne? *Hactenus Cantipratanus.*

42. Cronen/ Cronengold.

In der Müntzordnung Ferdinandi, referente Alemanno *consult. 8. quæst. princ. 1. partit. 32.* ita habetur: Burgundier oder Niderländische/ unnd Frantzösische Sonnen Cronen/ sollen genommen werden für 93. Creutzer: Fürter alle Spannische/ Castilier/ Valentier/ Navarrische/ Meiländische/ Sicilier/ Genueser und Päpstische halten 91. Creutzer.

Et Budelius, *de re Numaria, lib. 1. cap. 18. num. 15.* sequentia habet: Coronati in Galliâ cusi, non attriti, secti, aut aliàs in pondere diminuti, quoniam momenta 71. appendunt, idcircò marca una, ex illis compre-hen-

hendit 68. cum dimidio: caracta viginti duo cum dimidio.

Scutatus sive Coronatus solaris non à Sole, sicut vult Bodin. *3. de Repub. 6. & lib. sing. de augm. monet.* sed à solido derivatur; Galli enim post Romanos, solidum pro aureo habuerunt. Freher *de re mon. cap. 3.* Dicuntur autem Scuta *escus*, propter Scutum, Insigniorum ipsis impressum.

Aurum Coronarium, Cronengelt dicitur, quo aureæ Coronæ conficiebantur. *l. un. C. de aur. Coron.* de quo plura scribit Wolffgang Lazius, *in Comment. Reip. Rom. lib. 2. cap. 13.* qui in eo labitur, dùm aurum Coronarium dicit esse genus tributi: prout monet Casp. Anton. Tessaurus *in tract. de augment. monet. ab init. num. 17.*

43. Curmede.

Idiotismo Iuliacensi Curmede dicitur, quando de bonis Curmedicis, hoc est, quasi feudatariis, Emphyteuticis, Hubegütern / Dominus pro Investiturâ exigit ex rebus animatis optimam vel secundam; & vocitatur lebendige Curmede; aut ex vestimentis, vel aliis inanimatis; & simpliciter sic appellatur. Meichsner. *tom. 1. decis. 20.* ubi integrum votum Von Curmedegütern. Knichen *de pact. vestitur. parte 2. cap. 4. in fin.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. conc. 64. num 2.* Ritter. *de Homag cap. 7. n. 164. ad fin.*



1. Dach vnd Fach.

JN Dach vnd Fach zuhalten / nihil aliud est, quàm conservatio ædificiorum, vel die Gebäw an Ofen / Thüren / Fenstern / Leimwänden / Zäunen / Dachungen vnd was dergleichen seyn mag / wie ein fleissiger Haußvatter thun soll / järlich zubessern / vnnd das so lang zuerhalten / als es sich erhalten lassen will. Moller. *ad constit. Saxon. part. 2. constit. 32. num. 27.*

2. Dagegen.

Vocula dargegen / quandam inducit anthitesin, proportionemque operatur; *l. fin. C. de don. ant. nupt. auth. æqualitas C. de pact. convent.* Göden. *cons. 99. in pr.* Marc. Mant. *consil. 119. num. 1. lib. 2.* Bursat. *cons. 179. num. 8.* & introducit æquipollentiam, satisfactionem, ac æstimationem quotitativam. Shæffer. *pract quæst. quæst. 3. numer. 140.*

3. Dantzen.

Saltationes esse prohibendas, omni seculo, multi viri pii, gravesque censuerunt. v. me *tr. d. educatione, fol. 17. & seq.* Quem in sensum, Fr. Iohan. Pauli, Barfüsser Ordens in Schimpff vnd Ernst / *tit.* vom Dantzen / *cap 337.* graviter scribit: Es soll kein frommer

Bb Mann

Mann seyn Fraw / noch seyn Tochter zum Dantz lassen gehen/ du bist sicher/ daß sie dir nicht als gut wider heim kommt/ als sie dar ist gangen. Sie begehren / oder werden begehrt / vnnd haben jhre Händ in einer vnreinen Hand.

Consentit Reinhardus Lorichius Hadamarius, qui *instit. Principis, fol. m. 206.* ita scribit: Hic ludus multorum dedecorum caussa fuit. Sæpè ibi matrona diu servatum decus perdidit.

Sæpè infelix virguncula didicit, quod melius ignorasset. & quæ ibi sequuntur plura.

4. Darnach.

Particula Darnach / id est, *postea*, omninò segregat dispositionem à præcedentibus: significat enim intervallum temporis. *c. non solum. in pr.* ubi Gemin. *de appell. in 6.* Bart. *in l. fructus. circ. fin. ff. solut. matrim.* Alciat. *in rubr. ff. de novi oper. nunc. numer. 59.* Ruin. *in l. Gallus. num. 37. ff. de lib. & posthum.* Et hanc dictionem *postea*, nõ otiosam esse, monet Zasius *in l. certi condictio. §. deposui apud te. num. 5. ff. si cert. pet.* ac *in l. ait Prætor. 1. §. si neq. num. 6. ff. de jurejur.*

Dictio *deinde*, est significativa ordinis graduum, & ideo in materia successionis hæc dictio importat successivum ordinem, ut proximior præferatur remotiori. Bald. *cons. 292. num. 2. lib. 2.* Tuschus. *pract. concl. lit. D. conclus. 263.*

5. Daß man mich in allen Enden fürzunemmen macht haben solle.

Vt renunciatio privilegii fori inducatur, non satis est, in contractibus hisce verbis uti: *Promitto tibi solvere quibuscunque locis*, aut: *Facio tibi copiam me cõveniendi in omnib. locis:* Daß du mich an allen Enden fürzunemmen macht haben sollest. Aut ita: *Facio tibi copiam mei conveniendi, ubicunque locorum inventus fuero.* Intelligitur enim clausula hæc, de locis competentibus. Bart. *in l. si convenerit. 18. numer. 4. ff. de jurisdictio. omni. judic.* Mynſ. *cent. 1. observ. 88.* Ergò necessaria est renunciatio specialis & expressa. Bart. & Zas. *num. 33. in d. l. si convenerit.*

Hæcque notanda sunt ad fundandum die Ehehafftin / tam in Suevico, quàm Rotwilensi Dicasterio Imperiali: nam utrobique gibt die verzigne Freyheit ein Ehafftin.

Sic licet quis Status Imperii maximè generaliter pactus sit, quod velit coram quovis Iudice conveniri; nihilominus tamen privilegio Austregarum gaudet. Nam generalis renunciatio, jus hoc privilegiatæ Instantiæ aufferre non potest, sed ita strictè interpretanda est, ut renuncianti in casu

casu speciali minùs noceat. *l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.* vide Hering. *de fidejuss. cap. 23. num. 20. & seqq.*

Et in eam non veniunt talia singulare jus habentia, quando non sunt expressa. Cephal. *cons. 427. num. 6.* Cravett. *cons. 200. n. 10.* Nam talia verba, ut *supra* dictum, quod velit coram quovis Iudice conveniri, de Iudicibus competentibus intelligenda sunt; & ita in Camera in causâ Christophori de Knöringen, contra David Juden obtentum esse, adnotavit Mynsing. *cent. 1. obs. 88.* Caspar. Ziegler. *in com. concl. §. Austrega. concl. 1. num. 29.*

6. Degradiren.

Degradatio ita fieri solet in iis, qui dicuntur Sacerdotes. Hæreseos damnatus à Iudice Ecclesiastici Ordinis, induitur sacris vestibus, inque manus ei traditur calix cum vino & aquâ, sed & patella deaurata cum pane azymo. Sic in genua procumbenti Vicarius Episcopi tollit & adimit prædicta, & simul mandat, ne posthac sacrum faciat pro vivis aut mortuis. Laminâ deinde vitreâ radit ei digitos, injungens, ne rem ullam deinceps consecret. Posthæc reliquum apparatum omnem aufert, usus ad singula certis quibusdam imprecationibus. Cùm jam exemptus est ille numero Sacerdotum, reliquis etiam gradibus, per quos ad Sacerdotii dignitatem veniri solet, exuitur. Sic denudatus, aliisque vestibus, ut vocant, prophanis indutus, traditur Magistratui, deprecante interim Episcopi Vicario, ne quid in ipsius vitam aut corpus etiam statuatur gravius. Hæc enim adhibetur ceremonia, ne scil. ipsi, qui sacra tractant, supplicii vel profusi sanguinis autores videantur extitisse: ut refert Iohann. Sleidanus *lib. 4. Commentar. fol. m. 89.*

7. Denmarck.

Danum, Imperio subditum esse, testatur Krantz *lib. 6. Daniæ cap. 17.* Ipsa Dania cum Norwegiâ & Boreas ab Othone devictus, & Imperio additus est, semper fidelitatis & subjectionis Iuramentum præstiterunt. Waldimarus, Coronam ab Imperatore suscepit, Leonæ in Synodo, Petrus à Frederico; etiam Canutus eâdem Lege vixit. De his Consule Cujac. *lib. 1. feud. fol. 65. a.* Helmold. *lib. 1. histor.* Bodinum *lib. 1. de Republ. cap. 9.* Hacque de re ita scribit Otto Frisingensis, *de rebus gestis Friderici cap. 5.* Cùm Fridericus ille Primus, Imperator admodum Iuvenis creatus, quod de Regno inter duos consanguineos, Petrum & Guotonem, apud Danos gravis esset controversia, Curiam magnam (puto maximus Comitiatus is erat Romanis) Martinopoli, frequentem Senatû omnium Ordinum indicit, Iuvenes è regno

ad locum ac diem constitutum evocat. Veniunt, parere se velle jussioni ac mandato, adjectis aliis honorum ac suppliciorum, edocent. Cæsar mittere in Consilium Patres. Res ita decisa esse dicitur. Gnoto, relictis sibi Regni quibusdam Provinciis, Regium nomen per porrectum gladium abdicavit. Est enim consuetudo Curiæ, ut Regna per gladium, Provinciæ per vexillum, à Principe tradantur vel recipiantur. Petrus verò, accepto ab ipsius manu Regno, fidelitate & hominio ei obligaretur. Ita Corona Regni per manum Principis illi imposita. Ipse coronatus gladium Regis sub corona incedentis portavit.

Sensim tamen ab Imperio defecit, ut testatur Krantz. *lib. 1. cap. 17.* Otto. Frising. *7. Chron. cap. 19.* Kirchov. *tom. 4. var. Consil. German. consil. 17. n. 18.* vide Chytræum *lib. 20. Saxon.*

Indubium est, eum ratione Holsatiæ Imperii esse Vasallum, ac proindè subditum. Nam Icti, qui Vasallum concedunt, subditum negant, non videntur scire, quid sit Vasallum Regis absoluti esse. Quamvis item Vasallitica qualitas ex non subdito, subditum non faciat; id tamen de sola personâ est intelligendum;

Danus autem Imperatoris Majestatem nomine Holsatiæ, & Iudicium adhuc agnoscit. vid. Gail. *de arrest. Imp. cap. 6. num. 16. & An. 1542.* dicitur ex parte Imperii consors membrum (Mitglidt) si ex parte membrum: Ergò ex parte sub capite.

Sed an ratione Daniæ etiam adhuc Vasallus? Præscriptione se tuetur Danus, atq; multi consentiunt, censentque Præscriptionem illam esse posse, alii negant. Nam præscriptio est Iuris Romani, & in Imperio viventium, non eorum, qui ex Imperio recesserunt. Contra Ius publicum, & contra Remp. negant dari præscriptionem. *l. compellit. 6. C. de praescr. 30. vel 40. ann.* sed vide me *in tract. de appellat. capit. 2. n. 8.*

Est verò perpetuum odium inter Danos ac Suecos, ut dixi *in tract. de fœder. jure fol. 6.* Lites etiam non exiguæ ex eo inprimis ortæ, quod conjunctionem illorum duorum Regnorum Dani affectarunt, vide *retorsionem imposturarum* Petri Parvi Rosæfontani, Equitis Dani, conscriptam à Iano Minori, Suemensi. Quâ de re ita scribit Iacobus Zieglerus *in delineatione Tyrannidis Christierni II.* Reges Danmarchiæ, sæpè aliàs Regnum Sueciæ armis tentàrunt, cupiditatem faciente ipsis vicina Norwegia, quam olim factione & armis oppressissent; pulcherrimum fieri existimantes, si totam continentem, quam Scandiam dicunt, sub unum Imperium contraxissent. Invitabant prætereà eadem, quæ cæteros mortales, domi opes minimè insignes; Norwegia à se exhausta; Suecia autem & Gothia integra adhuc, plenaque argen-

argenti & æris: Ita aliena felicitas, magnum his studium injecerat, quærendi opes ex alieno.

De Norwegia hæc item habet Boterus: Norwegiæ populi fuerunt olim valdè potentes, afflixerunt diu Angliam, divexarunt Franciam, obtinuerunt in ea Dominium Provinciæ, quæ adhuc dicitur Normannia. Regnum Norwegiæ turbis exagitatum pervenit ad Regem Daniæ, qui ut de illo securus sit, tractat durè incolas, spoliatque eos facultatibus, nec miseris hominibus spes est melioris fortunæ. Et Iacob. Zieglerus *in sua Schonlandia*: Itaque Norwegia hoc tempore est sub potestate Danorum; Hi non legitimos modò reditus & vectigalia tolerabilia imperant, sed omnia commoda corradentes, transferunt in Daniam, videlicet, diuturnitatem Imperii constituentes in infirmitate subjectorum. Hæc fortuna est Norwegiæ. Neque ipsa ædificia urbium, suam amplitudinem & dignitatem veterem tueri possunt, nec spes est status reparandi: Publici enim Conventus in rem non admittuntur: Nemo ex arbitrio suo referre audet, aut opere tentare, incertus de omnium voluntate.

8. Deputationstag.

Quando Cæsarei Commissarii, Electores & certi Status conveniunt, appellatur Conventus Deputatorum, aut Visitatorum Cameræ. Quorum ille *Decreto Augustano An. 1555.* primum institutus est, & constat ex sequenti Ordinum numero: Meintz/ Trier/ Cölln/ Pfaltz/ Sachsen/ Brandenburg/ allen Churfürsten: Oesterreich/ Würtzburg vnd Münster/ bayden Bischoffen/ Bajern/ Abbt zu Weingarten vnnd Ochsenhausen/ Graffen zu Fürstenberg/ Cölln vnnd Nürnberg / *d. Recess. An. 1555.* §. So sich dann abermals / etc. Vbi notandum probè est, hoc Deputationis munus ab initiò fuisse personale, nec transiisse ad successores; postea autem, ne morte quorundam numerus Deputatorum minueretur, convenisse inter Ferdinandum Cæsarem & Status, ut non amplius personis inhæreret, sed fieret hæreditarium, Recess. August. *An. 1559.* §. Nach dem sich darneben. *&* §. *seq.* additis insuper Duce Iuliacensi & Landtgravio Hassiæ. Verùm cùm animadversum esset, magna negotia magnis indigere adjutoribus, Vellej. *lib. 3.* ac integrum esse & absolutum consilium, quod plurimorum concordibus sententiis suffulciretur, Cacheran. *in præfat. decis. Pedem. num. 7.* præter duos istos, adhuc alios, Episcopum nempe Constantiensem, Regimen Circuli Burgundici, Duces Brunsvvicensem & Pomeraniæ adjici placuit. Recess. Spirens. *d. An. 1570.* §. Vnnd damit solche wichtige Ding. Inque eo auctario numerus Deputatorum sine ulteriori adje-

adjectione, hactenus substitit; & in Conventu Deputatorum Spiræ An. 1600. ad unguem fuit servatus. Equidem ad Conventum Deputatorum Anno 1571. Francofurti habitum, plures convolâsse Status, ex ejusdem Recessu cognoscimus. At extraordinem id factum, intelligi debet, nempe ob causas, de quibus tùm actum, peculiares. Aliàs propter motus Imperii ac intestinos tumultus, quibus compescendis, unius, trium vel quinque Circulorum vires non sufficiunt, Deputati regulariter conveniunt, *d.* §. **So sich dann abermals.** Bertram *apud Aruma. disc. 9. thes. 12. vol. 1.*

Ad hunc Deputatorum Conventum convocandi jus habet Elector Moguntinus; quo tamen non proprio, sed Cæsaris nomine utitur. Bertram, *dict. loc.* adde Reinhard. König *Theatr. Politic. part. 1. cap. 27. n. 8. & seqq.*

9. Dergleichen.

Dictio **Dergleichen** / est vera nota similitudinis, & verificatur per relationem ad aliud. *c. licet ex suscepto. extra de foro compet.* Georg. Everhard. *consil. 47. numer. 92. vol. 1.* Et perinde sonat, ac si dicat quis, *eodem modo, vel similiter*, quod verbum denotat similitudinem facti & modi, ut scribit Innoc. *in c. ex rescripto. extra de jurejur.* Item, significat æqualitatem & identitatem per omnia. §. *similiter. Inst. de excus. tutor. l. 2. in fin. ff. pro suo. l. Clemens. ff. de hered. instit.* Everhard. *d. loc.*

10. Derohalben / Derowegen.

Dictio *igitur*, continuat eundem sermonem, *in princ. Inst. de tutel.* & infert à præcedentibus ad sequentia. *l. si Procurator. §. si ignorantes. ff. mandat. l. Divus. ff. de cust. reor.* Albet. *in diction. verb. igitur.* Prosper. Farinac. *lib. 1. consil. 9. num. 20.*

Dictio *ideò*, vel *ex hoc*, *ideo fecit*, sunt respectu omnium præcedentium posita, ut ex causa præcedentium fiat dispositio. Castrens. *cons. 89. circ. fin. lib. 1.* & propterea est illativa: quia infert ex præmissis *l. & ideo. ff. de leg. præstand. Et ideò fecit, &c.* denotat causam finalem, quod movetur ex præmissis, & propterea inducit claram demonstrationem, quæ si vera non sunt, cessat liberatio vel quilibet contractus. Socin. *consil. 159. num. 20. & seqq. lib. 2.* Cravett. *consil. 192. numer. 21.*

11. Diaconi.

Diaconus est minister. Et in specie is, qui pauperum curam gerit, & eis subministrat necessaria, ex Ecclesiæ collectis. *Act. 6.*

Diaconiæ, hospitalia pauperum cum suis Capellis. Primi enim Diaconi fuerunt ministri pauperum & vidua-

viduarum, qui præerant hospitalibus pauperum. Ioannes Diaconus *in vita S. Gregorii*: Prudentissimus paterfam. Christi Gregorius, singulis Diaconiis vel Xenodochiis, viros idoneos deputavit, quos ut securiùs, imò sagaciùs in opere pietatis & misericordiæ laborarent, privilegiis muniendos esse, decrevit. Quia inquit, te virum religiosum, mensis pauperum exhibendæ Diaconiæ elegimus præponendum, ne qua tibi ex hac administratione nascatur dubietas, hac te prospeximus munitione fulciendum, constituentes, ut de hoc, quod ad mensas pauperum vel Diaconiæ exhibitionem percepisti, sive subinde perceperis, erogandum, nulli unquam hominum cogaris ponere rationem.

Est & Diaconus in ordine Clericorum, quorum hi sunt gradus: Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, acoluthus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus.

12. Dieselbig.

Dictio *Eadem illa*, Dieselbig / simpliciter posita, non semper denotat similitudinem per omnia, & excludit species diversas, gl. *in l. idem est ff. ad SC. Vellejan. & in l. si servos in fin. ff. de pign. act. ac in l. si creditor ff. de separat. bonor.* Ripa *resp. 5. n. 52. vol. 1.* Sed tunc solummodo pro exclusivâ habetur, cùm particula quædam taxativa ei apponitur: ut cùm dicitur, dieselbig allein / *illa tantum*, *illa solum*. Cujusmodi dictio affirmativæ dispositioni adjuncta, negativam infert, perindè ac si omnia alia expressè excluderentur, nec viderentur comprehensa. *l. adversus. C. si advers. rem jud. l. his solu. ff. de condict. indeb.* Aretin. *in l. 3. §. ex plurib. ff. de acquir. poss.* Decian. *consil. 35. num. 18. & seq. vol. 3.*

13. Diet / Dit.

Vocabulum priscum *Dit*, teste Reyneccio, *de origine Mysorum*, Deum denotat: unde nostrum Dieterich / Dei dives. Aventinus Divitias & officium, officia item præclara significare, affirmat. Vocabulum *Dit*, alii *Deut*, nonnulli *Thioth* scribunt, suntque de eo admodum multa composita in annalibus vetustis passim obvia; qualia existunt *Ditmarus, Ditardus, Ditherus, Dithlindus, Ditboldus, Ditfridus, Ditbertus, Dithelmus, Ditholfus, Ditradus, Ditburgis, Ditmannus, Ditholdus, Ditgrinus, &c.*

Hocque nomen denotat omninò eum, quem Plato *Theut* vocat, dicitque literarum apud Ægyptios fuisse inventorem: & idem est qui Hermes: & alibi *Thoot* vel *Thoyt* denominatur. Goropius, *1. hieroglyph. f. 12. &c.* ut & *lib. 4. in pr. ac Gallicor. lib. 4. fol. 86. & 90.* ubi hancce vocem caput denotare dicit, nobis Hoopt. Nec dubito, quin ab hoc Teutones, die Teutschen / veli

vel Ditschen / Teutschen / etc. habeant nomen.

14. Dieweil.

Dictio *Quia*, est redditio causæ, secundum Bald. *in c. quia propter. col. 4. vers. in text. ibi: quia. extra de elect.* & notatur *in l. si is qui. ff. de acquir. poß.*

15. Ding/Dinstag.

Ding / pro Iudicio sumi solet, undè Dinggraven. v. me *de Comitibus, n. 4.* Indè Dingestag / pro judicii die, & perperàm eum nunc vocamus Zinstag. Inde etiam est Freyding / Voigtding. Dn. Gryphiander. *c. 59. num. 9. & cap. 65. d. Weichbildis.*

16. Doch/ dergestalt.

Dictio *ita tamen*, est modificativa, restrictiva & limitativa præcedentium. *l. ubi adhuc. verb. ita tamen. C. de jur. dot.* Cravet. *consil. 25. num. 26.* Paris. *consil. 17. n. 19. vol. 1.* & sic includit quod terminat, & excludit omne aliud, Rimin. Iun. *consil. 322. nu. 10.* Et etiam est declarativa & conservativa Iuris alterius, *l. fin. C. de jurisd. omn. Iud.* vel eorum, quibus adjungitur. *l. Lucius. §. quæ habebat ad Trebell.* Salicet. *in l. ubi adhuc de jur. dot. & in l. hac edictali. §. hu illud. C de secund. nupt.* Curt. Sen. *con. 49. nu. 40.* Socin. Sen. *consil. 49. col. 3. vol. 1.* Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 8. num. 51.*

Dictio *Tamen*, adversativè venit ad præcedentia, respectu Iuris & respectu facti. *l. cum hic status. §. dicentium. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Paris *consil. 38. n. 75. lib. 3.* Nizolius *allegat. 20. numer. 30.* vid. *supra in verb.* anderer gestalt nicht / etc.

17. Doctor.

Doctor quondam omnis vocabatur, qui docebat. Cicero *3. de Oratore.* Isocrates Doctor singularis. Sallustius *in orat. C. Marii:* Neque literas Græcas didici: quippe quæ ad virtutem Doctoribus nihil profuerunt, illa multò optima doctus sum, hostem ferire; præsidia agitare. *l. magistros. d. Professor.* Novissimè Doctor dignitatis est nomen, his, qui Iurisprudentiam perfectam docti videntur, elapso jam temporis cursu præfinito, & expensâ (ne quod præcipuum in re est dissimuletur) certâ pecuniâ: ut quid amplius antiquis prolytis habeant: De quibus *in proœm. ff. §. & quod jam.* qui virtute, non pecuniâ provehebantur. *c. quamvis. de V. S.* Stephan. Forcatulus *in Necyomant. Dialog. 47. num. 3.*

Sed nil facilius esse, quàm dictum Titulum numis compatari, ait Arumæ. *1. disc. 9. num. 22.* ideoque putat, non amplius locum esse illi vulgato: duorum Doctorum Iuris consilia, excusare ab expensis. Hincque non ineptè quæritur, an Doctor ad officium pro-

promotus, sit iterum examinandus? Vivius *decis. 270*.

Ad creandum Doctorem sex requiruntur: nimirum quod Promotores jurati deponant, eum sufficientem, & quod examinetur; quodque examinatio approbetur, ut *in l. nemini. C. de advoc. div. Iud.* Item, quod biretum in signum splendoris capiti imponatur, & quod cathedra investitura possessionis tradatur, & quod liber, veluti materia, conferatur. vid. Dn. Cothm. *consil. Academ. respons. 44. numer. 36. & seqq.* ubi hæc omnia eleganter explicat; & Moditium *in §. prudentum responsa. dubitat. 1. num. 6.* qui idem traditionem annuli, osculum & benedictionem non de substantia esse dicit: quia ut inquit Bald. *in proœm. decret.* mulieres osculantur, desponsantur, & benedicuntur, non tamen doctorantur. Port. *in §. filiusfam. in 2. addit. super fin gl. in vers. militaverit. Inst. quib. mod. jus patr. Pot. solv.*

Vt autem quis Doctor creari possit, requiritur (1) porrò, ut non sit infamis, Felyn. *in c. quando. num. 1. de magistr.*

(2) Vt sit legitimè natus. *l. honor. §. de honorib. ff. de muner. & honor.* Admittuntur tamen illegitimi, qui specialiter sunt dispensati, Moditius *d. l. numer. 4.*

(3) Ex dispositione Iuris Communis, debet studuisse per quinquennium. *l. neminem. & l. petitionem C. de advoc. divers. Iudic.* Franc. Mar. *dec. 791.*

Es würdt auch in einem Kauffbrieff An. 1582. Helffenstein contra Vlm/ gedacht Herrn Philippsen deß Eltern/ Herrn zu Weinsperg/deß Heiligen Römischen Reichs Erbkammerers.

De hisce etiam Officialibus latè agit Goldastus. *d. Bohem. 3. c. 8.* ubi ait, Trucsessium appellari in antiquis documentis Trussatum, vel Trustinum. Ego puto dici quasi Trug das Essen. De litibus item, so sich zwischen den Hoff: vnd ErbAemptern enthalten/ subjunxi consilium anonymi, *in fine tr. mei de præcedentia.*

27. Erbar/ Ehrnvest.

Particula hæc Erbar/ in foro præsertim Saxonico, idem est, quod Nobilis. Inde stylo antiquissimo, quibusdam in locis inferioris Saxoniæ, dicitur Erbare vnd Vnerbare (id est, Adenlich vnd Vnadenliche) Landschafft oder Stände/ & à Ducibus etiam nonnullis non aliter nobiles, als Erbare vnd Ehrnveste appellantur. Habet enim hæc vox Erbar oder Ehrnvest/ radicem à voce Græca ἀρετὴ, Virtus, quæ primaria est nobilitatis causa, ob quam Imperatores nobilitatem concedere solent. Dauth *in tom. 2. Iur. publ. fol. 463.*

Sicque in antiquis literis, loco der Edel vnd Vesten/ sæpiùs legitur der Erbarn vnd Vesten. Dn. Iohan. Iac. Draco *in elegantiß. tr. d. orig. patritiorum. c. 2. f. 224.* qui idem *c. 3. fol. 138. & seq.* refert, die Erbare Geschlechter/ pro familiis Patriciis ac nobilibus sumi.

28. Erbaußträg

Conventionales seu speciales sunt quorundam immediatorum; putà illustrium Familiarum judicia conventionalia, sonderlich gewillkurte Rechtliche Außträg/ Ordin. Cameræ *part. 2. tit. 2. in pr.* Quæ si subsint, communibus sunt præferendæ, & ex illis observandæ, *d. part. 2. tit. 2.* Denais. *de jure Camer. c. 156. n. 1.* Et ne de incompetentia & nullitate excipiatur coram his, omninò agendum, arg. *d. tit. in pr.*

Et hæ vicissim possunt esse duplices, videlicet aut incertæ, aut compromissariæ, sive arbitrariæ, ubi immediatè litigantes (Principes) in quosdam compromittunt, & se illorum compositioni obtemperaturos,

pol-

pollicentur; quæ inter Principes frequentes: ut videre est apud Historicos, quomodo Comites Mansfeldenses de finibus & hæreditate disceptantes, Lutherum pro arbitro elegerunt, Thuan. *lib. 2. p. 30.* de Cattorum ditione Palatinus, Wirteberg. & Cliviensis honorarii dati arbitri. Thuanus *16. p. 345.* Vel certæ, confirmatæ & familiarum, coram quibus controversiæ inter conjunctos ortæ componuntur; quales etiam in Domo illustrissima Saxonica sunt. Si enim Elector & Duces Saxoniæ, lites, quas inter se habent, scriptis mutuis amicè componere non queant, eas non coram communibus Austrägis, juxta *tit. 2. part. 2. Ordin. Camer.* peragunt; Sed (1) Consiliarios graves & doctos ad compositionem amicam deputant; qui si frustra: utrinque (2) Consiliarios quatuor Nobiles & duos Iureconsultos, ut jurejurando soluti, & eodem in causa coràm partes Principum agentibus adstricti, ex agentibus causam audiant, & amicè componant: qui si sic non profecerint, res (3) coram ipsis, vivâ voce proponenda, & mutuis dictandi vicibus ternis repetitis (seclusis, ultimò, novis) sententia secundum Ius Saxonicum quantum fieri potest, in omnibus capitibus controversis ferenda: qua de si cōvenire non queant, Cameræ informatio petenda, & postea à Deputatis Sententia intra annum pronuntianda: Vermög deß Hausses Sachsen sonderlich gewillkürten rechtlichen Außtrages zu Naumburg / den 24. Februarii Anno 1554. zwischen Weylandt Churfürst Augusti, Hertzog Johann Friderichs deß Eltern/gebornen Churfürstens / Hertzog Johann Friderichs deß Mittlern/Hertzog Johann Wilhelms vnd Hertzog Johann Friderichs deß Jüngern zu Sachsen / Chur: vnnd F. F. F. F. Gn. Gn. Gn. Gn, auffgericht / vnnd von Kayser Carln dem Fünfften / bestetigt / so alsso lautet: Ob auch künfftig zwischen vns / oder vnsern Erben vnd Nachkommen Irrungen vnd gebrechen fürfielen / etc. haben Wir vns volgendes Außtrags mit einander Freundt: vnd Vätterlich verglichen / etc.

Longissimè tamen, ante Confirmationem hanc, Saxones, in suis controversiis hoc Iudicium conventionale usurparunt, licet in dissimili Deputatorum numero. Sic inter Iohannem Constantem Electorem, & Georgium Ducem Saxoniæ ortis controversiis, placuit utrinque 16. Consiliarios ad decisionem harum deputare. Inprimis autem Grimæ factum est arbitrium, inde dictum Grimense, der Grimmisch MachtSpruch. Quirin. Cubach. *in vol. 4. apud Arumæ. discurs. 36. thes. 2. 5. & seqq.*

Et hæ speciales, sive conventionales Austrägæ, sunt etiam aliarum Familiarum illustrium, uti videre licet apud Beust. *in l. admonendi. num. 194,*

vers. eodem modo. de jurejur. Vti etiam Confœderatorum, Waremund. de Erenberg. *profœder. lib. 2. cap. 2.*

Quis sit processus in hoc Conventionali judicio Saxonico, ex tenore supra relati arbitrii seu Compromissi Naumburg. liquet. v. Cubach. *d. loc. thes. 11. &c.*

De Iudicibus item, vigore conventionum, inter Principem & Senatum quendam, ac si ad requisitionem Senatus certi Arbitri non dentur, quid tunc sit faciendum? vide Georg. Everhard. *vol. 1. consil. 54. quæst. ultim.*

29. Erbeinigung/ Erbverbrüderung.

Sæpè pacta gentilitia de fraternitate, & reciprocâ in Provincias & ditiones successione (Erbeinigung/ Erbverbrüderung/ talia pacta Germanis dicuntur) si paciscentium alter sine herede masculo decesserit, inter Principes, vel alios territoria & Iurisdictionem habentes, ineuntur: daß/ wann einer vnder den Paciscirenden Herrn mit Todt ohne Mannlichen Leibs-Erben abgehe/ als dann der vberlebendt auff solchen Fall/ benante Güter vñ Verlassenschafft/ vi pacti & jure hæreditario an sich zuziehen/ bemächtigt seyn solle. Certum quidem est, quod ejusmodi pacta futuræ successionis jure prohibita sint. *l. stipulatio hoc modo. ff. d. V. O. l. fin. C. de pact.* Nec etiam hereditas sive successio pacto aut conventione dari possit: *l. hereditas C. de pact. convent l. ex eo. C. de inutil. stipul. l. fin. de suis & legitim. hered.* non solùm quando de tota hæreditate, sed etiam quando de quotâ ejus actum fuit. *l. pactum quod dotali. C. de pact.*

Hisce tamen & aliis rationibus, quæ in contrarium adduci possent, non obstantibus, communis & recepta est opinio, firmum his pactis, præsertim in Germania, Galliâ & Italia robur esse: ut latè firmat Andr. Gail. *lib. 2. obs. 128* Decius, *cons. 516. vol. 3.* Boër. *decis. 355. n 3.* Zas. *cons 1. n. 11. & seq. vol. 2.* Wesenbec. *cons. 71. vol. 1.* Mod. Pistor. *cons. 8. qu. 2 vol. 1.* Hotoman. *consil. 1. edit primâ.* Gothofred. *ad l. licet. 19. lit. X C. de pact.* v. Hartm. Pistor. *lib. 4 quæst. Iur. qu. 1. & 2.* Schaffer. *in quæst. pract. quæst 19.* Tum (1) quia pacta hæc de ipsis tantum Provinciis & ditionibus interponuntur, non de omnibus omnino bonis, ut proindè salva maneat paciscentibus libera testandi potestas de cæteris illis rebus suis. Tum (2) quod pacta hæc ab ipsamet invictissimi Imperatoris Majestate plerunque confirmentur. Quod autem Imperatoris confirmatio omninò necessaria sit, tradunt Mynsing. *cons. 10. num. 39. & seqq. cons. 32. num. 21. & seqq.* Nic. Everh. Iun. *consil. 13. nu. 2. vol 2. &c.* Feschius *in disp. Basil. disp. de fœderib. thes. 24. lit. d.* quem vide. Eâque votum captandæ mortis prorsùs excluditur.

ditur. Hotom. *consl. 2.* (3) Tum, quia Principes Germaniæ in territoriis suis legis condendæ potestatem habent. *l. 2. C. de off. Præf. Præt.* Bart. *in l. omnes populi num. 8. ff. de just. & jur.* (4) Hæc pacta & statuta favorabilia sunt, ac ad confirmationem agnationis & prosapiæ omnium maximè, ac ad pacem & tranquillitatem Imperii spectant (ne scil. subditi vel inviti, vel ignoto subjiciantur domino, quod solet esse discordiarum occasio, inversionis & perditionis totius Principatus, Gail. *1. obs. 227.*) ideoque meritò favore digna sunt. Accedit consuetudo. At verò tàm à ICtis, quàm ab Imperatoribus sæpius opinionis suæ fundamentum nō aliundè, quàm ex communi observatione desumitur. *l. filius emancipatus. ad L. Corn. de fals. l. 1. ad fin. vers. impubes. ad Syllan.*

Contra pacta gentilitia de reciprocà successione, testamentum condi posse, affirmat Dn. Bocer. *in tr. Quæst. controv. de Iure succedendi in feudum. cap. 2. quæst 3 mihi fol 89. & seqq.* Sed hoc mihi non probabile videtur: ut dixi *in tract. d. success. & elect. Regiâ. fol. 148.* adde Treutl. *consl. 7.* Et pertinent hùc verba ingeniosissimi Schifordegheri *lib. 1. tract. 29. qu. 2 in fin.* Secta nostræ facultatis non patitur, ut conventio facta inter vivos valeat, nec eò minus revocari possit ab eo ipso, qui utiliter semel obligatus fuit. adde Dn. Reinkingk. *1. class. 4. cap. 18.*

Et hi pactitii hæredes, quasi fideicommissarii, hæcque gentilitia conventio, quasi fideicommissum pacto constitutum est.

In Germaniâ tale pactum est celebratum inter Ducem Saxoniæ & Landgravium Hassiæ, ut qui eorum sine liberis masculis moreretur, ejus superstes, heres ac successor esset, *de An. 1373.* & à Carolo IV. Imp. in publicis Comitiis confirmatum. Deindè *Anno 1433.* pactum illud inter ipsorum heredes renovatum fuit, cum exceptione tamen & reservatione decem millium florenorum, de quibus disponere ac testari possent. Similiter in Imperii Comitiis authoritate Sigismundi Imperatoris confirmatum est. Speckhan. *cent 3. quæst. 31. Class. 1.*

Simile quoque pactum inter Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgensem celebratum, & à Carolo V. confirmatum invenitur. De quo *itidem* Decius consultus, id valere, latissimè affirmavit *consil. 654. vol. 4.*

De pacto reciprocæ successionis inter Bohemiæ Reges, & Archiduces Austriæ, vid Dn. Goldast. *d. Bohemia. f. 718. & consilia eidem tr. subjuncta.*

Aliud item Pactum in Gallia inter Illustres & generosos fratres, Dominos de Allegres in Arvernia celebratum. vide Iason. *consl. 5. vol. 3.*

Profertur etiam exemplum Italicum de magnificis & Generosis Dominis de Molza, Fratribus & Civi-

bus Mutinensibus, qui inter se pactum fecerunt, ut superstes præmorienti in dimidiâ bonorum parte succederet. Iason. *cons. 137. vol. 4.*

Præterea diligenter notandum est, cùm conventiones istæ ferè semper fiant de bonis feudalibus, quæ ne testamento quidem alienari possunt, quod omninò requiratur hoc in casu, Domini Feudalis consensus, auctoritas & confirmatio, vid. Gailium. *2. observ. 127. nu. 7.* Vtile etiam est, ut hypotheca accedat. Peregrin. *d. fideicommiß. art. 51. nu. 71.* ne scil. personæ solùm, sed simul res ipsæ sint obligatæ. Sunt & pacta gentilitia, prohibētia fidejussionē, alienationem, &c. Hering. *d. fidejuß. cap. 1. ad fin.*

Et licet hæ voces Erbvereinigung/ & Erbverbrüderung promiscuè ab aliquibus usurpentur, & confundantur; tamen si rem melius perpendimus, haud difficile erit cognoscere, differentiam inter eas esse constituendam. Etenim Erbvereinigung/ denotat certum & definitum modum, quomodo in omnem eventum, tàm belli quàm Pacis tempore, una familia alteri assistere debeat, nullâ successionis mutuæ factâ mentione, uti apparet ex literis der Erbvereinigung inter Principes Saxoniæ, Brandenburgenses, & Hass. An. 1587. 8. Iulii zu Naumburg auffgericht.

Erbverbrüderung verò propriè est, & dicitur confraternitas illa & pactum mutuæ successionis. Ioh. Casp. Güttich. *disp. d. confraternitat. thes. 1.* ego. *d. succeß. & elect. fol. 145.*

Hic verò inprimis est notandum, pacta talia non semper reciproca esse. Sicque Pomeranis Familia Brandenburgica, Wirtenbergicis Austriaca Domus succedit: sed non è contrà.

At de hac materia extat *disput. in tom. 1. Basil. Dispp.* Barth. Masculi. & *tom. 5.* Ioh. Casp. Güttich. ac etiam Ioh. Petri Ritteri, *tom. 1. Iur. publ. Armæ. discurs. 22.* vide etiam Magnif. Dn. Magerum. *de advocatiâ Armatâ fol. 646.* Reüsn. *cons. 19. & seq. vol. 1.* Rosenthal. *c. 7. concl. 25. & seq.* Reinking. *1. claß. 4. c. 18.* Feschium *de Feder. thes. 24.* Barri *tr. d. succeß. libr. 2. tit. 3.*

30. Erben / Erbnemmen/ Cl. für sich vnnd seine Erben.

Heres (Erb) quasi *Herus* dicitur, Adam Keller *de succeß. tit. 1. num. 6.* v. Killinger. *de Ganerb. cap. 1. num. 40.* Veteres enim heredem Dominum appellabant. Sicque Vlpian. *in l. item Mela. 11. §. legiß. ff. ad L. Aquil.* respondet: Legis Aquiliæ actio *hero* competit, *id est*, Domino. Et Pomponius ob id, quod antequàm hereditatem adires, damnum admissum in res hereditarias est, Legis Aquiliæ actionem habes: quod post mortem ejus cui heres sis, accidit; *Dominum* enim lex Aquilia vocat. *l. ob id. 43. ff. eod.*

Facit

Facit quoque. §. *pro herede. Inst. de hered. qual.* Solent enim cordatiores homines de sua posteritate testando sibi heredem instituere, per quem corpore extincto, voluntas quasi adhuc habeat aliquam delectationem regnandi in bonis defuncti. §. *hac quidem. vers. nullus. & §. ult. auth. de hered. & falcid. l. heres. ff. de usucap.* Hinc facere aliquem heredem, est constituere dominum, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 133. num. 9.* vid. Keller. *d. loc.*

Quidam verò Hæredem ab *hærendo* deducunt, quod in hero brevis syllaba fit, in hærede producta. Et tunc hæres quasi herens dicitur, qui proximus est ei, cujus est hæres. Valentinus Foster. *de success. lib. 2. cap. 15. num. 2.* Alii denique ab *ære*, ut qui æris, *id est*, pecuniæ successor sit. Vndè Cicero *in Topicis* Hæreditatem definit esse pecuniam defuncti. Et Varro *Hæredium* vocat agrum duorũ Iugerum, quæ jugera à Romulo primùm divisa fuerunt viritim: & quod hæredem sequerentur, Hæredium appellata sunt. Plinius quoque refert, nusquam *in XII. Tab.* nominari villam, semper in ea significatione hortum: in horti vero Hæredium Columella quatuor jugerum auctum hærediolum dixit. Et Festus *hæredium* appellâsse antiquos parvum prędium, & hærem Martiam accepta hæreditate coluisse, refert Forster. *dict. loc. numer. 3.*

Quemadmodum itaque hæreditas nihil aliud est, quàm successio in universum jus defuncti; *l. nihil aliud. ff. d. V. S. l. hereditas. ff. de R. I.* Ita quoque hæresvel ex Testamento vel abintestato, successor est in universum Ius, quod defunctus habuit, vel ut Bartolus definit: Hæres est Dominus post mortem alicujus subrogatus in universo jure, quod habebat defunctus. *l. quadam. 9. §. 1. ff. de edend. l. heres in omne. 37. ff. de acquir. vel om. hered. l. heredem. 59. ff. de Reg. I.* Indeque effluxit axioma, quod heres & defunctus unam eandemque personam repræsentent. *auth. de jurejur. à morient. l. sancimus. C. de agric. & censit.* Vnde heres quidam legitimus dicitur, quidam testamentarius: uterque ex lege. Sed hîc ex lege mediante testamento, secundum legis præscriptum facto: ille immediatè absque ullo hominis facto.

Hæredis autem appellatio non solùm ad proximum hæredem, sed & ad ulteriores refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps, hęredis appellatione continetur. *l. heredis appellatio. 65. ff. de V. S.* Si enim est persona repræsentans defunctum, etiam aditâ hæreditate, ea repræsentatio ne quidem in secundo, tertioque successore extinguetur. Imò si successio est, ut est, *l. nihil est aliud. 24. ff. de V. S.* in universum jus defuncti ejus, cui proximè succedimus; consequens

 erit,

erit, heredis heredem primo quoque testatori succedere: cùm illius etiam jus in hoc resideat, eique inhæreat.

Et dicit Paulus *in l. sciendum est. 70. ff. d. Verb. S.* Sciendum est, heredem etiam per multas successiones accipi, &c. Modestinus *in l. qui per successionem. 194. ff. d Reg. I.* inquit: Qui per successionem quamvis longissimam, defuncto heredes constiterunt, non minùs heredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes existunt. Et Vlpian. *in l. heredis. 170. ff. d. V. S.* Heredis ait, appellatione omnes significari successores, credendum est, etsi verbis non sint expressi.

Verbum Erbnemmen, non solùm heredem, sed & quemvis alium successorem ex statuto, sive jure Municipali comprehendit; Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 21. num 3.* vel heredem bona defuncti capientem, significat, quem Dd. heredem hereditatis appellare solent. Pistor. *dict. loc. n. 9.*

Sunt tamen tres casus, secundum Gœddæum, *ad d. l. heredis appellatio. numer. 4. & seqq.* in quibus heredis appellatio tantum proximum significat, quos ibi videre licet.

Sic & in materiâ feudali, *heredum* appellatione, extranei non veniunt, ut licet Vasallo feudum sit datum *pro se & heredib. suis*, tamen solummodo intelligitur de filiis, & non extraneo herede. v. Hartm. Pistor. *lib. 2. qu. 3. c. 1. §. & si clientulus. de alien. feud. c. 1. §. item si fuerint. quib. mod. feud. amitt. c. 1. de success. feud. c. 1. apud quem. c. 1. §. his verò. de grad. success. c. 1. §. adhoc. & § seq. in tit. hic finitur lex. c. 1. §. Titius. si de feud. fuer. controv. c. 1. si Vasall. fel. c. 1. §. similiter. de Leg. Corrad. c. 1. §. cum verò. de his qui feud. dar. pos. cap 1. de duob. fratrib.* Ludov. Roman. *cons. 1. n. 5. & cons 494. n. 2.* Pet. Paul. Paris. *cons. 2. n. 23. & cons. 16. num. 112. vol. 4.* Corn. *cons. 16. n. 6. & seqq. vol. 2.* Tib. Decian. *consil. 58. num. 12. vol. 1.* Henn. Göden. *cons. 16. num 5. vol. 2.* Hard. à. Dassel. *cons 45. num. 9. lib. 1.* Menoch. *libr. 3. præsumpt. 94. in fin.* Zas. *cons. 11. n. 3. & cons. 13. n. 25. vol. 1.* Mynsing. *cent. 5. obs. 72.* Ruding. *centur. 2. sing. obs. 11. num. 4.* Et hanc esse communem opinionem, docent Zabar. *cons. 64.* Chalderin. *cons. 15. tit. de Verb. S.* Ruin. *cons. 16. vol. 1.* Socin. *cons. 76. col. 2.* Covarr. *libr. 2. var. resolut. cap. 18. num. 3.*

Regula supra tradita, quod nimirum heredum appellatione, omnes heredes contineantur in infinitum, limitatur quoque in eo casu, si nimirum mentio fieret de heredibus, cum adjectione supra: vel infrascriptis: tunc enim non veniunt heredes heredum, sed ii solummodo, qui vocati & adscripti sunt. Bart. *in l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg.* Namque *infrascripti* dicuntur heredes, qui legi possunt. *l. 1. ff. de his, quæ in testam. delent.*

Limitatur etiam in pœnalibus. Si

Si enim testator gravâsset heredes sub pœna aliquid facere, non comprehenditur heres heredis: quia in pœnalibus,& sic odiosis,non proceditur ita per conjecturas, verùm liquidissimè res probari debet. Ias. *in l. fin. C. de hered. Inst.* adde & vide Cagnol. *ad l. qui per successionem. num. 10. & seqq. ff. de R. I.*

In Instrumentis obligatoriis, vel aliis Contractibus plerunque, & majoris securitatis ergò apponitur Clausul. für sich vnnd seine Erben / rc. de cujus vi consule Bertazol. *in tract. de Claus. Instrum. f. m. 376. &c. & fol. 420.* Martam, *d. Claus. fol. 101.* qui idem tradit, quid denotet Clausula pro heredibus. *fol. 354.* Pro legitimis heredibus. *fol. 355. &c.* Item pro heredibus in perpetuum. *fol. seq.*

31. Erbgang.

Alienare, verëussern / & succedere, beym Erbgang bleiben / velut adversa opponuntur. Cothman. *cons. 40. lib. 1. n. 15.*

Hæcque verba, omnem omninò successionis rationem complecti videntur. *ibid. num. 207.*

32. Erbgelt.

Erbgelt nominatur, non quod à quolibet emptore, sed quod ab hærede, cui bona hereditaria assignata sunt, cohæredi præstatur. Coler. *in proc. execut. cap. 3. p. 1. num. 244.* Moller. *ad constit. Saxon. Elect. 28. num. 29. p. 1. & const. 21. part. 3.* Schultes *ad quæst. Modest. Pistor. 124. n. 32. part. 3.* Rauchbar. *lib. 1. quæst. Saxon. quæst. 67 n. 8.* idem Moller. *lib. 1. semestr. cap. 26.* ubi inquit: Non pauci sunt, qui existimant, omne pretium, quod ex emptione bonorum immobilium definitis intervallis solvi debet, Erbgelt esse: & his qdem adstipulari videtur, quod ejusmodi pretium, vulgò promiscuè Tagzeiten vnd Erbgelt appellatur. Verùm tàm Iudicio Curiali, quàm Scabinatibus Lipsensi & Wüttenbergensi id receptum est, ut huic tantum pretio (loquitur hîc de Erbgelt / cui inter cætera Ius prælationis tribuitur) jus illud prælationis tribuatur, quod heres coheredi è bonis hereditariis immobilibus distinctis temporibus solvit, ut in casu *constit. 21. p. 3. §.* Da aber die Frawe. non etiam illi, quod passim ab aliis emptoribus bonorum immobilium solvi debet, auff Tagzeiten: quod eadem Constitutio ibidem manifeste ꝓbat. Nec obstat, quod & hoc Erbgelt vulgò appellatur: vulgi namque loquendi usus Ius non facit. Bald. *in simili, in l. nutritorib. C. communia de success.*

De differentia inter Erbgelt / quod propriè sic dicitur, & Tagzeiten / quæ aliundè, quàm ex hereditate debentur, vide eundem Moller *dict. loc. cap. 41. &c.* ac adde Hartm. Pistor. *observ. 142* ubi, quæ pecunia veniat nomine deß Erbgelts.

33. Erb-

33. Erbgerechtigkeit

Vocula hæc, intelligitur de omni substantiâ bonorum paternorum. Br. *in l. si quis servum*, §. *si cui certum. n. 2. de leg. 2.* Cons. illustr. à Ioh. Baptist. Cæsare collecta. *vol. 1. cons. 33. n. 25.*

34. Erbgüter.

Dn. Cothmannus res patrimoniales (die Erbgüter) ex statuto alienari prohibitas, æs alienum esse dicit, & debitum statutarium, consuetudinarium & legitimum appellat, *libr. 3. resp. 44. n. 81. 89. & 97.* Idque cum legitima, *n. 81. & seq.* cum Iure primogenituræ; *n. 90.* cum portione conjugi pauperi debita, *nu. 91.* cum dotalitio *nu. 94.* cum dote *n. 97.* comparat. Adde eundem Cothman. *consil. 4. vol. 1.*

35. Erblehen / Erbmannlehen / 2c.

Feudum Hereditarium communiter Interpretes definiunt, Feudum alicui concessum cum mentione heredum, Mynſ. *centur. 4. obs. 2. num. 1.* Gail. *2. obs. 154. num. 8.* Schrad. *vol. 1. cons. 3. n. 75.* Sed verbum Erben / non necessariò hereditariam qualitatem importat, per ea, quæ *suprà* dicta sunt, in loco Erben. Si verò adsint verba, zu rechtem Erbe / Erblehen oder Erbgut in Investituris; sine controversia feudum hereditarium important, ut quod sub hæreditaria qualitate concedatur. Ludov. de Molina. *in tract. de Hispan. primogen. vol. 1. cap. 8. n. 6.* Ejusdem quoque conditionis sunt verba illa, allen seinen Erben vnnd Erbnemmen / quæ etiam efficiunt, ut feudum hoc merè hæreditarii feudi naturam, & quidem generatim; quoad jus succedendi, sapiat, sitque ad quosvis successores transitorium. Andr. Knichen. *de vestit. pact. part. 2. c. 5. num. 14. & seq.* Idem quoque est, quando verba, *omnibus Heredibus*, allen seinen Nachkommen vnnd Erben adponuntur, ac si verbum *Quibuscunque* appositum fuisset. Alex. *consil. 195. num. 4. lib. 6.* Gozadin. *consil. 6. n. 43 & cons. 27. nu. 22.* Tiber. Decian. *cons. 58. num. 32. vol. 2.* Rol. à Valle *cons. 60. num. 49. vol. 1. & vol. 2. cons. 79. nu. 34.* Cravett. *cons. 256. per tot.* Socin. *cons. 114. num. 9. vol. 2.* Iul. Clar. *in §. feudum. quæst. 9. n. 2.* Hartman. Pistor. *lib. 2. part. 1. quæst. 1. n. 40.* Quæ verba efficiunt, ut de illo feudo, ceu re allodiali alia, possit pro libitu disponi; Laur. Sylvan. *cons. 30. numer. 25. & seq.* Burſat. *cons. 22. num. 2.* Paris. *consil. 23. num. 170.* Proindeque etiã fœminæ, in eo, necessariò æquali cum masculis gradu sunt admittendæ. Ruin. *cons. 16. n. 5. vol. 1. & vol. 2. cons. 103. n. 8.* Hier. Grat. *cons. 128. n. 5.* Natta. *cons. 159. num. 19. vol.* Gravett. *cons. 828. nu. 7.* Cacheran. *decis. Pedemont. 161. n. 16. & decis. 169. n. 5.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 306. num. 7.* Hypp.

Hypp. Rimin. *conf. 63. n. 20.* Mar. Socin. *conf. 103. n. 20. & conf. 114. num. 9. lib. 2.* Bart. Socin. *conf. 10. num 7. inter Consil. Albert. Brun.* Mich. Graffus. *libr. recept. sent. §. legatum. quæst. 26. n. 1* Forster. *de success. ab intestato. libr. 4. cap. 23. num. 53.*

Licet autem verba illa, allen seinen Erben vnd Nachkommen / & verba zu rechtem Erblehen / feudum hæreditarium importent; Procedit tamen dicta ejusmodi doctrina secundum quid, non verò simpliciter & absolutè, Dn. Wolffius, affinis mihi fraternè colendus, *consil. 1. num. 251.* Anton. Thessaur. *decis. 99. num. 27.* ubi dicit, ita in Senatu fuisse judicatum. Secundum quid est vera, ut scil. per vocabulum *quibuscunque*, etiam vocatæ fœminæ intelligendæ sint, quando nulli amplius masculi exstant. Alex. *conf. 29. num. 5. lib. 1.* Menoch. *vol. 5. consil. 443. num. 62.* Duaren. *de feud. cap. 10. n. 8.* Quia alias regulare est, ut quotiescunque feudum ad fœminas pertinet, illæ tum demum ad successionem admittantur, si masculi à primo acquirente nulli amplius supersint. *c. 1. §. quin etiam. Episc. vel Abbat. c. 1. §. fin. de success. feud. c. 1. de eo qui sibi vel hered.* Alex. *conf. 29. n. 31. vol. 1.* Curt. Iun. *conf. 140. n. 2. & seq.* Paris. *conf. 9. n. 30. & seq. vol. 1* Bursat. *conf. 63. nu. 10. vol. 1.* Proindèque cùm verba sint intelligenda secundum subjectam materiam; *l. ex conducto. 15. §. Papinianus. ff. locat. l. plenum. §. equitii ff. de usu & habit. l. Insulam. ff. de præscr. verb. l. interdum. l. 78. l. potestatis. 215. l. pueri. 204. l. pecunia. 222. ff. de V. S.* & verba indeterminatè prolata, adaptari debeant ad naturam feudi. Menoch. *consil. 1. n. 456.* Natura autem feudorum est, ut ea fœminas regulariter vel respuat, vel tum demùm in casum admittat, si nulli amplius supervixerint masculi. Dn. Wolffius. *d. loc. n. 255.*

ErbMannlehen à feudis merè hæreditariis, oder rechten Lehen non aliter differunt, quàm quod semper debeat per masculum recognosci, fidelitas jurari & servitia præstari (etiam ubi fœmina in ea succedit) fortè per maritum, filium aut alium; Rosenthal. *c. 12. concl. 14. nu. 8.* cùm cæteroqui fœmina Vasalla iis casibus, quibus feudorum capax habetur, regulariter ipsa recognitionem facere queat, idem Rosenthal. *cap. 6. conclus. 31. n. 6.*

Ad constituendum ein recht Erblehen / requiritur, ut detur *pro se & hæredibus suis quibuscunque*, aut ut concedatur *pro se & hæredib. & quibus dederit*: quâ de re latius tractat Rosenthal. *cap. 2. concl 36.* & Vult *cap. 8. num 30.* oder das solche Stuck zu rechtem Erb / Erbgut / Erblehen / als solcher Erbgüter alt Herkommen / recht vnnd Gewohnheit ist / Knichen *de vestit. pact. lib. 1. cap. 5. num 3.* oder für Erben vnd Erbnemmen verlihen worden sey. Wesenbec. *consil. 12. num. 18.*

Knichen *d. loc. num. 12.* & Rosenthal. *cap. 12. concl. 14. nu. 2. & seqq.* Vult. *consf. Marpurg. vol. 1. resp. 33. numer. 43. & seqq.*

Quandò vero verba Investituræ ad qualitatem purè hæreditariam non prorsùs sufficiunt: tunc observantia & usus longævus decisionem suppeditant, Knichen. *d. c. 5. nu. 10.* Siquidem ex observantiâ secutâ, demonstratur, an feudum sit merè hæreditarium, nec ne. Ioseph. Ludovic. *com. conclus. 38. num. 65.* Et quia feudum merè vel omninò hæreditarium esse, non contra substantiam feudi, sed tantummodo contra naturam ejus est; Zas. *epit. feud. part. 1. in fin.* & Fichard *consf. 19. num. 3. vol. 2.* Ideò consuetudine feudum ex pacto & providentia, in feudum absolutè hæreditarium haut difficulter mutari potest; per notata Schraderi. *p 2. c. 2. n. 42. & seqq.* Id quod cumprimis in consuetudine immemoriali obtinet, latè idem Schrader. *p. 1. sect. 9. n. 233. cum seqq.*

Observantia verò ejusmodi, exindè probatur: Quandò fœminæ & alii incapaces sine controversia, solo jure hereditario, non ut feudales successores fuerant admissi. Namque fœminæ, agnati extranei, & uxores Vasallorum non nisi in feudis absolutè hæreditariis admittuntur. Rosenthal. *cap. 7 conclus. 60. numer. 1. 5. & 10.*

Sed & hisce opponunt nonnulli, quando feudum de persona in aliam, primâ Investiturâ non comprehensam, translatum est, neque tamen de causa apparet, quod tunc præsumendum sit, id cum Domini consensu potiùs, quàm quod feudum per se sit alienabile, factum esse. Rosenthal. *c. 9. concl. 59. n. 7.* Et quod non videatur sufficere, si probetur mulieres successisse; cùm potuerint de novo ex gratiâ, redemptione aut alia causa esse investitæ (& sic feudum esse fœmininum) aut ob pactum expressum (si Domino ante consolidatum fuerit) aut potuerint agnati jure revocandi alias ob causas uti noluisse. Rosenthal. *c. 7. concl. 43. num. 12.* Ad probandam igitur consuetudinem in uno aliquo feudo, requiri duos ad minimum actus, & quidem tales, ex quibus colligi possit, eos illa intentione fuisse factos, ut sic velint observari & in posterum fieri: non tamen expressè, sed tacitè sentiant. Nam si expressè illos ita observari semper velle pronunciarent, esset conventio, non consuetudo: ac contrahentes quidem ipsos ligaret, non autem alios agnatos, nempè jus aut spem successionis in illo feudo habentes, quorum consensus tacitus in consuetudine etiam requiritur, §. *fine scripto.* & ibi Dd. *Inst. de jur. nat. gent. & Civ.* Rosenthal. *c. 7. concl. 43. n. 10. & seqq.*

Quibus adde, quod feudum rectum, ad quod fœmina semel privile-

vilegiali conceſſione vel legitimo pacto admiſſa eſt, priſtinam naturam nihilominus (quantumvis ſopitam & dormientem quaſi, donec à perveniente maſculo reſuſcitetur) retineat, niſi dicatur in Inveſtitura, quod porrò fœmineum eſſe debeat, Ferr. Montan, *in collect. feud. lib. 3. cap. 8. §. tu rem ſic.* quem ſequitur Roſenthal. *cap. 7. concluſ. 69. in not. lit. K.*

Feuda ex vi conſtitutionis, ſtatuti, conſuetudinis, ſine conſenſu Domini alienabilia, non eo uſque degenerant, & ad extraneos quoſcunque etiam ab inteſtato tranſeunt, ut merè hereditaria habeantur: ſed conſuetudines illas ſtrictè, atque ita ex multorum ſententia intelligẽdæ ſunt, ut jus commune feudorum minus lædant, & aut ultra quàm uſurpatum & præſcriptum ſit, non extendantur. Roſenthal. *cap. 9. concl. 91. n. 11. cum ſeqq. & concl. 58. nu. 23. & ſeqq.* Siquidem feudum in uno mutatum, præſumitur in reliquis propriam naturam retinuiſſe, & jure recti feudi regi, quatenus conſuetudine, ſtatuto vel conventione mutatum non demonſtratur, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 95. n. 2.* Roſenthal. *d. concl. 58. num. 27. & c. 2. concl. 54.*

Hinc pro regula traditur, feuda impropria, quę in aliquib. recedunt à communi natura feudorum, & alterantur, in cæteris capitulis non alteratis, remanere ſub natura & regula feudali ac ſimplici, & ſecundum eam gubernari. Iaſ. *epit. feud. p. 12. nu. 3.* Rittershuſ. *lib. 1. cap. 14. quæſt. 2. pagin. 206.* Sed replicatur, daß diſe Meinung nicht von allen Doctorn approbirt/ vnd darzu von jhren aſſeclis ſelbs dahin reſtringirt würdt/ quod loquatur in iis caſibus, ubi non apparet aliud obſervatum eſſe: quod ſcilicet feuda ſine conſenſu Domini ſine pœna commiſſi, aut revocatione, vivo alienatore fuerint diſtracta, & hoc conſuetudine inoleverit. Nam ſi conſuetudo illa etiam uſu ſit recepta, ut nec agnati, nec Dominus hujuſmodi alienationes unquam revocare poſſint, vel ſi conſuetudine ſit adprobatum, ut filiæ cum maſculis pariter remotioribus excluſis, aut & alii hæredes extranei, his remotis, in feudo ſuccedant, tunc illi conſuetudini, quantumvis duræ, ſtandum eſſe, Roſenthal. *d. concl. 58. num. 40. & ſeq* tradit.

Adde, quod regula (feudum in uno mutatum, in reliquis naturam propriam retinere) non procedat, quando expreſsè vel tacitè de mente contrahentium conſtat, quod velint improprietatem feudi, & ultra ea, quæ in Inveſtitura exprimuntur, producere. Fallit & quoad ea, quæ veniunt in conſequentiam neceſſariam improprietatis, aut ejus acceſſoria vel annexa ſunt, Schrader. *p. 2. quæſt. ult. n. 76. & ſeqq.*

Non autem ſemper feudum hære-

ditarium reputari debet, quando semel atque iterum venditum fuit, huicque venditioni Dominus suum adhibuit consensum. Etsi enim Dominus feudi investiendo emptores, censeatur in contractum venditionis consensisse, maximè quando in literis Investituræ fit mentio contractus venditionis, quo casu satis consensisse videtur ipso facto, arg. *l. Paulus. ff. rem rat. hab. l. si tamen §. ejq. de adil. edict.* Tamen iste simplex alienandi consensus non nocet Domino, nec vel in modico jus ejus lædit: id quod expresse tenet Andr d. Isern. *in c. 1. de prohib. feud al. per Frider.* prout eum allegat & sequitur Alvarott. *ibid. post pr. col. 4.* & Præpos. *ibid. in col. 5.* idem Præpos & Alvarot. *in c. 1. §. praterea. quib. mod. feud. amitt.* Zas. *cons. 12. num. 5. in fin. lib. 1.* Moventur Dd. quia cum Dominus consentiendo, de utili duntaxat jure Vasalli cogitârit: certè hoc ad jura dominii extendi non debet, allegant *c. affertur. de præsumpt. c. afferte. de præsumpt. c. hoc quippe.* Zas. *d. cons. 12 nu 6.* Nec præsumendum est, Dominum sibi in jure suo præjudicare voluisse, sed solum obstaculum (quod scil. jus Vasalli sine Domini consensu alienari non poterat) removisse. Schrader. *de feud. p. 8. c. 4. nu. 28.* & Rosenth. *c. 9. concl. 38. n. 4. & seqq.* Etenim nec donatio, *l. cum de indebito 25. §. si verò ff. de probat.* nec remissio juris sui præsumitur, nisi verbis apertis de illo constet. *l. si unus. §. ante omnia. de pact. l. si dominus. de serv. urb. prad.* Et in quovis actu ea semper capienda est interpretatio, quâ jus alterius, quoad fieri potest, lædatur minus. *l. 3. de suspect. tut.* Hartman. Pistor. *lib. 2. p. 2. quæst. 48. n. 5. & seq.* Rosenth. *cap. 9. concl. 18. n. 8. & in not. lit. e.* Adeòque ex actibus nostris voluntariis non præsumi debet ad ea, quæ ex necessitate non includuntur. *l. fin. C. ne ux. pro Marit.* Zas. *d. consil. 12. num. 72. libr. 1.*

Aber dargegen köndte widerumb considerirt vnnd in Acht genommen werden / quod contractus cum suis qualitatibus in consensum venisse intelligatur, teste Zasio *d. con. 12. nu. 7.* Et quod consensus simpliciter præstitus, secundum naturam contractus adhibitus censeatur, per *l. si stipulatus. §. verum de usur. l. si verò. ff. loc. l. si postea. ff. rem rat. hab.* Quin consensus etiam sæpissimè ex mente eum requirentium, declarationem recipit, *l. si defensor. §. qui interrogatur. de interr. act.* Pistor. *lib. 2. qu. 12. n. 57.*

Itaque regula (quod simplex Domini consensus juri ipsius nil officiat) procedit tantummodo in illis juribus, quæ, Domino consentienti competentia, separatam habent rationem à negotio, cui consensus accedit; non autem in his, quæ ad robur & firmitatem actus pertinent. Nam ista quod attinet, Dominus consentiens omni juri suo, quod

actum

actum illum impedire quovis modo poterat, renunciasse, & negotio isti validissimū robur addidisse censetur, ut declarant Andr. de Isern. *in cap. 1. in pr. col. 4. qui succ. ten*, Camer. *in c. Imperialem. p. 339. & 353. de probib. feud. alien. per Frider.* Pistor. *d. qu. 12. num. 56.*

Ita etiam ad alteram regulam (quod donatio aut remissio juris non præsumatur) respondetur, eam tantum procedere in casu dubio: Secùs verò esse, quando de renunciatione ex ipso consensu constet; tunc enim in re clara, non amplius opus est conjecturis, & consentiens eo ipso censetur resignare jus suum.

Verba *heredibus & successoribus*, für sich vnd seine Nachkommen/hanc habent significationem, ut comprehendant successores tàm universales, quàm singulares. Fichard. *consil. 44. num. 3.* Vndè feudum pro se, hæredibus & successoribus concessum (vel venditum consensu Domini) transfertur etiā ad singulares successores, & propterea liberè alienari potest. Menoch. *consil. 216. nu. 24. & seq. cum allegat. ibid.* Fichard. *cons. 51. n. 1. & seq.*

Plura habet de Feudis hereditariis Dn. Kirchperg. *tract. sing.* Rüdinger. *lib. 2. quæst. feudal.* Gothofr. Anton. *disp. Feud. 1. thes. 8.* Vivius *decis. 441.* Christinæ. *vol. 1. dec. 205.* ego *in cons. subjecto tr. d. succeß. & elect. & dec. 1. consil. 4.*

36. Erblich haben.

Iure hæreditario aliquid habere, nihil aliud est, quàm alicujus rei dominum esse, ejusque proprietatem habere, *§. item extraneus. Inst. de hered. qualit.* Licet autem verbum haben/ dupliciter accipiatur, & tàm is rectè habere dicatur, qui rem simpliciter tenet, quàm is, qui rei dominus est; *l. stipulatio ista § habere. ff. d. V. O.* tamen & illud verbum hoc casu ad dominum est referendum: cùm maximè adjunctum verbum Erblich/ ad dominium referatur. Cons. Marpurg. *7. n. 3. &c.*

37. Erblose Güter.

Bona vacantia, & res pro derelicto habitas, etsi liceret veteri jure cuique vindicare; Val. Guil. Foster. *de domin. cap. 9. nu. 91.* Hodiè tamen, tantum iis, quibus Imperium est aut Iurisdictio, res amissas aut desertas, post statum tempus, usurpare fas est. Bodin. *libr. 1. de Republ. cap. 10. num. 171.* Quem tamen eo nomine reprehendit Sixtin. *in tract. de Regal. cap. 9. numer. 20.* quem vide omnino per tot. cap. existimans, bona vacantia duntaxat ad Imperatorem & ejus fiscum pertinere. per *tit. C. de bon. vacant. & l. fin. C. de pet. bon. sublat.* vid. omninò Ziegler. *§. Nobiles. conclus. 1. numer. 22. &c.* ubi ex Iure Saxonico refert: daß bey dem Königlichen Ge-

walt / nicht allein zuvernemmen der Könige / sondern auch alle die / denen das Schwerdt befohlen ist/ꝛc.

Iure Saxonico consuetudinario bona vacantia pertinent ad Iudicem illum, qui supremam Iurisdictionem habet, non ad eum, qui hereditariam, nicht zum Erbgericht / sondern in die Obergericht / ut inde ministros publicos, maleficiis vindicandis sustentet, item ut inde patibula, numellas, cippos, compedes & id genus alia in judiciis, ad castigandos facinorosos necessaria extrui curet. Landrecht. *lib. 1. art. 25.* Coler. *de process. executiv. p. 1. c. 3. nu. 258.* Goldbec. *in tract. de success. gerad. c. fin. n. 8. & seq.*

3. Erbregister / Erbbücher.

De probatione librorum, qui vulgò Erbregister oder Erbbücher vocantur, vid. Moller. *lib. 4. semestr. c. 37.*

39. Erbschutz / Erbkastenvogtey.

Hereditaria Advocatia dicitur, quando in constituendo Iure patronali, protectio non tantum in primi Patroni personam, sed in hæredes ac successores etiam ipsius concepta atque directa fuit. vide omninò Dn. Mager. *tract. de Advocatia armata, cap. 3. nu. 201. &c.*

40. Erbvertrag/Theilung.

Hujus nominis ratio seu vis vocabuli, per se indicat, omnia per transactionem divisa esse. Georg. Everhard. *consil. 32. num. 27. vol. 1.* allegans *c. cum secundum 10. extra de præband.* & *c. per venerabilem. col. pen. extra qui fil. sint legit. l. 4. C. de feriis. l. 4. & seq. C. de defens. Civit.*

41. Erhalten/ mit Vrtheil vnd Recht erhalten.

Germanis mit Recht erhalten/ tantundem est, ac si dicas, mit Vrtheil erhalten. Et cùm conjunguntur, iteratio est, & amplificatio eadem, quæ in contrariâ quoque locutione, ohn Vrtheil vnd Recht / conspicitur. Denais. *in assert. Iurisdict. Camer. folio 182. & seq.*

42. Ertzbischoff.

Archiepiscopi dicuntur Principes Episcoporum: qui universæ provinciæ, plures civitates Episcopales continenti, sunt præfecti. Paurm. *2. c. 8. num. 4. tr. d. Iurisdict.*

Vocantur sanè & Archiepiscopi Metropolitani, in jure tàm Canonico, per *tot. fere caus. 9. quæst. 3.* quàm Civili, *Novell. 5. & 7.* quod in Metropoli, *id est*, matrice aliquâ Civitate jam olim sint constituti; Duaren. *libr. 2. de Sacrosanct. Eccles. ministr. cap. 9.*

cap. 9. Sed tamen Metropolitani dignitas inferior est. Quare Matth. Stephani *d. Iurisd. cap. 7. num. 6. & seq.* notat, hoc nomine venire illos, qui simpliciter vocantur Archiepiscopi, ut Mediolanensis, Ravennatensis: at non qui verè sunt Archiepiscopi.

In Germania septem Metropoles, sive Archiepiscoporum primariæ sedes constitutæ sunt: Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis, Magdeburgensis, Salzburgensis, Bremensis & Rigensis. Münster. *lib. 3. Cosmograph. in descript. German. cap. 25.* Onuph. Panvin. *de Comit. Imp. cap. 6. & 13.*

Moguntinensi subsunt duodecim Episcopi, tanquam suffraganei: Argentinensis, Spirensis, Wormatiensis, Herbipolensis, Augustanus, Constantiensis ad lacum Podamicum, Curiensis Rhætorum, Eichstetensis, sive Dryopolis ad flumen Alemannum, Halberstadiensis, Hildesheimensis, Padebornensis, & Verdensis. Onuphr. *d. cap. 6.*

Trevirensis Archiepiscopatus suffraganeos habet tres: Metensem, Dolanum & Verdunensem. Onuphr. *dict. loc.*

Archiepiscopatus *Coloniensis* quinque: Monasteriensem, Osnabrugensem, Mindensem, Trajectensem, & Leodinensem. Onuphr. *d. l.*

Archiepiscopatus *Magdenburgensis* suffraganeos quatuor agnoscit: Mersburgensem, Naumburgensem, Brandenburgensem, & Havelbergensem. Onuphr. *d. cap. 6.*

Salzburgensi Archiepiscopatui olim paruisse hos, refert Stephani *de Iurisd. cap. 7. num. 40.* Pataviensem ad confluentem Oeni & Danubii, Frisingensem, Tridentinum, Brixiensem, Chiemensem, Secoviensem, Lovantinum & Viennensem.

Archiepiscopatui *Bremensi* subfuisse dicit, Lubecensem, Razeburgensem, Suerinensem, ac fortasse etiam Slefwicensem, Caminensem, & Lebusiensem, *num. 43.*

Rigensi Archiepiscopatui in Livonia, quatuor Comprovinciales addit: Revaliensem, Curiensem, Osiliensem & Derptensem, *num. 46.*

Episcopatus in Germania, qui nulli subsint, tanquam Suffraganei, inquit esse Bambergensem, Ratisbonensem & Misnensem: eosque ex omni parte liberos existere, nec ullum præter Romanum Pontificem, recognoscere superiorem, *num. 47. & seqq.*

43. Etter

Ferè idem est, quod pomerium. Und würdt in Schwaben gebraucht pro certo quodam spacio, so weit ein Dorff gehet, vnnd die Güter beschlossen seyn. Ac opponitur dem Holtz vnd Feld.

*

43. Ert-

44. Ertzhertzog.

Inter Status & Principes Imperii præfulgent Archiduces Austriæ, qui ob id Ertzhertzoge appellantur, & majora habent Privilegia, quàm cæteri Princeps Imperii, quæ ex parte enumerantur apud Gylman. *decis. 54. num. 59. lib. 2.* Nämblich seynd sie frey aller Aufflagen der Kayser / in Ewigkeit. So seynd sie auch Imperatori kein Dienst schuldig/ sie wollen dann zwelff Mann in Cæsaris Costen in Ungarn ein Monat hälten. Non in Comitiis coguntur cōparere, nisi voluntariè, was sie in jhren Landen thun vnd auffsetzen / daß soll der Kayser nicht hindern. Item possunt alienare omnes suas Provincias, in quoscunque voluerint, absque contradictione Imperii. Ios. Nolden. *de nobilib. cap. 8. n. 138. & seqq.* Et nova vectigalia instituere. Vber das/ sollen sie alle Privilegia haben / als andere Fürsten/ adde Mynster, *Cosmograph. lib. 3. cap. 399.* Sunt etiam magni Duces, ut Magnus Dux Florentiæ, Magnus Dux Moscoviæ & Lituaniæ, sed tales in Germania non reperiuntur; errant ergò Marin. Freccia *lib. 2. de feud. de auct. Baron. tit. quis dic. Dux num. 4.* Nic. Mozz. *tract. de feud. tit. de his qui feud. dare poss. nu. 16.* qui in Germania Ducum Primogenitos, Magnos Duces vocari existimant. Nolden. *dict. l. numer. 143.* v. König. *polit. part. 1. c. 36. num. 24. &c.*

Archiducalis dignitatis origo refertur ad Rudolphum I. Hasburgensem: Is cum Austria legitimo hærede destitueretur, & Imperio aperiretur, eam filio Alberto sub titulo Archiducatus contulit. Theodor. Reink. *libr. 1. de regim. sec. & Eccles. class. 4. c. 10. nu. 4.* Quod tamen apud Historicos controversiâ non caret. Cuspinianus enim *in vita Friderici II. Cæsaris.* & in *Austriâ pag. 32.* jam olim, priusquam ad familiam Habspurgicam perveniret, Archiducali dignitate præfulsisse, scribit: beneficio Imperatoris Friderici II. cum is Fridericum Austriacum bello devictum, in gratiam, intimamque amicitiam recepisset, ejusque insignibus Crucem auream, qualem Cæsares in suis Coronis gestant, adjecisset. Quod factum Anno 1245. Imo Regem eum fuisse creatum à dicto Friderico II. docet ex Münsteri *lib. 3. Geograph.* Arnisæus *de jur. Majestatis lib. 1. cap. 5. in fin.* Quâ tamen Regia dignitate, citatus aliquoties ad Comitia neque comparens, anno sequenti iterum spoliatus est. Natalis Comes *in hist. sui temp. lib. 9. p. 199.* Fridericum III. Imperatorem, hujus Tituli primum Collatorem ait, non sine ratione. Imperator namque Fridericus, Austriæ Ducis, Maximilianus verò filius, Archiducis titulum usurpavit. Reformation Kayser Friderichs deß Dritten / zu Franckfort am Mayn / An. 1442 auffgerichtet /

in-

in princ. & Ordnung der Römischen Königlichen Majestät Cammergerichts zu Wormbs / An. 1495. sancitt. Hoc certè constat, Archiducis (non quidem Austriæ, sed Lotharingiæ) titulum primum sibi arrogâsse Brunonem, Othonis Magni Imperatoris Fratrem, ArchiEpiscopum Moguntinum: cum Anno 953. dejecto propter rebellionem Duce Conrado, Lotharingiæ Ducatum à fratre, Imperatore accepisset, indignum existimans, si cum Archiepiscopus esset, non etiam Archidux appellaretur. Dn. Bitschius, *In Annot ad Natal. Com. pag. 200. lit. y.* Et quos citat Paulus Æmilius Veronensis *lib. 3 de reb. gestu Francorum.* Spangenberg. *in Spec Nobil. part. 1. lib. 10. cap. 4.* Hodiè hoc dignitatis nomen tantum in Germania, & à sola Serenissima Austriaca Familia usurpatur. vid me *de statu Reipubl. subalterno. folio 97.*

45. Etwas/umbetwas.

Dictio *aliquid vel aliqua*, verificatur in quavis re, etiam minima. Corneus *cons. 158. col. 6. lib. 2.* Menoch. *cons. 291 n. 50. lib. 3.*

Sic & dicto *aliquo modo*, universaliter & negativè concepta, verificatur etiã in mini mo. *l. si servũ. §. Prator ait.* & ibi Bart. *ff de acquir. hered* Cravett. *cons. 294 nu. 4.* Menoch. *cons. 4 numer. 18. lib. 1. & cons. 273. n. 26. lib. 2. & consil. 275. num. 15.* item *consil. 296 num. 48. & seqq.*

46. Exempte Clöster.

Exempta Monasteria illa dicuntur, quæ non Ordinario loci seu Episcopo; sed Pontifici Romano immediatè subsunt, eaq; Imp. Romãus, als ein Vogt der Römischen Kirchen/singulariter defendere solet. Indè quasi particularem constituunt Diocæsin. Köppen *dec. 1. enucl. 2. n. 73. &c.* ubi scribit, Ordinarium etiam nil statuere posse in Monasteriis exemptis, quò ad Iurisdictionem. vid. Fachinæ. *consil. 54. & seqq. lib. 1.* Ita Ordines, qui habent Generales, ferè sunt exempti. Alii qui Generalibus destituuntur, subsunt Episcopo seu Diocæsano.

De Exemptione autem tali & quatenus valeat, ac quandò cesset, singularem scripsit tr. Erasm. Chokier. *de Iurisdict. ordinarii in exemptos.* Sed hæc potestas exemptorum variè est restricta in Concilio Tridentino. vid. Chrystinæ. *decis Belgic. 344 vol. 1.* At A. Chr. 1624. ad Vrbanum 8. P. M. pro parte universi Status Religiosi, supplicatio transmissa, & Roncilioni impressa fuit: ubi latè deducitur, Religiosos exemptos, non Ordinariis subjiciendos esse.

Hinc quæritur, an Episcopus possit agere ꝑ Ecclesia exempta? v. Chokier. *d tr part. 2. quæst. 35.* Wolff. Sigism. à Vorburg. *in parvo speculo Dio-*

Ii *cæsano.*

tesan. Nobiliss. Dn. Goldast d. Bohem. *5. c. 4. n. 25. & 27.*

Quodoque Monasteria etiam exempta, sint Territorii Episcopi, non Prælati regularis, censet Eman. Roderic. *quæst. regular. tom. 2. quæst. 6. art. 2.* & ejusdem Epitomator *in verb. Monasteria.* Vorburg. *pag. 4.*

Porrò etiam de Canonum jure, potest aliquis esse exemptus pro parte, & pro parte subjectus. Chokier. *part. 2. quæst. 35. num. 6.*

47. Eysern werden

Saxonis est, impetrare inducias quinquennales, seu rescripta moratoria, quibus debitores muniri solent, ne intra quinquennium quid ab ipsis petatur. Chilian. König. *in proceß. cap. 2. in addition. num. 33.* Hering. *de Fidejussorib. cap. 5. numer. 102.* v. infr. Quinquennell.



1. Factor.

INstitor est, qui tabernæ & cuilibet alii negotiationi quæstuariæ, cum generali mandato sub Clausula cum libera, ad emendum & vendendum est præpositus: & ex eo, quod negotio gerendo instat, Institor, item Procurator generalis, nobis vulgò Factor vocatur, *l. 3. l. 11. ff. de Instit. action.*

Quemadmodum ergò talis Institor vi mandati, cum aliis contrahendo Domino suo acquirit; *l. 1 ff. mand. l. 1. Cod. per quas Personas. l. 1. §. 20. ff. de acq. poss.* Ita quoque Prætori æquum visum fuit, *in l. 1. ff. de instit. act.* sicut commoda sentimus ex actu Institorum, ita etiam obligari nos ex contractu ipsorum, & conveniri. vid. latè Ioh. Herm. Stam. *in tr. elegantiss. d. servit. personali. libr. 2. cap. 19. & seq.*

2. Fahnenlehen.

Regalia Feuda dicuntur, quæ summi Principis authoritate concessa sunt, cum dignitate Regali: Cujusmodi est feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similis vel majoris dignitatis: *cap. 1. quis dic. Dux. March.* vulgò dicuntur, Königische nunc Fahnenlehen/darumb das Kayserliche Majestät/ den weltlichen Fürsten solche Lehen mit Fahnen leihet: den Geistlichen Fürsten aber/mit einem Scepter. Schneidw. *in epit. Feud. part. 1. nu. 3.* Duaren. *de feud. cap. 4. nu. 7.* Iacob. d. S. Georg. *in sua Invest. in gl. in feudum. num. 5.* Rudinger. *2. controvers. feudal. cap. 58. n. 1.* Schrader. *d. feud. p. 2. c. 3. num. 6.* Vultej. *d. feud. lib. 1. c. 8. n. 10.* Pruckm. *cons. 2. n. 1. lib. 2.* Exempla hujus extant apud Ottonem Frising. *lib. 2. c. 5. & 32.* Crus. *annal. Suev. lib. 9. p. 3. c. 6. &c.* Hanc tamen

men solennitatem investiendi cum vexillis, ante paucos annos in desuetudinem abjisse, scribit Knichen *d. Sax. non prov. jur. v. Ducum cap. 4.* Matth. Steph. *de Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 49.* Ac quo ritu Serenissimus Bavariæ Elector, fuerit de Palatinatus Electoratu investitutus, habetur in Actis Londorpii.

Et quando contentio oritur de ejusmodi feudo Regali, solus Imperator controversiam definit, hoc est, de causa illa cognoscit. *c. 1. apud quem vel quos. controv. feud. defin. 1. F. 18. c. 1 à pr. d. Leg. Conrad. 2. F. 34.* Gail. *1. obs. 1. nu 31. & obs. 29. num. 1.* Rudinger. *d. l. num. 2.* Quando tamen Camera Imperatorem prævenit, tunc & ipsa de Feudis Imperii cognoscit, etiamsi tale feudum esset Comitatus vel Ducatus, ut tradit Richwin. *formul. f. 610. vers. solu.* Sed alibi de hoc, Deo volente, dicam in *verb.* Fürstenrecht.

Licet Palatinus de Feudo Imperii, vacante Imperio investire possit; investitura tamen de Principum feudis, der Fürsten Fahnlehen/ novo Imperatori & Romanorum Regi reservatur. A. B. tit. von Rechten deß Pfaltzgraven/ ubi Buxtorff. & alios vide, ac etiam Dn. Georg. Lehman. *inter disput. Argent. in philyr. Aur. Bull. tit. 5.* Sic Rodolph. I. Comes Habspurgensis, cum Austria suo tempore legitimo destitueretur herede, eam Imperio vindicans, Filio Alberto concessit. Vndè Ducum Austriæ Origo. Sigismundus quoque Imp. extinctâ in Alberto Vrsorum familiâ, Electoratum Saxoniæ ad Imperium devolutum Friderico I. Marchioni Misniæ in Feudum dedit. Ex quo hodierni ElectoresSaxoniæ adhucdum descendunt. Dn. Bocer. *de Regalib. cap. 2. n. 61.*

3. Fahrende oder bewegliche Haab vnd Güter.

Bona, quæ sunt apta moveri & transferri de loco ad locum, dicuntur mobilia, vulgò fahrende Haab vñ Güter/ vel unico verbo, Fahrnuß: ita ex diverso, immobilia, quæ suâpte naturâ mutari non possunt. *l. moventium. ff. de V. S.* Panorm. *in c. nulli. n. 9. de reb. Eccles. non al.* Et ideò sub dominio nostro bonorum duæ sunt species principales: mobilium una, & immobilium altera. Inter mobilia autem inprimis refero fructus à solo separatos, per *l. fin. ff. de requir. reis.* & hoc esse de proprietate sermonis, dicit Natta *consil. 117. in fin.* quia de uno ad alterum locum moveri possunt. Decian. *cons. 44. n. 86. lib. 4.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 9. t. 3. nu. 6.* Vndè erroris accusat Gasp. Ant. Thesaur. *in quæst. forens. libr. 1. quæst. 26.* Decium *in cons. 482.* & Castrens. *cons. 132. lib. 1.* qui voluerunt, inter mobilia, fructus pendentes, & à solo separatos, qui & adhuc in horreo patrisfam. non sunt, connumerari,

rari, subtilitate quâdam ex animi destinatione, quam habuisse vel habere dominum rei sibi effingunt, adducti, non ex ipsa rei veritate: cum fructus pendentes pars soli dicantur: *l. fructus* ubi Dd *ff. de rei vindic.* Et verò, an mobilium appellatione in legatis veniant fructus, qui à solo separati reperiuntur? vid. Tessaur. *in d. qu. per tot.* & Cravett. *consl. 329.*

An autem Navis rebus mobilibus vel immobilibus annumeretur? dubitatur. Et esse rem mobilem ex eo constat, quod interdictum undè vi ad res mobiles non pertinet, *l. 1. §. illud utiq. 6. ff. de vi & vi arm.* Sed si quis de nave vi dejectus est, huic interdicto locus non erit, *l. 1. §. 7. ff. d. tit.*

Eadem ratione interdictum quod vi aut clam, ad sola ea opera pertinet, quæ in solo fiunt. *l. 1. § hoc interdictum. 4. ff. quod vi aut clam. l. si altius fecerit. 7. §. notavimus. 5. ff eod.*

Quod autem in nave fit, vel in aliâ qualibet re, vel amplissimâ, mobili tamen, non continetur hoc edicto. *l. vi facit. 20. §. quod in Navi. 4. ff. eod.* Et cur navis in feudum dari nequeat, nulla alia ratio est, quam quod sit res mobilis. *l. 1. §. 6. & 7. ff. de vi & vi arm.*

Inter bona mobilia referuntur quoque granaria, quæ solo affixa non sunt, prout definit Iabolenus *in l granaria. ff. de act. empt.*

Item Vasa Vinaria, per *l. fundi & l. dolia ff. de act. empt. l. 3. §. vino. ff. de vino, tritico oleoque leg. l. etsi proprietatis. ff. de usufruct.*

Pecuniam rem mobilem esse, nemo dubitat, ideò mobilium seu moventium appellatione illam contineri, Interpretes communiter tradunt *ad l. moventium. 93. ff. de V. S.* Sed vid. Tessaur. *decis. 160.* ubi quærit, an mobilium appellatione, veniant pecuniæ, ita ut in legato mobilium generaliter facto comprehendantur?

Feræ, pisces, & volucres, si in Vivariis (in den Weihern) stagnis, aut alveis reponantur, custodiæ causâ; tunc inter mobilia computantur. Si verò ut multiplicentur & crescant, fructumque adferant, pars fundi censentur, & etiam transeunt ad emptorem: Anton. Monterus. *decis. 26.* ubi etiam de alveis disquirit.

Plura habet de mobilibus & immobilibus rebus Ios. Ludovic. *conclus. 48. per tot.* & Dn. Bachov. *de Pignor. lib. 1. c. 6. n. 3.* Forster. *d. Dominio. c. 7. n. 32. &c.*

Ac occurrit hæc quæstio sæpè, cum res mobiles alicui legantur: aut ubi ex statuto, in Krafft deß Versangenschafft Rechtens / mobilia superstiti conjugi cedunt, quod Spiræ, multisque in Civitatibus Imperialibus fieri solet. Sed tunc actiones, præsertim ad rem immobilem competentes, ut & annui reditus, immobilibus adnumerantur: vid. Tusch. *lit. A. conclus. 342.* Et quoque alicubi pro Fahrnus / tantum res expeditoriæ, als

Hauß-

Haußrath vnd dergleichen habentur. Nec est uniformis observatio omnium locorum: ita ut quandoque pro mobilibus hîc reputentur, quæ alibi immobilibus accensentur.

Sub quâ Iurisdictione res immobiles sint collocatæ. v. omninò Schultes *lib. 1. pract. quæst. quæst. 19. per tot.*

4. Fahrende Schuler.

1 Agyrtis, de quibus Plato *2. d. Rep:* similes fuerunt olim die fahrende Schuler. De quibus ita scribit Ioh. Langius *in symposio Medico, fol. 89.* En erat olim in Græcia, & ante paucos annos in Germania genus hominum præstigiis & Medicinæ, ob quæstum addictum, quos Agyrtas & ariolos appellabant: hi ante divitum januas stipem petituri, oppidatim oberrabant, divinâ virtute, carminibus & sacrificiorum mysteriis impetrata, sese pollere ajebant: hac si quid sceleris à divitibus & eorum proavis commissum, id sacra festorum celebritate, & suffitus odore expiare, ac eorum inimicos tam sontes, quàm innocentes oblædere, & eos ulcisci parvo sumptu possent. Deos enim sortilegii enthymematibus & physicis characterum ligaturis & Epodis ita habere obstrictos, ut eorum jussa capessere cogerentur.

5. Fang vnd Schließgelt.

Consuetudo ubique ferè locorum viget pessima, ut incarcerati præter pœnam carceris, pecuniam solvere cogantur, das Fang: vnnd Schließgelt; quibusdam item in locis se alimentare tenentur captivi. Ratione cujus ob avaritiam custodum, sæpius innocentes in carcerem detruduntur, Parthen Litigiosus *lib. 1. cap. 13. num. 12.*

De squalore carcerum mitigando, mentionem feci *in tr. meo de pœnis & lib. f. 128.* Quis item usus carceris, & quotuplex is sit? vid. Speckhan. *1. quæst. 19. & seq.* ubi tradit, alium carcerem esse pœnæ, alium custodiæ, alium pœnitentiæ, alium debitorum.

Cæterùm Iure Pontificio, & perpetuus & temporalis carcer, ob scelera, in Ecclesiastici, non etiam secularis fori homines, concessus est, *c. quamvis 3 de Pœn. in 6.* Iul. Clar. *recept. sent.* §. *fin. quæst. 70. num. 4.* Ludovic. Roman. *sing. 711.* Quoniam semper Ecclesia sperat conversionem & pœnitentiam delinquentium, nec vult cum Principe suo Deo, mortem peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat. *c. hi qui. 3. q. 4.* Cùm itaque Ecclesia, mortis temporalis supplicium non infligat, neque judicium inferat sanguinis, *c. in Archiepiscopatu. de raptor. c. Clericis. c. sententiam.*

ne Cler. vel Monach. secul. neg. se immisc. Ideò grave scelus perpetuo carcere plectit, ad agendam pœnitentiam reum includendo, pane doloris, & aqua angustiæ sustendandum, ut commissa defleat, & deflenda ulterius non committat: *c. novimus. 27. §. fin. de V. S.* Iul. Clar. *d. qu. 70. num. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. lib. 31. cap. 33. num 24. & seq.* Et certè carcer perpetuus fuit, cujus mentionem facit Seneca *in Medæa, vers. 464.*

———— Vinculis oneret manus,
Clausamque saxo noctis æterna obruat.

Porrò, quod D. Apostolus Paulus *in Epist. ad Corinth. 2.* se nocte ac die in profundo Maris fuisse, tradit, eo nomine intelligit Ill. Baronius *Annal. An. Chr. 58. n. 18.* teterrimum omnium carcerem Cyzicenū: qui ex eo, quod altissimus esset, adeoque deorsum depressus, meritò *Profundum Maris* sit dictus; Cui aliquâ ex parte comparandus fuit, qui Athenis erat famosissimus carcer, *Barathrum* appellatus; vel qui Syracusis *Latomiæ* nominatus; aut qui Romæ nuncupatus *Tullianus*; nec non qui à Suida collocatur apud Spartiatas, *Ceada* dictus; & alius obscurissimus apud Carthaginem, *Ancon* indigitatus.

6. Fårich Gelt

Sic vocamus ripatica, quæ sunt vectigalia pro transitu riparum præstanda. Quod vectigal inter regalia refertur: cùm naturali æquitati sit consentaneum, ut is onera sustineat, qui & commoda percipit. Et vicissim æquum est, ut Princeps hæc vectigalia in riparum refectionem & reparationem collocet. Otto *de Iur. publ. cap. 11. m. fol. 296.*

7. Faustrecht.

Ius militare, das Ritter: oder Faustrecht / ut nonnulli vocant, quod olim certis tantum casibus obtinebat, Constitutionibus tàm Imperalibus, quàm Principū & Statuum Imperii jam dudum sublatum, abrogatum & obolitum est: ut nemo hodiè ejus prætextu à pœnâ ordinariâ, quando nimirum provocans provocatum occiderit, rectè se excusare & liberarare queat. Eberh. Speckhan. *centur. 3. quæst. 6. class. 2. num. 3.* vid. supra Außfordern.

8. Fauth der Kirchen

Qui nobis Vogt / alibi vocatur Faut. Indè vulgari linguâ protectores, non multum alieno à Voigti vocabulo, aliquando tamen corruptiori, reperimus etiam vocatos fuisse Faut der Kirchen / hoc est, Advocatos Ecclesiæ. Ampliss. Dn. Martinus Magerus *in tr. de advoc. armat. c. 2. n. 243.*

9. Fehl.

9. Fehdt.

Diffidare, est bellū indicere Gall. p hoste se haberi velle, nuntiare, *deffier*. Vndè diffidatio, denunciatio hostibus facta, antequàm committatur bellum: quæ non minus, quàm trium dierum tempus complecti debet, ego *de arte belli f. 80*.

Dicitur etiam *diffiduciare*, quod idem est, ac diffidare.

Faida, Fehdt inimicitia, aperta simultas, Anglice *Feud*.

Addo testimonia duo Leg. Saxon. *tit. 2. §. 5.* Litus si per jussum vel consilium Domini sui hominem occiderit, utputa nobilem, Dominus compositionem persolvat, vel Faidam portet. Leg. Longob. *tit. 5. §. 3.* Vitium suum reputet, qui super alienam uxorem intrare præsumpsit, & nihil ei componatur, nec Faida requiratur.

Brissonius, Faidam ostendit Feidam quoque dici, & idem esse quod guerra.

Leg. Longob. *tit. 30.* Vt feida post acceptam compositionem postponatur. B. Rhenanus *rer. Germ. lib. 2.* Faidam vocabant Franci simultatem apertam, qua unus aliquis vel pluribus bellum denunciat: Germanis minus olim maxumè nota fuit.

Faidosus vel Feidosus, qui faidam exercet, vel cui inimicitiæ denunciatæ sunt, ut *in leg. Frison.* Homo faidosus pacem habeat in Ecclesia, in domo sua, ad Ecclesiam eundo.

Articuli Conventus inter Lotharium Imp. Ludovicum Germaniæ, & Carolū Calvum Franciæ Reges, Fratres, apud Miræum *in Codic. Donat. c. 15.* Vt rapinæ & deprædationes, quæ quasi jure legitimo hactenus factæ sunt, penitùs cessent, & nemo se impunè posthac eas præsumere posse cōfidat. Fuerunt & posteà ejusmodi diffidationes in Germania frequentes, & ex pacto etiam concedebantur, Kurtzer Beweiß in Sachen Sayn/cōtra Trier / *in document. fol. 24.* Vbi sequentia habentur: Vnnd wa wir hiean brüchig würden / so mag Herr Salentin oder syne Erven / mit Raub vnnd mit Brand an die Graifſchafft van Sayne grifen / als lange biß dat in dusen Brieff / vnnd alle Punte in dusen Brieff gäntzlichen gehalten werdent / ane alle Widersprache Vnser vnnd Vnser Erven. Et hæc valuere, usque dum Pax publica & perpetua est erecta. Hodiè ergo delictum diffidationis, quia est contra Pacem publicam, facit aliquem ipso facto incidere in bannum Imperiale, quod privat aliquem bonis: ut est text. in Constit. Caroli V. vom Landtfrid. *cap. 3.* Von Poen der Landfrid. brecher. Modest. Pistor. *lib. 1. quæst. 13. numer. 3.*

*

10. Fah-

10 Fehmengericht.

Occulta judicia Scriptores etiam vemica nominant, eò quod hæc in illa successivè degenerarint. Alioqui discerni debent, cùm Vemica legitima & antiquiora, non in Westphalia tantùm, sed in omni Saxonia celebrata legantur. Atque ita Vemen-Gericht/ VemenRecht/ passim in diplomatis Cæsarum reperitur: sicuti Scabini à Trithemio & Ioanne de Francofordia *Feimeri* appellantur. Münster. juxta versionem germanicam, Scheffen oder Veymar. Freher. *in tract. de occult. jud.* ubi hoc vocabulum à Germanico, Saxonibus tamen ignoto, Femen/ quod est despumare, derivat: quia per illud judicium Provincia malis hominibus purgatur. Dn. Griphiander *de Weichbild Saxon. cap. 59. num. 1. 3. & seq.*

11. Ferien/ Feyrtag.

Exceptio feriarū prodest etiam iis, qui ipsi in Messibus vel vindemiis occupati non sunt. Licet id neget Bart. *in l. 1. C. de agricol. & censit.* Contrariæ tamen opinioni, alios in eam adducens, adhæret Eberh. Speckhan. *centur. 1. quæst. 62.* Nam quamvis ipsi litigatores non sint occupati in colligẽdis fructibus; fieri tamen potest, ut ipsorum Advocati, Procuratores aut alii, quorum operâ ipsi in ea causâ utuntur, occupentur in messibus: ita ut ob hanc ꝓbabilem occupationem omnium hominum, aut saltem plurimorum, feriæ communes esse debeant. Speckhan. *d. loc. num. 2.* Maximè cùm generaliter Prætoris edicto cautum sit, ne quis adversarium tempore messium, vindemiarumve in jus citet. *l. 1. in pr. de fer.* adde Wesenbec. *in Paratitl. ff. de fer.*

Nonnulla etiam de feriis habentur *in meis delibatis. lib. 2. ff. t. 12.*

12. Fest machen/ gfrozen.

Carminibus & conjurationibus quibusdam, posse inhiberi non vim solùm ferreorum, sed & ignitorum armorum, sivè bombardarum, experientia testatur quotidiana. Hancque rem etiam Homericis Heroibus non omninò incognitam fuisse, Ernest. Burggravius probare conatur, *in suo Achille πανόπλῳ.* vide me *d. belli arte & jure. fol. 44. & 60.* Ac constat, etiam Gentiles censuisse, carmine aciem gladii retundi, ut nec levi vulnere cutem pertingere potuerit. Franc. Torreblanca *in Dæmonologia. lib. 2. cap. 23. numer. 14.* qui etiam ex Sprengero refert, impios milites se invulnerabiles putare, si arma certo ritu incantent, vel sacrilego ausu crucifixi imaginem, summè venerandam, violare, ritu horrendo ausint.

Mentionem etiam facit *de la chemise de necess té*, Guil. Bouchet. *tom. 3. des Serees. c. 25. f. m. 22.* aliarumque ratio-

rationum, ad eum effectum jam olim usitatorum. Quæ cuncta sunt detestanda. Adeò ut non ausim approbare eos, qui eo fine vel Psalmum 90. recitant, certumque ejus versum iterant trinâ vice, aut etiam Evangelium D. Iohannis usurpant: cùm videatur abusus nominis Divini.

At quòd in bello, à Carolo Calvo contra nepotes ex fratre gesto, non potuerint arma ejus militum lædere hostes, miraculo adscribit Lehman. in der Speyr. Chronic. *lib. 3. c. 4.* Vt pariter in Histor. Tripart. habetur. *lib. 3. c. 18.* contra Iacula juvisse Constantinum, clavem Christi, galeæ inclusum.

13. Festiglich.

Verbum Festiglich hunc habet effectum, & id importat dispositio, cui apponitur, quod non possit restringi, limitari vel planè tolli. Esset enim sine virtute operandi, quod non est dicendum. *l. si quando ff. de leg. 1.*

14. Festung.

An fortalitia habere expediat, disquisivi. *in tr. d. arte & jure belli. folio 71. &c.* Sanè Principi & subditis ferè nunquam prodest, nimis multas esse fortificationes. Citadellæ libertati obsunt. Et Princeps non est Dominus absolutus, ubi vel magnates, habent arces munitas, vel in meditullio sunt munitæ urbes. Ac ita sub Henr. 4. haben sich die Saxones wider die Vöstungen beschweret. Lehman. *libr. 5. cap. 27. fol. 424.* In Franckreich werden alle abgebrochen/ so nicht auff den frontieren sich befinden. Merc. Franc. *tom. 12. f. 371.*

15. Fischerey/Fischfang.

Ius piscandi gehöret zu den Regalien / *c. un. in fin. quæ sint regal.*

Biber: vnnd Otterfang ist ein Anhang deß Jagens vnd Regalien / also gebürt sie auch dem Herrn deß Wildbans/ Forst vnd Gejagts/ als ein species Venationis.

Quanquam jure gentium in fluminib. publicis, in den Wassern/welche Stromfrey fliessen / Ius piscandi omnibus commune esse debeat: In contrarium tamen consuetudo invaluit, ut nulli subdito ibi piscari sine peculiari desuper factâ concessione liceat. Quod enim juris circa venationem & aucupiū, id circa piscationem quoque Principes sibi sumpserunt: ut & alias communiter ab uno ad alterum, horum, procedit argumentum.

Capiuntur autem pisces vel *in mari*, ubi necdum libera cuivis (exceptis nautis, qui ad suum solùm usum, non verò ut vendant, capere possunt) piscandi facultas, sed à vicinis Dominis ad 100. milliaria inhiberi videmus.

Vel in *fluminib. lacub. & paludibus.*

Et in Principis erit arbitrio, licet privatum sit flumen, modum præscribere, quomodo & quo tempore capi debeant vel non: Nam & in iis, quæ Iuris gentium sunt, Princeps ad conservationem tendentes leges ferre potest.

Iuri piscandi quot annis præscribatur? teste Rutgero Rulando *decis. Iur. controv. quæst 41.* ventilatum fuit in causa Pappenheimb contra Elgawe/ ubi sic notatum à Dominis, ait, quod quamvis jus piscandi in publico sit commune. §. *flumina. Inst. d. R. D. l. ult. de usucap. l. injuriar.* §. *si quis. de injur.* Adeò ut quis non possit præscriptione acquirere, ut ibi, vel in ipsius diverticulo solus piscetur, *d. l. ult.* & ibi Bt. *in vers. quando competit.* Fabr. & Angel. *in d.* §. *flumina.* atque ibi addant rationem: quia sit Iuris gentium, cujusmodi quæ sunt, haud possunt præscribi. Balbus *de prescript. 2. membr. 4. part. quint. princ. in 6. qu. n. 1.*

Hoc tamen fallit primò, si quis tale Ius per consuetudinem acquisivit, utpote si quis pluribus annis solus piscatus sit, & alios piscari prohibuerit, sciente populo, & non contradicente. Boër. *decis. 372. nu. 2.* Natta. *cons. 522. n. 33. tom. 3.*

Secundo fallit in lacu vel flumine privato, quod est Domini alterius, Balb. *d. loc. n. 47.* quia tunc ei soli, cujus est, ibi piscari licet. Iacobin. de S. Georg. *in verb. fluminib. aute fin. vers. quod dixi.*

16. Flucht.

Fuga non est sufficiens indicium ad torturam reo infligendam; Nam ut tormentis sit locus, indicium Criminis adesse debet verisimile, *l. 1.* §. *oportet. C. de quæstion.* Verisimile verò inditium illud dicitur, quod plerunque arguit & ostendit illud, de quo quæritur. At quilibet aufugere potest, licet innocens sit, & minimè Criminis reus, ex alia scil. causa, utputà ne de facto comprehendatur, carceri injustè tradatur, falsis hominum testimoniis convincatur, & morte puniatur. Ita licet discipulus à suo præceptore, vel servus à Domino suo aufugiant, ut ad tempus ejus iracundiam & sævitiam evitare possint, & metu verberũ aliquandiu se liberent; non tamen id eis pro vitio habendum est. *per l. quid sit fugitivus. 12.* §. *item apud. 3. vers. item ne eum. &* §. *seq. ff. de ædilit. Edict.* Non igitur ex eo, quod quis metu carceris vel tormentorum aut supplicii, falsis si convincatur testibus aufugit, verisimiliter colligi debet, Crimen ab eo esse commissum. Et certè fatuus ille dicitur, qui se periculo exponit, & potiùs ex carcere causam dicere, suamque innocentiam probare malit. Hippol. *ad rubr. C. de probat. nu. 279.*

Boër.

Roër. *decis. 215. num. 29.* Gail. *2. observ. 109. n 6. & seqq.*

Imò quando agitur de vitæ discrimine, prudentioris consilii est, potiùs fugere, quàm se irati committere Iudicis arbitrio. *Clem. pastoralis. §. esto igitur. de sent. & re jud.* Præterea, licet fuga indicium commissi Criminis dicatur *in Const. Crim. Caroli V. art. 25. vers. ult.* Attamen *in seq. art. 27.* expressè dicitur, fugam non esse tale indicium, ut Iudex fugientem deprehensum ad torturam abripere possit, nisi cum fugâ alia indicia concurrant.

Sed de hac quæstione variæ limitationes & distinctiones vide apud Menoch. *lib. 1 de præsumpt. quæst 89. numer. 36. & seqq* Mascard. *de probat. conclus 819. & seq.* Zanger. *in tract. de tort. cap. 2. num 91.* Iul. Clarum *lib. 5. sent. 5. fin. quæst. 21. n. 20. & seqq.*

17. Flüß vnnd gemeine Schiffreiche Wasser.

Flumen navigabile, ratione usus est commune; ratione proprietatis, publicum est, seu ad populum spectat: quò ad jurisdictionem autem pertinet ad Majestatem.

An Princeps in iis navigationem prohibere possit? vid. Rauchar. *1. quæst. 23.*

Et etiam Hartmannus Hartmanni, *lib. 2. tit. 46. obs. 3.* tradit: Interdictum, ut in flumine publico liceat navigare, pertinere ad privatum, secus autem in superiori. Adde Pfeil. *cons. 194. & 196.* ac quæ ego tradidi. *tr. d. Iure rer. f. 10.*

18. Folge.

Verbum Folge / plures sub se species comprehendit, nempè Landts: vnnd Heers Volg / Gericht: Jagt: Ampts vnd andere Volg / &c. cui & lustratio & mandandi potestas, Musterung vnnd Aufforderung annexa sunt. Andr. Knichen. *de sublim. territor. Iur. cap 3. n 351. 359. & seqq.* quibus in locis hæc inter superioritatis jura refert, & iis probatis, probari superioritatem contendit. Quem vide etiam *in tr. de Iur. Duc. Saxon. fol. 151. & seqq.* Sixtin. *de regalib. cap. 1. n. 28.*

Heeres Volg autem est, quando subditi tenentur tempore guerræ justæ, adjuvare Dominum in persona & in patrimonio; *l. ult. §. 1. de muner. & honor.* sive ipse moveat bellum, vel contra eum moveatur. Quod militiæ munus à subditis haud detrectandum erit: *per l. 4. §. qui post. de re milit.* Bald. *cons. 483. num. 4. part. 1.* addens eo salvo, quod possint militare per substitutum, argument. *l. nemo est. §. 6. de duob. reis.* vid. Knichen *in encyclop. cap. 11. m. f 85.*

***

19. Forst: Forstliche Obrigkeit.

Foresta, Gall. *Forest*, dicitur latum nemus sine clausura. Chassan. *ad consuet. rubr. in pr. post gl. in c. cum dilecti.* ubi Ioh. Andr. *de donat.* quem refert Mynsing. *cons. 16. n 36.* Quodque forestæ & nemoris vocabula, sint ejusdem rei significationis, tenet idem Chassanæ. *d. rubr. §. 2. in verb. Vsage de bois.*

Inter venationem seu jus venandi, & inter Forestam seu jus forestæ, constituendũ est discrimẽ omninò. Venatio n. in vernaculâ linguâ appellatur Wildbann/ oder Wildbanns Gerechtigkeit: Latinè bannum Venatorium, seu ferinum potiùs, quàm sylvestre: cum & in agris habeatur. Thom. Micha. *de Iurisd. thes. 51.* Indè fœmiminum, ein Wildbann/ locum denotat ferarum. Frider. *de proc. c. 40. numer. 14.* Foresta vero, Forst oder Forstsgerechtigkeit/ item Forstliche Obrigkeit dicitur, in curâ sylvarum & nemorum consistens. Deindè venatio, est jus sive facultas investigandi, prosequendi, capiendique feras, nec plus in se complectitur: At Foresta ex receptâ totius Germaniæ consuetudine, non ferarum occupationem; sed alia etiam maximi momenti jura in se comprehendit: v. omn. Meichsner. *lib. 2. tom. 2. decis. 2.* & Bidembach. *quæst. nobili. 15.* Hæcque Venatio, quæ fit jure Forestæ, rectè regalibus accensetur. ego *d. Majestat. folio 177. & seq.*

Præterea differentia inter jus Forestale & bannum ferinum, seu sylvestre, ex eo quoq; perspicitur: quod in aulis Principum officia der Jägermeister vnd deß Forstmeisters/ distincta sunt. Der Forstmeister sylvis & nemoribus præfectus est: cujus officio præcipuè incumbit, ne sylvæ devastentur: sed omnia illa fiant, quæ ad sylvarum utilitatem spectant. Der Jägermeister/ venationi præficitur, ejusque officium est, omnia illa sollicitè instruere & ordinare, quæ venationi conveniunt. Diversitas ergo officiorum, diversitatem quoque arguit rei, Ioann. Meichsner. *tom. 2. decis. Cameral. lib 2. decis. 2. n. 38.*

Proindè plus habet, cui Foresta, quàm cui Venatio concessa est. Cum igitur jus Forestæ & Ius venationis, tanquam plus & minus (sive potiùs tanquam totum & pars, ita ut jus forestæ sit totum integrale, ex banno sylvestri & aliis partibus constitutum. Andr. Knichen *tract. de vestitur. paction. c. 2. n. 53.*) inter se differant: probè perpendenda est concessio Principis, hujusmodi Ius tribuentis, & ex verborum tenore judicandum, num simplex venatio sit data, an verò foresta: quo casu, non jus solùm occupandi feras, sed & præcipiendi, prohibendique, Gebott vnnd Verbott anzulegen/ circa venationem, & res à venatione depen-

pendentes, non autem circa res vel caufas alias, conceffum intelligitur. argu. *l. ult. C. de Iurifd. omn. Iud.* ubi notatur, quod Iurifdictio conceffa habenti certam adminiftrationem vel negotiationem, exerceri folummodo poffit in illis caufis & quæftionibus, quæ ad negotiationem iftam pertinent.

Cæterum cui non fimpliciter Venatio, fed & jus foreftæ eft conceffum: merum Imperium circa res venatorias exercere, adeòque venatores contra prohibitionem venantes (vulgò Wilderer oder Wildpretfchützen) criminaliter punire poteft: cùm de jure foreftę ad merum imperium, cum feparata & diverfa fint, malè inferatur. Attamen uno dato, competunt etiam ea, fine quibus illud confervari nequit. Ita in territorio Efslingenfium & Reütlingenfium Sereniffimi Duci Wirtenbergico cōpetit jus Foreftæ, illiusque vigore capit ferarum indagatores, ac poftea punit.

Sanè hoc fpectat ad tuitionem oder Sicherung der Forftgehäge / vnnd Wildbann / ac jure folius der Forftlichen Obrigkeit exercentur, de quo der Cent: vnd Voigtheit / vigore univerfalis diftrictus, der Centgerechtigkeit vnd Erbgericht / nihil participat. Dannenhero alle auff der Wildbann / & intra ejus continentia begebende Fähl / gehören zur Forftlichen Obrigkeit / Mynfing. *conf. 16. nu. 37. & 46.* Heig. *1. quæft. 15.* Quoad nobiles verò, & maximè Landfaffen / Jagen non fimul infert etiam Hagen: Cùm hæc regulariter competat der Lands-Obrigkeit / Gylman. *tom. 5. Symphorem Supplic. 34. num. 18. & feq.* & exercitium venationis illis conceffum, femper intelligitur von dem kleinen vnnd nidern Weidwerck / Socin. Iun. *conf. 39. n. 28. vol. 3.* Et fuperior concedens, vel die LandsObrigkeit / die Hohe vnnd Haupt Wildbann neben dem Forftrecht / femper fibi refervare præfumitur, Coburg. LandsOrdn. *tit. 29. circa fin.* qui etiam plerunque fimultaneam venationem, die Koppel Jagt / cum omnibus fuis Landfaffiis poffident & exercent, Knichen *2. de veftitur. 2. nu. 21. 54. & de jure Territorii, cap. 4. num. 297, & de Privil. Sax. verb. DD. Saxon. cap. 5. num. 168. cum multis feqq.* Bidembach. *in quæft. Nobil. quæft. 16.*

At Ius Foreftæ feu foreftalis Iurifdictio, non intelligitur fub conceffione meri Imperii, cum fint diverfa & feparata, habeantq; fuas ꝓprias & difcretas differentias effentiales: & fic unâ non probatâ, non fequitur, & aliam probatam non effe. Mynfing. *refp. 16. num. 46. & 37.* Noe Meürer *tract.* Vom Jagen vnd Forftrechten / *part. 2 rubr.* Ob der Hohen Obrigkeit die Forftliche Anhang. *f. 32. &* Meichfner. *decif. 4. numer. 7. tom. 2. libr. 2.* Gilman. *tom. 2. Symph. p. 5. tit. 10. vol. 2. num. 29. & feqq.*

Der Forstlichen Obrigkeit seynd nachfolgende Stuck anhängig vnd zugehörig: Als VorstOrdnungen vnd Mandata zu publiciren / vnd die Verbrecher derselben zustraffen / daß exercitium deß Hohen vnd kleinen Weidwercks meniglich abzuschaffen vnd zuverbieten.

Das vnzimblich Bäum abhawen in den Weldfuhren zuverbieten. Ob aber ein Beysitzer oder Herr deß Walds / darinn ein anderer eine Gerechtigkeit oder Dienstbarkeit hat / vil vnd grosse Bäum zu seinem Vortheil abzuhawen berechtigt? würdt für sehr disputierlich gehalten / vid. *consil. illustria in fol. mea cura edita. conf. 16. & 17.* Et multi negant: quia hoc fraudi & damno esset alteri servitutem venandi habenti, quæ servitus eo ipso deterior fieret: nemo autem servitutem rectè constitutam, propriâ authoritate deteriorem facere debet. arg. *l. servitutis. §. si antea ff. de servit. urb. præd. l. sed si quid. §. proprietatis. ff. de usufr. l. etsi fortè. §. si. ff. si serv. vend. l. certo generi. §. si totus ff. de serv. rust. præd.*

Daß auch das außstocken den Aigenthumbs-Herrn nicht zuständig sey / evincunt tradita Cæpollæ *tract. de servit. rustic. præd. cap. 9. num. 40. argumen. l. manifestè. C. de servit. l. 2. C. ad L. Aquil.* quod tamen de modicis eradicationibus non est intelligendum, arg. eorum, quæ scribit Bartol. *in l. quo minus. ff. de flum.* & ibidem Iason. *n. 79.*

Das wild Obs oder Geäcker / ist in dubio auch dem Forstrechten anhängig / secund. Papiens. *in form. lib. pro legato rei singul. verb. coram vobis. numer. 118.* Gail. *lib. 2. obs. 68.*

Die Macht zuverbieten / die Geissen vnnd Schaffe in die Vorst nicht zutreiben / gehört auch ad Ius forestæ.

Der Hunds vnnd Forsthabern ist auch ein Pertinentz deß Forstrechten vnnd Wildbans: Brunus, *cons. 127. vers. sed quid.* Decian. *cons. 123. nu. 27. vol. 3.* ubi pertinentia esse docet omnia, quæ lege vel consuetudine deputata sunt, ut accedant, & veniunt vel jure augmenti vel accessuum. Vnd dahero würdt diser Hundshaber / auch der Jägerhaber genennet.

Die Macht zu Hägen vnd Jagen. Zasius, *lib. 2. consil. 6. numer. 1.* Gail. *lib. 2. obs. 68. num. 7.* ubi dicit, sylvam venatoriam succisis lignis, cingi posse in capturam ferarum, ab eo, qui jus venandi habet.

Die Windtfäll gehören auch dem Forst zu. Removere enim arbores, ætate corruptas & lapsas, interest Domini Forestæ, ut venatio feracior efficiatur & commodior. *l. si iter. ff. de servit. l. servientes. §. si domo. de serv. urb. præd.*

Die Heyung der Jungen Gehäwe zugebieten: argument. eor. quæ

not.

not. Iohann. Fabr. *Inst. de L. Fus. Canin. tollend.*

Item die Abschaffung spitziger Zäun: wie auch das Gebott die Hund zubrügeln.

Die Frohndienst / ohn welche die Jagen nicht köñen verrichtet werden: als die Haltung der Hund / die Führung der Netz / Garn vnd Hund / vnd das die in dem Gezirck der Forstlichen Obrigkeit gesessne Vnderthonen zum Jagen zuhelffen / vnd zudienen schuldig seyn sollen, v. Mingium *d. superior. territor. c. 6. n. 78.*

Forstknecht Häuser auffzurichten vnnd bawen. *l. veluti. fin. de serv. rust. præd.* Gail. *2. obs. 68.*

Wald vnnd Holtzordnung zumachen / per doctrinam Bart. *in l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur.*

Die Verbrecher der Wald: Forst vnnd Gejägt Ordnung zustraffen. Choppin. *lib. 3. tit. 7.* Iacob. de S. Georgio *tractat. de feud. §. cum venationibus.*

Die Wacht / Forst vnnd Schultzknecht zuhalten / anzunemmen / vnnd wider abzuschaffen. *l. etiam §. licet. ff. solut. matr. l. in re mandata. C. mandati.* Welche pro defensione Büchsen zuführen haben. *l. 1.* ubi Dd. *C. ut armor. us. lib. 12.*

20. Fraißpfand.

Dominus territorii, in quo occisus prostratus jacet, ejus cadaver pro ritu Iurisdictionis criminalis receptissimo, solus tollit, deque isto vel occisi vestis parte sanguinolenta in testimonium homicidii, & criminalis Iurisdictionis tesseram, ein Fraißpfand / aliquid abscindit: hocque est meri Imperii, & spectat ad Centherrn / Schwanmann. *part. 1. de process. cap. 12. num. 21. & seq. & observ. Cam 86.* auch die Stich vnd Wunden abmessen / vnd die Maß zu sich zunemmen. Schwanman. *obs Cam. 87.*

Fit & hoc in casu, ubi pluribus competere in aliquo casu Iurisdictio potest: tuncque præveniens non videtur alterum turbare. ego *de jure territor. f. 271.*

21. Franciscaner.

S. Franciscus Assisii natus, quæ Vallis Spoletanæ Civitas est, Ordinis hujus auctor extitit: de quo Bonaventura & Vinc. *in ejus vita.* Martinus Capellanus, Iacobus de Voragine, & Volateranus scribunt, eum prius Ioannem fuisse dictum: sed quare postea Franciscus appellari voluerit, causas referunt. Bonaventura eum visione quadam, quam recitat, ad monasticam vitam pertractum tradit: ut apud eum. In dicto loco, quo natus fuit, ordinis sui initium fecit: Sed cùm de Regula cum aliis disputaret, Biblicum textum, præmissâ oratione & precibus, aperuerunt: ut quicquid ibi primò obveni-

veniret, pro Regulâ haberetur. Aperto igitur libro, locus se obtulit: Si vis esse perfectus, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Secundò iterum aperientes invenerunt: Nihil tuleritis in via. Tertiò obvênit hoc: Qui vult venire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & me sequatur. Tum Franciscum dixisse: Hæc ergò nobis sunto pro Regula. Regula ejus scripta, & testamentum extant apud Hospinianum.

Franciscani alio nomine etiam Minores, ab humilitate, & Barfüsser/ quod nudis incedant pedibus, & cordigeri & funigeri, à corda & fune, quibus cinguntur, appellantur.

Ordo hic in multiplices classes est distinctus: Quidam enim dicuntur Reformati, alii Capucini, alii Gaudentes, &c.

22. Franckfort.

Locus certus Comitiis, in Imperio Germanico non est definitus; ut nec conventibus Electorum, Carpzovius. *ad Capitulat. cap. 5. n. 11. &c.* Electio tamen Imperatoris, non alibi, nisi Francofurti fieri solet. A. B. *c. 1.* Münster. *lib. 3.* Dan. Otho. *d. Iur. publ. c. 10. f. m. 244.* ego *d. succeß. & elect. f. 189. & seq.* ubi simul trado, vanum esse, quod nonnulli ajunt, eum, qui discordi electione ád Imperium pervenit, Francofurtum obsidere, & ni intra certum tempus depellatur, electionem roborari. vid. etiam Lehman in der Speyrischen Chronic. *lib. ult. c. 34.*

23. Franckenrecht.

Duplici olim jure Imperium Romanum regebatur, Saxonico & Francico. Hinc der Schwaben und Sachsen Spiegel. Et indè etiam duo erant Vicarii Imperii, horumque duorum jurium defensores. Gewold. *d. Elector. cap. 11.* ego *de succeß. de elect. folio 216.*

In fundatione Monasterii Richenbach. An. 1080. ita habetur: huic negotio interfuit Sigeloch, & Henricus & Fridehelm, & Winehart miles Fridehelmi, Adelbertus & Burchardus milites Archiepiscopi. Ad hoc istos novissimos testes idoneos esse, æstimati fuimus; quia FRANCI fuerunt, maximè quod prædictum prædium, in terra Francorum situm est, & prænominata matrona cum suis coheredibus Francorum lege regenda atque coercenda est.

Huc etiã pertinet & illa ab Interpretibus tradita distinctio, quod feudum aliud sit, in quo vivitur jure Francorum, *hoc est*, in quo ex consuetudine locali, vel pacto solus primogenitus succedit: aliud in quo vivitur jure Longobardum, *id est*, cujus successio secundum communes juris feudalis regulas defertur, Rosenthal. *de feud. cap. 2. quæst. 80.* Marta *de Clausulis, part. 2. clauf. 34.* Ioan. Tho-

Thomas de Marinis *tract. d. generib. & qualitatib. feud. tit. 13.* Ego *de success. & elect. fol. 57.* Simili distinctione in Germania quædam Feuda Iuris Saxonici, quædam Iuris Longobardici, seu communis, appellare possumus, propter jus peculiare simultaneæ Investituræ (vulgò vocant conjunctam manum, die gesampte Handt) non tantum in Saxonia, sed et in quibusdam aliis Germaniæ locis usitatum.

24. Fräwlins Steur.

Clientes olim patronorum suorum filias dotabant, vel ad dotem earum aliquid conferebant. Et hinc colligit erudissimus Ioh. Iacob. Draco. *c. 6. n. 7. de jure patriciorum*; morem illum ortum esse, quod subditi pro elocandis Magnatum filiabus hodièque collectas solvant. Addatur Dn. D. Bocer. *in tractat. de collectis cap. 6. num. 24. & multis seqq.*

25. Frevel: vide supra Buß.

Fredum, mulcta Iudicialis, compositio fisco debita, Frevel. *Leg. Rip. tit. ult.* Fredum autem non illi Iudici tribuat, cui culpam commisit, sed illi, qui solutionem recipit. Leg. Alem. *tit. 4. §. 1.* Si quis liber liberum infra Ianuas Ecclesiæ occiderit, cognoscat se contra Deum injustè fecisse; & Fiscus fredum acquirat. Vitus Amerbach. Fredum dicit esse pœnam, violatoribus pacis propositam.

Mulcta est specialis peccati animadversio pecuniaria, Iudicis arbitrio irrogata, *l. aliud fraus. §. 1. ff de V. S.* & ferè convenit cum nostrate Frevel.

Mulctæ cujus sint Imperii? vide omnino Regner. Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 8.* Nizol. *alleg. 2. n. 20. &c.* Quidam Assessor in causa Lobenberg contra Montfort den 20. April. A. &c. 20. relata, concludebat esse meri Imperii, per Iasonem *in l. Imperium. num. 2. ff. de Iurisdict.* qui reprehendit Baldum, contrarium tenentem, *in l. ult. de off. Præf. vigil.* Addebat dictus Assessor, omnes causas Criminales, esse meri Imperii, & mulctas ad eum pertinere, qui præsit universitati, Bartol. *in d. l. Imperium. num. 10. in quinto gradu.*

Contrarium tamen ex eo videtur verius: quia Magistratus Populi Romani, quibus non erat merum imperium, mulctare poterant. Dn. Rutger. Ruland. *decis. Iur. controv. quæstio. 13.* Civitates namque Municipales, etiam de Iure Romano mulctæ dicendæ & lucrandæ potestatem habent. *l. 2. §. 1. ff. si quis in Ius vocat. non ierit.* Cujac. *in paratit. C. de Magistrat. municipal.* Et quidem in vim Iurisdictionis. *l. more. 5. l. seq ff de Iurisdict.*

Quamvis non adeò inverosimile sit, quod vulgò dicitur, olim Magistratibus Municipalibus, nō omnem

mulctam, quovis emergente casu, dicere licuisse, sed talem solùm, quæ Iurisdictionis tuendæ causâ ob cōtumaciā infligi solet. *l. cui. ff. de Iurisdict. l. un. C. si quis jus dic. non ob. c. pastor. §. 1. de off. deleg.* v. Cothman. *ad t. C. d. modo mulctar. n. 7. & seqq.*

Et licet non negetur, mulctarum & pœnarum cōmpendia, ab Imp. Friderico inter regalia esse annumerata, *c. un. quæ sint regal.* ita ut in ærarium Principis inferri debeant; *l. pen. C. de mod. mulctar.* Casp. Ziegler. *in §. Civitas. concl. 1. num. 53.*

Attamen hodiè id non ita strictè observatur, adeò ut potiùs pro fructu quodam Iurisdictionis habeantur mulctarum lucra, Bart. & Bald. *in l. fin. ff. solut. matrim.* Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 63. n. 2.* Sixtin. *de Regal. 2. cap. 8.* Borcholt. *in c. un. de Regal. numer. 64. & seqq.* ubi Dd. communiter. *per l. un. ff. si quis jus dic. &* est text. *in l. 2. §. fin. ff. de judic. l. fin. Cod. de mod. mul.* Molin. *ad consf. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 1. n. 1.* Ant. Tessaur. *decis. 266. num. 5.* Wesenbec. *in par. C. de modo mulct. n. 6.* adde Ziegler. *dict. loc. n. 54. & num. seq.*

Subditi autem parere tenentur, pœnam & mulctam impositam luendo, Frevel vnd Buß zuerlegen, Sixtin. *d. loc.* Quia Frevel vnd Busse nemini quis solvere tenetur, nisi cujus Dominium agnoscit. Reinking. *de Reg. Eccles. lib. 1. cl. 5. cap. 4. nu. 86.* Sunt enim signa superioritatis & subjectionis, Carol. Tapia *ad l. fin. part. 1. cap. 2. nu. 48. de constitutionib. Princip.* Zachar. Vietor. *de exempt. Imp. concl. 36. vers. quartò.* possessionemque Iurisdictionis denotant. Ritterus. *de homag. cap. 7. nu. 175.* allegans Rom. *cons. 70. n. 10.* Gilman. *tom. 1. p. 1. tit. 2. vot. 1. num. 126.* Huc pertinent, groß vnd hohe: ut Blutrunst. Klein vnnd Nider Frevel / ut Wehrgelt / verschlagne Wehr / Scheltwort / Backenschlag / etc. Gilman. *d. l. n. 125.* Ritter. *ibidem.*

Legato usufructu alicujus Castri, Iurisdictionem adnexam habentis, anne veniunt pœnæ & multæ, quæ imponuntur ꝓpter delicta subditorum, an verò ad heredes pertinent? Hujus Quæstionis cardo in eo versatur, an nimirum mulctæ pro fructu Iurisdictionis sint habendæ. Quod modò asserui, auctoritatibusq; ꝓbavi. Quamobrem dubium non erit, quin hæ mulctæ & condemnationes, ad usufructuarium, minimè autem ad heredes spectent; nisi aliter de mente testatoris constet. Sed vid. etiam Mich. Grass. *lib. sent. recept. §. legatum. quæst. 32.*

26. Freventlich vnnd gefährlich.

Hæc verba dolum requirunt. *l. in actionib. ff. de in lit. jurando.* Mynsing. *resp. 20. n. 12.* Sed tamen non semper liquidissimas doli probationes exigunt

gunt, & sufficit tale factum probari, quod inducat doli præsumptionem, eò quod sit contra legem. Etenim id ipsum, quod fit contra legem, est & dicitur Frevel/ Reichwein/ *in suo formular. fol. 101.* in termnis violationis Pacis publicæ loquens.

Hincque fieri assolet, daß man einen mit einer Frevel Straff / offters anzusehen pfleget/ wann schon kein verus dolus enthalben.

27. Freundtschafft.

Verbum *Parentelæ*, utriusque parentis sexum significat usque ad tritavum, Angelus *conf. 268.* Aym. Cravettà *conf. 161. num. 3.* Wann also in einem Testament verordnet / daß das Gut bey der Freundtschafft bleiben soll / werden hierdurch die Weibspersonen nicht außgeschlossen: vide me *tract. de Iure Familiar. cap. 2.*

Et an fideicommissum familiæ, pertineat ad fœminam agnatam, tradit Castillo *lib. 1. quotidian. cap. 2.* Et num quæ ex sexu virili fœmina descendit, habeatur pro agnata, consuluit Cravetta *conf. 800.* Quis item dicatur familiaris, & de Familia, enodat Tuschus *pract. concl. lit. F. concl. 7. & seqq.*

28. Frey.

Hoc vocabulum, rem ab omni onere exemptam, & immunem significat, vel designat. *l. peu. ff. d. evict. l. qui uti. l. si cum fundum. l. non tantum. ff. de V. S.* Bertazol. *clausul. 21. gloss. 4. f. 547. & conf. illustr.* collecta à Ioh. Bapt. Cæsare *part. 3. conf. 6. num. 72. &c. v.* item supra Beschwerung.

Estque verbum liberè, ejus significationis, quod alicui servituti non sit suppositum, Oldrad. *conf. 334.* & id verbum etiam importat absolutam libertatem, quò ad omnia, ita ut nihil sit exceptum. Cravetta *conf. 172. n. 5. & seq.*

Et verbum *liberè* infert ipso facto; & quod non requiratur factum aliquod Iudicis vel Officialis, Corn. *conf. 165. n. 23. lib. 2.* & quod alterius consensus non exigatur, Curt. Iun. *conf. 2. num. 3.* Et cui nullum obstaculum, aut impedimentum objici potest; Curt. Sen. *conf. 47. col. 1.* & importat plenum jus in re; ita quod nullum jus in ea alteri competere possit: ut tradit Ruin. *conf. 219. numer. 3. lib. 1.*

29. Freye Bürsch.

Freye Bürsch/ est locus, ubi omnibus libera venandi potestas concessa est, qualis est locus ex unà parte oppidi Tubingensis. Sed quæstionis est; an subditus vel alius quispiam, cervum vel feram aliquam, quam in tali loco, In der Freyen Bürsch / investigare & venari cæperat, etiam in vicinam Sylvam, vel alium locum us-

que, da die Freye Bürsch sich geendet/ persequi, ibidemque capere, & impunè occupare possit? Et non posse, verius videtur. Etenim isthæc loci qualitas, ut quilibet in eo promiscuè valeat venari, tàmdiu feras omnium prædæ exponit, quàmdiu in loco illo versantur, so lang sie sich in der Freyen Bürsch halten. Postquam verò excesserunt, ampliùs illius loci periculo minimè subsunt: cùm solo non cohæreant, nec soli naturam vel proprietatem sequantur: sed liberè per agros & sylvas vagentur. Consequens ergò est, ut vi qualitatis, isti loco competentis, non nisi in eo ipso loco capi queant. Didacus Covarruv. *lib. 2. var. resolut. cap. 20. num. 12.* Noe Meürer *in tract.* von Jag vnnd Forstrecht. *part. 2. tit.* Wie man das Wildt Jagen soll.

Vbi autem adhùc est ejusmodi libera venandi potestas, ibi venatio prohiberi nequit. vid. Speckhan. *1. quæst. 97.* & me *de Majest. f. 178.* Cùm Princeps non possit subditos sine causa privare jure suo, quod ipsis non solum jure naturali, sed & civili (diutino sc. usu) competere videmus.

30. Freyen.

Moribus nostris, nuptiæ solvunt patriam potestatem. Ego. *de trib. domest. societ. speciеb. discurs. 1. c. 4. numer. 6.* Hincque contracturi nuptias, idiomate Germanico dicuntur Freyen/ quæ vox denotat libertatem, quia hoc nexu vel vinculo à patriâ potestate liberantur. Vultej. *§. 2. Inst. d. Patr. pot. num 3.* Schneidewin. *§. 8. n. 4. & seqq. Inst. quib. mod. patr. Pot. solv.* Sichard. *ad l. 29. C. de jur. dot. numer. 15. & seqq.* Bart. Musculus *de success. anomal. class. 1. membr. 3. lit. B. num. 24.* ego *de trib. specieb. domest. societ. fol. 24.* Quamvis à *Pfreja*, vel *Freja*, Venere scil. Germanica, alii deductam hancce vocem malint. Moller. *ad constit. Sax. part. 2. const. 10. numer. 8.* Ex quibus consequens est, majorem & angustiorem hodiè esse effectum matrimonii, quàm Doctoratus aut Sacerdotii, quorum neutrum à patria potestate eximit, Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 7. numer. 624.*

Verùm de Iure Civili, nuptiæ non sunt modus dissolvendi patriam potestatem, imò manent, licet nuptæ sint filiæ, in patris potestate. *per l. 1. § 2. l. 29. ff. solut. matr. l. 1. §. 1. de lib. agnosc. l. 1. in fin. l. seq. C. de lib. exhib.* Quod Bodino iniquum videtur, ac contra Ius naturę, filiam nempè nuptam non in mariti, sed Patris esse potestate; *lib. 1. de Rep. cap. 3.* etiam contra Ius divinum. *Gen. 1.* Relinquet homo Patrem & matrem, *Ephes. 5. v. 21. Colos. 3. v. 18. Tit. 2. v. 4. 1. Petr. 3.* Idem ex legibus Mosaicis dicendum est. *Levit. 21. v. 2. Genes. 24. c. honorantur. 32. quæst. 2.* vide Tiraquell. *in legib. connub 4. num. 8.* idem fuit apud Gal-

Gallos. Duar. *de nupt. c. 2.* Longobardos, *c. ult. tit. qual. mulier. liber. in lib. Longob.* Lacedæmonios. Plutarch. *in Lacon.* Andr. Gerhard. *disp. ad Instit. 2. quæst. 10.* Apud ipsos etiam Romanos, teste Tiraquello *d. l. num. 32.* Sponsa jam obtecto flammeo capite, cùm extulisset pedem à primis ædibus, vertebatur in gyrum, atque ita ducebatur in domum sponsi: ne sciret viam redeundi ad ædes parentum. Addit Bodinus, quod uxor paternâ potestate obtentâ, aspernatura sit jussa Mariti. Non tamen est, uti loquitur Gerhardi, *d. loc.* quod Ius Civile indefensum relinquamus. Distinctæ namque sunt potestates: Maritalis consistit in concubitu & operis, Vult. *1. Iurispr. Rom. 16.* quoad hæc, uxor in potestate mariti est: In potestate verò Patriâ manet, quoad ea, quæ illi sunt consequentia. Iohann. Schneidewin. *in §. sed. Inst. de nupt.* Viri in uxorem servari potestas potest, ut interim non contemnatur paterna, & contra: reddendo scil. quæ sunt Viri Viro; quæ sunt Patris, Patri. Alb. Gentil. *lib. 4. de nupt. cap. 6.* vid. me *d. tract. fol. 14.*

31. Freye Francken.

Inter Nobiles immediatos, præcipui sunt Franconici tractus. Unde κατ' ἐξοχὴν vocantur die freye Francken. Derivat hoc etymon à libertate, Frey enim & freyge liber est. Iohan. Dauth. *de testam. num. 169. fol. 149.* undè Francum, à Gallico verbo *Franc,* pro libero & immuni, & *Franciscare,* pro in libertatem asserere sumitur. Hotoman. *in Franco-Gall. cap. 5.* Alii retentâ simùl hâc notatione, derivant à *Franco,* sive *Francione* Rege Germaniæ, gentis hujus authore & Parente, Iohan. Aventin. *lib. 4. annal. Bojor.* Et Philippus Melanchton putat nomen Franck / coaluisse ex vocabulo Frey & Anck / vocabulumque Anck significare Servum, quasi Nobiles immediati sint freye Knechte deß Heiligen Römischen Reichs. Ios. Nolden. *de stat. Nobil. cap. 1. num. 34.* Fabricius, *de orig. Misenorum. fol. 213.* repudiatâ hâc sententia, nomen Franck/deducit à Frey & Inck. Vndè Saxonum Adelingi, Frilingi, vel Incken / quod incolas denotat, ut asserui *tr. d. universit. fol. 235.* Ita ut Francken/nihil aliud sint, quàm freye Völcker vnd Einwohner. v. Dn. Reinec. *ad Annales anonymi, de gestis Caroli M. à princip.*

Hadrianus Iunius *in Histor. Batav. cap. 9. fol. 73. & 99.* Etymon Francorum deducit à Frey / & Ansi / quasi Freyehansen: quemadmodum Civitates Hanseaticas, die HanseStätt/ ab antiquo Gothico verbo Ansi denominationem accepisse, *in dissert. de jur. & imper. Civitat. Imp. num. 13.* deduxi, adstipulatoremque habeo Dn. Reinking. *de regim. secul. & Eccles. class. 4. cap. 20. num. 42.*

Quam sententiam quidem improbat Dn. Ruland. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 56.*

Dicit namque, vocabulum Ansi/ proprium Gothici Idiomatis, multorum testimonio, denotare eos, qui cæteros homines fortunâ & opibus antecellunt, Heroum conditioni proximi, ac velut humanæ sortis terminos egressi. Reiner. Reinec. *in proleg. hist. Iul. tom. 1. cap. 3.* Isaac. Pontan. *lib. 2. Orig. Franc. cap. 8. & lib. 3. cap. 1.* Vndè & vernacula nostra, additione aspiratæ, *Hansos* olim proceres nominavit: Quin & nunc hodiè in Helvetiâ, ac Rhetiâ, die Hansen/ Nobiles & Optimates, à plebeque diversam factionem foventes, appellantur. Et in inferiori Saxonia ac Westphalia, qui supra sortem suam æstimari volunt, ironicôs *Hansi* vocantur, dann sie wollen grosse Hansen seyn. Sic Tacitus *lib. 13 annal. circ. fin.* Ansiburiorum meminit, quos quidam interpretantur Ansiburen/ seu ut nos loquimur, Freye vornehme Bauren / talesque *Ansiburios* fuisse Angrivarios, putat Goropius Becanus, sed nimiùm infirmis conjecturis. Nolden. *d. cap. 1. num. 42.*

32. Freyheit/ Asyla.

De jure Asylorum sing. conscripsit Tractatum undecunque Clarissimi Dn. Rittershusii filius nō degener, & vid. Dn. D. Harpprecht. *lib. 1. Inst. fol. 178. in nova edit. in 4.* & Böckel. *vision. 6. quæst. 1. fol. 98.*

Ob einer so in der Freyheit ist/ citirt werden könne. Valascus, *tr. 1. consul. 81.* affirmat hoc de confugiente ad Ecclesiam. Privilegia tamē Reutlingensia hoc singulare habent, daß man wider selbigen/ so der Orten sich enthält / noch auch seine Güter keinen Proceß außwürcken möge. vid. me *de jure majest. fol. 160.*

33. Freyherr.

Barones Latini vocant nomine sanè merè Germanico, quod jam demonstravi *in dissertat. de comitib. &c. quæ est inserta tractatui meo de Monarchia, f. 112.* Nihil enim aliud est Bar/ quàm ein dapfferer Mann / Heldenbuch. *part. 2.*

Da ließ die Heidinne/
Ein Nebel von ihr gahn/
Der Stanck cräfftigliche/
Bey dem gar künen Baren
Er forchte sich ehrliche/
Er müßte mit ihr fahren.
Item.
Ist euch hie in dem Walde/
Kein Abendtheur widerfahren/
Ihm antwort deß gar balde
Der Elendreiche Baren.

Id est, Vir commiseratione dignissimus.

Quodque vocabulum Baren / ut & innui *in d. tract. de Baron* pro liberis seu filiis sumatur, patescit pa-

pariter auß gedachtem Heldenbuch *part. 2.*

Darvor woll euch behüten
Der reine Magde Baren.

Id est, filius Virginis, Christus.

Bar/Præsertim in derivatis, auget significationem, ut wunderbar/Lasterbar/clagbar/Heldenbuch/ *in præfat. part. 1.*

Es hat auch niemand weniger Ehre/
Dann die da seynd Lasterbäre/ꝛc.

Ita legi in antiquis monumentis: Vnd ob diser Kirchen einiges Jars an Zehenden mit Hagel / bärlicher Schad/ *id est,* notabile damnum, geschehe/ vnd widerführe/ das solle die Herꝛschafft am Begrecht ansehen/ vnd darfür nach gestalt der Sachen/ ein zimblichen Abzug thun. Item *alibi* in eodem loco, da mit Hagel Schaden beschehe/ der bärlich were/ ꝛc.

Sumitur etiam bärig *i.e.* im geringsten/ein bärigen Tropffen, *i e.* allein ein Tropffen. Dn. Gryphiander *d. Weichb. cap. 46.* Bar interpretatur capax: ut erbar/ tugbar.

Mann denotat vasallum aliquem petentem, Heldenbuch/ *part. 1.*

Wilt du/ so fahren mitter
Wol zween vñ siebenzig Mann/
Jeglicher hat hundert Ritter/
Wolt ihr sies nicht erlan.

Item *ibidem* Vasallorum gradus indicantur.

Ihr Fürsten vnd ihr Herꝛen
Graven/Freyen/Dienstman/
Die mir mit grossen Ehren/
Mit Dienst seynd vnterthan.

Baro, homo liber, Freyherꝛ. Hincmarus *Epist. 1. cap. 6.* Si illi boni Barones post mortem Philippi &c. Hic notavit Busæus, Baronum non unam esse significationem. Quæ a. fuerit apud Francos sub Hincmari sæculum, indicat Aimoinus *lib. 5. cap. 52. de gest. Franc.* quæ perniciosa factio zelo & diversitate Baronum, Comitum atq; Optimatum Regni, tanta terram calamitate extinxit. Sigebert. Capitales Barones suos cum paucis secum duxit: solidarios verò milites (Soldaten) innumeros. Cranzius. *lib. 3. Metropol. cap. 11.* de Episcopo quodam Hildesheimensi. Ministeriales suos, qui soli volunt hodiè dici Milites, coæquavit urbicis ad militiam conscriptis: quos etiam in ordinibus duxit, nihil minoris habitos. Sed posteriora secula distinxerunt Ordines Militantium & Vrbicorum, ut jam non patiantur sibi illos coæquari: & (quod est arrogantius) qui olim Ministeriales dicti fuerunt aut feudatarii, nunc ambiunt dici Nobiles. Sed coarguit eorum superbiam usus Principalium Scribarum, & omnium rectè discernentium munera graduum singulorum. Primi enim Barones inter nobiles deputantur, indè Liberi Domini; posteà Comites, indè Duces, quos appellat Papa nobiles viros. Quid patitur ministerialis, ut in

in hâc nobilitatis appellatione coæquari quærat Duci?

bornen Fürsten vnd Herrn / Herrn Christiano dem andern / Hertzogen zu Sachsen / deß Heiligen Römischen Reichs ErbMarschalcken / vnd Churfürsten / Landgraffen in Düringen / Marggraffen zu Meissen / vnd Burggraffen zu Magdeburg / rc. vnd dann in tragender Vormundschafft / Ihrer Churfürstlichen Durchleuchtigkeit Herrn Brudere / Herrn Johann Jergen / vnd Herrn Augusti, Hertzogen zu Sachsen / rc. Innhalts mit euch auffgerichter Bestallung / getrew vnd gewertig seyn wolt / bey der reinen Lehr vnd Christlichen Bekandtnus diser Lande / wie dieselbe in der ersten vngeänderten Augspurgischen Confession begriffen / vnd im Christlichen Concordibuch repetirt / widerholet / erklärt / vnd wider alle Verfälschungen verwahret ist / beständig ohne einigen Falsch verbleiben vnd verharren / darwider nichts heimlichs oder offentliches practiciren / auch wa ihr vermerckt / daß andere solches thun wolten / dasselbe nicht verhalten / sondern ohne schew alsbalden offenbahren: da auch GOtt verhängen möchte / welches er doch gnädiglich abwenden wolle / daß ihr euch selbsten durch Menschen Witz vnd Wohn / von solcher reinen Lehr vnd Erkandtnus GOttes / entweder zu den Papisten / Calvinisten / oder andern obbemelter reiner Confession widerigen Secten abwenden würdet / solches Ihrer Churfürstl. Durchleuchtigkeit alsbalden / vermög ewers gelaisteten Aydts / vngescheucht anmelden / vnd Ihrer Churfürstlichen Gnaden ferner Verordnung vnd resolution hierinnen erwarten wollet. Hierüber Ihre Churfürstliche Durchleuchtigkeit Ehre / so wol dero Land vnd Leute / Nutz vnd Frommen fördern / Schaden warnen vnd wenden / vnd in allen Sachen / darzu ihr von Ihrer Churfürstlichen Gnaden gebraucht / oder euch befohlen worden / nach ewerm höchsten Vermögen / Verstandnuns / Sinn vnd Witz / das beste betrachten / fürnemmen / rahten / handlen vnd verrichten helffen / vnd solches weder durch Neid / Haß / Freundtschafft / Gunst / Gabe / Verheissungen / noch vmb keinerley Vrsachen willen / nicht vnderlassen: auch von niemandts / so in der Verordneten geheimen Regierung zuthun hat / Geschenck / Gifft oder Gabe nemen. Daß ihr auch alles das jenige / so euch im geheimen Rahe vertrawet oder gerahtschlagt vnd beschlossen / auch euch befohlen würdt / oder das sonsten Ihrer Churfürstlichen Gnaden / auch dero Landen vnd Leuten / so es geoffenbaret werden solte / Nachtheil vnd Schaden trawete / bey euch biß in ewer Gruben / in Geheimb halten / auch hierüber anderst nicht thun vnd lassen wöllet / dann was einem trewen geheimen Raht vnd Diener / nach Recht vnd Billigkeit / wol zustehet eignet vnd gebühret / gantz trewlich vnd ohne Gefehrde.

Aydt.

Alles was ich geredt vnd gelobet habe / wie Mir das mit vnderschidlichen Worten vnd Puncten vorgelesen vnd vorgesagt ist / das will ich steht / vest vnd vnverbrüchlichen / auch getrewlich vnd ohne Gefehrde / halten / als Mir GOtt helff / durch Jesum Christum seinem Sohn vnserm HErrn.

20. Gehörig / gehören.

Pertinere, est verbum latissimum, quod potest importare possessionem & Dominium, ideò aptatur ad utrunque. Felin. *in rubr. de rescript. num. 7.* Eamque ob causam dicit Socin. *consil. 8. n. 4. lib. 1.* non procedere inquisitionem contra furem, si dicatur, quod furatus sit rem ad me pertinentem, quia non concluditur, quod sit mea, quia potest verificari in possessione. Tuschus *pract. conclus. lit. D. concl. 327. & lit. M. concl. 225.* Si verò dicatur *spectat & pertinet*, intelligitur ratione Dominii: quia verbum spectat importat Dominium. Tuschus. *d. conclus. 327. in fin.* allegans Felin. *dict. loc.*

21. Gehorsamb.

Gehorsambste / Gehorsamb / subjectionis nota est, & tantummodo à subditis scribitur ac dicitur, nō etiam à cæteris, ne quidem à Vasallis, nisi simul etiam domicilii jure subditi sint, sed solummodo se appellitant getrewe / item mit getrewem Fleiß. Gail. *de arrest. cap. 7. num. 11. & seq.* Gœddæ. *in consil. de restit. Vallendar. num. 479.*

Verùm Author deß gründtlichen Berichts der Statt Fridberg Standt / Regalien vnd Privilegien / etc. *puncto 5. num. 67. fol. 94.* dicit, hæc verba: getrew / hold / vnd gehorsamb zuseyn / esse pro subjecta materiâ aliquando impropriè accipienda, ne extra materiam trahantur, vel extendantur, arg. *l. Insulam. de præscript. verb. l. stipulatus in pr. de usur. l. si una. in pr. ff. locat.* Vultej *de feud. 1. cap 8. num. 25. vers. nec obstat.* vid. Bruningk. *de homag. thes 396.*

Sumitur etiam gehorsamb in civili significatu erga privatum.

Præceptum de commorando in Curia (vulgò, im Gehorsamb) tantisper, donec Creditoribus suis debitor satisfecisset, minimè comparatur, nedum æquiparari potest incarcerationi, quæ corpus ipsum affligat, aut redemptori pariat Privilegium piæ causæ: Magna quippe differentia inter carcerem squalidum, tenebrosum & corporis afflictivum, atque illum, sive nudæ custodiæ, sive (ut vocant) tædii, nec statim ab uno ad alterum rectè infertur. Andr. Schaeffer. *pract. qu. iur. pars altera. quæst 2 n 23.*

22. Geist.

22. Geistliche Iurisdiction.

Daß die Weltliche Contrahenten Macht haben / communi Consensu sich an einen Geistlichen Richter zu astringiren / oder so viel zurheidigen / daß bey deß Clägers Willcur stehe / vor geist- oder weltlichem Stab / wie jhme mehrers beliebig / Recht zunemmen / ist bey den Gelehrten so wenig zweiffelig / daß die auch von Augspurgischer Confession / welche sonst die Geistliche Iurisdiction eng einthun / diesen Rechtsatz nicht widersprechen / disertè Sichard. *ad l. 1. num. 15. C. de jud.* Duos Laicos in Episcopum Iudicem consentientes, eo ipso Iurisdictionem ejus prorogare, docet Vultej. *ad l. 1. num. 11. & seq. C. de jurisd. omn. jud.* per rationem, quod cùm omnis Iurisdictio prorogari possit, possit & Ecclesiastica. Neque apparere rationem diversitatis, quare secularis Iurisdictio queat prorogari & non Ecclesiastica, quam Doctrinam pro vera supponit D. Bocer. *de Iurisd. cap 3. num 38. & 40.* allegans text. *cap. Si duob. §. ult. de appellat.* & rescripserunt Impp. *in l. 7. C. d. Episc. audient,* in hæc verba: Si qui ex Consensu apud sacræ legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur. & *in l. seq.* his verbis: Episcopale judicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sacerdotibus elegerint, &c. Pontifex verò *in cap. licet ex suscepto. de for. comper.* ita prohibet Laicos de civilibus causis recurrere ad Tribunal Ecclesiasticorum, ut excipiat tamen casum consuetudinis.

Sed tamen scio in casu, ubi quis omnibus Privilegiis renunciavit, auch in einer Verschreibung / sich dahin verbunden / daß zum Fall nicht haltens / er vor allen vnd jeden / geist- oder weltlichen Gerichten / geclagt werden möge / vnnd darauff vor dem Costantzischen Bischofflichen Gericht ein Mandatum executoriale de solvendo ergangen / daß hierwider in eventum ad Cameram appellirt / auch auff zuvorgehende / vnderthänige Supplication ein Mandatum Cassatorium & Inhibitorium erkendt werden.

Occasionem autem Ecclesiasticæ Iurisdictionis ex Ethnica antiquitate Radulphus Fornerius deducit, *libr 6. rer. quot. c. 2.* ubi ait: Non temerè est, quod Pontifex M. apud Festum in dictione ordo, arbiter & judex ũ rer divinarũ humanarumq; dicitur. Nec, a tantùm sacra curabant olim Pontifices, sed de privatorum etiam negotiis cognoscebant. Huc pertinet quod Festus in dictione Maximus ait, Pontificem M. dici, quod maximus rerum, quæ ad sacra & religiones pertinent, judex sit, vindexque contumaciæ privatorum, Magistratuumque. Et quod in eandem ferè sententiam Dion. Halicarnass. *lib. 2.* tradit, Pontifices de omn-

omnibus causis ad sacra pertinentibus, judicare solitos, tàm inter Magistratus sacrificos, quam inter privatos homines: imò novas leges de sacris, authoritate sua condere.

Denique, quod Tullius *lib. 4. ad Atticum. Epist. 2.* scribit, in illa causa, quam pro domo sua apud Pontifices egerat, religionis judices Pontifices fuisse, Legis Senatum. Inprimis autem de jurejurando Pontifices cognovisse, conjicio ex illo Plauti versu, ad finem Rudentis,

Libet jurare, Tun' me Pontifex perjurio es:

De Matrimoniis etiam & Statu liberorum ortæ quæstiones, olim ad Pontificum notionem pertinebant, ùt ex Dione colligitur, *lib. 48.* & ex illo Taciti loco *1 Annal.* Abducta Neroni uxor, & consulti per ludibrium Pontifices, an concepto necdum edito partu ritè nuberet. Quin & Vlpianus testatur, D. Pium rescripsisse Pontifici: Eum, qui centesimo octuagesimo secundo die natus est, justo tempore videri natum. *l. 3. §. ult. ff. de de suis & leg.*

Quia nuptias imitatur adoptio, ideò in arrogationibus etiam olim oportuit Pontificum authoritatem adhiberi, ut ex Gellio constat, *libr. 5. cap. 19.* Et M. Tullio Cicerone, *in Orat. pro domo ad Pontifices*, quod & in illa Oratione Galbæ verba confirmant apud Tacitum, *hist. lib. 1.* Si te privatus lege Curiata apud Pontifices, ut moris est, adoptarem, &c. Eorum opinionem sanè non probo, qui de testamentis & hæreditatibus Pontifices cognovisse, putant, *ex l. hæreditas. 50. in fin. ff. de pet. hæred.*

Namq; illic, q hæredes Pontificiali vel Principali authoritate compelli dicuntur ad obsequium supremæ voluntatis, non ita generaliter & effusè accipiendum est, ut ad omnem, quæ ex Testamento nasci possit, controversiam extendatur, sed ad monumenti causam, de qua illic orta erat quæstio, coërcendam: Sicut aliàs eorum, quæ ad pias causas testamento relicta sunt, exactionem Episcoporum judicio permitti videmus. *in l. nulli. 28. C. de Episc. & Cler. cap. 3. de testam.*

Porrò non est ignotum, ut hoc quoque superioribus addatur exemplis, de sepulchrorum jure cognovisse Pontifices. *l. ossa. 8. in princ. ff. de relig. & sumpt. fun. l. ult. ff. de mort. inf. l. 2. Cod. Theod. de sep. viol.* Tullius *4. de rep.* apud Nonium, *in dict. Sanctitudo.*

De incestu etiam cognovisse Pontifices, indicare videtur ille Ciceronis locus, *2. de legib.* Incestum Pontifices supremo Supplicio sanciunto. Sed ejus rei exempla non temerè invenies, nisi ubi religionis causâ singularis, & sanctior conditio personarum id exigeret, ut in Vestalibus. Livius *libr. 8.* Eo inquit Anno; Minutia Vestalis suspecta primò

mò propter mundiorem justo cultum, insimulata deindè apud Pontifices ab indice servo, cùm decreto eorum jussa esset, sacris abstinere, &c. Idem *dec. 3. lib 2.* narrat, L. Cantilium Scribam Pontificum, eo quod cum Vestali Floronia stuprum fecisset, à Pontifice M. in Comitio Virgis eòusque cæsum, ut inter verbera expiraret.

Verùm de Iurisdictione Presbyterii Christianorum, personarumque Ecclesiasticarum, Ecclesiæ primitivæ, quatenùs item juri Iustinianeo Ecclesiastici habeant Iurisdictionem, ut & de Caroli Magni & subsequentium temporum usu, videndus omninò est Scipio Gentil. *de Iurisdict. lib. 3. cap. 13. & duob. seqq.* & tàm *in tract. de jurisd.* quàm etiam *in Instit. Canonici juris*, Ioachimus, ut & Matth. Steph. *tr. singulari.*

Iurisdictio Ecclesiastica Episcoporum, suspensa quidem est per pacem religiosam; sed tamen in locis & casibus, ubi licitè suscepta est Reformatio: ubiverò adhuc est controversum, an secundum pacem religiosam id fuerit factum; tunc adhuc audiuntur Episcopi, tàm in Aulâ Cæsareâ, quàm Camerâ Imperiali.

An Clericus vel inferior gradu, exercendo illa, quæ sunt juris Episcopalis, possit sese ullâ temporis præscriptione defendere, vide Gilken. *de præscript. part. 3. cap. 10.*

23. Geistlich oder Kirch-Lehen.

Feudum Ecclesiasticum est, quod vel ab Ecclesia datur, vel ab ea recipitur: vel quod à Clerico de bonis Ecclesiæ datur aut recipitur. Sed hâc re latè agunt Feudistæ.

24. Geistlicher Vorbehalt.

Statum Ecclesiasticum, reformare religionem non posse, in pace nostra Religiosa est sancitum: §. Und nach dem bey Vergleichung. qui der Geistliche Vorbehalt vocari solet: Vbi disponitur, Episcopum vel Prælatum, absque periculo & jacturâ famæ, ad confessionem Augustanam accedere quidem posse: sed ab Episcopatu, &c. secedere, eumque Capitulo resignare debere. Sed variè oppugnant nonnulli Status Confessionis Augustanæ, hancce sanctionem, vide Bertram *de Comitiis. thes 36. & Dn. Arumæ. 1. disc. 7. fol. 78. &c* Quidam consuetudine huic §. derogatum dicunt. Alii distinguunt, an Capitulum simùl sit Augustanæ Confessionis. Vide me *de Imperio subalterno, fol. 180.*

25. Gelt.

Pecunia verbum tribus modis sumitur. (1) Strictè, pro pecunia numerata tantùm. *l. Iulianus. §. mutui datio-*

dationem. ff. ad Maced. & sic secundum communem usum loquendi, Bart. *in l. talis Scriptura. ff. de leg 1.* Et ideò in Statutis exorbitantibus, & odiosis verbum *pecunia*, intelligitur de pecunia numerata. Bart. *in d. l. talis Scriptura.* Roman. *Sing. 215. incip. tamen habes:* Innoc. *in c. sedes. de rescript.*

Secundo modo, latè sumitur, pro his, quæ pondere, numero, vel mensura continentur. *l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. l. 2. ff. de constit. pecun.*

Tertio pecunia largissimè sumitur, & intelligitur pro omnibus rebus & corporibus, *l. pecuniæ verbum. ff. de V. S.* Et scribit Augustin. *de doctrina Christiana*, quod pecunia sit, quicquid homines habent in terra, videlicet omnia, quorum Domini sunt, ut habetur *in cap. totum. 1. quæst. 3.* text. *in l. pecunia. l. 2. & 3 ff. d V. S.* Quinimò & pecuniæ appellatione, veniunt etiam credita non exacta, Flor. *in l. procul. ff. de usufr* & sic nomina debitorum. Gigas *de crimin læs. majest. quæst 34 num 13.* vid. om. Bertazol. *de clausulu. Claus. 30. gloss. 7 f. 812 &c.*

Huic generali pecuniæ verbo videtur respondere Gelt vnd Gut. Aliàs regulariter Gelt / sumitur pro pecunia numerata, & solet ferè addi Baar-Gelt.

26. Gemeind.

Vniversitas an & quatenus delinquere, & jus protectionis ob delictum amittere possit? v. Martin. Mager. *de Advocat. armat. cap. 16. nu. 754. & seqq.* adde Paschal. *de patr. potest. p. 1. cap. 10. num. 31. & seqq.* Si universati aliquid concedatur, & ea augeatur, vide Zas. *lib. 2. sing. respons. cap. 15.*

Reliqua videri possint, *in tr. meo de jure universitatum.*

27. Gemeinglich.

Dictio plerunque, importat regulam. Corn. *consil. 21. num. 5. vol. 4.* per text. *in l. 3. §. quia plerunque. ff de offic. præfect. Vigil.* Prosper. Farinac. *lib. 1. consil. 9. num. 28.*

28. Genehmhabung.

Ratificationis ejusdem est significatio, quæ ratihabitionis.

Ratificatio per minorem tripliciter fieri potest; verbis nempè, facto, & taciturnitate longi temporis. Curtius Iun. *consil. 50. num. 9.* Paris. *consil. 49. col. 2. lib. 1.* Per majorem dupliciter, nimirùm expressè verbis, & tacitè factis. *per l. Paulus respondet. ff. rem ratam haberi.*

Et ad hoc, ut ex facto ratificatio comprobetur, debet taliter factum probari, quod ostendatur, citra ratificationem fieri non potuisse, ut declarat Cravett. *cons. 197. num. 12.* Et ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. *cap. ratihabitionem de R. I. in 6.*

l. *in 6*. Quæ regula locum habet in requirentibus speciale mandatum. Iohan. Andr. *in cap. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. in 6.* & text. *in c. 1. de homicid. in 6.* & probatur *in cap. fin. de jurejur. in 6.* Quod similiter locum habet in delictis. *cap. cùm ad sedem. de restit. spol. l. 1. §. dejecisse. vers. sed & si de vi & vi arm.* Et talis ratificatio fieri potest non solùm verbis, sed etiam facto. *d. l. Paulus respondet.* Nam plus est facere, quàm pronunciare; *l. si tamen, §. ei. qui ff. de ædilit. edict.* & plus est facere facto, quàm verbo, ut dicit text. *in cap. dilecti. de app.* Et ideò si universitas solvit expensas factas in lite per Syndicum legitimè constitutum, videtur gesta per eam solutionem ratificare: ut not. Specul. *tit. de Synd. vers. sed pone quod. col. 2.* ubi allegat *L. Paulus respondet. & c. quoad consul. de re jud.*

Quod dictum, ratihabitionem retrotrahi & mandato æquiparari, hoc secundum fictionem, non secundum veritatem introductum est: Bart. & alii, *in l. Si quis pro emptore de usucap.* vid. Alexand. *lib. 5. consil. 78. num. 20. & seqq.* Vndè ratificans venditionem nomine suo factam, obligatur, ac si in principio vendidisset: quià ratihabitione actus dicitur meus, Socin. *cons. 158. col. 3. circ. princ. vol. 2.* Econtrà emens sibi acquirit, ac si à principio acquisivisset, quod sine dubio procedit, quandò extrema sunt habilia, ut quia fuit facta tempore habili, vel antè jus quęsitum tertio, vel similib. casibus: quia tunc retrotrahitur, ut habetur *in l. semper. & in l. si quis pro emptore.* Dec. *cons. 460.* Cravett. *cons. 5. n. 17.* Ratificatio enim debet fieri tempore, quo actus geri potest, exempli gratiâ: Si quis sine mandato meo accipit possessionem rei vacantis, & postea alius eandem possessionem apprehendit, deinde ego ratificavi, non quæritur mihi possessio: cum ille tertius ante meam ratificationem, acceperit hanc possessionem; & hanc opinionem pluribus mediis comprobat post alios Cephal. *cons. 440. n. 46. & seqq. lib 3.* Tiraquel. *in retraict lignagier. §. 1. gl. 10. n. 87. & seq.* ubi dicit, quod si quis tanquam Procurator, & nomine consanguinei venditoris offert pretium emptori, petens eo nomine ad retractum se recipi, cum tamen mandatum non haberet, sed ipse consanguineus post annum ratum haberet, concludit ibi Tiraquel. quod iste consanguineus non obtinebit, cum non habuerit ratum infra annum retractus. *per l. bonor. ff. rem rat. hab.* quæ lex habet locum in quacunque dispositione mundi, quod videlicet ratificatio fiat infra tempus, infra quod dispositio celebrari debet & potest, ac re integra. Ioseph. Ludovic. *decis 17. num. 11.*

Ratificans aliquem contractum, debet habere plenam scientiam & notitiam ipsius: quia alias si ignoraret, ratihabitio non valeret. Cagnolus

Ius *ad l. semper qui non prohibet. de R I. num. 21.* Paris. *cons. 12. num. 72. vol. 2. & cons. 100. n. 71. vol. 1.* Propterea debet ratificare volenti, legi Instrumentum cōtractus, quem debet ratificare, ut valeat ratihabitio. Paul. de Castr. *cons. 350.* Socin. *cons. 251. col. 14.* Cravett. *cons. 197. col. fin.* & ratificans debet certificari de qualitate actus ratificandi. *l. fin. C. plus val. quod agitur. l. 2. C. de reb. al. non al.* quæ ratificatio etiam potest fieri per absentem. Socin. *cons. 158. col. 3. in princ.* & eadem solennitas quæ requiritur in confectione actus, debet etiam intervenire in ratihabitione, ut concludit Roman. *cons. 12. viso facto. col. fin.* Aretin. *cons. 128. & seq.*

29. Genua.

De Genua multa habet Menoch. *r. cons. 2. n. 8. & seqq.* ubi scribit, Genuam esse Imperio suppositam, & probari illo argumento, quod Romanis ferè semper paruerit, ut non uno in loco literis mandarunt rerum diligentissimi scriptores.

30. Gerade.

Gerade heisset oder würde bey den Sachsen genandt / Haußgerehte oder Kastengerehte / vnd in gemein Gerehte / in einem Hauß. gloss. Weichbild. *art. 23. in pr.* gl. Landtr. *lib. 1. art. 24. in princ.*

Dasselbige Gerehte / vnd was darzu gehört werden auch bona paraphernalia (das seynd Gaben / die den Weibern vber jhre Mitgifft gegeben werden zu jhrem Schmuck vnd Gezierde dienstlich / vnd gebräuchig) genent. gl. *fin. in fin. dict. art. 23.* Sed hac de materia plenius vide Kotschitz. *tractat.* Von Leibgeding, Gerade / &c. *art. 10. & seqq.* Ius Geradæ ex eo fluxisse videtur, cùm olim legibus Saxonum disertè cautum esset, ne mulier quantumvis excellens, in patrio Dominio succedere posset, peculiaris hæc invaluit in bonis mobilib. successio, partim, ut damni sui, quod immobilium successione abstinere cogeretur, compensationem aliquam haberet: partim quod res essent ad cultum & mundum muliebrem pertinentes, quibus implicari, à virilis & Saxonici vigoris sexu esset alienius. Arumæ. *lib. 2. decis. 12. num. 24.*

Notandum hîc obiter, filias dotatas Saxonico more dici außgeradet / welches eben so viel ist / als zu Raht außgesetzt / auß deß Vatters vnd Mutter Brot / mit Absönderung Gutes / daß sie nemmen wellen. addit. ad Landtr. *libr. 1. artic. 5. numer. 6. in* gl. & gl. *in* Weichbild. *art. 57. num. 16.* Kotschitz. *d. loc. artic. 14. num. 12.* Et quid pertineat ad Geradam, tradit Wesenb. *consil. 266. n. 26. &c. vol. 3.*

Mundum muliebrem in legitimam computari, communiter statuitur. vid. Andr. Raucnbar. *libr. 2. quæst 17.*

quæst.17. per tot. Nam licet Gerade debeatur fœminis, non tanquàm hæredibus (Gerada etenim rebus hereditariis minimè annumeratur. Hartm. Pistor. *libr. 1 quæst. 31. nu 5.* Moller. *1. semestr. 11. n. 2.* Haid. à Dassel *ad artic. 1. nu. 17. in consuet. Luneburg.* Wesenbec. *in Parat. tit. de pet. hered. numer. 15. in fin.* Schultes *qu. pract. 36. n. 3.*) Sed tanquàm filiabus, vel per lineam fœmineam conjunctis. v. Arumæ. *decis. lib. 2 decis. 12. n. 5. & seqq.* ideoque in legitimam non videatur computanda, arg. eorum, quæ tradunt Dd. prælertim Angel. *in l. si Patroni, ad Trebell.* ubi habet, quod bona feudalia & emphyteutica, quæ in filium etiamsi heres non esset, transeunt, filio in legitimam non imputentur. Alex. tamen *ibid.* distinguit inter feudum novum & antiquum. Et feudũ quidem antiquum, in legitimam non esse cõputandum, feudum verò novum in eandem accepto ferendum esse, contendit. Cùm igitur mundus muliebris plerunque, multo & majori ex parte de novo comparari soleat, videtur in eo subesse ratio, quæ in feudo. Deinde constat legitimam esse quotam bonorum, *l. cum quæritur. C. de inoff. testam.* Et quia mundus Muliebris similiter est in bonis, consequens est, de eo quoque legitimam detrahendam. Tertiò si aliter statueretur, infesta est ratio, quod mater in favorem filiarum omnia bona, vel maximam illorum partem in mundum Muliebrem erogaret, & sic filios in legitimâ defraudare posset.

Accedit, quod quacunque ratione liberi à parentibus aliquid accipiunt, hoc illis computatur in legitimam. *l. in quanta.* ubi Br. *ad L. Falcid.* Et in hanc sententiam etiam semper pronunciatum esse, constat.

An utensilia vel res expeditoriæ, si defunctus aut defuncta, agnatum vel cognatam in Saxonia non reliquerit; Magistratui, an verò agnato aut cognatæ heredi etiam alienigenæ, cedant. vid. Rauchbar. *lib. 2. quæst. Sax. quæst. 19.*

Cur de Gerada mulier in territorio Saxonico in ultima voluntate disponere non possit, Consule Moller. *lib. 1. semestr. cap 11.* Modestin. Pistor. *part. 1. quæst. 14.*

Vxor an mortuo marito possit accipere Geradam propria aũthoritate, an verò teneatur accipere ab herede. v. Modestin. Pistor. *p. 1. qu 19.*

An de bonis hæc utensilibus debitum Mariti sit persolvendum, & quid juris sit, si hæc oppignorata fuerunt? vide Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst 31.*

Gerada æstimata certa pecuniæ summa, an amittat naturam suam. v. Modestin. Pistor. *p. 1. qu. 21.*

Gerada adita num ad heredes transmittatur. v. Mod. Pist. *quæst. 131.*



Vu ij 31. Ge

31. Gereden vnnd Geloben.

Verba gereden vnd geloben / sive promittimus, in Instrumento aliquo posita, stipulationem factam significant. §. *si scriptum.* & ibi Angel. *inst. de inutil. stipul.* Schrader. *consil. 46. num 7. vol. 2.* Bart. & Dd. *in l. lecta.* & ibi Ias. *nu. 6. ff. si cert. pet.* & facit text. *in §. fin. ff. de fidejuss.*

32. Gericht: Claus. Mit den Gerichten.

Concessione Castri cum Iurisdictione, mit den Gerichten / regulariter merum Imperium non venit: cum alias hoc non nisi specialiter, & nominatim in concessione ejus mentione facta, transeat, v. tamen me *in consil.* quod habetur *in tract. d. Imperiis subalternis fol. 71.* Cùm beneficia & concessiones Principum non comprehendant ea, quæ requirunt specificam mentionem. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 97. n. 19.* adstipulatores sunt Andr. Knichen. *de vest. pact. p. 2. c. 1. n 55. & seqq. & tract. de subl. territ. Iur. c. 1. n. 281.* Matth. Stephan. *lib. 1. de Iurisd. cap. 38. n. 10 lib. 2. c 7. membr. 2. n. 255.* Marta. *in digest. Noviss. part. 1. tit. Iurisdictio. cap. 3.* Molin. *de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 75. numer. 12.* Muscorn. *de Iurisdict. nu 17.* add. Wesenb. *consil 172. num. 31. &c.* Tusch. *lit. F. concl. 107. & 119.* Tennin. *cautel. 139.* Denais. *in assert. Iurisdict. Cam. Imperial. fol. 26. &c.* Rudinger. *2. quæst. 16.*

Num verò concesso Castro cum Iurisdictione omnimodâ, Vasallo, una cum castro merum Imperium intelligatur concessum, ut si Princeps dicat: Wir belehnen jhne mit allen Gerichten vnd Obrigkeit? Nonnulli hac concessione merum quoque Imperium, Ober vnd Nider-Gericht / contineri putant. Alii & hoc negant, quia verbum *omnis*, sive *omnimoda*, junctum voci Iurisdictionis, significat tantum omnem simplicis sive ordinariæ Iurisdictions speciem, una cum Imperio mixto *l. solet. 16 & l. seq. ff. de Iurisd.* atque vox *omnis* prædicatur non de pluribus specie differentibus, sed de pluribus differentibus numero. Iason. *in l. Imperium. nu. 13. de Iurisdict. vid. disput. Argent.* Eman. Putschii *thes. 4.* adde Meichsner. *decis. 23. nu. 37. decis. 33. num. 122.* Menoch. *libr. 3. præs. 97.* Schurpff. *cons. 26. nu. 11. cent. 2.* Wesenb. *cons. 95 num. 20. & seq.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 5. nu 5.* Thom. Michael. *disput. de Iurisd thes. 68. lit. d. & seqq.* Rosenth. *cap. 5. concl. 7.* Rectè autem ex posteriori sive observantia secutâ, hic intellectus deprehenditur.

Rex, Princeps &c. concedens Castrum cum omni jure, quod ibi habet, nunquàm videtur côcessisse jus Regium, q; ei côpetit: quia sub illis verbis *cum omni jure* nô videtur jus Regium con-

concessisse. Alberic. de Rosat. *ad l. fin. C. de Iurisd. omn. jud.* quia verisimiliter in specie illud non fuisset concessurus. *l. obligationi generali.ff. de pignor cap. in generali, si de feud. fuerit.contr.inter Dom. & Agnat.* Bald. *in. l. qui se patris C. unde lib.* ubi dicit, quod in concessionibus Iurisdictionum, semper authoritas superioris concedentis præservatur illæsa, cùm citra authoritatem ejus nequeat exerceri: cumque in eo semper resideat suprema potestas inseparabilis, undè potest aliorum jurisdictionem supprimere. Sed vide Rosenthal. *de feud. cap.5. conclus. num.20. vers. ècontra.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. verb. de Castro rubro. col. 1. & in verb. dictiq; Vasalli. col. 2. vers. & ex præmißis.* Capyc. *decis. 130. num. 44.* Alciat. *consil cons. 103. num. 6. & 9. libr. 5.* Sichard. *de contract. consil. 5. num. 8 & seqq.* ubi scribit: Clausulam generalem annexam, mit allen Herrligkeiten / Rechten vnd Gerechtigkeiten / hoc non mutare: quia juris sit, quod generalis Clausula post enumerationem specierum posita, referatur ad specificata, vel specificatis similia, non ad diversa vel majora, vel ea, quæ sunt alterius generis. *cap. sedes. extr. de rescript.* Exempli gratiâ, si vendo Villam cum omni jure, quod habui, non venit Ius Patronatus, nec suprema Iurisdictio, nisi id expresè dixero. Sic si concedo in feudum Villam cum enarratione certorum jurium, tunc Clausula generalis adjecta, refertur ad similia expressis, non autem ad ea, quæ sunt diversæ naturæ. vide Gœdd. *in consil. de restitut. Baron. Vallendar. num. 87. & seqq.*

Sicut per verba Hohe Gericht / indicatur superior Iurisdictio, merum mixtumque Imperium, ita per verba Tieffe sive Niderste Gericht / simplex & inferior Iurisdictio, atque ita copulata omnimodam important, Knichen. *de jur. Saxon. verb. Ducum Sax. cap. 5. fol. 124. & de pact. invest. lib. 2. cap. 1.* Wesenb. *consil. 95. num. 19. & seqq.* Mynsi. *resp. 3. num. 20. & seqq. cent. 2. decad. 3.* vide Gœddæum, *in consil. de restit. Baron. Vallendar. n. 313. & n. 471. & seq.*

33. Gerichts Acta.

Acta judicialia dicuntur, quæ continent gesta inter litigantes coram judice, adeoque negotia actis insinuata, & omnia, quæ facta sunt in judicio, vel qualiquali judicii forma, aut in præsentia judicis facta, & manu Scribæ, ad hæc jussu judicis deputati, scripta. *l. 3. C. de temp. & reparat. appell.* vide Bornitium, *in tractat. de Instrument. lib. 2. cap. 9.* Sub actis judicialibus E. intelliguntur, quæ actis insinuata publicis, *l. 1 & 2. C. de his, qui in Eccles. manum. l. 2. Cod. de edend.* & gesta translata in publica monumenta. *l. fin. C. de resc. vend. l. 7.*

§.1.C. *de Cur. furiosi.* vide Bornitium. *dict. loc. vers. deindè.* & Bolognet. *ad. l. 2. C. d. edendo.*

Publicam fidem merentur acta judicii. *l. fin. C. de re judic.* ibi gesta quæ sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte cognitoris debet perire publica fides; *ibiq.* Gothofred. qui dicit, Acta in judicio semel promulgata perpetuam fidem faciunt, etiam vel mortuo, vel remoto judice, qui ce causa cognovit. vid. Christin. *dec. Belg. vol. 2. dec. 88. numer. 13.* Quod appellatione instrumenti veniant judicialia, Negat Caspar. Thesaur. *2. quæst. 17. num. 6.* Et etiam instrumentum productum, non est de actis: sed tantùm productio. Bologn. *d. loc. n. 10. & 18.*

34. Gerichts-Botten/ Cantzley-Knecht/ Gerichts-Pedellen

Sic vocantur Nuncii Iudiciorum, qui ea, quæ in judicio fieri debent, ex commissione Iudicis, litigantibus, aliisvé denunciant. Qui & Pedelli (de quo *v. vide infr.*) Cursores item, & Viatores appellantur, ut *in. l. magis puto §. ne tamen 13. de reb. eor. qui sub tutel. l. is cui §. missus. 27. ff. ut in possess. legat. §. tripli. 4. Inst. de act.* Qui etiam apparitores & litium executores dicuntur, *in d. §. tripli. l. fin. ff. quod met. caus. l. omnes. 33. §. executoribus. C. de Episc. & Cler. l. 1. l. omnib. 3. C. de sportul. & sumpt.*

Quatenùs verò hisce nunciis fides exhibenda? consule Menoch, *de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 112.* Tiraquel. *de retr. lignag §. 8. gl. 9. n. 2. & seqq.*

Certè in Cameræ judicio, ut & multis aliis benè constitutis Dicasteriis receptum est, ut si culpa vel imperitiâ adparitoris seu nuncii, executio Citationis non rectè facta sit, eam suis Sumptibus, de integro facere teneatur. Ordin. Cam. Imp. *part. 1. tit. 38. §. fin.* Gail. *1 obs. 54.* Marant. *de ordin. judic. part. 6. tit. de Citatione. num. 124.*

35. Gerichts-Kosten.

Clausula: *& peto reum condemnari in expensis*, vnd bitte Beclagten in die verursachte Gerichts- oder Unkosten/ wie recht/ zuverurtheilen/ valdè utilis est: quia judex non tenetur impartiri officium suum, ad privatam utilitatem, nisi imploratum, &c. *l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. infect.*

Hæc igitur Clausula facit, ut judex omninò de expensis, præsertim, si non justæ adfuerint litigandi causæ, pronunciare & condemnare condemnandum cogatur, aliàs faceret litem suam, & teneretur expensas de suo resarcire, *l. sancimus. l. properandum. §. sive a. C. de judic.*

Si verò Actor hancce Clausulam, non apponat, nec expensas sibi restitueu-

tuendas petat, judici non condemnanti, nihil imputari potest, nec Victori ad interesse tenetur. Bart. *in: l. 4. §. hoc autem & in l. properandum. 13. §. sive autem. C. de jud:* ubi dicit, debere nos esse cautos, ut in libello petamus reum condemnari in expensis factis & faciendis, usque ad finem causæ. De hâc Clausulâ consule quoque Oldendorp. *de except. tit. de from. libelli. m. fol. 305. vers. Sexto.*

Debentur autem expensæ variis ex causis: Nam (1) ex victoria totius causæ, per *l. properandum. §. Sin autem alterutra. C. de judic.* (2) Ex contumaciâ adversarii, quarum fit mentio *in l. sancimus, C. de judic. & in c. dilect. de dol. & contum.* (3) Ex culpâ adversarii, qui processum causæ differt, ut constitutum reperitur *in l. non ignoretis. C. de fruct. & lit expens. & in cap. finem litib. de dol. & contum.* (4) Ex temeritate ejus, qui alium sine actione in jus traxerit: ut *in l. eum quem temerè. in princ. de judic. & in cap. 1. de dol. & contum. libr. 6.* Omnes istæ species comprehenduntur sub istâ petitione prædictâ.

36. Gerichts-Schreiber.

Iudiciorum Secretarios, Scribas seu Notarios (Gerichts-Schreiber) vocamus, qui præpositi sunt, scribendis & dirigendis his, quæ in judicio proponuntur, hoc est, actis judicialibus. Vndè & Actuarii quandoque vocantur.

Horum Scribarum officium, secundum memorabile *cap. quoniam contra falsam assertionem, 11. extr. de probat.* consistit in conscribendis Actis judicialibus universis: ut sunt dilationes, citationes, judicum recusationes, exceptiones, replicationes, duplicationes, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, Instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, cōclusiones, sentētiæ, & cætera, quę in judicio vel ordinario, vel extraordinario occurrunt, ut scilicet omnia & singula illa competenti ordine cōscribant: loca, tempora, & personas designādo, atque eorum omnium, quæ conscripserunt originalia, in judicii Scrinio & Camerâ conservent, ut si fortè super processum judicii fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari. Eberh, Speckhan. *cent. 3. class. 3. quæst. 10. sub fund. num. 6.*

Originalia ergò Actorū penes scribentem remanere debent, ut ad illa recursus haberi possit, si super Processu judicis fortè controversia oriatur inter litigantes, ad majorem fidem & conservationem veritatis. Speckhan. *d. loco.*

Sed ferè fieri solet, ut Acta, collationatis copiis, & recognitis ab adversario documentis, iterum producenti

centi

centi reddantur. Et tunc illæ copiæ, in archivis judicii repertæ, plenam faciunt fidem.

37. Gerücht/ oder gemein Geschrey.

Fama non est sufficiens indicium ad torturam. Videantur Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 754. num 5.* Carer. *in pract. crim. de indic. §. secundum indicium. num 5. vers. tamen.* Hackelman. *disp. illustr. 24. thes. 10. sub lit. A.*

Nuda fama namque, ne quidem semiplenam inducit probationem, Mascard. *de probat. conclus. 754. numer. 1. & seqq.* Multò minùs indicium sufficiens ad torturam: ad quam infligendam non solùm verisimilia, gravia & probabilia, sed & luce meridianâ clariora inditia requiruntur. Tale autem fama non est, juxta illud Vergilii.

> *Fama malum quo non aliud velocius ullum*
> *Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo:*
> *Parvo metu primo mox sese tollit ad aures,*
> *Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.*

Supradicta tamen traditio fallit, (1) quandò nimirum reus de aliis delictis diffamatus est, & sic malæ vocis, conditionis & famæ, wann der Beclagte einen bösen Laimut vnd sonsten verdächtig ist: nam tunc ex quâlibet levi suspicione attingente delictum, de quo quæritur, reus solet tormentis subjici, modo illa fama sit in eodem genere delicti, Hunnius *in tract. crim. cap. 3. th. 155.* Quia semel malus, semel præsumitur malus, *cap. semel. de R. I. in 6.* facit text. Constit. Crim Caroli V. *art. 25.* §. Erstlich/ ob der Verdacht eine solche verwegne oder leichtfertige Person / von bösen Laimut vnd Gericht seye/daß man sich der Missethat zu jhr versehen möge/ oder ob dieselbige Person dergleichen Missethat vormals geübt / vnterstanden hab/oder bezigen worden seye.

(2) Torturæ locus erit, si fama non ab inimicis malevolis, aut levibus hominibus, sed ab honestis & fide dignis personis initium cœperit: Per dict. Constit. Crim. *art. 25. vers.* doch sol solcher böser Laimut nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten / sondern von vnpartheylichen redlichen Leuten kommen. *cap. qualiter & quando. de accusat.* Zanger. *de tort. cap. 2. num. 8. & seqq.*

Sed tunc fama indicium fit: quod etiam in hoc casu debet considerari: nec tamen tale, quod solùm sufficiat ad torturam. Nisi fama, rationibus & admodùm probabilibus conjecturis nitatur. Wann das gemein Geschrey einen Grund vnd Vrsach hat. Sed vide Freher, *tract. d. fama passim.*

38. Ge-

38. Gesambte Hand.

Notum est, feuda sine Domini consensu dividi inter cohæredes. Nec minùs illi, qui feudum in divisione non adipiscuntur, die sich anderwerts abfertigen lassen / aut ubi ex pacto, vel aliam ob causam, feudum primogenito cedit; nihilominùs eo, cui illud assignatum est, sine hærede masculo decedente, reliqui succedunt. text. *in cap. 1. de nat. success. feudi*. Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 23.* Schrader. *de feud. p. 8 cap. 5. num. 26. & seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. conclus. 20. num. 6. & conclus. seq. num. 4.* Surd. *consil. 517. num. 4.*

Iure tamen Saxonico, & moribus multarū Provinciarū (ac etiam etiam Comitatus Tirolensis) divisione inter successores feudales factâ, alter in alterius portione nil retinet juris (eò quod olim in Germania inter collaterales nulla successio fuit) nisi simultaneæ investituræ, vel conjunctæ manus beneficio admittatur. Rauchbar. *2. quæst. 21.* ubi id etiam ad feuda ignobilia, & rustica extendit, sed vide *tract.* absolutum Iacob. Alem. *de simult. invest.* Gothofred. Anton. *disp. 1. thes. 17. in fin.* & in Sylloge huic tractatui annexa. *verb. simultanea investitura.*

Investiturā conjunctæ manus vel simultaneam, vulgò vocamus die gesampte Hand / oder Mitbelenung: A Georg. Obrecht. *de feud. lib. 2. cap. 9. num. 2.* definitur: Quod sit Actus, quo Dominus feudi, cum consensu possessoris feudi, unum vel plures volentes atque scientes de feudo investit, ita, ut tam propriè investitus, & possessor, quàm simultaneè investiti id simùl habeant, & sibi invicem in eo succedant.

Simultaneè investitus, an obtinere possit, ut possessor feudi, qui bona sua dissipando profundit, & feudo abutitur, prodigus declaretur, eique Curator etiam bonorum feudalium constituatur? vide Coler. *consil. 24.*

Iure feudali simultanea investitura, tàm exigui momenti, tamque imbecillis est, ùt nec jus succedendi tribuat, nisi speciali pacto sit provisum, per text. clarum & expressum, *in tit. de iis, qui feud. dare poss. §. Sin autem unus.* Göden. *consil. feud. 16.* Fichard. *consil. 16. num. 1. tom. 1.* Rosenthal. *cap. 6. conclus. 75. num. 9.* Rittersh. *partit. 1. cap. 9. in fin.* Multò minùs autem immutare potest legitimam seu consuetudinariam feudi naturam, præsertim quantum ad successionem, ne quidem, si divisio facta sit. *cap. 1. de nat. succ.* Göden. *consil. feud. 21. num. 4.* Fichard. *consil. 23. num. 3. vol. 2.*

Præterea receptum est apud I C. axioma, jus accrescendi post factam acquisitionem, sive emolumentum alteri quæsitum (etiamsi posteà resolvatur) regulariter locum non habere. Fichard. *consil. 6. num. 1. §. sed*

 & ipsa,

& ipsa, &c. Sed in acquirendis. Rosenthal. *d. c. 6. conclus. 73. num. 5* Sixtin. *vol. 2. consil. Marp. 15.* Et cumprimis in feudo antiquo nullæ sunt proprietates juris accrescendi, sed pars deficiens, non jure accrescendi, sed jure successionis, & vigore primæ investituræ ad superstitem pervenire potest. Fichard. *d. conf. 6. n. 1.* Vultej. *d. cap. 9. num. 119.* Rosenthal. *d. c. 6. conclus. 70.*

Vnd ob wol die Rechts-Lehrer mit der mehrern Hand dahin schliessen / si ab Imperatore ipso datum sit feudum duobus vel pluribus, sivè conjunctim sivè divisim; & ex illis unus vel à principio ad feudum non aspiret, vel sine hæredibus decedat: quod tunc portio deficientis accrescat ejus consorti. Schrader. *tr feud. p. 6. c. 1. n. 11.* & Vultej. *d. c. 9. n. 119.*

So würde doch dieser bewehrte Schluß / als den Lehen-Rechten vngemeß / von vielen Doctoribus starck widersprochen. (ut inprimis apud Rosenth. *d. concl. 74. num. 4. & seqq.* & Vult. *d. c. 9. nu. 119.* videre est) beneben's von seinen eignen Anhängern dahin restringirt oder eingezogen / quod ista doctrina tantum procedat in feudo, quod Imperator motu proprio concessit, secus verò sit in eo, quod ad petitionem sive postulationem concessum est. Schrader. *d. p. 6. c. 1. num. 11 vers hac tamen.* Rosenth. *d. c 6. concl. 74. n. 11.*

Wie gleichsfals als dann erersst / in feudis ad extraneos transitoriis dieses passiret würde: Quando unus ex consortib. simultanei feudi absq; omni, etiam testamentario hærede decedit. Vocabulum enim Hæres, juxta subjectam materiam, *id est*, juxta feudi conditionem atque naturam, & sic hic pro successore quocunque intelligendum est, per notat. Schrader. *c. 1. nu. 11. vers. tertio.* & Rosenth. *d. cap. 74. num. 12.*

39. Gesandt vnnd Bottschafften.

An selecti illi viri, qui hodiè à Principibus aut Civitatibus Imperialibus, vel ad Aulam Imperatoriam, vel ad Comitia indicta, vel denique ad deputatos Imperii Conventus mittuntur & ablegantur, qui olim Nuncii, *ut in tit. de Pace Const. & in A. B. Caroli IV.* hodiè Bottschafften / Gesandten vnd Abgesandten appellantur, sicut in Recessibus Imperii, eorumq; subscriptionib. passim videre licet, sint cum veterū Romanorum Legatis comparandi? Hering. *in tract. de fidejuß cap 7. num 556.* qui *num seq.* ait: Et sanè, quantum Deputatos ad Comitia, vel alios Imperii Conventus attinet, die auff Reichs vnd Deputations-Tag geschickt werden / etsi non tam ut Legati (propriè loquendo juxta tradita Kirchneri *de Leg. cap. 1. numer. 20. & seqq.*) quàm ut ipsimet Principes & Civitates Imperiales com-

compareant, eorumq; locum & subsellia occupent, sententiamque suam rogati, non aliter, ac si Princeps ipse coràm adesset, depromunt & aperiant, & sic eandem exercitionem Iurisdictionis ordinariæ habeant, quam is, qui ipsos misit, habet in Collegio, in Churfürst: oder Stätt-Raht: ad Romanorum tamen Legatos proximè accedunt, atque ideò sunt digni, qui, ex prærogativa amplissimæ Nationis Germanicæ, Privilegiis quoque Legatorum Romanorum, cæteris paribus utantur. Quod maximè procedere arbitratur idem Hering. *n. 562.* in Cæsareis Legatis, quos vulgò Kaiserliche Commissarien appellamus: præsertim quia nomen Legati etiam Commissarium continet. De missis verò à Germaniæ Electoribus, Principibus & Statibus reliquis ad Aulam Cæsaream, major est dubitatio: cùm inferior ad superiorem non facilè dicatur Legatos destinare & mittere. Cæterùm quicquid sit, consuetudine recepta tamen, & hi vocantur Legati, sive Bottschafften vnd Gesandten (quanquam in rei veritate subtilis quædam inter hasce appellationes possit statui differentia, ut nimirum appellatio einer Bottschafft angustior sit, quàm appellatio eines Gesandten) & proinde quidquam discriminis hic statuere non licet. vid. Dn. Hering. *d. loc. num 565. & seqq.* & supra Ambassador.

40. Gesatz.

Leges Universales (Gesatz vnd Ordnungen/die alle dem Römischen Reich einverleibte verbünden/ vnd von selbigen in Acht genommen werden sollen) condere solius Imperatoris est, vi Imperii summi: legum etenim ferendarum potestas, præcipuum est jus Majestatis. Ego *d. Majestat. fol. 145.* cum consensu tamen & consilio Statuum Imperii, mit Hülff vnd Raht der Ständen deß Reichs. Legem specialem & localem, Land vnd Stattrecht/ cæteris inferioribus Principib. & Satibus Imperii in suis ditionibus & Provinciis, cum consensu Primariorum, ferre competit, warzu dann der gemeine Außschuß von der Landschafft/ daß seynd die Prælaten/ die von der Ritterschafft/ vnd die von vornemmen Stätten darzu beschribē werden. Dn. Ioachim. Cluten. *Diatrib. Iustin. 3. thes. 22.* Nam Principes isti & alii Inferiores, Principali dignitate illustres, in suis Provinciis Cæsarem repræsentant. Quemadmodum itaque Imperator ratione universalis Iurisdictionis Imperii, universalem Legem (allgemeine Gesatz vnd Ordnungen) condit; Ita alii inferiores Principes & Status Imperii, cum duntaxat certa specialia territoria possideant, adeoque eorum Iurisdictio etiam sit specialior, non Universalem, sed specialem (quæ neminem, nisi subjectum, ligant) legem, vi superio-

perio-

perioritatis Crafft Landsfürstlicher Hoher Obrigkeit / quæ ipsis ratione territoriorum competit, condunt, adeoque jura Provincialia, & Constitutiones Provinciales, Hoff: vnd Landgerichts-Ordnung / promulgant, contrarias abrogant, novas subindè substituunt, quibus subditi, etiam sine consensu Imperatoris subjiciuntur. Matth. Coler. *de Proceß. executiv. part. 1. c. 3. num. 6. & seqq.*

Et qui iis reguntur, eo ipso territoriali eorum Iurisdictioni subesse censentur.

An autem Statuta vel leges, usu & moribus civium non recepta ligent? vid. Chokier. *d. exempt. part. 4. quæstio 66.* Magon. *decis. Lucens. 49. numer. 38. me de jure Majestatis. folio 146. &c.*

41. Geschlechter.

Patricii sive Geschlechter hodiè dicuntur Stätt-Junckern / optimates Civitatum Imperialium, aliarumque præcipuarum, Aristocratici Imperii capacium: ad differentiam der andern vom Adel / so auff dem Land wohnen / & Principum aut Imperatoris Vasalli existunt. In dem Augspurgischen Geschlechter-Buch / so Anno 1580. durch Sigmundt Feyrabendt Buchhändlern zu Franckfurt am Mayn publicirt / werden 51. Geschlechter erzehlet / so vor Fünffhundert vnd mehr Jahren daselbst gewohnt / auch biß auff Anfang der Zünfften regiret / die aber alle biß an 8. abgestorben: nämblich Herwart / Welsser / Rechlinger / Langenmantel vom Sparren / Langenmantel vom R. Hoffmaier / Ravenspurger / Ilson.

Hingegen werden 39. erzehlet / so durch ein Ersamen Raht an der abgestorbnen statt angenommen vnd erhöhet worden. Inter quas tamen familias, quædam jam antè in aliis Civitatibus jure nobilitatis gavisas esse, mihi videtur, putà die im Hoffe / Paumgartner / Haller / qui omnes Patriciis gentium majorum Norimbergiæ accensentur. Patriciorum Originem si spectes, ii filii erāt Senatorū centum, à Romulo electorū, qui Patres dicti, instar Concilii publici habebantur, Liv. lib. 1. Et horum filii appellati sunt Patricii, quod Patres ciere & nominare possent, auctore Vellejo Paterculo.

Sed de Patriciis plenè & eleganter egit, *tr. sing.* Dn. Ioh. Iacob. Draco.

42. Geschwistrigte.

Geschwistrigte in feudis appellantur tantùm fratres, non sorores, Iohan. Fichard. *consil. feudal. 7. num. 15.* ubi *num. 19.* addit, quod etiam de more nostro loquendi, Fratres Geschwistrigten inter se appellari consueverint.



43. Ge

43. Geſelſchafft.

Societas vulgò Geſel: oder Gewerbſchafft / definitur, quod ſit; duorum pluriumvé honeſtè contracta conventio, ob commodiorem uſum & uberiorem quæſtum, Azo, *in ſumma. C. pro ſoc. in princ.* gl. *Inſt. de Societ.* Capyc. *deciſ. 174.* Et licet interdum communio diſcordias pariat. *l. cùm Pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2.* tamen & compendium producere ſolet, quoniam quod ex ſe homo adipiſci nequit, Socii contemplatione, cujus opera ſupplet, quærit. *§. 1. Inſt. d. Societ.* Vndè is, qui in Societate eſt, dicitur Socius à Conſortio, & Conſors ille, ad quem pertinet pars bonorum: nam ſortem pro parte Veteres ponebant, & dicuntur Socii propter periculi aut corporis Societatem, quaſi in unum colligati. Lucas de Penna, *in C. ſi liberalit. Imper. Soc. ſine hæred.* Ripa. *in c. cùm Matthæ°. de Conſtit. num. 9. part. 1.*

Societas publicatum conductionum an & quandò cenſeatur vel præſumatur facta, quantumque de Sociis vel Societate non exprimantur? An & quandò, & quæ concurrere debeant, ut ad hæredes tranſeat? An emolumentum & lucrum poſt Societatem, per obitum unius diſtractam, durante adhuc tempore Conductionis, ſpectet ad hæredem Socii prædefuncti. De hiſce omnibus latè agit Baptiſta de Hieronymis, *in Conſilio quodam, quod eſt inſertum tractatui* Petr. Nicol. Mozzii, *de contract. tit. de Societ. fol. m. 516. & mult. ſeqq. uſque ad fol. 542.*

De Societate incidenti & conventionali, vide Ronchegall. *in l. eandem. 9. §. Sed &, ſi quis. nu. 19. & ſeqq. de duob. reis.*

Quod Societas differat à communione ſeu conſortoria, ut vocant, uno ore tradunt noſtri Dd. ac exindè etiam concludunt, ſi plures habeant bona in communi, quod dicantur habere communionem, non ſocietatem. Ita, ſi plures ſint obligati ad unum debitum, quod tunc non cenſeantur Socii, ſed conſortes ejuſdem obligationis, poſt Alex. *conſil. 40. lib. 2.* tradit Tuſchus, *lit. S. concl. 279. in fin.*

Et in dubio, quod potiùs Communio, quàm Societas præſumatur, inprimis ſi adſit cauſa accidentalis (Conventio ſcilicet communis hæreditatis, vel ſimilis alia,) aſſerit idem Tuſchus, *d. lit. S. concl. 280. num. 12.*

44. Gnugſam geſeſſen.

Poſſeſſio Germanicà voce dicitur, eine Beſitzung / à ſedendo. Vndè cùm ſignificamus aliquem ſufficientia rerum dominia & quidem immobilia habere, vulgo dicere ſolemus, er iſt gnugſam geſeſſen. Oldendorp. *de action. claſſ 2 de poſſeſſione. fol. m. 127.*

Xx iij 45. Ge-

45. Gewalt

Hisce variæ Clausulæ inseri solent. Sed cavendum, ne illæ tales sint, quæ nimiâ licentiâ Procuratoris, onerent principales. Sic, daß der der Anwald alles dieses Macht haben solle zuverrichten / als wann er selbst zugegen. Id ferè mandatum cum libera præ se ferre videtur, Monterus *decis. 38.* ubi etiam dicit, eum liti renuntiare posse.

46. Gewehr.

Guaranda Saxonica in id reo prodesse putatur, ut is quasi de evictione actorem habeat obligatum adversus omnes, qui fortè ejusdem rei causa posthac reum convenire vellent. text. *art. 15. in princ. lib. 2.* Landr. & Weichbild. *art. 114. in princ.* gl. fin, *art. 48.* Coler. *de process. executiv. p. 4. cap. 3. num. 12.* Zanger. *de except. p. 2. cap. 21. tit. de except. satisdat.* Köppen. *2. obs. 101. num. 18. &c.*

An autem verbalis guarendæ oblatio, & acceptatio sufficiat. vid. Iacob. Schultes, *in observ. forens obs. 14.* ubi dicit *num 3.* sanè non sine ratione existimatum ab antiquioribus est nonnullis, sufficere, si actor verbo sese offerat guarandæ nomine, reo se velle esse obligatum, & reus oblatione istâ contentus sit, eamque acceptet. Verùm cùm jura Saxonica nominatim hoc tanquàm pro forma requirant, ut reipsâ, actu corporali, & quidem judicialiter, stipulatâ manu, sive ut nonnullis in judiciis receptum est, attactu baculi, quem judices manus suæ vice porrigant, guarandâ ab actore promittatur, ideò eandem formam præcisè esse observandam, ajunt.

An actor guarandam, quamvis non petitam præstare teneatur? vid. eundem Schult *d. l. quæst. 15.* Item an guarandæ præstatio præsentiam adversarii exigat. *quæst. 16.*

Quid autem causa, sit cur Guarenda manu præstetur, Satisdatio autem, der Verstand bonorum oppignoratione defungi queat; atque ideò etiam in criminalibus bonorum solummodò periculum versetur, ratione satisdationis, sed guaranda etiam manus, atque adeò corporis discrimen secum trahat, valdè dubitat Kònig *in proc. cap. 48. num. 3. vers.* Nun were. Sed hæc quæstio Rotschitzio *in process. jur. Sax. civil. cap. 13. nu. 13.* omni difficultate carere videtur. Certum enim est, guarandam initio inventam esse propter causas sanguinis, nimirùm ut reo caveretur de securitate ab agnatis cæsi vel vulnerati, si vel transactum sit, vel etiam reus ob justas causas, puta defensionis legitimæ, absolutus. gl. *1. in princ. lib. 2. art. 16.* Landrecht, gl. nova *lib. 3. art. 14. ad verb.* Gewehr, gl *fin. in* Weichbild. *art. 40.* agnatis enim vulnerati vel cæsi, criminali, persecutio homicidii vel vulneris competebat. gl. nova Landr. *lib. 3. art. 14. verb.* Gewehr. Periculum itaque reo

im-

imminebat perpetuò, ne quamvis ab hoc accusatore sese liberâsset, ab agnatis tamen posteà iterum criminaliter peteretur. At Satisdationes hujusmodi periculum nullum concernebant, sicut neque nunc concernunt: sed potiùs cautionem de reconventione & expensis, ac quidem hâc ratione non periculum aliquod rei; sed potiùs commodum. Major itaq; pœna statuenda erat ei, qui fregisset cautionem eam, quæ vitæ periculum contineret, quàm, qui commodum alteri aufferret: Cùm aliàs jura plus faveant iis, qui de damno vitãdo, quàm qui de lucro cõsequendo certant. *l. error. fact. vers. Caterùm ff. de jur. & fact. ignor.* Rotschitz *d. loc. num. 16.* qui *num. seq.* dicit: Nec mireris, quod etiamsi criminaliter agatur, Satisdatio tamen jure Saxonico bonorum oppignoratione defungi possit: nam Satisdatio in his tantùm admittitur criminibus, quæ flagrantia non sunt, nec notoria, sed pernoctata, ac dubia, & in quibus non tàm dolus, quàm culpa (utputà, si quis sese defendere coactus sit, & modum fortè inculpatæ tutelæ excesserit,) arguitur vel argui posse videtur. gl. in Weichbild. *art. 27. n. 2.* text. Landr. *lib. 3. art. 12. in fin.*

47. Gewicht / Elen / Meß.

Ius mensuræ, ponderum, ulnarum, uti & molarum inspiciendarum, publicum esse, & ad regalia vel ad Superioritatem pertinere, existimat Knichen. *cap. 4. nu. 230. & seqq. multis.* aut ad minimum mixto imperio adscribendum autumat Thom. Micahël *de jurisdict. th. 103. lit. c.* cùm ibi allegatis.

Modò tamen tale imperium mixtum, non sit sub territoriali Iurisdictione. Tunc enim archetypum petere coguntur à Metropoli superioris. Ego *de Majest. fol. 203.*

48. Gewinnen.

Sub verbo gewinnen intelligi etiam ea, quæ per successionem & universitatem nobis obveniunt, tradit Modest. Pistor. *quæst. 164.* ubi addit, si proprietatem vocabuli gewinnen/ spectamus, videtur illud idem significare, quod lucrari, quod verbum magis convenit hæreditati delatæ, per quam lucrum cõsequimur, quàm iis, quæ industriâ nostrâ acquirimus.

Quid sit Erb- oder angefallen Gut/ & quomodo opponatur den wolgewonnen / erworbnen vnd erkaufften Gütern/ vide passim Cothm. *cons. 40. volum. 1.*

49. Gleit / Gleit zum Rechten.

Da ein Fürst zugleitten: ein Reichs-Statt

Statt aber/ob einer vom Adel der Enden sonsten alle hohe/vnd nidergerichtliche Obrigkeit hat: welcher das Malefitz / so sich in viâ publicâ vnd offentlicher Landstrassen zugetragē / rechtfertigen möge. Bidembach. *quaest. 17.* & Arum. *vol. 2. fol. 35.* adde tract. de salvo conductu Maulii & Dn. Bechtii disput. de securitate, *inter Basilieens.*

Etsi vulgò in ore id habeant omnes, Citationem quamcunque judicis, securitatem citato tribuere, brings Gleit mit sich/ tutò veniendi & recedendi: quod quidem juri communi congruit, quo is, qui litigandi causa necesse habet certo loco in jure se sistere, prehendendus non est. *l. 2. §. fin. ff. de in jus voc.* ea tamen plerunque non satis sibi cautum esse existimantes illi, qui ob crimen aliquod accusati, ipsimet in judicio ut compareant, citantur; semper ferè præter Citationem, seorsim quoque cautionem securitatis, quam in promptu, ubi opus fuerit, habeant, sub sigillo judicis sibi mitti postulant, & tùm demùm se Citationi parituros profitentur. Moller. *lib. 2. semestr. cap. 1 à princ.* Idque ad evitandam injuriam carceris, & ne ex vinculis respondere cogantur.

Promissio securitatis, Gallis *Franchise, saufconduit, passeport,* nobis Sicher Gleit zum Rechten / moribus nostris duplex est. (1) Tacita, ut si nova nupta Principis in ipsius aulam solenniter deducitur, bey Fürstlicher Heimführung der Braut/ malefactores currui novæ nuptæ inhærentes, nonnunquam delictorum veniam, ad intercessionem novæ nuptæ solent obtinere. (2) Expressa est Securitas; quæ indulgetur, ut malefactor prætensam suam innocentiam, & tuitionem jure evincat, Geleit zu Außführung gerhümpter Vnschuld: Quæ tamen non facilè permittitur, nisi ex prævia inquisitione liqueat probabiliter, delinquentem innocentiam probare posse. Georg. Ritterhus. *de jure asylor. c. 7. num. 14.*

Et licet hæc præstatio securitatis & salvi conductus, ad jus territoriale & superioritatis regulariter pertinere dicatur. *l. relegati. 4. in fin. ff. de pœn. l. ad bestias. 31. in fin. eod. t. l. 1. §. de qua autem ff. de postul. l. nulli. C. de navic.* Boër. *decis. 179.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 172.* Knichen. *de Saxon. jur. non prov. verb. Ducum. cap. 5. num. 102.* Idem, *in encyclop. cap. 12. in princ.* Natta. *consil. 636. num. 75.* Consult. Saxon. *p. 4. num. 7. 8. & mult. seqq.*

Tamen certum quoque est, quod etiam Civitates Iurisdictione à superiore investitæ, hanc securitatem concedere possint. Menoch. *de arb. jud. quaest. lib. 1. quaest. 81. num. 13. & consil. 244. vol. 3.* Heig. *part. 2. qu. 22. num. 42.* Et ita rectè dant reo delicti alicujus insimulato terminum ad comparendum, simulque securitatem veniendi & recedendi ad finem usque

absque causæ. Casp Ziegler. *in §. Civitas. conclus. 1. num. 68. vers. & ita.* Iul. Clar. *in pract. Crimin. §. fin. quæst. 32. num. 14.*

Tùm (1) quia alias nemo citatus absque hac securitate ad locum Iudicii veniret. (2) Tùm, quia ad locum non tutum nemo se sistere tenetur. (3) Tùm quia Carceris metus justus est, qui à contumacia excusare potest. (4) Tùm quia alias facilè fieret, ut absens defensionibus ejus non rectè auditis condemnaretur. (5) Tùm quia Citatio per se tribueret ipso jure salvum conductum. Moller. *2. semestr. cap. 1.*

Ergo dare securitatem, das Glaidt zugeben / utcunque hodie, tanquam regale aliquod baptizetur & arrogetur; in jure tamen inter Regalia non numeratur, *c. un. quæ sint Regal. lib. 2. Feud.* Ac in veritate quoque non est Regale; nam non respicit ullo modo Fiscum vel publicam utilitatem; ideòque nec mero Imperio, imò ne minimâ ejus specie expeditur, sed mixto Imperio, quod ad privatam utilitatem pertinet; cumque hoc mixtum in tres species distinguatur, magnum, mediocre & parvum, huic ultimæ speciei securitatis datio attribuitur, vid. Zas. *ad L. Imperium. ff. de jurisd. omn. Iud. num 40.* Et ita puto hanc securitatem concedere posse, omnem judicem, illius delicti competentem.

Conductus præstatur vel literis tractoriis, vel adjunctis Militibus, qui custodiant & conducant transeuntes. Literis, quas Gelaits Zedel oder Brieff vocamus, & in jure Saxonico glossa Weichbilds *art. 8. in verb.* Maut vnd Zoll vocat Bolleten: ibi daß man Bolleten nemmen solle / daß seynd Gelaits Brieff / vnd von dem man die Bolleten nam / solte den Nemer schadloß halten binnen seinem Gebiet. Et hisce conductus vocatur das schrifftliche Gelaidt. Qui adjunctis Militibus vel Equitibus præstatur, vocatur das Persönlich oder lebendig Gelaidt. Sic hodiè frequens est vocula lebendige Salva Guardia: & isti conductores (hodie dicimus communiter convoyen / à Gallico verbo *Convoyer*, quod idem est, ac glaiten / mit geben) appellantur Glaits Leut. vnd werden die Kauffleut in den Messen gemeiniglich mit lebendigem Glait durch die Glaitsgebiet geführet. Maulius *de Iure conducendi. tit 5.*

An bannito salvus conductus, sine consensu offensi ab Imperatore concedi possit? Schrader. *consil. 37. nu. 91. & seqq.*

50. Gleich / gleichlich.

Si duo Conjuges ita testentur, daß nach jhrem Todt beederseidts Erben / gleich miteinander erben sollen / tunc non in capita, sed in stirpes, hoc est, in duas æquales portiones hæreditas est dividenda. Non parum qui-

dem obstat, quod Commentatores ex *l. interdum. ff. de hered. institut.* pro regula tradunt, dictionem *aequè* hanc habere vim & potestatem, ut conjuncti cum disjunctis aequaliter admittantur, vel quemadmodum Bald. dicit, ut notet distributionem in capita, non in stirpes. v. Hartm. Pistor. *lib. 2. quaest. 21. num. 7.*

Sed fallit hoc, ubi particula *aequè*, posita est inter duas familias: sunt item hic duo quasi Testamenta. Et faciunt tradita Dyn. *inc. inspicimus. de reg. Iur. in 6.* ubi praeponit id, quod verisimilius est propriae significationi verborum, & verisimilitudinem putat colligi ex charitate & necessitate personarum, quae hic ex parte utriusque conjugis est aequalis: quia quilibet suos haeredes aequè dilexisse creditur; & per consequens etiam illis ex aequo prospicere voluisse. Et habet de hac quaest. consilium integrum, Ludolph. Schrader. *vol. 2. consil. 49.*

51. Gleich/alsbald/stracks von stund an.

Dictio *Confestim*, nec momentum desiderat divertendi ad alios actus. ut *in l. placet. ff. de acq. hered. l. amissi. §. fidejussores. ff. de fidejussorib. l. Titius. §. qui fideicommissariam. ff. ad Trebell. §. omnis. Inst. de V. O.* Et idem voluit Cicero, *Philip. 5.* cum dixit, rem administrandam arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo.

Dictio *Illico* idem significat. *l. idemque. §. si cui mandavero. ff. mand. l. si quis. C. deposit.* Cicero *in orat. pro Muren.* Simul atque increpuit suspicio tumultus, illicò artes nostrae conticescunt.

Dictio statim, eandem importat significationem. *l. si finita. §. non autem statim ff. de damn. infect. l. cum quidam. ff. de leg. 2. l. ex morte. in fin. C. de pact. convent. l. si usufruct. §. fin. ff. qu. dies leg. l. 1. in fin. ff. solut. matrim.* vid. Gratian. *tom. 1. cap. 41. n. 9 &c.*

Vt & dictio *actutum*, ut Terentius in Phormione docuit, cum dicebat:

Aggredere actutum.

Ejusdem significationis est Dictio *Mox*; Terentius *in Andria*:

Mox huc revertar.

Idem significat dictio *Protinus*. Hostiens. *in c. quibusdam. extra de poen.* Imol. *in c. fin. de praescript.* Domin. Iacob. de S. Georgio. *in l. si quis major. col. 5. C. de transact.* Ad quod facit illud vulgatum Vergilii. *lib. 10. AEneid.*

Trajecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem.

Sic & dictio *Incontinenti* idem significat, quod sine ulla temporis intermissione, è vestigio, extemplo, continuò. Vlpia. *in l. 23. §. 2. ff. ad L. Iul. de adult.*

Semper tamen intelligi debet cum aliquo temporis spatio. *l. 1. §. item si ita.*

si ita. ff. ad L. Falcid. l. si quis filium. §. fin. de collat. bonor. Idque vocatur in πλάτει, ubi nec minimum nec maximum tempus consideratur, sed quod magis intellectu possit percipi, quàm locutione exprimi *l. ratum. de solut.* Pratejus, *reg. Iuris lib. 3. cap. 6.*

Quod statim & in continenti fieri debet, habetur pro facto. *l. filiusfam. de mil. Testam. l. pen. quib. ad lib. procl. non lic. l. si ventri. in fin. de priv. Cred.* & de proximo cingendus, pro cincto habetur. Nam quæ in continenti facta sunt, videntur inesse. *l. Iurisgentium. §. quinimò. de pact.* Dd. *in l. lecta. si cert. pet.* adde Pratejum *d. loc. m. fol. 209.*

52. Gleichergestalt / gleicherweiß / ebenmässig.

Dictio *Pariter*, importat paritatem Iuris; ut *in c. venerabilem. §. quod autem. ex. de elect.* Aliquando importat idem tempus & idem momentum, aliquando idem tempus, sed diversum momentum, Bart. *in l. fundus. §. si duo. nu. 2. ff. d. pignor.* At gloss. *in c. bone. il primo. in verb. ad nos. de elect.* dicit, adverbium *Pariter*, importare similitudinem, non idem momentum temporis. Tusch *lit. D. concl. 323.*

53. Gleichsamb.

Dictio *Quasi* impropriam vocabuli significationem, imperfectionem ac fictionem dicti significat. *l. 55. ff. de condit. & demonstr.* Bart. *in l. si is qui. n. 5. & ibi* Ias. *n. 92. ff. de usucap.* Tiraquell. *de legib. connub. gl. 7. verb. express. nu. 187.* Quæ fictio cum veritate sit minor, Bald. *in l. si quis servo 20. n. 11. C. de furt.* in statutis, Ias. *in l. 15. n. 171. ff. de usucap. l. 28. C. de testam.* maximè jus cõmune corrigentibus, non habet locum. Alex. *cons. 82. numer. 2. lib. 2.* Unde quæ de vero casu constituta sunt, ea in casu ficto locum non inveniunt. Abb. Panorm. *consil. 111. num. 3. lib. 2.* Iacob. Schultes. *pract. qu. lib. 1. qu. 65. num. 116.*

Dictio *instar* similitudinem inducit. *l. 2. C. de jur. fisc.* Luc. de Penna *in l. 2. C. de consulib. in princ. verb. instauratio.* Secus si fuerit apposita in privilegiis, tunc enim non similitudinem, sed veritatem denotat. vid. Martam *in tract. Clausularum, part. 1. clausi. 206.*

54. Glockenschlag.

Pulsum Campanæ, Civitatibus jure communi competere, constat ex gloss. *in l. aliud. §. refertur. ff. de Reg. Iuris.*

Porrò, quod quidam dicunt, jure meri Imperii etiam tempore necessitatis, campanæ usum Principi liberum esse debere, non procedit, quando propter immemorialem pulsus Campanæ usurpationem, verisimile sit, hoc jus apud Civitatem semper

 exti-

extitisse, vel nisi causa (puta metus seditionis & conventuum illicitorum) adsit. In welchem Fahl der Obrigkeit die Kirchen-Schlüssel zu sich zunemmen nicht verbotten.

55. Gloß.

Glossa, quam vocem Græci pro lingua usurpant, est sermo cuique genti peculiaris, hincque olim ii, qui obscurarum vocum significationes, magis notâ linguâ sunt interpretati, sive ut nunc vocant, Lexica ediderunt, glossas sive Glossaria libros suos nuncupabant. Nec res hæc novi moris est: nam & Galenus expositionem conscripsit obsoletarum Hypocratis vocum, ubi *à princ.* ait: Quæcunque igitur nomina temporibus in usu erant, nunc autem amplius non sunt, talia *glossas*, id est, voces absoletas vocant, atque has jam exponere institui. Reliqua verò omnia, quæ non minorem quæstionem desiderant, sed tamen usitata sunt, in ipsorum librorum expositionibus, commodius tractari possunt. Commentum expositio est, verborum juncturam non considerans, sed tantum sensum. Deseruit enim expositioni alicujus libri, & non constructioni literæ. Accipitur tamen quoque commentum largius, scilicet pro quolibet libro, & tunc sic definitur: Commentum est plurium, studio vel doctrina in mente habitorum, in unum collectio. Glossa est expositio literæ, & ipsius sententiæ; quæ non solum sententiam, sed etiam verba attendit. Vel Glossa dicitur expositio sententiæ, literam continuans & exponens. Unde dicitur glosa, quasi glossa, id est, lingua: quod, tanquam lingua Doctoris adesset, & exponeret. Sic literæ exponendæ insistit, & sensum enucleat. Translatio est expositio sententiæ, per aliquam linguam. Textus est liber ipsius Doctoris, continens tractatum, suæ literæ vel sententiæ expositione. Martinius *in Lexico Philologic. verb. Glossa.*

56. Glückhaffen.

Extra ordinem possunt Civitates interdum ærario imminuto, ad inferendam pecuniam uti olla fortunæ. Qui tamen modus, secundum Bornit. *de ærar. cap. 4. lib. 2.* minus frequens est aut licitus: quippe qui falsi aut fraudis suspicione vix careat. Ratio tamen ejus longè differens est ab ollis privatis circumforaneorum, qui mille dolis pecuniam à plebe, sub prætextu lucri aucupari, & aliorsum extra fines Imperii transferre solent. Quanta enim fraudulentia & corruptio mercium, der Gewinn / quanta impostura cum schedulis, inspectoribus etiam publicis præsentibus committatur, ipsi norunt, qui in hac techina exercitati, & sæpè decepti fuerunt. vid. Bornitium *d. cap. 4.* & me de Ærar. *3. c. 10.*

57. Gna-

57. Gnaden-Groschen.

Hodiè Principibus in more positum est, ut veluti tesseram gratiæ, aurea numismata, vultu & emblemate, vel insignibus impressis principalibus, benemeritis largiantur: vulgò Gnaden Groschen / Gnaden-Pfenning vnd Brust-Bilder. In quibus non tàm quantitas auri, quam gratiæ spectatur. Quæ Symbola tamen iis adimi solent, qui delicto ex gratia excidunt, aut qui inscio & invito Principe illis gloriantur: Iacob. Bornitius, *tract. de præm. in Republ. decernend. libr. 2. cap. 11.* die einen Gnaden-Pfenning erkauffen oder nachgiessen lassen.

Cuduntur etiam numi memoriæ ergò: cujusmodi sunt, quos fecit Saxoniæ Elector Augustus, captâ Gothâ, & supplicio de proscriptis Imperii hostibus sumpto: Sicut etiam in celsissima ista familia & alibi quoq; receptum est, ut quoties quis ex ea defungitur, in ejus honorem & memoriam numi percutiantur, Annum, Mensem, & Diem Nativitatis & obitus referentes, &c. *Medailles* Galli vocant: indè nobis Metaÿen restat.

58. Gnads-Erweisung:

Vide supra Begnadigung der Maleficanten.

Gratiam & remissionem delicti Princeps cuique facere potest. *l. generalis. l. cum indulgentia. & t. t. C. de sent. pass. Bursat. consil. 177. num. 1. lib. 2.* Solique Principi Supremo, & Imperialia, regaliaque jura habenti id concessum censetur. Osasc. *decis. 101. num. 1.* Tessaurus. *decis. 21. à princ.* qui idem. *num. 2.* eam non valere dicit, si non specificè & clarè fuerit narrata delicti perpetratio, & qualitas ipsius facti, ut fieri debet: gl. & Dd. *in cap. dilectus filius, de rescript.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 846. num. 16. & seq.* Nisi aliter de expressa Principis mente constaret. Cravett. *consil. 2. num. 14. lib. 1.* Sylvan. *consil. 50. num. 13. & 20.*

Vidè hic quæri potest: an Magistratus à Principe inferior, animadvertendi potestate sive mero Imperio decoratus, pœnæ capitalis à lege impositæ delinquentibus gratiam facere possit, sive quod idem est, an habeat jus aggratiandi. Vide Ernest. Zorn. *apud. Arum. tom. 2. discurs. 7. de jurisdictione, th. 7. mihi. fol. 121. & seq.*

An Barones & feudatarii possint gratiam facere pro delictis Capitalibus, & pœnis corporalibus? Et an talis gratia valeat factâ parte non concordatâ, & sine illius pace & consensu? Item quandò & ex quibus gratia dicatur subreptitia? Vid. Prosper. Farinac. *consil. 3. vol. 1.*

* * *

59. Gnädige Herrn.

Nominatio meinem (unserm) Gnädigen Herrn / per se nullam subjectionem (contra Petr. Anton. de Petr. *de fideicomm. quæst. 12. nu. 409.*) importat; ubi alia urgentiora non concurrunt, Bruning. *de jure univers. conclus. 55.* Nuda etenim Confessio, non potest suppeditare titulum, quo dominii causa mutetur. Andr. Knichen. *in opops. num. 171.* Hæcque nominatio & compellatio non fit, quod isti sint subditi, qui sic honoris & observantiæ causa, aliquem appellant einen Gnädigen Herrn. Hoc enim fit secundum quid, itaque simpliciter accipi non debet: & quæ compellatio fit honoris ergò, non debet ad alium effectum trahi, contra agentium & ita compellantium intentionem. *Per l. non omnis ff. de reb. Cred. si cert pet.* Accedit, quod verba reverentialia, verba honoris & curialitatis, magis intelligantur adulatoria, quàm obligatoria. Mantica. *libr. 2. de tacit. & ambig. convent. tit. 4. n. 48.* T[illegible]lad. *lib. 2. rer. quotid. cap. 3. n. 45.* C[illegible]par. Ziegler. *in §. Landsaßii. conc. [illegible]. 1. num. 200.* Et serviunt de vento. Boër. *decis. 153. num. 37.* & ad favorem loquentis sunt interpretanda. Ant. de Amad. *decis. 53. num. 9.* Secundum illud: Titel / Kosten kein Gelt: in quo Germanos modum excedere, tradit Ruland. *de Commiss. part. 1. lib. 5. c. 1. ad lit. K.* vid. Ziegler. *d. l. num. 201. & seq.*

Tamen multi sunt in ea opinione, qui dicunt, multùm sibi præjudicare Principes, Comites, Barones, Nobiles & alii, qui in Epistolis & precibus alicui Principi porrectis profitentur, eum esse Dominum suum Clementem vel Clementissimum: quia hoc ipso videantur profiteri, se ejus esse subditos: eamque professionem tantæ esse efficaciæ, ut revocari nequeat; *l. precum. C. de liber. caus.* Rimin. *consil. 233. num. 31.* nec à tali Confessione liceat recedere. *l. generaliter C. de non num. pecun. c. per tuas. extr. de probat.* Præsertim, si se nominent unterthänige und gehorsame.

Verùm cùm compellatio hæc magis fiat ex more & usu longævo, non statim, nisi aliis concurrentibus Circumstantiis, quæ rem explicant, subjectionem introducere putatem.

Præsertim cum id, quod more & longævo usu certam habet interpretationem, mutari non debeat, sed ita intelligi, ut usu moreque longævo probatum est, *per l. si de interpretatione. ff. de legib.* Gœddæus *d. consil. de restit. Baron. Vallendar. num. 478.*

Aliud autem est, si nominent Principem, ihren Lands-Fürsten.

60 Gold / Pfund-Gold.

Libra auri, quot nummos aureos sive

sive scutos conficiat, & quomodo libra auri in jure capiatur, præcipuè his nostris temporibus dubitatur, & de eo vide Nicol. Mozzium, *de Mutuo. num 15. &c.*

An detur purum aurum, ita, ut Rhenanum possit ad puritatem & bonitatem Arabici excoqui; an verò sit quædam differentia, ut inter stannum Anglicum & Germanum? vide *observ.* Nic. Belloni *lib. 1. 50. & seqq.* ubi maxumè notabilia de auro habet.

Proportio auri & argenti, quoad pretium, dependet ex hominum æstimatione, & multitudine hujus vel illius metalli *l. un. C. d. argent. pretio.* vide Balduin. *in Constantin. fol. 117.* Aleman. *in palest. consult. 8. f. 492. &c.* Verùm quoad pondus, ist das Gold fast doppelt/ also/ daß ein Geschirr/ so Gulden/ doppelt so schwehr ist/ als ein Silberin / ejusdem quantitatis sive capacitatis.

61 Von Gottes Gnaden.

Vulgaris & hodiè usitatus Principum est Titulus: *Nos Dei gratiâ*: Wir von GOttes Gnaden. Cui Titulo si factum & res ipsa sit conjuncta, benè est capiti, & est benè membris, atpue adeò Respublica benè se habet. Sin minùs, omnia sunt tristia & deploranda. Dn. Ernest. Cothman. *in rubr. Cod. Iusti. numer. 2.* Et huc conferunt, quæ habet Victorin. Strigel. *in Psalm. 82. vers. 6.* ubi scribit: Etsi usitata est in Titulis Regum & Principum hæc formula: *Nos Dei gratiâ*; tamen multorum protestatio, uti loquuntur Iurisconsulti, est contraria facto: Non enim glorificant Dominum Mundi, nec ei gratias agunt, sed faciunt Deo ingrata, defendunt peccatores, interficiunt innocentes, rapiunt Briarei manibus quantum volunt, denique infinitâ petulantiâ grassantur in genere humano.

Hunc autem Titulum suo jure non usurpant, nisi Domini absoluti: Et ex Privilegio eo uti videntur Germaniæ Principes, ut dixi, *tractat. d. Majest. fol. 17.*

Prælati, nonnulli præfigunt suis Titulis, auß GOttes Verhängnuß.

62. Gnug thunt/ benügen.

Verbum *Satisfactio* latius extenditur quàm solutio: quòmodocunque enim debitum extinguatur, dicitur satisfactum Creditori. *l. si rem alienam. 9. §. omnis. de pignor. act.* Natta. *consil. 426. num. 20.* Vndè qui promittit satisfacere cum juramento, dicitur adimplere, licet compenset fructus pignoris, quamvis aliud esset, si promisisset solvere. Stephan. Gratian. *tom. 1. discept. forens. cap. 92. n. 46.* Iohan. Andr. *in cap. ad nostram. de jurejur.* ubi Felin. *col. 3. in princ. vers. di-*

cit

in ergò. num. 12. adducit simile de sententia, quæ condemnat in amputatione membri, si non fuerit infra decem dies satisfactum; liberabitur enim dando pignora; cùm secùs sit, si dicatur, nisi solverit. Bart. *in l. item liberatur. §. 1. num 3. quib. mod. pign. vel. hyp.* Gratian. *d. l. num. 47.* Surd. *consil. 166. num. 30. lib. 2.*

63. Gottshauß.

Appellatione deß Gottshauß, Ecclesia sive Archiepiscopatus, non autem Capitulum comprehenditur, tradente Schradero. *consil. 7. num. 11. vol. 1.*

64. Grad.

Cognitio graduum maximè utilis & necessaria est, teste ipso I C. *in l. Iurisc. 10 ff. de grad. & affin.* (1) Quia matrimonium in certis gradibus est prohibitum. (2) Quia per grad⁹ hæreditates deferuntur: Proximior enim in gradu remotiorem à successione defuncti regulariter (cæteris paribus) excludit. (3) Quia secundum gradus etiam tutelæ deferuntur. (4) Propter testimonia: cùm inter ascendentes & descendentes testimonium reguleriter non admittatur. Schneidewin, *in princ. tit. de nuptiis.* Gradus autem est intervallum, quo agnoscitur, quæ persona stipiti sit propior: vel, est quædam distantia unius personæ ab alia, in linea consanguinitatis: vel, est proximæ personæ ad personam conjunctio. Et dicti sunt gradus ad similitudinem scalarum, locorumve proclivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus: ut dicitur *in d. l. Iurisconf. §. gradus.* Et sic cognatio est ipsa tota proximitas: Linea verò proximitatum separatio: Gradus autem, de uno proximo in alium transitus. Schneidew. *d. loc. num. 9.* Vbi *num. seqq.* quæ sit differentia in computatione graduum inter Ius Canonicum & Civile, tradit.

65. Graff/ Graffschafft.

De Etymo hujus nominis, multi multum laborârunt, nec tàm diligenter olim quæsitus fuit Osiris. Sunt enim, qui derivant à *fossa*, quæ nobis Graben/ à Belgis Graven indigitantur, quasi limitibus præpositi Comites sient. Alii à Latino *gravis*, aut Gallico, *homme grave*, ut Lyclama. *5. membr. Ecclog. 9.* Alii à Gallico *Greffier*, quod notarium judicii, seu scribam Gallis denotat Alii denique à Germanico Grawen/ quasi cani, seniores, hoc est, præcipui, optimates. Ego, *de Comitib. & Baronib. nu. 3.*

Sed certocertius est, quòd nomen Grave sive Graph/ ut scribit Aventin. *in Catal. nom. Germ.* & Amerbach. *in Epist. ad Zas.* iisdem testibus, antiqua lingua Germanica significet

Iudi-

Iudicem, ut & ego monui *in discurs. singul. d. Comitibus*. Ex quo illud ex Legibus Ripuariorum. *cap. 55. & 90. Si quis Iudicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit*. Comitum enim nomen prioribus Imperatoribus ignotum, à Constantino dignitatis nomine dari solitum, paulò pòst ad officii potestatem omnem desumptum fuit, quomodo *Comes sacrarum largitionum, Comes sacri Patrimonii, Comes rerum privatarum, Comes orientis, Comes rei militaris, Comes, qui Provincias regit, &c.* Imò ipse Navarthus Comes dictus fuit, ut ex Eustatio Homeri interprete docuit Cujac. *ad cap. un. de iis qui feud. dar. poss.* Generaliterque Præfecti nomen abiit in nomen Comitis, quem Suidas etiam definit, quod sit ὁ λαῶν ἄρχων. Cujac. *in paratit. de offic. Comit. sacrar. largit. lib 1.* Cambden. *in descript. Angl. tit. de ordin. Angl.* Henning. Arnisæus, *de jur. majest lib. 2. cap. 4. sub num. 15.* Cùm aliàs Comitem definiat Vlpianus eum, qui comitetur aut sequatur, seu ut Labeo, qui frequentandi cujusque causa, ut sequatur destinatus est. *l. item apud. 13. §. Comitem. de injur. & fam.* Vt Pædagogus & Comes Matronæ. *l. 1. § omnemq. ff. eod.*

Quà verò ex causâ Comitis nomen significationem mutaverit, non ineptè conjecturant Zasius, *part. 5. num. 7.* Cambden. *d. tit. de ordin.* id factum, imitatione Germanorum, quorum *Graphios* Tacit. *libell. de morib. German.* Principibus consilii & authoritatis gratia adjungi solitos, Comites vocat: Principes autem ipsos in Conciliis electos jura per pagos, vicosque reddidisse refert. Ita, ut Comites Principum fuerint succenturiati Iudices, quales per Graphiorum nomen à Longobardis intellectos fuisse, Paulus Diaconus testatur. *lib. 5. histor Longob.* Nec aliud per Comitem accipi vult IC. *in cap. un. si de invest. int. Dom. & Vas. lu or.* ubi dicit: Qui si veritatem cælare voluerint, a Comite vel Populo jurare compellantur. Item Imp. *in §. post not. de pac. ten. ibi*: Comes septem testimonii boni viros sibi eligat, & cum iis sagaciter disponat. Arnisæus *d. loc.*

Comitum varia in Imperio sunt genera. Quidam enim sunt Comites Principali dignitate fulgentes, Gefürstete Graven. Olim quatuor erant Comites, majores quidem in suo gradu, sed inter Pr ncipes minores, & vocabantur die vier Graven deß Reichs. Sunt prætereà Comites, qui immediatè Imperio subjecti sunt, & Comitatus ab Imperio in feudum recognoscunt, horumque numerus est sat magnus. Sunt etiam, qui immediatè Imperio subsunt, & solùm Cæsarem vel Cameram Iudices habent, Comitatus tamen ab inferiore aliquo Principe in feudum tenent. Sunt denique Comites Municipales, seu

Zz

seu Landsassii, qui quamvis in matricula Imperii reperiantur, ab aliis tamen Imperii Principibus eximuntur. De quibus omnibus consule Ios. Nolden. *de nobilib. cap. 8. nu. 180. & mult. seqq.*

Quamvis autem olim Comitatus, aliaque similia officia minimè hæreditaria fuerint, sed ad lubitum Imperatorum conferebantur; Nihilominùs tamen ferè filii Comitum non negligebantur, id quod attestantur Capitula Caroli Calvi apud Mirçum, *in annalib. Belgicis. Anno 877. fol. 403.* quæ ita se habent: Si Comes de Regno obierit, cujus filius nobiscum sit, filius noster ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerunt, qui cum ministerialibus ipsius Comitatus, & cum Episcopo, in cujus Parochia fuerit ipse Comitatus, ipsum Comitatum prævideant, sive regant, usque dum nobis renuncietur, ut filium illius, qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus.

Si autem filium parvulum habuerit, idem filius ejus cum Ministerialibus ipsius Comitatus, & cum Episcopo, in cujus Parochia consistit, eundem Comitatum prævideant, donec obitus præfati Comitis ad notitiam nostram perveniat, & ipse filius ejus, per nostram concessionem, de illius honoribus honoretur.

Si verò filium non habuerit, filius noster cum cæteris fidelibus nostris, ordinet, qui cum Ministerialibus ipsius Comitatus, & cum Episcopo proprio ipsum Comitatum prævideant, donec jussio nostra inde fiat. Et pro hoc ille non irascatur, qui illum Comitatum providerit, si eundem Comitatum alteri, cui nobis placuerit, dederimus, quàm illi, qui eum eatenus prævidit. Similiter & de Vasallis nostris faciendum est.

Comites autem erant Iudices totius Pagi (sive Provinciæ) sed Vice-Comites non nisi Civitatis. (Vndè Visconti Mediolanenses) Pagus verò Comitis, id est, Comitatus, Italis **Contado**, aliis **Comitia**, Gallicè **Pays & Conté**, dividebatur **in Vicarias, Centenas & Decanias**, in quibus Iudices erant Vicarii, & Centenarii, nobis **hunderste Mann** / Decani.

Quod autem Caroli M. ac Successorum ætate, Comites, Marchiones ac Duces non erant hereditarii & perpetui, sed regendis Regni Provinciis ad tempus præficiebantur, & ad nutum amoveri poterant; Id etiam liquet ex *lib. 5. Aimoini cap. 1.* ubi sic loquitur. Ordinavit autem Carolus M. per totam terram Aquitaniæ, Comites, Abbatesque, nec non alios plurimos, quos Vassos vulgò vocant, ex gente Francorum, quorum prudētiæ & fortitudini, nulla calliditate, nulla vi obviare fuerat tutum, eisque commisit curam Regni, prout utile judicavit, finium tutamen, Villarumque ruralium provisionem. Minus.

-ræus *Annal. Belg. sub Anno 853. folio 347.*

More mediæ ætatis scriptoribus Germanicis usitato, nomen Comitum reticebatur, quia erat nomen officii, & nomina familiarum nondum erant usitata: ut alicubi *es recherches* Pasquietus notat. Quem morem reprehēdens Ioach. Camerarius *in Chronolog. Nicephor.* sic scribit: In scriptorib. nostratibus oscitantia quædam reprehendi & futilitas posset: qui quasi omnibus æquè explorata & nota atque ipsis, quæ exponerent, quasique posteri tum præsentes essent, ita neque explicatè, neque distinctè, tàm de negotiis, quàm rebus verba fecerunt, cum nominib. personas variè cōfudisse reperiantur. De quibus quid possimus nos aliud, quam optare, plus fuisse in illis diligentiæ, prudentiæque & doctrinæ.

Comitatus, est Curia vel aula Principis & Imperatoris, judicium Regium, *l. milites. 13. §. ignominiosa. ff. de re milit:* ubi est Imperator.

Comitatus, secundum Alciat. *in l. pupillus 239. §. territorium. ff. de V. S.* propriè de Imperatoria Aula dicitur; sed quia tempore Carol. M. regnantibusque Berengariis & Othonibus, ad singulas Civitates regendas aliquis Comes mittebatur, cæpit Iurisdictio, territorium, & districtus (quoniam illi Comes præerat) Comitatus dici. adde wesenb. *consf 295. numer. 19.* Killinger. *d. Ganerb. c. 14 f. 156.*

Satis constat: Dignitatem eorum, quos hodie Comites vocamus, indè habuisse originem, quod Imperatores & Reges, quibusdam, quos proplus & familiarius adhibebant, id nomen honoris ergò tribuerint.

Et de Comitibus ejusmodi, eorumq; officio, elegans est locus inter Epistolas Iohannis Sarisberiensis, Carnotensis Episcopi, quas è Bibliotheca Papirii Massoni, Parisiis in lucem edidit ejus frater Ioann Massonus *epist. 263.* Comites, inquit, à Societatis participatione dici, quisquis ignorat, ignarus est literarū, quas liberalis institutio primas tradere consuevit. Nam sicut alii Præsules in partem sollicitudinis à summo Pontifice evocantur, ut spiritualem exerceant gladium; sic à Principe in ensis materialis communionem, Comites quidam, quasi mundani Iuris Præsules asciscuntur.

Idem Episcopus horum Comitum duo in universum facit genera: & quidem ait, qui hoc officii gerunt in Palatio, Iuris authoritate Palatini fu[illegible]: qui in Provinciis, Provinciales.

Atque hi Comites in Francia esse solebant Iudices Ordinarii. Itaque Gregorius Turonensis, de S. Nicetio agens, Armentarium Comitem, ait, Lugdunensem urbem potestate Iudiciariâ gubernasse. Caroli Capitulare. *lib. 4. c. 5.* Volumus, inquit, ut Comites, qui ad custodiendam mari-

ritimam deputati sunt: quicunque ex eis in suo ministerio residet, de justitia facienda se non excuset propter illam Custodiam; Sed ibi secum suos Scabinos habeat, si ibi Placitum teneat, & Iustitiam faciat, vide idem Capit. *lib. 2. cap. 6.*

Plura de Comitibus habet König. *in polit. 1. cap 38. fol. 548. &c.* Gothofr. Ant. *disp. feud. 2. thes. 4. lit. c.* & ego *d. tract. d. Comitib.*

66. Gramm vnnd Widerwillen.

Verba Gramm vnd Widerwillen quid importent, vid. Gerichtliche Acta der Statt Braunschweig Huldigung betreffendt/ *part. 2. respons. 1. num. 5. 6. 21. 25. 69. 75. 76. 82. & 213.*

67. Gräntzen.

Vtrum circa delictum in confinio, auff der Grentz vnd Anwandunge duorum territoriorum commissum, ut constare non possit, in utro illud sit inchoatum vel perfectum, confines in Iurisdictione concurrant? vid. Caspar. Leipold. *de concurrentia Iurisdictionis, apud Arumæ tom. 1. quæst. 13.*

Plura congessi ego *in tract. d. territorio.*

68. Groschen.

Dutichen oder doppelte Silbergroschen/ gehen zu jetzigen Zeitten auff die Cöllnische Marck 116. Stück/ halten sein 14. Loth/ 4. Gran/ vnd werden auff 12. fl. 9. Groschen außgebracht/ Alemannus *in palæstr. consult. consult. 8. quæst. princ. 1. partit. 43.*

Ein Silbergrosch ist vor Alters einem Schilling gleich geachtet vnd geschetzt/ Alemannus ibidem. Wann aber zum Wort Silbergroschen andere erclärende voculæ, als Fürsten-Müntze/ gut Gelt/ oder dergleichen hinzu gesetzt/auff solchem Fahl werden Reichs-Apffel oder gute Silbergroschen verstanden/ vnd kan sich der Schuldner in Erlegung der Schilling vor Silbergroschen seiner Obligation nicht entbrechen. Alemann. ibidem.

Zweintzig Böhemische Groschen seynd auff einen Reichs-Gulden zurechnen. Coler. *in proceß. executiv. part. 1. cap. 10. num 13.* ubi inter alia scribit: Cùm Bohemici grossi, quorum viginti florenum constituunt, ab usu recessissent, magni nominis Principem, ut à quadam Civitate liberâ, præfecturam, pro aliquot millenis florenis, in nulla alia, quàm Bohemicorum grossorum moneta rursum exolvendis, oppigneratam redimeret, à Ferdinando impetrasse, quòd pro certa quantitate Bohemici grossi de novo fuerint procusi.

69. Grundtherr.

Hunc æquè Wehnerus ac Rudingerus,

gerus, pro Domino directo sumit: sed meo judicio idem est, quod Dominus territorii; qui habet Dominium jurisdictionale supremum, & universale.

Et vigore hujus juris, sancitur in Saxonico jure, *Landr. part. 1. art. 35.* Alle Schätz (hoc est, metallicæ venæ) so unter der Erden begraben/ tieffer/ dann ein Pflug / gehören zu der Königlichen Gewalt.

70. Grundrhür-Recht.

Lege Rhodia nautica, *in l. axiosis. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* inter alia licuit fisco & publicanis, res naufragorum fluctibus ejectas occupare, & sibi retinere. Quod jus Legis Rhodiæ olim usitatum, etiamnum hodiè in plerisque locis maritimis observatur, quibus res appulsæ littori, vindicantur Dominis territorii illius, quod mare alluit. Grundrhür-Recht. Speckhan. *Cent. 3. quæst. 45. à princ. num. 1.* Quod jus apud acolas Rheni usitatum scribit Sichard. *ad auth. navigia. num. 2. Cod. de furt. & serv. corrupt.* Et apud Gallos, Dominum provinciæ & territorii, hæc bona qua *ἀδέσποτα* oberrantia & incertum Dominum habentia, occupare & sibi vindicare, notat Guil. Benedict. *in c. Rajnutius. verb. & uxorem. num. 935. de testam.* Speckhan *dict. l.* adde Gryph. *de Insul. cap. 31. numer. 101. & seqq.*

71. Guardian.

Guardiani & cæteri Conventuales Prælati, ut Rectores, Priores, &c. sunt verè Prælati habentes dignitatem Ecclesiasticam. Vicarii autem, tunc tantùm sunt Prælati, cum præsident Conventibus, qui propter paucitatem fratrum, nomine Guardianatus minimè appellantur, sed nomen Vicarii illis tribuitur, aliàs non sunt Prælati.

Minora negotia, quæ Guardiani de jure possunt exercere, sunt omnia, quæ pertinent ad observantiam Disciplinæ Regularis, & quæ pertinent ad ordinariam Gubernationem Conventus, ad quæ suos subditos possunt censuris cogere; majora verò sunt, quæ præcisè ad Iurisdictionem Episcopalem pertinent: ut licentiare subditos ad ordines sacros, Prædicatores & Confessores instituere, dispensare & absolvere à reservatis, graviora supplicia infligere, & similia.

Abbates, qui à Regibus præsentantur, & à summo Pontifice præficiuntur (quales sunt multi S. Benedicti) sunt reverà Prælati majores, cùm immediatè habeant Iurisdictionem Episcopalem. Hæc ex *compendio Quæstionum Regularium*, P. Emanuelis Roderici, *verb. Guardiani.*

72. Guarentigiatum Instrumentum.

Instrumentum guarentigiatum (quod & dicitur confessatum) vocatur, quod paratam executionem habet, à *Guardia*, id est, securitate, quam Creditori Clausula *Guarentigii* præstat, quæ vulgo ita solet concipi: daß der Glaubiger Macht haben soll/ mit oder ohne Recht/ absque litigii sufflamine, ohne vorgehende Citation und Proceß/ alsobald per viam facti zuprocediren/ oder auff den Fall der nicht Haltung/ sich auff dem eingesetzten Unterpfandt/ selbst de facto eigener Weise bezahlet zumachen/ tanquam omni jure peracto. Bald. *in l. etiam. C. de execut. rei jud.* Cyn. & Bl. *in l. 1. C. de Confess.* Bart. *in l. 2. ff. de recept. arbitr.*

Guarentigiare verò apud Thuscos, seu Italos nihil aliud est, quam firmare, uti apparet *ex §. Sin autem. tit. de Lege Corradi. in usib. feud.* ubi Bald, *inquit*, Guarentare est verbum Thuscorum, qui appellant Instrumentum Guarentigiæ firmitatis & præcisum, cui omninò standum est. Iason. *in l. 1. §. Si quis ita, nu. 28. ff de V.O.* Itaque Instrumentum guarentigium idem sonat, quod firmum atque ratum. vide Parlador. *rer. quotid. lib. 2. §. 11. de Instrum. guarentig. num. 3. & seqq. m. f. 37. & seqq.*

Instrumentum publicum seu guarentigiatum non solùm paratam executionem habet, quantum attinet ad ea, quæ in illis expressim aut principaliter continentur; sed etiam quantum ad ea, quæ in illis aut tacitè aut indirectè comprehenduntur. Specul. *de Instrum. edit. §. restat. num. 42,* Ias. *in l. cùm filius. num. 10. ff. de V.O* Bald. *in l. ubi adhuc. colum. 4. C. de jur. dot.* Alex. *in l. jurisgentium. §. quod ferè. ff de pact.* vide Alexan. *consil. 126. volum 6.*

Cùm id quod tacitè ex Instrumento colligitur, ipsius Instrumenti tenor censetur, pro expressoque haberi debet. *l. cùm quid. ff. si cert. pet. l. asse toto. ff. de hæred Inst. l. jurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact.* Boër. *decis. 313. num. 15.*

Hàc autem factâ executione, licet jus suum, non obstante sententiâ, in puncto executionis lata, prosequi.

Hocque ni esset, Guarentigiatum Instrumentum, non ullâ prærogativâ præ cæteris emineret.

73. Güter.

Bona dicuntur ex eo, quod beant, id est, beatum faciant. Beare enim est prodesse, *per l. bonor. appellatio. ff. de V. S.* Vndè res, quæ plus incommodi afferunt, bonorum appellatione, propriè non veniunt. *l. propriè bona. ff. eod. tit.* ubi Gœddæus.

Bonorum appellatione, quæ propriè veniant, vide Bertazol. *in tract. Claus. Instrum. Claus. 12. gloss. 2. nu. 3. & seqq.*

& seqq. adde omninò Arium Pinellum, *in rubr. Cod. de bonis maternis. part. 1.*

74. Gülden / Rheinische Gülden / gute Gülden / Rheinische Goldgülden / gantze Reichsgülden / Magdenburg- und Lübeckische Gülden.

Quandò in Instrumẽto verba Rheinische Gülden reperiuntur, de florenis usualibus, von Gülden in Müntze / nicht aber in Golde accipiuntur. Usitatè & communiter enim per Rhenensem florenum, significatur moneta, quæ valet quindecim Bacios, sive sexaginta Crucigeros, etiamsi dictum sit, guter Rheinischen Gülden. Nomina enim ex communi & vulgari usu exaudiri debent. *l. Labeo. 7. §. servus. 2. ff. de suppell. leg.* & sequimur id, quod in regione, in quâ quid actum, frequentatur. *l. semper in stipulationib. ff. de R. I. l. si servus. 50. §. ult. ff. de leg. 1.* Porrò in obscuris inspicimus illud, quod plerunque fieri consvevit. *l. in obscuris 14. ff. de R. I. c. inspicimus. tit. eod. in 6.* Ac etiam dispositiò de nummis, intelligenda est de exiguioribus. *l. nummis. ff. de leg. 3.* Et postremò, obscuram conventionem interpretamur contra Creditorem, qui legem apertiùs dicere potuit. *l. veterib. placet. 39. ff. de pact. l. cùm quæritur. 26. ff. de reb. cred.* Consentit Sächsische Landsord. *part. 2. const. 29. ibi.* In diesen alten Verschreibungen / stehen die Wörter / Rheinische Gülden absolutè, und und würde nicht außgetruckt / ob es Gold oder Müntze gewesen: dieweil aber vor Alters der Goldgülden auff einen Gülden Müntz geschlagen / so ist man hierinnen einig / daß solche Wörter Rheinische Gülden / vor einen Gülden Müntz / wie derselb damals würdig gewesen / zuverstehen. Mynsing *cent. 1. obs. 65. cent. 5. obs. 83. nu. 1.* Thoming. *dec. 19. num. 12.* Item verba guter Gülden / de moneta argentea intelliguntur, werden auff Müntze / und nicht auff Gold gezogen / Sächsische Landsord. *d. l. vers.* also auch.

Limitatur, si verbis Rheinische Gülden / aliæ voculæ sint additæ, als voll / oder vollwichtig. Aleman. *consult. 8. qu. princ. 1. part. 9.* Mynsing. *cent 1. obs. 65.* vid cons. illustr. Baptist. Cæs. *consil. 16. part. 1. & seq. cons.* Item wichtig. *Consul. Constit. Sax. lib. 1. part. 5. cas 18. num. 13.* sive gut von Golde / und schwehr von Gewicht. Mynsinger. *cent. 5. observ. 83.* Hoc enim in casu, pacto expressò stãdum, nec alius sensus fictitius assumendus. Cùm in claris & expressis quæstionem movere, sit inanem laborem suscipere, atque in cassum laborare. Sive Rheinische Gülden in Gold / Alemannus *d. l. fol. 450.*

Rheinische Goldgülden halten für gemein / in feinem Gold / 18. Karatt. 6. auch 9. Gran / gehen in die Cölnische

sche Marck 72. Stück / seynd gültig vormals 75. Creutzer. Ferdinandi Müntzordnung zu Augspurg den 19. Augusti, Anno 1559. §. hierauff so ordnen / setzen vnd wollen wir / rc.

Florenus, Germanicè ein Gülden / nomen & initiũ habuit à Civitate Florẽtiæ. Dicũtur etiã Floreni, ob florem in ea moneta olim impressum, ut testatur Christophorus Landinus, *in sui gloss. ad Italic. Poem. Dantis*, ac etiã refert Plotus *in addit. ad consil. Mart. Laudens. consil. 52.* Prout & multæ monetæ ab imagine impressa nomen receperunt, ut Caroli, Cabalotti, duplæ rosæ & duorum capitum, aurei Solis, Philippi, Iulii, Pauli & similes. vide Casp. Ant. Tessaurum. *in tract. de aug. monet. part. 1 num. 24.* Vox etiam Gülden apud nos adhuc scribitur per literas initiales fl.

Posteà etiam in Germania hi floreni fuerunt cusi, eorumq; usus fuit frequentissimus. Contigit autem, ut bonitate intrinseca degenerarent isti florentini: ideoque alii à quatuor Electoribus Rheni excusi, qui Rhenenses appellati sunt: Cùm verò dicti Rhenenses, qui excusi erant ad valorem unius floreni seu 60. Cruciatorum, in valore, ut fit, augerentur, idque propter deteriorationem minutæ monetæ argenteæ, secundum quam æstimabantur, Tileman. Fries. im Müntzspiegel. *libr. 4. cap 15.* ibi tùm Consuetudo imaginarios florenos, qui nomen & valorem prædictum retinerent, introduxit, & cœperunt ad istum valorem excudi floreni in Argento, qui in superiori Germania vocabantur Güldentaler / Güldengroschen / in inferiori schlechte Taler. Cæterùm, ubi & aureorum & argenteorum florenorum valor denuò accresceret, mansit iste valor legalis & impositivus; cujus beneficio floreni isti imaginarii, quindecim Baciorum seu sexaginta Cruciatorum, hodiè nobis sunt reliqui. Bornit. *lib. 1. cap. 10.*

Quid nomine, der Gülden veniat in furtis. vid. Zieritz. *ad ad Constitut. Crim. art. 157.*

Sonsten ist ein Güldẽ vor zwey oder dreyhundert Jaren ein Ducat geweßt / wie dann Florenus ab aureo Florentinæ Reipublicæ genennet würdt / vide Freher. *de monet.* Also findet man auch in alten Brieffen N. N. tausent Gülden / alles guter vñ rechtgewogner Vngarischer vnd Böhemischer Gülden / gut von Gold / vnd schwehr an dem Gewicht. Item in aliis Instrumentis werden ettwan florentzer Gülden erwehnet.

Für einen Goldgülden erkent man in Camera Imperiali fünff Ort eines Güldens. Author decisionum seu præjudiciorum Cameræ Imper. §. Goldgülden. *vid. item cons. Mod. Pistor.*

75. Güldenzahl.

Cùm de Paschate in Nicæno Concilio discuteretur, ea occasione ad faci-

facilius inveniendum cujuslibet anni Paschalem diem, ibidem constitutum esse Numerum, aureum dictum, novendecim annorum periodum continentem, testis est S. Ambrosius, *Epist. ad Ephes.* vide Baron. *Anno Christi 325.*

Die Güldenzahl / die auch genent würdt der Mondencircul / auch Lateinisch Cyclus Lunaris: Item Decemnovalis, ist ein Zeit von neunzehen Jaren / nach welcher Versliessung alle newe vnd volle Monden mit jhren Viertheiln widerumb in jhren vorigen alten Ort deß Zodiaci einkommen / vnd daß nach allen 19. Jaren das Intervallum, das ist / die Zeit zwischen Weihenachten vnd Faßnachten sich von newes anfanget. Barth. Scheræus in der Teutschen Spraachschule. *mihi. fol. 203.* vide Rationale Divin. offic. *lib. 1.* & Polydor. *lib. 2. cap. 4. in fin.*

76. Gwelfen vnd Gibelliner.

Cum An. Chr. CIↃ CXXVI. Henricus V. Imp. Trajecti XV. Kal. Iunii, absque prole decessisset, & Principes Wormatiæ Comitia Imperatoria habuissent, plærique Lotharium, Gebhardi Comitis in Suplenburg & Arnsperg, ex Comitibus Querfurt, oriundi F. Saxoniæ Ducem ab Henrico V. institutum; Regem Romanorum nominarunt, atque Idibus Septembris Aquisgrani coronandum curarunt. Vndè primum cum sui Regni annum numeravit, competitoribus Conrado Franconiæ Duce, Henrici Imp. defuncti ex sorore Nepote, Leopoldo Marchione Austriæ, & Carolo Comite Flandriæ; Cæteri brevi in ordinem redacti, gravior adversus Conradum & fratrem ejus Fridericum Sueviæ Ducem contentio fuit: quos tamen Lotharius, authoritate maximè, & interventu D. Bernardi, Claræ Vallis Abbatis conventu Bambergensi, in gratiam sæpiùs victos recepit.

Ab hoc Lothario Cæsare Conradus, qui Magnus cognominatur, Marchio Lansbergæ & Lusatiæ, primus suæ stirpis, Marchio Misniæ investitur, An. CIↃCXXVI. Is Vxorem habuit Luitgardim (non Luciam, ut F. Felix & Bruschius malè habent) Sororem Conradi, qui post Lotharium An. Chr. CIↃCXXXVIII. Imperator electus, Welphorum partes, à tempore Henrici IV. jam cæptas, adversas habuit; expeditionem Hierosolymitanam, hortatu S. Bernhardi Clarevallensis paravit, in qua ipsemet Francofurdiæ, cum multis Germaniæ Principibus, ac ipso Welphone Duce adversario suo Cruce signatus est: at exercitu eorum partim inedia, partim aëris intemperie, partim Sarracenorum armis, ac Græcorum dolis & fraude, penè deleto, infelicem habuit exitum expeditio illa; cùm negotio infecto, & ob ingen-

tem suorum cladem, animo consternato, redire coactus sit Imperator: Bello autem post reditum, inter ipsum & Welphonem redintegrato, tunc primum auditum esse dicitur nomen Guelphorum & Gibellinorum; A' duabus enim hisce familiis, de Weiblingen & Welphis, ex quarum prima Impetatores, ex altera vero præpotentes Duces sunt exorti, quæque per multos annos de primatu inter se concertarunt. Multi autumant factiones Welphorum & Gibellinorum postea in Italia exortas, quæ primum sub Friderico II. Imp. audiri cæptæ, diu propter Romanorum Pontificum ac Cæsarum discordiam, Christianam Remp. afflixerũt. Stengel. *d. Monasteriis Ord. S. Benedicti.* ubi de Elchingen. ego. *d. Educatione, studiis litterar. &c. f. 4. ad fin.*

Welfus, filius Azonis Marchionis Italorum, suscipit Ducatum Bojariæ. Is filiam Othonis, Bojoariorum Ducis, jam antea duxerat uxorem. A' Welfis originem trahit familia Ducum Brunswicensium, hodiè regnantium, Miræus *in annal. Belgic. de An. 1071. f. m. 621.*

Tempore Gibellinorum & Guelforum pestes exortæ, longè lateque sævire, ferro flammâ, vastitate undique grassari cœperunt, plerisque in civitatibus & urbibus ortæ inter Ecclesiasticos & laicos dissensiones & turbæ: illis Pontifici, his Imperatori adhærentibus. Hinc accidit, ut An. Chr. MCCXLVI. Conradus Cæs. qui per Patris Friderici II. absentiam, Germaniæ præerat, ob odium Hartmanni & Alberti Comitum Dilingæ, qui in fide Pontificis permanserant, Neresheimensem Ecclesiam incenderet, & anno sequenti cùm iterùm ibidem castra posuisset, adjacentia quæque succenderet; Cùmque idem Rex A. MCCXLIX. tertia vice Castra sua in Neresheimensi territorio collocasset, Henricus Burgoviæ Marchio Claustrum & & Ecclesiam SS. Andreæ & Blasii succendit. Stengel. ubi de Neresheimb.



1. Hab vnd Gut.

JVxta communem & usitatum linguæ vernaculæ usum (qui attendendus est, & secundum quem verba exaudienda sunt) vocula Hab/ die fahrende Hab: Gut/ die ligende Gutnd denotat, Matthęus Wesenbec. *part. 5. consil. 209. num. 75. & seq.*

2. Haben/ halten.

Verbum *habet* vel *habere* Dominium denotat. Eam enim rem quis proprie habere dicitur, cujus dominium habet. *l. habere. & ibi Dd. ff. d. Verb. Sig.* Hoc ideò verbum cum effectu accipiendum est. *l. nomen filiar. §. fin. ff. d. V. S.* Bertachin. *in repertor. verb.*

verb. habere. n. 16. Ideoque traditum est, quod quis proprie dicatur habere rem illam, cujus ipse & dominium & possessionem habet, non autem illam rem, cujus respectu quis habet vel actionem, vel spem etiam radicatam. Bart. *in l. nemo vi dicitur. ff. de in integr. rest.* Cagnol. *in l. qui actionem ff. d R. I.*

Licet verbum *habeatur*, denotet fictionem, & non veritatem, tamen si illa verba, *in omnibus & per omnia* præcedant, illud verbum *habeatur*, **werde gehalten** / denotat veritatem. text. sing. *in l. 2. §. furiosus. verb. in omnib. ff. de Iure Codicill.* Ang. *l. in negotiis. ff de re jud.*

Et ad hoc ut forensis effectus Civis gaudeat Privilegio veterum civium, cautela est, ut apponantur verba mixta, scil. habeatur & sit, **daß er Burger seye vnd darfür gehalten werde.** Bart. *in l. is qui pro. ff. de usucap.* ubi dixit: quod illa verba habeatur pro cive, faciant verum civem. Habita tamen ratione ad originalem civitatem, illa non dicitur vera sed ficta civitas. Corsetus *in sing. lit. H. verb. habeatur*

Notandum itaque est, quod ad hoc ut verbum *habeatur*, importet veritatem, necesse est, ut apponatur aliud verbum, quod denotat veritatem, nimirum *in omnibus & per omnia*: quæ geminatio verborum inducit efficaciorem effectum. Bald. *in auth. sed cum testator. C. ad L. Fal.* & *in l. neque natales C. de probat.* Ioann. de Imola *in c. & si Christus. de Iurejur.* ubi dicit: Sermo duplicatus censetur cum majori & matura deliberatione prolatus. gl. *in Clem. fin. de appell.* text. *in l. cum scimus. C. de agricol. & censit.* Verba etiam illa *in omnibus & per omnia*, nimis sunt generalia, multum prægnantia, & nihil excludentia. arg ejus quod not. *in l. balista. ff. ad Trebell. l. si extraneus. ff. de jure dot.*

3. Häcker / Taglöhner / Happendienst / Handfrohn.

Ejusmodi operas præstare tenentur, qui aratrum non habent, & plerunque aratrum fovens, tanquam plus possessionatus, in duplum tenetur, Bapt. Cæsar. *in cons. illustr. ICC. part. 1. cons. 85. num. 1.* Ubi quæritur, an nobiles teneantur æqualiter cum vicinis rusticis, in villa habitantibus contribuere ad onera pro tempore necessitatis, & in specie in casu **bey Einlagerung der Reuter.**

4. Hafftgelt / Mahlschatz / Handtrew.

Arrha est donativum à Sponso & Sponsa utrinque alteri datum, in testimonium, & quasi pignus factæ de futuris nuptiis inter eos sponsionis: & arrha non liberalitatis, sed fidei causa datur & accipitur.

Mozz. *in tract. de Matrimon. tit. de accidentalib. Matrimonii. nu. 1.* Beust. *d. jure connub. p. 1. c. 6.* Speckhan. *centur. 3. quæst. 10. claß. 1.* Vnde illud vulgare: ist der Finger beringet / so ist die Jungfraw bedinget: rc. Et nihil habent commune cum dote vel donatione propter nuptias. Et quando arrhæ intervenerunt, tunc præsumitur pro sponsalibus. arg. *c. illud. de præsumpt.* Quando verò datus est annulus à Sacerdote vel eo præsente, tunc præsumitur pro matrimonio gl. *in c. fœmina. 30. quæst. 5. in verb. annulus* Attamen arrhæ datio quia æquivoca, idcirco nihil certi probat, nisi constet de verbis præteritis, vel consuetudine loci, quæ ex eo argumento pro sponsalibus concludit. Præsumptio nihilominus erit pro sponsalibus non tàm ideò, quod res sit favorabilis, quàm quod inter ejusmodi personas de contractibus, in quibus similiter arrha intervenit, non præsumatur, nec facta rei datæ donatio libera, mera vel pura, latè Alb. Gentil. *de nupt. lib. 2. cap 26.*

Et solet iste annulus illi digito, qui proximus est infimo insigniri in manu sinistra, per rationes, quas tradunt Gellius *lib. 10. cap. 10.* & Macrob. *saturnal. lib 7.*

Intervenientibus autem his arris, ille qui dedit arras, si solvat sponsalia, amittit eas, si verò ille, qui accepit arras, solvat sponsalia, non tantum acceptas amittit, sed aliud tantundem de suo reddere cogitur, & sic ad duplicatas arras tenetur, quando est major 25. annis. Si verò est minor, tunc solum tenetur ad Arras, quas recepit, ut latiùs declarat Imperator *in l. 5. C. de sponsal.*

Quando autem cesset arrarum pœna vid. Beust. *d. loc. vers. cessat. & c. m. fol. 9.*

De natura arrharum est, ut sequuto contractu vertantur in partem solutionis, interim vero præstant argumentum contractus celebrati. *l. fin. ff. de l. Commissar.* v. Hardewic. Dassel. *cons. 28. lib. 1* Nec illarum datio facit desinere rem esse integram, nisi quando liquet, esse datas pro parte pretii, quo casu non receditur à contractu. Iaf. *in l. ab emptione. n. 4. ff. de pact.* adde Mart. *de Clausul. fol. mihi 269. cl. 329.* In *l. quod sæpè in pr. ff. de contr. empt.* dicit IC. Cajus: Quod sæpe arrhæ nomine pro emptione datur. Idtamen non eo pertinet, quasi sine arrha conventio nihil faciat, sed ut evidentius probari possit, convenisse de pretio. Iunge Ludovic. Molinam *in tract. de justit. & Iur. tom. 2. tract. 2. disput. 338. num. 2.*

5. Hagestöltzen.

Cœlibes olim ignominia, imò contumelia affectos fuisse, videre licet apud Gœddæum, *ad l. Spadonum. 128 ff. d. V. S.* Plutarch. *in Lycurg.* Iohan. Crug. *Colleg Polit. d. sp. 2. th. 22.*

tb. 22. Romani Censores Camillus & Posthumius, æra, pœnæ nomine, eos, qui ad senectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre jusserunt. Valer. Maxim. *libr. 2. cap. 4.* Quin nihil ex Civium testamentis capere potuerunt, teste Sozomeno, *lib. 1. cap. 9.* Et hoc servatur etiam in quâdam ditione Palatinatus, quam Odenwald vocant: ubi ii, qui excesserunt 25. ætatis annum, cœlibatumque professi, dicuntur Hagestöltzen/ quorum bona post mortem devolvuntur ad fiscum, eò quòd annos suos consumpserint, & mariti & patris nomine vacuos, ex Schönborner. *lib. 1. polit. cap. 6.* refert Dn. Herman. Lather. *de censu. lib. 3. cap. 3. num. 38.* Sed aliter hanc vocem sumit Wehner. *hic.*

6. Halßgericht.

Ob ein Vnterschied vnter dem Halßgericht vnd blutban seye? Auch ob einer vom Adel/ der zwar alle Obrigkeit/ aber die Zeichen nicht hat/ solche für sich selbsten auffrichten dörffe? vide Bidembach. *in quæst. nobil. 14.* & Ludov. Pegueram. *decis. 81.* ac me, *in tract. d. jurisdict. ad fin.*

Das Wort Halßgerich begreifft in sich totum Imperium merum: imò merum vnnd mixtum Imperium zusamen/ ita docet & testatur Schneivvin. *de feud. part. 2. quæst. 6. nu. 85.* ubi inquit: I., qui habet die Ober- vnd Halßgericht/ habet potestatem Gladii, & sic jus animadvertendi in facinorosos homines, ita, ut de omnibus criminibus publicis & privatis cognoscere & judicare possit: ut est crimen homicidii, adulterii, falsi, incestus, stupri, incendii, furti: & regulariter hat er Mißhandlung vnd Vbelthäter zurechtfertigen/ die da Haut vnd Haar/ Leib vnd Leben betreffen. Vndè fit, ut & ad eum spectet cognitio injuriæ realis atrocis, als Kampffer-wunden/ welche deß mittelsten Fingerstieff/ vnd desselben längstes Gliedes lang seynd. Item Fleischwunden/ Beinschrötigewunden/ durch den Hirnschedel oder Knochen. Deßgleichen Schandmal/ welches seynd alle Wunden vnter dem Angesicht/ so das Haar nicht bedecken kan. Nam quandò talia vulnera infliguntur dolo & ex proposito, potest criminaliter & civiliter agi: Vnd dieses hat statt/ wann gleich in den Investituren der Anhang deß Banns vber das Blut zurichten/ vnd solchen Bann einem taugenlichen Amptmann zubefehlen/ nicht dabey stunde/ welche Clausula doch alle dubitationes gründlich auffhebt.

Ferner welcher die executionem causarum & sententiarum criminalium hat/ selbigem gebürt regulariter zugleich die cognitio derselben/ & econtrà: Ob schon deß Banns vber Blut zurichten in specie nicht were gedacht worden. Per reg. *in l. 2. de jurisd. & l. 3. §. quod habet, ff. de servi-*

tut. rustic. præd. Cui enim consequens concessum fuit, eidem & omne necessarium antecedens concessum cêseri debet & ècontrà. Dieweil man je zu der Peinlichen execution nicht kommen kan / es seye dann zuvor vber die Criminal Sach ein Peinlicher Proceß gehalten / vnd die Peinliche Vrtheil eröffnet worden. Est namque merum Imperium quid totum & integrale, cujus pars est Criminalis Iurisdictio. Vndè propter partem istam, totum ipsum ejusdem naturæ, cum parte censebitur. *l. 3. §. in certam. ff. de acquir. poss. & l. locus.* cum ibi not. *fi. eod.* Id quod in feudis notandum esse, ostendit Bald. *in cap. 1. § cùm enim col. 2. de content. int Dom. & fid. num. 2.*

Quodq; Imperium merû omnem omninò graviorem coërcitionem, & omnes à Bart. designatos meri Imperii gradus comprehendat, tradit etiam Longovallus, *ad l. Imperium. numer. 77. 78. & 87. ff. de Iurisdict.* ubi docet, omnes causas, quæ corporis correctionem respiciunt, esse meri Imperii. Nam quæcunque causæ ad hæc tendunt, ut in facinorosos animadvertatur, meri Imperii nomine censebuntur.

Also gehören ad merum Imperium, alle maleficia, so Leib- vnd Lebens-Straaff auff jhnen tragen / qualia sunt omnia parricidia, omnia homicidia, omnia veneficia, omnes seditiosi, omnes qui cogunt mulieres, ut ejiciant partum jam animatum, omnes, qui sibi ipsis manus inferunt propter conscientiam sceleris, omnia sacrilegia, omnes raptus Sanctimonialium, vel eas carnaliter cognoscentium, omnis incæstus, maximè tamen adulterio conjunctus, raptores Virginum, lædentes majestatem divinam & humanam, publicì famosi latrones ac fures, fabricantes vel scienter expendentes falsam monetam, incendiarii, prædones, assassini, omnia adulteria & Sodomitica crimina, omnes receptatores latronum, peculatores, lenocinia, rumpentes salvam guardiam, famosum libellum in alterius infamiam edentes, mala venena conficientes aut propinantes, effractores carcerum, ambulantes cum telo, hominis occidendi causa, falsum dicentes testimonium, propinantes poculum amatorium, vel abortionis causa percutientes mulieres prægnantes, ut abortum faciant, mandantes vel ratificantes, vel auxilium homicidio aut prædictis sceleribus præstantes. Chassan. *ad consuet. Burg. rubr. 1. vers Et droicts d' icelles.*

Damnatio item in metalla, abscissio sive mutilatio membri, puta manus, digiti, vel auriculæ, privatio libertatis. Bolognet. *ad l. Imperium. num. 39. 40. 60. & seqq. de Iurisdict.* Vltimum enim Supplicium & mutilatio sive truncatio membri sunt ejus-

ejusdem gradus. Zasius *ad d. l. Imperium. num. 12.*

Condemnatio itidem ad perpetuos carceres est meri Imperii. Bolognet. *d. l. numer. 72.* Cagnol. *ad sup. d. l. Imperium. num. 204. & seqq.* dicens, taliter punitos amittere factionem testamenti activam & passivam.

Comparatur enim perpetuus carcer servituti, & perpetuus carcer est ultimum supplicium, Valascus *ad l. Imperium num. 165. cum seqq.* Quinimò carceratio etiam ad tempus ad effectum puniendi, est meri Imperii, licet minoris, quia expeditur officio judicis nobili ad publicam utilitatem, & tendit ad puniendum. Et idem est, si id fiat ad effectum multandi propter inobedientiam. Bolognet. *ad l. Imperium. num. 73.*

Deportatio quoque & relegatio ad triremes, sive in exilium, ad merum Imperium pertinent, ita post Dd. tenet Bolognet. *num. 74 & seqq.* Nam, qui non potest deportare, is nec potest relegare, & deportatus habetur pro mortuo Cagnol. *ad d. l. Imperium. num. 23.* Etenim deportatio est mors civilis, Valasc. *nu. 168.* Et relegare est ejusdem potestatis, cujus est deportare, Valascus. *n. 170.*

Fustigatio quoque & omnis coërcitio corporalis meri sunt Imperii, secundum Bolognet. *nu. 48.* Cagnol. *num. 223.* qui fustigationem in personis nobilibus cõparari dicit pœnæ capitali. Nam omnis pœna, quâ corpus acriter atteritur, sive affligitur, pertinet ad merum Imperium. Cagnol. *num. 241. & num. 251.* Valasc. *num. 173.*

Tortura item, sive ad pœnam sive ad investigandam, exprimendamque veritatem irrogetur, meri Imperii est, Bolognet. *num. 79.* Cagnol. *num. 242.* Caccialup. *nu. 28.* Valasc. *nu. 175.*

Modicam quoque coërcitionem corporis, ut cùm quis lapidem, puta loco scandali, portat, vel multitudini in columna exponitur, meri Imperii esse, docet Zasius, *ad l. imperium. num. 23.* Bolognet. *notab. 4. nu. 43.*

Sic perpetua remotio à dignitate, missio ignominiosa & omnis causa pœnavé infamiæ notam irrogans, mero Imperio adnumeratur: eò quòd tales causæ & honoris privativæ æquiparentur amissioni vitæ & pœnæ capitali. *l. justa* cum gl. *ff. de manumiss.* Cagnol. *num. 234.* Valasc. *numer. 176.* Zas. *num. 11.* Bolognetus, *per l. licet. 103 ff. de V. S.*

His adde excommunicationem, teste Bologneto, *num. 79.* & eodem modo, appellatione pœnæ capitalis, venit etiam excommunicatio. Caccialup. *num. 27.* ubi dicit, nisi inferatur propter contumaciam, excommunicationem esse illius naturæ, cujus est causa, cui incidit. Valasc. *num. 179.* ubi hoc dictum limitat non habere locum, si per partem excommunicatio petatur.

Multam quoque pecuniariam, etiam

iam levem esse meri Imperii, tenet Bolognet. *num. 82.* quia tractatur de animadversione, & expeditur nobili officio ad utilitatem publicam, idque verissimum esse putat Bolognetus, quando pœna applicatur fisco: quia eo casu causa est criminalis, & pœna pecuniaria æquiparatur tunc pœnæ corporali, secund. gloss. *in l. Lex Cornelia. in princ. ff. de injur.* & ea, quæ not. *in l. venia. C. de in jus voc.* Bart. *in l. fin. ff. de privat. delict.* quibus suffragatur Zasius, *ad l. Imperium. num. 17.* dicens, quamcunque levem mulctam, quæ propter publicam utilitatem ob crimina imponitur, etiamsi duo tantùm essent aurei, ad merum Imperium pertinere.

Hinc confiscatio quoque bonorum ei tantùm competit, qui merum Imperium & Gladii potestatem habet, Bolognet. *in l. Imperium. num. 83.* & Valascus, qui dicit esse maximi Imperii *num. 181.*

Et quoniam banniti æquiparantur deportatis, secundum Valascum. *num 178.* ideo bannire est ejus, qui habet merum Imperium.

Accusationem quoque suspecti & ingrati hominis refert ad merum Imperium Valascus *nu. 183.* Et cum ejusdem sit absolvere, cujus est condemnare: idcircò absolutio quoque eorum, qui propter crimina accusantur aut capti sunt, ad neminem alium pertinet, quàm ad Dominum meri Imperii. Bolognetus *num. 143.* Caccialup. *num. 30.* Valascus *num. 64.*

Zu dem halten die Recht vnd Dd. darfür/ wer die Hohe-Obrigkeit in einem Gradu zuüben Macht/ derselb habe auch Gewalt vnd Macht dieselb in allen andern/ der Hohen-Obrigkeit anhängigen gradibus zuexerciren: eò quòd omnium graduum meri Imperii non sit diversa substantia, sed diversa tantùm qualitas, ideòque simul omnes gradus competere ei, qui unum tantùm gradum exercuit. Sapia *ad l. Imperium. num. 55. & seq. ff. de Iurisdict.*

Die Hohe-Fraischliche Obrigkeit habē/ nihil regulariter importat quoad Religionem: Cùm scilicet aperti juris sit, eum qui jurisdictionem in criminalibus habet, non posse dici omnimodam habere jurisdictionem, nisi quod Dii prohibeant, gladio focoque hìc in Imperio & aliis terris agendum esset. Cùm itaque tales, super quibus quis potestatem gladii tantummodò habeat, verè subditi dici non possunt, etiam constitutionis beneficio uti erga eos nō poterit, cùm expressè in illa sic disponatur, quod is, qui eo beneficio uti possit, wem die Vnterthonen zugehören. *vers.* es sol auch kein Stand den andern/ noch derselben Vnterthonen zu seiner Religion tringen. vid. Richvvin. *in formulat. mihi fol. 211. num. 2.*

In etlichen Orten würdt die Hohe-Obrigkeit quoad superiorem, auff gewis-

gewisse Fäll restringirt: als Todschläg / Mord / Brand / auch Raub vnd Diebstahl / da der Dieb oder Diebin vber zehen Gülden werth gestohlen. Die cognitio der vberigen Maleficien / wie auch die Begnadigung bleibt dem Vasallo, außgescheiden der Execution / da einer vom Leben zum Tod zurichten.

7. Hansee-Stätt.

De Civitatibus Hanseaticis egi ego *in tract. de fœderib.* ac item *in tr. d. Legatis.* & quoque *in dissert. d. Civitatib. Imperialib. in fine.* ut & Dn. Adamus Dappius *in disput. d. Civitatib Imperialibus.* Quæ nec repetere, nec transcribere placet. Sed etymon quod attinet hujus vocis, id nunc sollicitè non est indagandum: cùm Ratisbonæ sit Magistratus, qui Hanßgraff indigitatur, & qui cognoscit de litibus concernentib. mercaturam, &c. Hacque ratione Hansee Stätt / nihil aliud essent, quàm Händel-Stätt.

De Hanseaticis etiam Civitatibus addere lubet, quæ habet Hanß Regkmann / in der Lübeckischen Chronic *folio 35* A. MCCCLXXXI. ist die gantze Wendische Hense zu Lübeck beysammen gewesen / vnd haben gehandlet. Es begab sich aber / daß die von Braunschweig sich gegen ihrer Obrigkeit auffgeworffen hatten / vnd etliche ihres Rahts vmbgebracht / etliche auch auß der Statt verweiset / derohalben sie acht Jahr auß der Hense verweiset waren geweßt / also daß sie nicht mögen handlen in einiger Gesellschafft der Hense Stätten. Haben derowegen vor den Geschickten der gemeinen Hense Stätt zu Lubeck / Gnad vnd Verzeihung begehrt. Vnd dasselbig ist mit offentlicher Bekandtnus also zugangen / daß die Geschickten von Braunschweig habē mit blossen Haupten / Barfuß auß Marien Kirchen gehen müssen auff das Rahthauß / vnd brennende Liechter in der Hand getragen; vnd vor die Hense Stätt auff die Knie gefallen / vnd Verzeihung jhres Vngehorsambs begehrt. Vnd sind also widerumb in die Gemeinschafft der Hense gelassen / daß sie den andern Stätten gleich möchten werden / alle Privilegien vnd Gerechtigkeiten haben vnd gebrauchen möchten in den vier Cuntoren: als zu Bruck / in Flandern / zu Bergen in Nortwegen / zu Lunden in Engelland / vnd zu Neugarten in Rußland.

Es ist auß diser Geschicht vnd Exempel zumercken / das die Verbündtnus gemeiner Hense Stätt vorgenommen ist / nicht allein der Kauffschafft halber / sondern auch vmb gemeinen Frid vnd Einigkeit / vnd gut Regiment / vnd Gehorsamb in allen Stätten zu erhalten / derohalben sie auch solche Straff vnder sich gehabt haben.

Qui idem *fol. 59.* de Anno 1447.

einen Abschid der Hensè Stätt referirt / wegen der Auffrührer / volgenden Innhalts: Fort mehr haben die Stätt gäntzlichen vberein getragen / wann das noth vnd behuff ist / die Hense wider zu ernewern / also / wer es / daß in einiger Hense Statt der Raht von jhren Burgern würde vnmächtig gemacht / so soll der Statt newe Raht vnwürdig seyn / im Raht der andern Stätte von der Hense zu sitzen / biß so lang sie vber jhre Burger mächtig worden / so soll die Statt verhenset werden / vnd jhr Gut vnd jhre Burger soll man nemmen vnd richten nach der Hense Recht: vnd vier Stätt der Statt nächst ligend / sollen das den gemeinen Stätten verkündigen / vnd auch den Kauffmann / wa er stehet / daß sie das also verfolgen vnd halten sollen / als vorgeschriben ist / bey derselben Peene.

8. Ham / Hamburg.

Ham, vetus est vocabulum Saxonicum; saltum sive nemus significans. Sic in Dithmarsia reperias duos saltus, quorum alter *Suderham*, alter *Norderham* appellatur.

Frisiis *Ham* est ager pascuus, sive pratum fossula incinctum. Et inde Hamburgum urbs florentissima, nomen suum traxit, non à Gambriviis, ut eruditi quidam opinantur, neque ab Hammone Iove, vel Hama pugile, ut Cranzius autumat: nec etiam à pernis salitis, ut Goropius Becanus somniat; sed à sylva *Ham*, ad quam urbs condi primum cœpit.

Civitatem Hamburgensem Statum Imperii esse, & eam in decernendis processibus in Camera pro Statu haberi, attestatur Richwin *in formul. f. 229. num. 1.*

9. Handels-Bücher.

Cùm à Mercatoribus ratione sui officii libri rationum conficiantur (is autem dicitur mercator, qui emendo vendendo mercaturam exercet. *l. 1. l. licitatio. ff de leg. 3. l. annorum. ff. de extraord. Crim. & l. mercis. ff. de V. S.*) non inconcinnè quæritur; an ipsorum libris & rationibus, regulariter & pro scribente, plena fides adhibeatur? vid Nicol. Ianuam *de privat. script. lib. 4 f. 845. & seqq.*

Et an Mercatores nostri temporis suarum rationum libros ad fundandam alterius, actoris nempè intentionem, edere teneātur? vide omnino Ianuam, *d. loc. fol. 565. & seqq.*

10. Handfeste

Sumitur pro Privilegiis, quæ sunt instar Legis fundamentalis.

11. Handfried.

Pax manualis, Handfried / inde dicitur, quod sit immunis à violentia, sicuti factum manuale, Handhaffte

That / pro flagranti crimine, quia manus violentiam denotat, *l. 4.* & ibi Dd. *ff. de iust. & iur. l. 68. de rei vindic. l. 2. in pr. de orig. Iur.* Gryphiander. *de Weichbild. Saxon. cap. 76. num. 6.*

12. Handlohn / Weeglösin

Ita Laudemium Suevi vocant. Et dicitur Laudemium, quasi laudis & approbationis præmium, quod dans laudat & approbat contractum, & pro hoc officio in recognitionem laudemium accipit. Afflict. *in c. 1. §. illud quoque num. 14. de prohib. feud. alien. per Frider.* Vel *Laudemium* deducitur à Laudo, quod novus emphyteuta, à Domino directo laudatur & approbatur Bart. *in l. fin. vers. dic ergò. C. de præd. Decur.* Laudemium enim solvitur pro consensu, quem præstat Dominus. *l. ult. C. de Iur. emphyt.* Car. Molin. *ad Consf. Parisf. tit. 1. §. 22. n. 1.* v. omnino Amed. à Ponte *h. quæst. 1. per tot.* Et an regulariter sit quinquagesima pars. vid. eund. *d. l. quæst. 3.* Interdum plus, interdum minus penditur. Gratian. *discept. forens. c. 180. nu. 2. vol. 1.* Moribus autem Saxoniæ, Thuringiæ & Franconiæ plerunque vigesima pars, seu quinque de centum solvi solent.

An autem etiam Vasallus Domino præter oblationem fidelitatis, Laudemium sive relevium, vulgò die Lehenwahr / Herren Steur oder Ergötzung / offerre tenetur? Communiter per Dd. concluditur, quod regulariter ex naturâ feudi nullum laudemium Domino à Vasallo persolvi debeat. Cùm in feudis investitura gratis facienda sit. Schrader. *de feud. part. 6. cap. 3. n. 24.* Knichen. *de pact. vest. lib. 2. cap. 4. n. 125.*

Et hoc eatenus procedere reputatur, nisi aliud consuetudine sit receptum. Natura enim feudorum non tàm pacto quàm consuetudine regitur, Iohan. Papon. *lib. 13. tit. 1. arrest. 3.* Alex. *cons. 5. col. 1. vers. vel etiam vol. 5.* Ac etiam à consuetudine tota ferè laudemiorum materia dependet, & ab ea extenditur, qualificatur, limitatur, &c. Steph. Gratian. *discept. forens. lib. 1. cap. 377. n. 18. & seqq.* Et consuetudine introductum esse, daß man auch von Ritterlichen Güter Lehenwahr gebe / zur Widergab vnd wider Erkandtnus der Gaben vnd Wolthaten / so der Herr mit der Belehnung dem Lehman beweist / testatur Schneidewin. *part. 5. feud. numer. 6.* Duaren. *de feud. cap. 13. num. fin.* Tessaurus, *decis. 75.* Illud tamen relevium, quod nonullis in locis Vasallus Domino de consuetudine solvit, non est quinquagesima ejus, quod valet feudum, sed medietas fructuum, qui uno anno de feudo percipiuntur. Matth. de Afflict. *in c. 1. §. sed & res. quid sit invest. num. 39.* Schneidewin. *d. loc.* ubi *fol. 422.* dicit: In his verò

terris non est talis consuetudo, allein daß man auß der Cantzley die Lehen-Brieff lösen muß / vnd nicht dem Herrn / sondern der Cantzley etliche Gulden gibt / welche man auch pflegt Lehenwahr zunennen.

An ob laudemium intra annum & diem non solutum, emphyteuta cadat jure suo, ob der Zinßmann / so er inner Jahr vnd Tag das gewohnliche Handlohn nicht erlegt / von dem Erbherrn seines Guts zuentsetzen? Quæritur. At licet quidem laudemii præstandi necessitas novo emphyteutæ incumbat; tamen eo non soluto, non statim ob moram commissam jure suo emphyteutico cadere, tradit Petr. Surdus *decis. 31. numer. 14.* Nullibi etenim hæc pœna privationis jure aliquo est introducta, id quod pluribus rationibus & authoritatibus tuetur idem Surdus *decis. 200. per tot.* add. Amad. d. Ponte. *tr. d. laudemiis quæst. 19.*

Handlohn est præmium potestatis alienandi emphyteuticam rem. Weglösin dicitur respectu Domini, welcher Macht hat das Hoffgut an sich zulösen / gemeinglich vmb so vil Schilling / oder Pfund ringer / als das Lehenlohn ist.

Notandum hîc est, licet Laudemium præstatur, non tamen sequitur, ergò res est emphyteutica. Solutio enim Laudemii, ad introducendam seu præsumendam emphyteusin non sufficit, nisi coadjuvetur Instrumentis emphyteuticis. Laur. Sylvan. *consil. 34.* Stephan. Gratian. *tom. 1. discept. forens. cap. 178. num. 27.*

Solvitur item Laudemium pro transactione. Stephan. Bertrand. *consil. 321. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. §. 1. gl. 14 §. Similia quoque. vers. ex quo div. num. 63.* Si contingat, ut ex illo manus sit mutanda, seu ut novus possessor à Domino veniat investiendus. Hartman. Pistor. *lib. 1 quæst. 50. n. 58.* Cæterùm, si tantum res in vim transactionis ab anteriore possessore retineatur, & sola controversiæ liberatio per transactionem fiat, prout variis modis transigi solet, *l. 28. l. 38. C. de transact.* hîc ob cessans Domini interesse, Laudemii solutio non exigitur. Caspar. Ziegler. *in §. nobiles, conclus. 1. num. 229.*

Item ex divisione. Capell. Tholosan. *decis. 75.* intellige voluntariâ, ut in duobus sociis, secùs in divisione necessaria. Vt in duobus fratribus dividentibus hæreditatem: Andr. Knichen. *de pact. vest. libr. 2. cap. 4. num. 160.* Surd. *dec. 305. num. 30.* Coler. *decis. 33. num. 33. part. 1.* Molin. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 22. num. 69.* nam eo in casu semper videtur esse alienatio necessaria. Arg. *l. fin. vers. exceptis. C. de litigios. & §. 1. in auth. de litigios.* in quibus locis alienatio rei litigiosæ aliàs prohibita, permittitur, quandò hæredes inter se dividunt, quia censetur alienatio necessaria. *l. qui erat ff. fam. ercisc. l. per diversas.*

versas. C. man. Iason de Mayno *in tr. de jur. emphyt. col.188.* ubi dicit, hanc decisionem esse multùm singulariter notandam, pro limitatione *l.3. C. de jur. emph. in vers. & de avaritia*, quæ vult, legitimam seu Laudemium debere solvi Domino, ut habeat locum in alienatione voluntaria, secùs in necessaria. Ias. *in l. fin. num. 48. C. de jur. emph.* Paul. de Castro. *in l. cùm si. §. si unus. 1. ff. de transact.* Petr. Ferrar. *in pract. tit. cùm ageretur pro legato. sup. verb. domum.*

Accedit quoque hæc ratio, quod per hanc divisionem filiorum (sive fratrum) non acquiratur novum dominium dividentibus. Sed id, quod ante cohæredum pro indiviso erat, pro virilibus portionibus inter eos distribuitur. Latè Casp. Ziegler. *in §. nobiles, conclus. 1. num. 269.* qui *num. 271. & seqq.* hanc traditionem non procedere ait, quandò unus liberorum partem reliquorum emat, & ita totum retineat, æstimatione condignâ reliquis præstitâ. Sed vide eum, *all. in loc.*

Item in venditione factâ, quæ est subjecta retractui. Bertrand. *cons. 211. col. 1. vers. prætereà. lib. 4.* Non obstante quod emptor ad revendendum sit obstrictus. Molin. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 22. num. 12.* Tessaurus *decis. 75. num. 2.* Dominium namque in emptorem, ex tali venditione transfertur. *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. l. Herennius 43. ff. de usur.* vide Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 50. num. 8. & seqq.* Moller. *4. semestr. 3. & seq.*

Item ex donationibus validis, nisi consuetudo aliqua specialis repugnet. vid. Anton. Fabr. *in suo Cod. lib. 42. definit. 29.*

Receptior tamen est opinio, ut in donatione laudemia non debeantur. secundum Guid. Pap. *quæst. 48.* & Alex. *cons. 94.*

Item ex contractu permutationis persolvendum est laudemium (licet quidam dissentiant, quia nulla intervenit pecunia. G. Papæ, *quæst 92.* vide tamen Hart. Pistor. *quæst. 50. num. 28.* Mod. Pistor. *part 2. quæst 67.*) Tùm quia persona possessoris fundi emphiteutici immutatur, quæ sola ratio sufficit ad oneris illius præstationem. *l. fin. in verb. transponere & & verb. transfertur. Cod. de jur. emph.* Tùm quia *d. l. fi.* generaliter de quâvis alienatione loquitur *in verb. vendere, vel jus emphyteuticum transferre.* Hartm. Pistor. *libr. 1. quæst. 50. num. 28. & num. 30.* Ziegler. *in §. nobiles. conclus. 1. num. 222.* Tùm quia permutatio maximè vicina est emptioni, imò ejus species esse putatur. *l. 2. ff. de rer. permut. l. 2. C. eod. l. 1. in princ. ff. de contr. empt. c. cùm olim. 7. extr. de rer permut. l. sciendum. §. deindè, ff. de ædil. edict.* adde & vide Ziegler. *d. l. num. 224. & seqq.*

Laudemium non venditor, sed emptor & novus emphyteuta præ-

ſtare tenetur. arg. *l. debet. 27. in fin. ff. de ædil. edict. l. fin. §. ult. C. de jur. emphyt.* Molin. *ad consuet. Parif.* §. 23. *num.* 8. Burſat. *conſil. 56. num. 16.* Quia non venditor, ſed emptor eſt recognoſcendus in emphyteutam, & ob id ad hanc præſtationem tenetur. Coler. *deciſ 33 num. 4* Moller. *4. ſemeſtr. 4. numer. 1.* Surdus, *deciſ. 200. num. 4.*

Notandum itidem hîc eſt, Laudemia uſufructuario, non proprietario deberi. Oldrad. *conſil. 24.* Pariſ. de Put. *in tract. de redintegr. feud c. 48.* Burſat. *conſil. 56 num 16.* Clar. *lib. 4. ſent §. emphyteuſis. quæſt 32.* dicens hanc opinionem communem. Hart. Piſtor. *quæſt 50.* adde Moller. *libr. 4. ſemeſtr. cap. 5.*

Porrò etiam in datione in ſolutum Laudemium Domino eſt præſtandum, vide Gratian. *diſcept. forenſ. tom 2. cap. 544.* Ioſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 60. num 7.* Aliàs enim facile aperiretur via fraudibus, ac in præjudicium directi Domini res emphyteutica transferreretur quovis ſub fuco. Amed. de Ponte, *de Laudem. quæſt. 27.* Nam emphyteuta novus ut evitaret ſolutionem Laudemii, fingeret Creditorem anteceſſoris ſui, & ab eo fundum ſibi ſolvendum procuraret, quod non eſt permittendum. vide Ziegler. *in d. §. nobiles, num. 230. & ſeqq.*

Laudemium quoque etiam poſt Subhaſtationem fundo in ſolutum alicui Creditorum conceſſo, debetur. Carol. Molin. *ad conſuet Pariſ. t. §. 13. num. 47.* Teſſaur. *deciſ. 139. num. 1.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gl. 149. num 14.* Codex Fabrian. *lib. 4. tit. 42. diff 30. num. 24. & diffin. 23. num. 1.*

Quia id, quod fit à Iudice ſubhaſtante, & poſtea adjudicante, vel in ſolutum addicente, cenſetur fieri ab ipſo debitore, qui primò debitum contraxerat. Moller. *4. ſemeſtr. cap 5. num 3. quem vide per tot. ad hanc quæſtionem.*

Et licet Dominus directus poſt alienationem fundi ab emphyteuta factam, novum poſſeſſorem recipiat, eumque nulla Laudemii factâ mentione inveſtiat, aut ab eo cenſum recipiat; Tamen ſuo juri non cenſetur renunciâſſe, ſed adhuc Laudemii integri exactionem habet, niſi expreſſè donaverit. Surdus *deciſ. 200. num. 6.* Knichen. *de pact. veſtit part. 2. cap. 4. num. 195.* Burſat. *conſil. 137. nu. 24. &c.* Conſule Ziegler. *ſup. dict. loc. nu. 247. & ſeq.* ubi *num. 284.* dicit, rectè ſentire eos, qui dicũt, quod Laudemium nondum exactum, connumeretur inter fructus pendentes. Surd. *conſ. 84. nu. 4. vol. 1.* & poſt eum Ioh. Baptiſt. Coſta. *de retroact. cap. 8. caſ. 11. nu. 5.* Et ita, ſi emphyteuſis pertinet zu einer Pfarr/ illud non exactum, haut tranſmittitur ad hæredes, ſed cedit ei, qui in beneficio ſuccedit.

Laudemii onus etiam in teſtamentariis

tariis adquisitionibus obtinet, veluti si extraneus (non ex linea descendenti perveniens) hæres institutus fundum emphyteuticum acquirat, aut ei ex Titulo legati vel fideicommissi res emphyteutica obveniat. Salicet. *ad l. fin. num. 11. Cod. de jur. emphyt.* Amed. de Ponte, *de Laudim. quæst 31.*

Nam si emphyteusis per successionem ad filios devoluta est, ab iis Laudemii præstatio exigi nequit, quia dicuntur esse comprehensi in primâ investiturâ: ut voluit Iason *ad l. fin. num. 41.* ubi Salicet. *C. de jur. emphyt.* Amed de Ponte, *de Laudem. quæst. 19.* Colet. *decis. 33. num. 31* quia & illi emphyteusin non acquirunt de novo, sed anteà acquisitam continuant; utpotè, cujus idem cum patre dominium utile [illegible] acquisitum habebant. *l. in suis. 11. ff de lib. & post. l. ult. C. de impub. & al. sub.* adde Knichen. *de pact. vest part. 2. cap. 4. num. 158.* Matth. Wesenbec. *consil. 16. nu. 13. vol. 1.* Fallit tamen in iis, qui in priori investitura non sunt comprehensi, vel qui sunt hæredes extranei, in quib. ipso jure dominium per successionem non continuatur. Salic. & Iason. *d. locis.* Et hoc singulariter notandum est, quamvis in multis locis habeat consuetudo, quod etiam liberi de novo cogantur solvere Laudemium.

Itidem, si emphyteusis detur à Patre filiæ in dotem, sive æstimatam, sive inæstimatam, Dominus non poterit exigere Laudemium, quia est necessaria alienatio: patet enim necesse habet dotare filiam. *l. qui liber. ff. de rit. nupt.* Iason. *in l. fin. num. 49. C. d. jur. emphyt* huicque decisioni adstipulatur Gravett. *consil. 213.* Addens aliam rationem; Laudemium non esse solvendum, quandò novus emphyteuta est in priori investitura comprehensus; Filia autem eo in casu, quandò emphyteusis Patri, & liberis hæredibus data est, comprehenditur.

Quando universitas semel est investita de emphyteusi, ac semel Laudemium solvit, cum non dicatur mori, successores non coguntur solvere Laudemium. Alb. Brun. *consil. 44. num. 12.*

Non debetur Laudemium successori novo, quandò Dominus emphyteuseos moritur, vel ipse vivus vendit emphyteusas. Hoc enim in illo casu, quandò novus intruditur emphyteuta, constitutum est. *l. fin. C. de jur. emphyt.* Idque pro receptione seu investitura, quæ non infringitur, mortuo seu mutato investiente. arg. *cap. 1. qui success. ten. & cap. 1. si de re al. invest.*

13. Handmal.

In gloss. *ad art. 33.* Weichbild. habetur, Handmal nihil aliud esse, dann die stätt deß Gerichts / da einer ein Schöff zu ist / vñ heist darumb Handmal / daß er oder seine Eltern mit der Hand

Hand da auff den Heiligen geschwohren haben/ vnd daß er noch sein Hand-Zeichen hab an den Schöffenstul. Gryphiander, *de* Weichbild. *Sax c. 66. num. 12.*

14. Handschrifft.

Scriptura privata est illa, quæ fit non à publicis personis, sed quam quis propria manu, tanquàm privatus, conscripsit & subsignavit suo Sigillo manuali consueto, aut quam suo Sigillo sigillavit: vulgò ein Handschrifft / die einer mit eignen Handen geschrieben/ vnd sein gewohnlich Pittschafft vorgetrucket hat.

Quatruplex autem est species privatæ Scripturæ: (1) *Apocha*, quæ nihil aliud est, quàm Scriptura facta, à Creditore debitori data, quâ sibi ab ipsomet debitore solutionem factam esse, profitetur; & vocatur latinè Recep io *l. fin. §. Titius. de condict. indeb. l. qui tabernas § apoch. de furt. l. plures Apochis C. de fide Instrum.* Bornitius *de Instrum lib. 2. cap. 40.* vulgo Quitians / Quittung; quia quietum & securum reddit debitorem.

2. *Antapocha* est, quæ fit à debitore & creditori datur, quâ solutio ipsius pecuniæ continetur, & hæc pprio nomine dicitur schedula sive Chyrographum, quo debitor fatetur se debere creditori, aut quo ipsemet debitor se obligat. Ein Handschrifft/ da der Schuldner dem Glaubiger sich pflichtig macht/ vnd ein gewisse Summa Gelts oder anders empfangen zuhaben / bekennet.

3. Liber rationum, ein Rechenbuch / quem quilibet suâ sponte sibi conficit.

4. Epistola, quæ alicui mittitur, ein Epistel oder Sendschreiben.

Scriptura privata, an & quando probet. vide latè Nicol. Ianuam *tract. de privat. script. quæst. 4.*

15. Handvnterschrifft.

Subscriptio regulariter fit subnotatione nominis ejus, qui scribit, vel scribi curat. Aut eorum, qui testimonii causâ, negotio interfuerunt præsentes, *id est*, Testium. Et fit vel manu propriâ, vulgò mit eigner Handvnterschrifft/ quam quis ipse scribit: vel aliena, quam alius illius nomine, qui scribere nequit, exaravit.

Indè subscriptionis maxima vis & energia est. Subscribens namque censetur omnia ea, in Scriptis contenta approbare, ideò sibi præjudicat, ac si totam scripsisset. Text. *in l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. & l. 1. verb. subscriptionem. ff. de constit. Princ.* ubi textus solam subscriptionem Principis idē operari, dicit, ac si totam Epistolam scripsisset. Adde Ias. *in l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. ff. d. V. O.* & Bald. *in auth. contra. C. de non. num. pec.* Hoc quidem verum est, si quis se subscripsit ut principalis, secùs si ut testis. Nam tunc

tunc talis Subscriptio non præjudicat, secundum Br. *in d. l. sicut. §. non videtur.* Paul. de Cast. & Ias. *in §. Chrysogonus.* & est Text. *in l. si Pater. 6. C. de fidejuss.* Schneidevvin. *de empt. vendit. in princ. num. 9.*

An autem & quandò quis præsentiâ aut subscriptione suâ, in aliquo actu aut instrumento sibi prejudicet, vide Socin. *reg. 315.* Mascard. *conclus. 1341.* Neguſ. *de pignor. part. 3. membr. 1. num. 6.*

Vndè communiter Testes hanc Clausulam adjicere solent: Welches ich/ als darzu erbetner Zeuge/ geschehen zu seyn/ bekenne/ vnd mich dessen zu Gezeugnus hiemit vnterschreiben thue/ doch mir vnd meinen Erben ohne Schaden. Hanc autem Clausulam non necessariam, sed abundantem esse cautelam dicit Hering. *de fidejuß. cap. 17. num. 7.* Cùm ipso jure subscribens, & ipsius hæredes ex nudo actu Subscriptionis & Sigillationis maneant indemnes. Moller. *ad Const. Sax. 52. num. 17. & seq. part. 2.* Coler. *d. process. executiv. part. 3. c. 1. num. 127.* Hering. *d. loc.*

Secundò, non procedit supradicta conclusio, quandò subscribens non legit nec intellexit contenta in Scriptura, cui subscripsit: nec eo in casu sibi præjudicat. *l. fin.* & ibi Bald. *C. plus valere,* Oldrad. *consil. 329. nu. 10.* Bart. *in l. quæ dotis. num. 26.* & ibi Bolognet. *nu. 139. ff solut. matr.* Felin. *in c. quoniam. n. 48. de probat.* Angel. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. col. 1. vers. & sic. ff. d. V. O.* Alex. *in d. l. quæ dotis. col. pen. vers. successivè.* Quod diligenter notandum, secundum Ias. *in d. §. Chrysogonus* Modest. Pistor. *consil. 37. vol. 1. num. 1.* pro Dominis & Principibus, qui schedulis vacuis (vulgò Chartenbiancken) subscribere solent: quia non intelliguntur confirmasse ea, quæ postea scribuntur, nisi habuerint eorum notitiam, vel ratificatio non præsumitur facta, nisi de his, quæ lecta, cognita & rectè intellecta fuerunt ab ipso ratificante. Oldrad. *consil. 329. col. ult.* Cravett. *consil. 179. num. 14.*

In dubio autem subscribens notitiam contentorum in scriptura habuisse præsumitur, adeò ut allegans ignorantiam, eam probare teneatur Iason. *in d. §. Chrysogonus.*

Notandum præterea est, subscriptionis omissionem, ubi necessario alias requiritur, vitiare Instrumentum. Constat enim Testamentum non subscriptum nec signatum à testibus, pro imperfecto haberi. *per l. hac consultißima. 21. C. de testam.* Sic & observatur in contractib. secund. *l. contractus. C. de fide Instrum.*

Tamen in Testamento Patris non necessarium est, ut Pater subscribat. *per l. 22. C. de testam.*

Item si quis sua manu totum Testamentum vel Codicillum conscripserit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod hac sua manu confecit,

fecit, sufficit sanè totius testamenti scriptura, & non alia subscriptio requiritur. Paria etenim sunt scribere & subscribere. *l. 28. C. de testam. Novell. de fid. Instr. §. fin. gl. in l. fidejussor. §. pater. ff. de pignor. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. d. V. Obl.* Nisi dixerit, se fidei causa subscripsisse: nam tunc, ni id fuerit factum, imperfecta illa scriptura reputatur.

Privata quoque Epistola absque subscriptione & signatione probat, dummodo sua forma constet, *id. est*, habeat nomen mittentis, & ejus, ad quem mittitur, narrationem & conclusionem. Nicol. de Passeribus latè *in tract. de priv. script. lib. 1. quæst. 1. numer. 18. &c.* Menoch. *c. 94. Mascard. concl. 626. num. 20. 42. & seqq.*

16. Handwercker.

More Argentoratensi loquendi, die Handwerck appellantur Tribus, in quas tam patricii quàm plebei referuntur, exclusis nobilibus, qui separatos suos conventus habent: ita ut vocabulum illud opponatur Nobilibus, omnesque cives ignobiles (si modo ullus virtute præditus ignobilis dicendus est) von den Handwercken esse dicantur. Dn. Bernegger. *ad Tacit. in complemento ad centur. quæst. 2. ad fin.*

Illud statutum, quale nonnulla Collegia Opificum habent, das was einer angefangen oder zugeschnitten/ der ander nicht außmachen dörffe/ hoc est, quod unus cæpit, alteri perficere ne liceat, non valet: sed contra, unicuique quod ab altero inchoatum & derelictum est, sine timore aliquo dispendii perficere licere; expressè statutum est *in l. un. C. de monopol.* Contra illa namque, quæ Iure communi prohibita sunt, qualia sunt Monopolia, inter quæ & hanc opificum conjunctionem Imp. refert, statuta facere non licet. Igitur in Gallia quoque ejusmodi statuta reprobari, testatur Petr. Rebuff. *ad Constit. Reg. Gall. tract. de magist. artif. lib. 2. art. 4. gl. 2. num. 18.* Moller. *semestr. cap. 15. v.* me *tr. d Collegiis.*

An autem illud statutum vel consuetudo, in Collegiis sartorum & sutorum aliquibus in locis recepta, ne quis extra opificium ducat uxorem, da einer ins Ampt freyen muß/ valet? Affirmat Speckhan. *cent. 3. quæst. 5. class. 1.* modò adsit quædam, cum qua licitè contrahere possit. Quod eo fine constitutum videtur, ut opificia rectius conserventur. Hocque non repugnat libertati Matrimonii, quum adsit electio, quamnam ex multis amet, vel in uxorem ducere velit. Ubi autem electio, ibi & libertas, voluntasque libera (quæ omninò in matrimoniis, tanquam substantiale fundamentum requiritur) secus vero esset, si statutum vel consuetudo aliquem eo adigere vellet, ut certam personam, hujus vel illius filiam ducat. Eo etenim casu impediretur li-

ber-

bertas matrimonii, & libera voluntas, cum electio ibi sit nulla, adeóque libertas ad certum constringatur individuum. vide Speckhan. *dict. loc. num. 15. & seq.* & Stephan. *de Iurisd. lib. 2. p. 2. cap. 7. f. 383. &c.*

Opificia non sunt confundenda, vnd soll kein Handwerck dem andern eingreiffen / als Schreiner vnd Zimmerleut / Sattler / vnd Riemer / ꝛc.

17. Hauptrecht / Todtfall / Todte Hand / Waidmal / Frehnlösen.

Quibusdam in locis, præsertim in partibus Montisferati, Sabaudiæ & Pedemontium, statuto vel consuetudine loci receptum est, daß der Leibeigne / wann er ohne Leibliche Kinder abstirbt / seinem Herrn den dritten Theil seiner Güter (sive hoc ex Testamento, vel sine Testamento fiat) vnd Verlassenschafft / hinderlassen muß. Menoch. *arb. q. 230.* vid. Adam Keller. *de success. ab intestat. tit. 27. nu. 3. & seqq.* adde Dn. Mager. *de Advo. armat. cap. 7. num. 755. & seqq.* Et Stuck. *in exerc. Iustinian. p. 1. dec. 8. assert. 6. sub lit. e m. f. 331. ad fin.* scribit: Hoc ex speciali cõsuetudine habent quædam civitates, ut patrefamilias præmoriente, uxor teneatur Magistratui dare vestimenta mariti (quod Gewand Fäll vocatur) quibus usus fuerit mediis, tum lectum paratum. In hoc Ducatu, ait, ac plerisq; aliis locis capit Magistratus paganus bovem, & pastor loci Gallum gallinaceum, den Haußhanen / Æditus verò ein Bratwurst.

Sic etiam in Hassia, & circumjacentibus locis, teste Iohan. Herm. Stamm. *tract. de Hominib propr. c. 22. num. 7.* Domini tertiam bonorum partem non habent, sed defunctâ propriâ Muliere, Domino melius vestimentum, & Viro proprio defuncto, Equus vel bos melior Domino debetur: so eine Leibeigne Fraw verstirbt / fället dem Herrn gemeiniglich das beste Kleid / vnd von dem Mann das beste Pferdt oder Ochs anheimbs. Crusius *annal. Suevic. part. 3. lib. 10. cap. 11. fol. 575.* In Diplomate Montis S. Michaelis, seu Monachorum extra Bambergam Henric. II. Imp. habetur: Censum autem ultimum, per quem utique obmissa, vel neglecta supplentur servitia, Ius videlicet capitale à viris decedentibus optimum equum, vel si equo carent, optimum caput pecoris, & à fœminis induvias & exuvias transmitti ad Ecclesiam, ordinamus. Bruschius *de Monaster. German. fol. 87. b.* Andr. Knichen. *de vestitur. pactiõn. l. b. 2. cap. 3. num. 25.* Sed quia hoc jus Dominis nimis durum visum fuit, receptum est & observatur, ut Domini ab heredibus proprii defuncti pecuniæ summam, ratione ad Patrimonium defuncti habita, accipiant. Zas. *lib. 1. singul. resp. c. 3. num. 79.*

Quod Ius nobis dicitur Ius Caduci, item mortuaria, Todtfall/ Hauptrecht/ Waldmal/ & à pactione, quam heredes defuncti cum Domino aut ejus Officialibus super meliore iumento ab nomine proprio relicto, ineunt, die Thädigung deß besten Haupts/ hoc est, pactionem melioris capitis vocare solent: Sichard. *ad l. libertor. 11. num. 4. C. de testib.* Stamm. *d. num. 7.*

Hoc Ius Caduci, jus luctuosum, Traurrecht/ vocat Casp. Klocke. *de contribut. concl. 3.* Stamm. *d. cap. numer. 8.* quod tanquàm supra modum iniquum, ut Principes Germaniæ totum abolerent & tollerent, postularunt Rustici seditiosi Anno 1525. referente Sleidano *in sua hist. lib. 5.*

Dicimus etiam Todtfall/ Todtehand/ *morte main*: ex eo nempe, wann ein Leibeigner Mann verstorben/ vnd kein Haab noch Nahrung verlassen/ davon der Bischoff hat können bezahlt werden/ so hat man dem Verstorbnen die Rechte Hand abgehawen/ vnd dem Herrn geliffert. Ab hac lege nefanda & nequissima Carolus Imp. mancipia & reliquos liberavit, ut habetur in suo Spiræ Civitatis concesso privilegio Anno M. LXI. quod deinde Fridericus I. Imp. confirmavit. vide Leheman in der Speyr. Chronic. *lib. 1. cap. 64. & lib. 4. cap. 22.*

In der Marggraffschafft Baden/ vnd Graffschafft Eberstein gibt ein Leibeigner keinen Hauptfall/ wann er bey lebendigem Leib/ die Grönin/ das ist/ ein Haus einem andern vergibt/ doch muß er noch so starck seyn/ daß er kan für das Hauß vber den Tachtrauff gehen/ und die Vbergebung auff der Gassen thun.

18. Hauß.

Domus, licet secundum Bertazolium, *tract. de Clausul. Inst. clausul. 19. gl. 3.* in jure diversimodè accipiatur; tamen quandò in Instrumentis fit mentio *Domus*, accipitur plerunque pro ædificio constructo ad habitandum, quod secundum Dialecticos consistit ex tribus: Solo nempè, pariete & tecto. gl. *in l. solùm. ff. de rei vind.* & *in l. cum quib. verb. constat. de usucap.* Secundum Iuristas verò, ex solo & superficie. Text. *in d. l. cum qui.* quod idem videtur: cùm in superficie extet tectum.

Bart. *in l. 1. §. deindè. de cloac. & l. cætera. §. hoc se natus. de leg. 1.* hanc constituit inter domum & ædes differentiam, ut scilicet ædes magis latam habeant significationem, quàm domus, quæ comprehendunt unumquodque ædificium. Quam tamen differentiam non omninò admittit Bertazol. *d. clausul. num. 3.*

Concessâ, venditâ aut legatâ domo, venit etiam hortus contiguus; tanquàm accessorius ad domum, sive tanquàm de pertinentiis domus. *l. prædiis. §. qui domum. ff. de leg. 3.*

Alex.

Alex. *consil pen. 2. vol. & consil. 54. lib. 3. & 26. libr. 4. 33. & 204. vol. 6.* Cæpolla *de serv. urb. prædior. tit. de horto.* Felin. *in cap. Rodolphus. de rescript.* & ideò concessâ domo vel castro in feudum, videbitur etiam concessus hortus ibi contiguus. Accessorium enim sequitur principale. *cap. accessorium. de reg. jur. in 6.* vide Cagnol. *ad l. cùm principalis. ff. de R. I.*

Appellatione domus continetur ostium & alia omnia, quæ sunt ædibus affixa. *l. si aquæductum ff. de contrah empt.* Vndè quod quemadmodum quis non potest capi in Ecclesia, ita etiam nec in ostio ipsius; & quòd si statutum puniat aliquem aggredientem in domo suâ, si assalierit illum in ostio, vel ante ostium, vel in porticu, eadem pœna erit puniendus, post plures Mastrill. *decis. 22. num. 2. & 3.*

De aliâ significatione domus, cùm nempè sumitur pro familia, als das Hauß Bayern / Sachsen / rc. vid. me *tract. de familiâ.*

19. Haußhebich/vagabundi, Landstraiffer.

Vagabundorum atque otiosorum hominum reprobationem, à creatione hominis initium suscipere, SS. docere Scripturam, Peguera monet *decis. 3. à princ.*

Et vagabundus secundum Clarum, *in pract. crim. quæst. 3. vers. Sed hic quæro.* est & dicitur, qui per mundum vagat, nec habet alicubi certum domicilium, in quo habitet.

Et hinc etiam in jure nostro, magno odio laborant vagabundi. Quibus scilicet nulla in provinciis certa est habitationis sedes: quique quotidiè per varias civitates oberrant, nec firmum domicilium, vel mansionem ullibi habent. Peguer. *d. l. num. 9. & 14.* Ac etiam illi, ubilibet locorum, & ubicunque reperiuntur, conveniri ac puniri queunt: Plot. *consil. 133. nu. 14.* Grammat. *decis. 26. numer. 9.* Clar. *in prac. crim. quæst. 3. vers. cæterùm.* Cæpoll. *cons. crim. 58. num. 23.* Boss. *tit. de for. comp. nu. 70.* Ruin. *consil. 18. num. 3. lib. 4.* Et ideò dicebat Bart. *in l. hæret. absens. §. proindè. num. 4 ff. de jud.* quem refert & sequitur Duen. *reg. 378. lim. 4.* quod multi Ribaldi suspendantur in Civitatibus vel Castris, ubicunque inveniuntur, cùm non habeant alicubi forum. Hos etiam uxor sequi tenetur: Hi item neque in civilibus, neque in criminalibus pro testibus idoneis admittuntur. Peguera *d. decis. num. 10. &c.* ac etiam, *num. 16. & seq.*

Imò vagabundo Matrimonium contrahere non licet, nisi servatis, quæ habentur, *in Summ. Silvest. de Prier. in verb. Matrimonium, num. 7. vers. quartum.* & meliùs in Concilio Trident. *Sess. 24. cap. 7.* ubi sequentia habentur verba: Multi sunt, qui

vagantur, & incertas sedes habent, & ut improbi sunt ingenii, primâ uxore relictâ, aliam & plerunque plures, illâ vivente diversis in locis ducunt: cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè recipiant: Magistratus etiam seculares hortatur, ut eos severè coërceant; Parochis autem præcipit, ne illorum Matrimoniis intersint, nisi diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Pet. Nicol. Mozz. *de Contractib. tit. de Matrimon. quæst qui possent contrah. Matrimon. num. 23.*

Porrò etiam Peguera, *d. decis. numer. 12. ac seq.* attestatur, in Provincia Cathaloniæ, vagabundis impositam esse pœnam fustigationis, aut ad quinquennium in Regiis triremibus serviendi.

Magna autem altercatio est inter Dd. utrùm banniti, oder die / welchen man das Land verwisen / dicantur vagabundi, & dispositia in vagabundis, etiam in bannitis dispositia censeantur? vide Peguerам *d. l. num. 14.*

Et licet primâ fronte videatur, quod sic: quia videntur esse sine civitate & domicilio. *l. 17. §. 1. ff. de pœn. l. 1. §. 2. & de leg. 3.* Verior tamen est cōtraria opinio, quod videlicet quis ex solo banno non efficiatur vagabundus: quia potest habere domicilium in aliâ Civitate: aliàs enim, si sine certa habitatione per mundum vagaretur, tum utique habendus esset pro vagabundo. Clarus. *quæst. 39. vers. fui interrogatus.* Alberic. *in tract. de stat. part. 4. quæst. 80. vers. item quæro.*

20. Haußsuchung.

Homagium autem licet subjectionem, non tamen in capite libero servitutem quandam inducit. Aliud enim est dominium, aliud Imperium. Ego *in præcognitis Politicis. fol. 74.*

Homagium à subditis est præstandum, quoties est mutata persona Domini, morte vel alio quocunque modo, itèm quoties quis alicujus fit subditus, so offt ein Erbherr mit Tod oder in ander Weg abkompt/ seynd die Vnterthanen die Erbpflicht / auff beschehen ersuchen / zuleisten schuldig. Habitantes enim in loco, ubi quis habet merum & mixtùm Imperium, tenentur ei præstare juramentum fidelitatis, Surd. *consil. 47. n. 39.* Petr. Anton. de Petra. *de pot. Princ. cap. 10. nu. 38.* Per text. *in cap. un. §. Si verò. qual. debeat jur. Vas. & in cap. nimis extr. de jurejur.* ubi probare nonnulli conantur, argumento à contrario sensu, quod etiam Clerici temporalia possidentes à Laicis, tale Iuramentum præstare teneantur. Vndè pœna subditi, hoc Iuramentum absque justâ causâ Domino præstare recusantis, est amissio bonorum Schrader. *consil. 23. num. 167. & seqq.* Quia Iuramẽtum hoc die aidtliche Huldigung/ à subditis eo fine exigitur, ut pax & tranquillitas conservetur, & ut purgetur atque tollatur suspicio seditionis, & Dominus assecuretur. *cap. 1. qual. jur. deb. Vas. l. præsenti. circ. med. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Casp. Ziegler. *in §. nobiles. conclus. 1. nu. 4.* Is verò, qui Iuramentum, pacem publicam respiciens, præstare recusat, bonorum punitur publicatione. *c. 1. §. qui pacem. de pac. jur. firm.* Et subditus, qui recusat facere, quod de jure tenetur, dicitur rebelliter vivere. Rebellis autem omnia bona feudalia & allodialia amittere meretur. Bart. *in const. qui sunt rebelles. verb. rebellando.*

do. num. 17. Prolixè Ludolph. Schrader. *consil. 23. num. 168. & mult. seqq. vol. 2.* Possunt quoque adversus subditos nolentes jurare, **oder die Erbhuldigung erstatten**/ mandata pœnalia in Camera impetrari, si Dominus immediatè Imperio subsit. Maulius, *d. tract. cap. 1. num. 27.* Ac quæ sit pœna negantis homagium à se præstitum esse, docet Mod. Pistor. *part. 2. quæst. 68.*

Notandum hîc est, si Civitas aliqua Principi alicui hoc Iuramentum vel Homagium præstat, cùm retrò immunis sit, quod amittat Privilegium, & fiat subjecta. Carol. Tapia, *ad l. fin. part. 2. cap. 2. num. 9. & seq. ff. de constit. princ.* Caspar. Ziegler. *in §. Landsaßii conclus. 1. num. 43.* Homagium autem à Civitate Domino, qui aliàs hujus Civitatis Dominus non est, coactè factum, non valere putatur. Per talem enim meticulosam exactionem, subjectio non acquiritur. Knichen. *de jur. terr. cap. 3. num. 17.* Et antiquus Dominus non amittit possessionem subditorum, si ab alio inviti sint detenti, & de eorum contraria voluntate appareat. arg. *l. 1. §. per servum. ff. de acquir. poss.* Gail. *de arrest. cap. 1. num. 22. & 23.* Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisd. part. 1. cap. 7. num. 22.* Hinc Confessio contra libertatem facta, non valet: quia est facta contra naturam, hoc est, contra naturalem hominis statum: multò minùs, quandò quis compulsus fidem dedit Scripturâ, se non liberum esse. *l. nec si volens. ibiq;* Gl. & Bl. *C. de liber. caus. ac in d. l.* Baldus concludit, si Dominus cum homine transigat, non valere: cùm sit contra statum naturalem. Et idem *ibidem* tradit, si Imperator, Papa & Rex Francorum faceret aliquam Civitatem fidelitatem sibi jurare, cum sua non esset, non valere: quia tunc hoc faceret instar Tyranni. Et hinc conclusum in Camerâ, in causâ **deß Stättlein Wangens**/ contra **alle Vorcken zu Labis**/ *rc.* Iuramentum tale esse ipso jure nullum. Rutger. Ruland. *decis. jur. controv. quæst. 21.*

Imò hæc violenta occupatio Civitatis, & Civium ad jurandum illegitima compulsio, adeò non operatur subjectionem, ut etiam non purgetur hoc vitium, licet Principis confirmatio accedat. *l. autoritatem. 3. C. unde vi.* Gail. *libr. 2. obs. 54. num. 8.* per ibi allegata.

Notissimum est, quotidianaque experientia testatur; Nobilibus Castra, Pagos & alia id genus à Principibus plerunque cùm adhærentiis, pertinentiis, jurisdictione & aliis emolumentis concedi, & quidem variis cum Clausulis, quæ sæpè superiorem, sæpè inferiorem important jurisdictionem. Eamque ob caussam non absonum est dicere, rusticos quoque nobilibus, tanquàm Magistratui suo Iuramentum fidelitatis & subjectionis præstare teneri, non

solùm,

solum, quia mansum suū abiis recognoscunt, sed ideò quoque, quia domicilium sub eorum jurisdictione constituerunt, *c. 1.* ubi Isern. Alvar. & Dd. *tit. qual. deb. jur. Vas.* Husan. *de liber. hominib. cap. 6. num. 36. & seq.* In genere enim, omnem jurisdictionem perpetuam habentes, possunt compellere subditos suos ad fidelitatis Iuramentum præstandum. Surd. *consil. 47. num. 39.* Petr. Ant. de Petra, *de potest. princ. cap. 10. nu. 38.* Dn. Caspar. Ziegler. *in §. nobiles. conclus. 1. num. 5. ubi num. 6.* dicit, non procedere hanc conclusionem, si consuetudine inductum sit: ut rustici loco Iuramenti per solam porrectionem manus à Nobilibus in Iurisdictionem ac potestatem accipiantur. Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 2. membr. 2. nu. 188.* Semper enim in præstando homagio forma antiquitus usurpata, servanda est, nec ex illa quidquàm in præjudicium ejus, cui Ius exindè quæsitum est, immutare licet. Auctor. deß gründtlichen Berichts von deß H. Reichs Statt Fridberg / *&c. cap. 5. num. 151. & seq.* Lud. Schrader. *consil. 21. nu. 182. & seqq.* Ziegler. *d. loc. num. 7.*

Sed vide de homagio plura apud Dn. Ioh. Bruning. *dissert. d. Homagio. tom. 5. Basil. Disp.* item Mauliū *tr. sing. & me de jure, ordinibusq; civium. c. 2.*

Magna & admodum controversa est quæstio, ob ein Stand deß Reichs / so vnder eines Fürsten Lands Obrigkeit Güter hat / eo nomine die Erbhuldigung zuerstatten schuldig seye? Tale Iuramentum detrectavit Comes Ortenburgensis. Ideoque *in Actis Ortenburgicis fol. 24.* conqueritur Ortenburgicus Procurator, daß er seiner Person halber / weder Anwaldts Gn. Fr. vnd Herrn / noch einigen Ihrer Fürstl. Gn. Regiment / mit subjection zugethon: sonst wüßte er nicht zusehen / was jhme sein Gräffliche Præeminentz fürtragen solle. Item, daß er sich in die subjection deß LandsFürsten / vnd jhr der Regierung Obrigkeit nicht begeben werde. Et *folio 39.* habetur, es seye vblichen herkommens / wa ein solcher Potentat, der vnderschidliche Königreich / Fürstenthum / Marckland / Graffherrschafften / vil vnd mehr hat / er sich derselben in seinen Tituln / administration vnd Außschreiben / jedes Landsart Qualität vnd Freyheit nach / insonderheit vnd respectivè gebraucht / wie es dann nach dises oder jenes Königreichs / Fürstenthumbs / Land oder Herrschafft von Alter hergebracht. Der Exempel haben wir an vil Römischen Kaisern Hochlöblichster Gedächtnus / vnd noch im Reich gehabt / vnd nicht weniger an andern Königen / Fürsten vnd Herrn deß Heiligen Römischen Reichs Mitglidern / die all sich nicht geschämbt / ob sie schon in Kaiser: vnd Königlichen Würden gewesen / dannoch sich Fürsten / Graffen / Herrn von den Orten zuschreiben / daselbst

also

also zu regirn / Recht zusprechen / zunemmen vnd zugeben / auch der ringern Dignität / Land vnd Herkommen nach / vnd also nicht ein oder zwo / sondern mehr Personen getragen. Gleich als auch ein Vnderthon in zweyen / dreyen oder mehr Aemptern gebraucht / vnd also auch conveniret werden kan / so wol in persöhnlichen als hablichen Sachen: welches dann auch Iuris, vnd darzu in den Reichs Abschiden / sonderlich Anno 48. versehen / daß sich weder Graven noch Herrn auß der Fürsten / rc. Obrigkeit nicht außzuziehen / darinn sie mit Mittel denselben ihr Person / auch Land vnd Leut halber / vnderworffen seyn / sollen.

Fol. 112. sagt der Herr Graff / er seye nicht der einig Reichs Stand / welcher im Land zu Bayern gelegene Güter hat / sondern es seynd derselben von Bischöff: vnd Prælaten noch mehr: Es werde aber in Ewigkeit nicht können erwisen werden / daß dieselben von jhrer Landgüter wegen mit jhren Personen zu der Bayerischen subjection bekennt oder verpflichtet / vnd in den Personalibus sich von der Bayerischen Güter wegen pro hominibus ligiis Ducis Bavariæ gemacht / auch jhne für jhren natürlichen Erbherrn oder Landsfürsten geachtet / vnd agnoscirt hetten.

Et additur *fol.* 113. Quoties Rex, Princeps vel Comes, extra Regnum, Provinciam vel Comitatum suum, in alterius Regis vel Principis territorio bona habet & possidet, ratione quorum bonorum Iuramentum fidelitatis præstare consuevit, per hoc non efficitur ratione suæ personæ, seu personali obligatione subditus aut subjectus; nec quo ad personam sortitur forum, nisi in Regno, Principatu, aut Comitatu suo: in quo ratione bonorum alibi sitorum, non potest à Domino loci vel territorii immediatè citari: aut ei aliquid, quod personam ejus obstringat, imperari, sicut hæc omnia probantur *in c. ex parte. de for. compet. & in Clem. Pastoral. §. denique. & §. rursus.* Ubi Card. & Ioann. d. Imol. *d. sent. & re jud.* Quia nemo verè & propriè subditus est ratione rei tantum, ita Matth. de Afflict. *in tit. qual. Vasall. jur.* Idem sensit & consuluit Alciatus in persona Principis Würtembergensis, *consil.* 451. & Rol. à Vall. *cons.* 1. *num.* 30. *vol.* 3. idem tenet Natta *consil.* 445. *num.* 9. Vndè ejusmodi obligatio, quæ fit propter rem & occasione rei, magis est realis, quàm personalis. Ioann. ab Imol. *d. Clem. Pastoral. num.* 47. *de sent. & re jud.*

Sonst wann ein jeder Reichs Stand / der in einem Fürstenthumb Güter hat / desselben Fürsten Landseß / auch in personalibus sein müßte / so würden zwey absurdissima inconvenientia ervolgen. Daß Eine / daß die Kaiserliche Majestät gar wenig Fürsten / Graven / Herrn vnd Stände / in jhrer vnvermittelten subjection behalten /

halten / dahn die begüteten in anderer Stände Landen/würden ratione subjectionis Landsassen seyn. Daß Ander aber / daß solche Reichs Stände auch in personalibus simul & semel, eodem tempore & in solidum mehr Herrn vnd Obrigkeiten hetten. Cum tamen verum & ligium homagiũ includat in se psonalem subjectionem, secundum Matth. de Afflict. *d. tit. qual. Vas. jur.* Ac quia Comes in hac qualitate personæ suæ, homagio est obligatus Imperatori, non potest sic obligatus esse & subjectus Ducis Bavariæ, *d. Clem. Pastor. §. rursus &c.* quia ipsa natura docet, neminem posse esse hominem ligium duorum in solidum simul. In alio autem vulgari & non ligio homagio, juramentum fidelitatis non præstat Iurisdictionem & jus subjectionis in personam, nisi tantùm ratione rei, in quantum se res extendit, ut eleganter not. Specul. *in tit. de feud & homag. qu. 17.* Ideóque si ratione rei aliquid committeretur, propter quod ageretur ad personam puniendam, non posset cõveniri in territorio, ubi res est. Boss. *in pr. Crim. tit. de Citat. num 33.* Vnd also ist es auch im Reich aller Orten herkommen.

Opponitur *fol. 88.* ex parte Bayern. Weil Iuris, daß / wa einer den meisten theil seiner Güter / daselbsten auch das Ius domicilii habe/der Graff auch je bißweilen Mattigkhoven vnd andere Güter / abwechselt / selbst besitzt vnd auffs wenigste seine familiares domesticos, gebrötte Diener / wie es in tertio Mandato Religionsfriden nenner/daselbst sitzen hat. So könden je weder der Graff selbst/oder seiner gebrötte Diener/ ratione habitationis & domicilii niemandt andern vnderworffen seyn/ als deme das territorium der Enden zugehört / juxta notata Menochii *d. arb. Iud. quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 86. ferè per tot.*

Es ist auch nicht seltsam / sondern geschicht vil / daß einer duas habitationes vnd duo domicilia zugleich hat: in einem persöhnlich sitzt / im andern auff ein ande Zeit wohnet. Potest item habere domicilium in quo magis, aliud in quo minus converseturr, & poterit citari ad utramque domum, tanquam ad domum habitationis. Bald. *cons. 233. vol. 1.* Est habitatio in facultate, non in necessitate posita, & qui habitare facit alium pro se, & ad suam utilitatem, ipse habitat. Idem Bald. *cons. 243. nu. 8. vol. 1. ferè per tot. & cons. 393. eod. vol.* ubi in specie de delictorum punitione tractat.

So ist es indubitati Iuris, quod ratione domicilii quis dicatur subditus, & subjectus sit consuetudinibus loci, in quo habitat, ibi forum sortiatur & legibus loci alligetur, sive præsens sive absens sit, teneturque ratione Iurisdictionis, homagium seu Iuramentum præstare. Iacob. d. S. Georg. *tractat. de homag. numer. 32.*

T'con-

E contra gaudet etiam Privilegiis & immunitatibus Provincialium, als der erklärten Lands-Freyheit / davon der Graff Meldung thut. Chassanæ. *rubr. 3. des fiefs. §. 7. vers. sed quæritur. de consuet. Burgund.*

Serenissimi Bavariæ Ducis Procurator *fol. 208. & seq.* etiam hoc addit, daß in den Höchsten der Christenheit Häuptern non solum duplices personæ, sondern respective vilfache erfunden und considerirt werden: als da in una eademque persona Imperator, Rex certorum Regnorum N. & N. item Archidux, Princeps, Marchio, Comes, Dominus hujus & hujus Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Dominii, &c. bestehen / und diverso jure gehalten werden mag. Exempla in promptu sunt, als von der Königlichen Würden in Hispania, so Rex absolutus in seiner Königlichen Würden / Erblichen Königreichen / herentgegen auch ein unverneindt Glid und Stand deß Heiligen Römischen Reichs / daß ihre Königliche Würden / auch respective erkennen / und in allen deß Heiligen Reichs Anlagen / doppelt / auch juxta transactionem Burgundicam tempore necessitatis & belli Turcici, dreyfache Churfürstliche Anlag gern / und intuitu Imperii, als nicht das kleinest Glid der Burgundischen Erbländer halber / gehorsamlichen erlegen und bezahlen / &c.

Pergit Comes *fol. 526.* & ait: Cùm ratione solius possessionis bonorum, subditus quis dici jure non possit *l. libertus. §. sola. ff. ad municip. l. rescripto. §. fin. ff. d. mun & honor.* Paul. de Castr *cons. 89 col. 2. circ. med. lib. 2.* Ideò non cogitur quis ut juret fidelitatem ex eo solum, quod bona possideat in alieno territorio. Innoc. *in c. postulasti. d. for. comp* Brun. Astensis *cons. 35. col. 4.* Iacob. à S. Georg. *in sua Invest. vers. qui quidem investiti. col. 2.* Alex. *cons. 11. ad fin.* ubi allegat Dd. *in c. nimis. de jurejur.* & magis in terminis notat Alex. *cons. 138. col. 3. lib 1. & cons. 16. col. 2 lib. 5.* quod ubi forensis convenitur in loco aliquo ex eo solum, quod in tali loco possidet bona, non ligatur statuto illius loci, pertinente ad litis decisionem; quia tale statutum non ligat forensem, ut tradit idem Alex. *cons. 164. col. fin. vers. ad allegata. lib. 6.* Hinc Aym. Gravetta *cons. 201. num. 16.* fatetur, quod quis ratione solius possessionis bonorum, simpliciter & absolutè dici non possit subditus, ut Iurisdictio generalis in eum possit exerceri, & omni casu, prout in alios, qui sunt de loco; Sed tantum secundum quid: ita nimirum, quod pro tali possessione bonorum conveniri possit coram Iudice loci, in cujus territorio sunt bona, ut *in tit. C. ubi in rem act.* Ideòque Iuramentum fidelitatis ex sola ratione possessionis bonorum præstari non debet: quia ex tali possessione sola (inquit) non potest quis simpliciter & absolutè subditus dici: sed

solum secundum quid: Atqui Iuramentum est quiddam individuum. Bald. *in c. 1. de controvers. invest.* Ias. *cons. 134. col. 6. post med. lib. 4.* neque considerari potest divisio aliqua commoda, quod propter possessionem aliquorum bonorum subditus quis dici possit, quoad ipsa bona tantum: facit quod dicitur, quod non potest quis ex parte esse servus, & pro parte liber *l. si pariter. in fin. ff. de liber. caus. l. 1. §. 1.* ibi: in eadem persona simul libertas & servitium concurrant. C. *de latin. lib. toll.* Similiter non potest quis esse pro parte ingenuus, & pro parte liber. Iason. *in l. si duo patroni. in pr. col. 1. ff. de jurejur.*

Sed in multis locis, da die Landsässerey im Gebrauch / ita est receptum, ut quis bona possidere nequeat, sine onerosâ qualitate subjectionis. Es muß eo ipso der Possessor auch sein Person obligiren / vnd sich zu einem subdito Ligio machen / ita ut in personalibus actionibus conveniri in loco illo queat. Vicissim da die Landsässerey nicht herkommen: ut in Suevia, Franconia, Palatinatu, ibi licet nobilis habitet in territorio alicujus Principis, &c. nihilominus est ratione personæ suæ liber: nec conveniri potest in personalibus nisi ratione delicti & contractus, in loco, ubi contraxit, vel deliquit.

Form der Bayerischen Erbhuldigung in den Ottenburgischen Acten. *fol. 172.* talis refertur: Ich N. gelobe bey meinen wahren Trewen an Aidsstatt / daß ich dem Durchleuchtigen / Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn Albrechten / Pfaltzgraffen bey Rhein / Hertzogen in Ober- vnd Nideren-Bayern / etc. als regirendem meinem rechten natürlichen Erbherrn vnd Lands-Fürsten vnterthänig / gehorsamb / trew vnd gewärtig seyn / seiner Gnaden frommen fürdern vnd schaden wenden / auch in allen Sachen / was ein getrewer Lanssäß vnd Vnterthon seinem rechten Erbherrn vnd Lands-Fürsten zuthun schuldig ist / getrewlich thun sol vnd will: alle Arglist vnd Gefährde hierin außgeschlossen.

In dem Tübingischen Vertrag zwischen weilund Hertzog Vlrichs Fürstl. Gn. vnd dessen Landschafft sequens formula homagialis præscripta invenitur: Ihr werden schwehren einen Aid zu GOtt / vnd den Heiligen / vnserm Gnädigen Fürsten vnd Herren / seiner Fürstl. Gn. Erben vnd Nachkommen deß Hertzogthumbs Würtemberg / getrew vnd hold zuseyn / seiner Fürstl. Gn. dero Rähten vnd verordneten Amptleuten. Gebotten vnd Verbotten / von seiner Gnaden wegen gehorsam vnd gewärtig zuseyn / seiner Fürstl. Gn. nutzen vnd frommen zuschaffen / dero schaden zuwarnen vnd zuwenden / nach ewerm besten Vermögen / euch erzeigen vnd halten / wie fromme gehorsame Vnterthenen sich gegen ihrer natürlichen Herrschafft / erzeigen vnd halten sollen.

Auch

Auch euch/ ewer Leib vnd Gut/ Weib vnd Kind/ so Leibeigen seynd/ nicht zu verendern / ohne bemeldtes vnsers Gnädigen Fürsten vnd Herrn / oder seiner Fürstl. Gn. Amptleuten wissen vnd erlauben/ alles nach Vermög der gegebnen Freyheit: darzu sein Fürstliche Gnad vnd dero Erben Hertzog zu Würtemberg / vnd jhre Nachkommen die Hülff zuthun vnd zugeben / auch die Handhabung der Gehorsame vnd Erbarkeit/ sein Fürstliche Gnad zugesagt vnd verschrieben/ trewlich vnd zuvolnziehen vnd zuhalten/ wie sich nach Innhalt solcher Verschreibung/ auch der Vertrag zwischen vnser gnädigen Herrschafft / vnd gemeiner Landschafft auffgericht vnd gemacht/ zuthun gebürt: alles erbarlich/ trewlich vnd vngefahrlich.

50. Hülffe.

Valdè magnus est rigor iuris Saxonici, ut loquitur Moller. *lib. 3. semestr. cap. 38. in pr.* secundum quod in causa civili reus, si peremptoriè citatus non compareat, vel compareat quidem, sed semel atque iterum per sententiam respondere jussus, litem non contestetur, actore contumaciam ejus accusante condemnatur in **Ehehafft** / hoc est, ad probandum justas & legitimas causas, quibus impeditus fuerit, quo minùs sententiæ pareret, quòd si id intra tempus constitutum non fecerit, tùm verò ampliùs non admittitur, etiamsi refusis expensis, se respondere cupere dicat, sed condemnatur in die **Hülffe** / hoc est, cadit tota causa, & fertur contra eum sententia condemnatoria, non secùs ac si confessus vel convictus fuisset Chilian. *in pract. cap. 77.* Hartman. Pistor. *quæst. 3. part. 1.* Sed vide Moller. *d. loc.*

51. Hund tragen.

Κυνοφορία pœna fuit militaris, ut Arnoldus Lübecensis, *lib. 7. cap. 2.* & Otto Frisingensis, *lib. 2. de gestis Frid. Barbarossæ* de ea hunc in modum scribunt: Denique vetus consuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut si quis nobilis, Ministerialis vel Colonus, coram suo judice, pro hujusmodi excessibus reus inventus fuerit, antequàm mortis sententiâ puniatur, ad confusionis suæ ignominiam, Nobilis canem, Ministerialis sellam, rusticus aratri rotam, de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogeretur.

Gunterus in Ligurino, *lib. 5.* verba Frisingensis sequentibus expressit versibus:


> *Quippè vetus mos est, ut si quis, Rege remoto,*
> *Sanguine, vel flamma, vel seditionis apertæ*
> *Turbine, seu crebris Regnum vexare rapinis*
> *Audeat: ante gravem, quam fuso sanguine pœnam*

Excipiat. Si liber erit, de more vetusto
Impositum Scapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem cõfinia ferre,
Sin alius, sellam.

Locus Arnoldi Lübecensis, cujus mentio fit supra facta, ita se habet: præsumptio (scilicet excæcatio Henrici Decani Magdeburgensis) hoc modo mulctata est, ut mille marcas argenti injuriato persolveret, & de feudo suo ad centum marcas argenti Ecclesiæ majori resignaret, & cum multis nobilibus hominium ei faceret, & cum quingentis militibus militarem ei pœnam persolveret, id est, ut singuli milites de loco perpetrati sceleris, usque ad fores majoris Ecclesiæ caniculum deferrent, &c.

Locum hunc ex Widechindo, auctore non nominato in suam Saxoniam transtulit Crantzius, & moris antiqui ignarus, corrupit, pro *portare canes*, scribit *deducere canes*, quem errorem interpres Germanicus, aliàs vir doctissimus, etiam erravit, legatur *Saxon. lib. 3 cap. 15.*

Videtur pœna hæc militaris tempore Ottonis usitata, sequentibus seculis obsolevisse, demumque Friderici Barbarossæ tempore usurpata. Argumento sunt verba Frisingensis loco *supra* citato. Hoc tàm districto judicio per totam Transalpini Imperii latitudinem promulgato, tantus omnes terror invasit, ut universi magis quiescere, quàm bellorum turbini inservire vellent. Meminit hujus moris etiam Dodechinus *ad Annum 1155.* qui locus nos docet, in alia etiam causa & culpa ignominiæ hanc canum gestationem impositam. Hæc Dn. Meibomius, *ad Witechind. fol. 60.*



I. Jagen/ Jagrecht/ Gnaden-Jagten/ &c.

Venationis exercitium, præcipuè magnarum ferarum, das Hohe-Wildprett zufällen/ virile, bellicum & heroicum reputatur. Lyclama. *lib. ult. Eclog 12.* quod nobilibus & magnatibus aliis peculiariter competit, nec eis, nisi legitimâ præscriptione, adimi potest, *cap. 1. §. nemo retia. de pace tenend. & ejus viol. l. officium. 12. de re milit. cap 1. 2. & tot. tit. de Cler. venat.* Qui tamen curare debent, ut debito tempore, citra agrorum depopulationem, ohne Schaden der fruchtbaren Länder und Güter/ venationi dent operam. Et ne immoderatos sumptus circa venationes faciant, monet Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. num. 149.* Prodigos namque Cicero *lib. 2. offic.* tales vocat, qui venationum apparatu, pecunias profundunt.

Venatio alia dicitur superior, alia inferior. Superiorem vocamus venatio-

nationem cervorum, cervarum, aprorumque, die Hohe-Jagt/ schwartz vnd rot Wildprett / & hæc venatio refertur inter regalia (de qua quæstione latiùs, vide apud Pruckman. *in §. venatio. quæst. 1.* Sebast. Medic. *de venat. quæst. 27.*) Ideò quòd plerumq; in concessione feudi expresè reservetur; doch behalten wir vns bevor / die HoheJagt / schwartz vnd rot Wildpret. Inferior venatio est minorum, seu inferioris notæ ferarum, Jagtsgerechtigkeit an Hasen / Füchsen vnd klein Waidwerck. Quemadmodum enim generali jurisdictionis concessione, tantummodò venit ima seu minima: Ita enim venatio solùm inferior permissa putatur. Heigius, *p. 1. quæst. 15. num. 62.*

Venationes precariæ Gnaden-Jagten/ in alterum transferri & cedi non possunt. Tùm, quia Privilegia ex singulari gratiâ alicui concessa, cedi nequeunt, Tiraquel. *de retraict. lignagier. §. 26. gl. 1. num. 61.* Bart. *in l. etiam. ff. de jurejur. per l. si ex plurib. ff. de administ. tut. & l. non solum. §. si puella. ff. de rit. nupt.* arg. *l. cerdonem. ff. de oper. libert.* Tùm, quia ejusmodi precariæ venationes non transeunt ad hæredem ejus, cui concessio facta est, sed cum personâ evanescunt. *l. cùm precario. 12. §. 1. de precar.* Est enim Privilegium personale, quæ personam non egreditur. Quæ autem ad hæredes non transeunt, ea cedi non possunt, *l. ex plurib. 42. & ibi Bart ff. de administr. & peric. tutor.*

Venationes precariæ, per concedentem, ejusve hæredem, liberè & quandocunque libuerit, revocari possunt, können vnd mögen nach belieben deß Herrn / oder seiner Erben widerruffen vnd abgefordert / vnd alsdann einem andern ohne Verhinderung deß jenigen / welchem sie bißhero Bittsweiß gestattet / verliehen werden. Precarium enim est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiù, quamdiù is, qui concessit, patitur, *l. 1. & 2 ff. precario.* Dn. Harpprecht. *tract. de R. D. §. feræ num. 222.* qui *num. seq.* dicit: Idque adeò verum est, ut venatio ad certum usque tempus per Principem precariò concessa, etiam antè tempus effluxum revocari queat, per text. *in l. precario. 12. in pr. ff. eod.* Nam etsi venationi ad certum tempus concessæ, tacitum insit pactum de non revocendo eandem ante tempus elapsum: quia tamen tale pactum naturæ & substantiæ precarii repugnat; meritò tanquàm inutile & nullius valoris, rejicitur. Est siquidem generalis regula, quod omnia pacta sive tacita, sive expressa, quæ sunt contra naturam & substantiam contractus, sint nullius momenti. *d. l. precario. l. ubi donatus. 27. ff. de donat. mort. caus.*

Concedens potestatem insectandi & capiendi majores feras, puta cervos

vos, apros (vulgò das hohe vnd schwartze grobe Wildpret) intelligitur etiam tribuisse facultatem capiendi feras minores, das kleine Wildpret / als Füchß / Hasen vnd dergleichen: quia cui conceditur id quod plus est, concessum quoque esse videtur id, quod minus est. Et beneficia Principum latissimè, etiam contra ipsum Principem, sunt interpretanda. *l. fin. ff. de constit. Princip. c. cùm dilecti. de donat. c. cùm olim tibi. de verb. signif.*

Quibusdam tamen negativa probabilior videtur. Nam modus uti servitutis, ita & venationis concessioni adjectus, strictissimè servari debet, nec eum excedere licet. *l. servitutes 4. §. modum. 1. ff. de servitut. l. certo generi. 13. ff. de S. P. R. l. si sic constituta. 7. ff. quemadm. servit. amitt. l. si prius. 17. ff. de aq vel aqu. pluv. arcend.* Quia etiam Scriptura concessionis suos habet limites, eosque probat, nec non ultra. Et ideò quod Scriptura non dicit, nec nos dicere debemus. Bald. *in c. Rodulphus. de rescript. & c. venerabilem d. elect. l. ad probationem. C. de probat.* Dd. *in l. lecta. ff. si cert. pet.* Cùm ita in hâc concessionis specie modus sit appositus, ut videlicet liceat majores capere feras: non poterit is, cui facta est concessio, hunc modum transiire, adeoque minoris generis feras capere. arg. *l. diligenter. 5. ff. mandat.*

Ego ita distinguendum puto: ut cui competit die Hohe-Jagbarkeit / vi jurisdictionis territorialis, in Crafft der Forstlichen- vnd Landes-Obrigkeit / is etiam habeat jus capiendi feras minores. Non si præscripserit, vel alio jure particulari habeat das hohe Wildpret zujagen.

Is, qui habet jus venandi in aliqua Sylva, jus quoque habet cingendi Sylvam in capturam ferarum, vulgò die Gerechtigkeit deß Hagens / daß er ein Hag in das Holtz schlagen möge. Bidembach. *quæst. nobil. 12.* Gail. *lib. 2. obs. 68. num. 7.* allegans Zasium, *consil. 6. num. 1. vol. 2.* Dn. Harpprecht. *tractat. de rer. divis. §. feræ, num. 272.* ubi dicit: Hoc tamen non ita accipi volo, quasi is, qui potestatem habet sepiendi & ambiendi Sylvam ligneis plagis, etiam possit ligna in eâ sylvâ cędere ad usum cingędi, deß Hagens / sed si vult Saltum sive Sylvam plagis lignis sepire, vel ein Hag erigere; suis id ligneis, sineq; præjudicio alterius facere necesse habet: quia plagæ istæ die Haagen sunt instar retium & cassium. Is autem, qui venatione uti desiderat, eam suis retibus & canibus exercere tenetur: quoniam servitutes sunt stricti juris, nec ultra suum casum extendendæ, *d. l. certo generi 13. ff. de servit. R. P. l. si mater. 11. § si quis iter 6. ff. de except. rei jud.*

An venatio sit fructus fundi? vide Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 15.*

Huc quadrat quæstio, an Princeps von wegen seiner Forstlichen Obrigkeit / mit denen in seinem Landgeseß-

nen

nen vom Adel das Mitjagen habe? Respondetur, quòd sic: quia Principes Imperii à SS. Cæsarea Majestate cum jure foresti, omnimodaque venatione, mit aller Forstlichen Obrigkeit / Jagten vnd Jagens-Gerechtigkeit / 2c. per alienos, & sic nobilium agros investiri soleant. Montan. *d. feud. lib. 2. cap. 2. §. quandocunque autem.* Bidembach. *d. quæst. 12.*

De jure venandi, vide Pruckman. *in §. venatio.* Sebastian. Medices & Georg. Mohr, ac quoque Noe Meurer, *tractatib. singularib.* adde Arum. *vol. 4. juris publici. discurs. 37.* item me *de Majestate, fol. 178. &c.* latè Gilken. *ad § feræ. Inst. de acquir. rer. domin. fol. 179. & 190.* Molin. *de justit. & jure tractat. 2. disp. 41.*

Ac relationem in causa pignorationis, da einer einem wöhret zujagen / habet Meichsner. *vol. 1. decis. 32.* item, *lib. 2. tom. 2. decis. 2.* ubi, quid sit Wildbann / & quomodo differat à Forstlicher Obrigkeit. itidem, *tom 3. decis. 33. fol. 1137.* ut & *tom 4. decis. 7.* de turbatione im Hohen-Wildbann vnd Vogelwald. Sic pariter de Præscriptione, & aliis ad venationes pertinentibus, *tom. 3. decis. 14.*

2. Jar.

Annus in jure dupliciter capitur, uno modo naturaliter, prout intelligitur annus de diebus 365. *l. cùm bæres. §. Stichus, ff. de statu lib.* Secundò, juxta Bartol. *in d. §. Stichus.* intelligitur annus artificialiter, prout nos capimus à nativitate Domini, ad aliam nativitatem. Vide Arum. *decis. lib. 2. in coron. à princ.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. §. Annus.* Sed Archidiaconus, *in cap. si propter. 2. col. vers. Ianuarius. de rescript. in 6.* dicit, quod sit annus naturalis, usualis, ceremonialis, & denique annus emergens. Annus *naturalis* est ille, de quo supra mentionem feci, incipiens à quolibet die, usque ad finem illius, computando dies 365. & horas 6. *cap. quadragesima. de consecrat. distinct. 5.* Annus *usualis* incipit à Ianuario, usque ad Ianuarium sequentem, secundum Latinos, ideoque *Ianuarius* dicitur à Ianua anni, *c. jejunium. 76. dist.* Sed annus legitimus incipit ab Aprili, in alium Aprilem, secundum Lunas. Et hoc apud Græcos & Hebræos, ut *in d. cap. jejunium. Ceremonialis* autem est de festo ad festum, & hoc apud omnes gentes, *per cap. 1. de consecr. dist. 1. Emergens* & ultimus annus est, in quo fit aliquod magnum, sicut ab exitu de Ægypto, quandò populus Israëliticus fuit liberatus à servitute Ægypti, & dicitur emergens, secundum Thomam de Marinis, *tract. de generib. & qualitate feudorum tit. 2 f. m. 165.* quia aliquid novi emergit. Iudæi & Græci computant annum à prima Olimpiade: sed Romani ab urbe condita. Nos autem Christiani ab incarnatio-

ne Christi sive à nativitate ipsius, secundum mores diversos. *cap. 1. in pr. distinct. 23.* Alii Æram vocant. De computatione anni Domini, sequentia habet Barthol. Bertazolius, *in tractat. Clausul. 1. gloss. 2.* dùm scribit: Videndum est, quo tempore computandi sint anni Domini, quia diversimodè computantur: in quo est sciendum, quod etiam ante adventum Christi anni diversimodè inchoabantur, nam Romani ab indictione, Hebræi à diluvio, Græci à Ludo Herculeo, qui singulo quinquennio in Monte Olympo fiebat, annos computabant; hodiè verò ab annis incarnationis Dominicæ & Imperatoris: ut dicit gloss. *in rubr. C. de indict.* gl. *in auth. ut prapon. nom. Imp. in v. auctore.* text. *in cap. in nomine Domini 23. distinct.* Sed quod imo à nativitate Christi anni computandi sint, est decis. Rotæ. *Nativitate in novis.* quod est regulare secundum Br. *in §l. 1. §. annum ff. de itin. actuq. privat.* ac *in l. libellorum. in princ. num. 15. ff. de accusat.* quod rectiùs est secundum Abbat. *in cap. inter dilectos. num. 13. de fide Instrum.* Et Gloss. *in clem. 1. verb. ex temp. de summ. Trinitate & fide Cath.* dicit, quod alii à nativitate, alii ab incarnatione annos incipiunt, addit Ioh. Andr. etiam alios à circumcisione, alios octavo Kalend. Octobris, sicut fiebat ante adventum Christi, annos incipere, in quo se remittit ad not. Specul. *de Instrum. edit. §. 2.* qui *ibid. in vers. subsequenter.* tenet, servandam esse consuetudinem loci, & secundum eam annos inchoandos esse, quod verissimum est, Bart. *in d. auth. ut prapon. nom. Imper.* Adde, quæ habet Oldendor. *de except. tit. de usucap. m. fol. 459. & seq.* qui *ibid. vers. tractant.* quærit, an valeat statutum Civitatis: quod nisi quis intra annum & diem, inner Jar vnd Tag persequatur jus suum, exindè non admittatur, ubi cum Bart. *in l. sequitur. §. si viam. ff de usucap.* & *in l. cùm notissimi. Cod. de præscript. 30. ann.* concludit, quod tale statutum valeat: quoniam propius accedat ad dirimendas lites hominum, in eâdem Civitate, & ut dici solet, navi vitam agentium, inter quas pernitiosæ sunt discordiæ.

Num item initium novi anni, à die Nativitatis Christi, seu 25. Decembris, an verò à Kalendis Ianuarii, computandum? Disquirit Schæffer. *part. 3. quæst. 1.*

3. Jar vnd Tag.

Iure Saxonico ist Jar vnd Tag, sechs Wochen vnd ein Jar. Gloss. *in Spec. Saxon. art. 38. lib. 1.* Weichbild. *artic. 21. post princ. vers.* Jar vnd Tag. *junct. vers.* das seynd sechs Wochen. Lehenrecht. *cap. 16. in fin. vers.* ein Jar vnd sechs Wochen. Quibus hodiè de consuetudine etiam tres dies adjiciuntur, ita, ut hodiè in Foro Saxoni-

eo annus sit spacium unius anni civilis, sex septimanarum & trium dierum, Rauchbar. *libr. 2. quæst. 24. num. 34.* vide Berlich. *decis. 115.*

4. Jauchart.

Iugum vel jugerum, Jauchart/ Spacium agri, quantum bos in die arare potest. Idipsum hodiè etiam in Belgio, plærisque aliis Gallici tractibus Iornatam appellant, *un Iournal, ou journee de terre*

5. Je vnd allwegen/ wann vnd zu welcher Zeit es jhme beliebig.

Verba *semper quandocunque*, toties quoties, je vnd allwegen / designant temporis infinitatem. per *l. si ita stipulatus. 55. ff. de fidejussorib.* Bart. *in l. qui bona §. ult ff. de damn. infect.* ubi etiam Ioan. de Imola. Specul. *tit. de arbitr. §. ult. vers. qui si dictum.* Alex. *cons. 145. vers. sed homine non. vol. 2.*

Vndè si in pacto de retrovendendo adjiciatur hæc clausula, *ut quandocunque venditor vel ejus heredes velint pretium offerre, &c. fundum recipere possint*, daß zu jeder Zeit / wann es dem Verkauffer oder seinen Erben gefällig / in Widerlegung deß Kauffschillings / jhnen das verkauffte Gut widerumb abzulösen vnd an sich zuziehen / vnbenommen / sondern dessen berechtigt vnd befügt sein sollen / facit ut non obstante triginta annorum præscriptione, venditori, ejusve heredibus jus redimendi semper & in perpetuum competat. vid. Caspar. Thessaur. *quæst. forens. lib. 2. quæst. 72.* Gratian. *tom. 1. cap. 2. part. 1.* text. *in l. quod si nolit. §. si quod ita venierit. ff. de ædilic. edict.* ubi Bl. & Angel. notant, quod ubi in promissione apponitur verbum *quandocunq;*, non curat præscriptio statutaria vel legalis. Ruin. *cons. 111. n. 7. vol. 1.* idem designant verba toties quoties, de quibus vid. in verb. so offt vnd vil.

Idem etiam de verbo *volendi* judicatur, quod naturalem cuique facultatem tribuit faciendi ejus, quod libet, ut singulariter tradidit Oldrad. *cons. 187. num 4.*

Nec refragatur quicquam, quod isthæc verba, tempus perpetuum significantia, sint restringenda ad spacium 30. annorum, arg. *l. rebus 30. §. 1. C. de jure dot.* ubi actioni de dote triginta annorum meta præscribi dicitur: quamvis alibi expressum sit, causam dotis semper & ubique esse præcipuam. *l. 1. ff. solut. matr. arg. l. minor. 39. §. qui statu liberum 4. ff. de evict.* ubi traditur, evictionis nomine aliquem perpetuo obligari: & tamen isti actioni præscribi 30. annis certum est. Actiones quippe, quibus 30. vel 40. annis præscribitur, perpetuæ vocantur. argum. *l. Prætor ait 20. §. hoc interdictum. 6. ff. de nov. op. nunc.* Illud inquam, nihil movet,

quia verum est, locumque habet in dispositione legis, non autem in dispositione hominis. Nam cum una lex dicat, actionem esse perpetuam, vel jus in perpetuum competere, altera verò lex dicat, omnem actionem spatio 30. annorum extingui: ne repugnantia & legum contrarietas sequatur, necesse est, hoc modo interpretari tempus perpetuum, ut non excedat triginta annos. Quæ ratio in dispositione hominis planè cessat. vid. Cynum. *in l. ult. C. de Iud.* Imol. *cons. 25. in pr.* ubi inquit, infinitatem tolerari, quando ex partium conventione procedit. Dn. Harpprecht. *de usucap. ad princ. num. 167.*

Addo & hoc, quod in Contractibus nullum verbum censeri debeat otiosè esse adpositum, & intentio Contrahentium non sit restringenda contra eorum voluntatem: verba autem hæc je vñ allwegen/ pacto venditionis adposita, otiosa omnino essent, si non operarentur, ne huic facultati præscriberetur. Wesenbec. *consil. 2. num. 52.* Et si pacto certum tempus, puta 50. annorum expressum fuisset, utique ante illud nulla præscriptio curreret. Quidni itaque si infinitum tempus expressum, nullo unquam tempore currat. *l. quod si nolit. ff de adil. edict. l. 7. §. 4. C. de prascr. 30. ann.* Frustraretur suâ opinione venditor & deciperetur, sibi sc. persuasum habens, absque ulla temporis præfinitione se fundum redimere posse, quæ deceptio legibus improbatur. *l. 3. §. Magistrum. de exerc. act.* vid. Gerhardi *ad Instit. decad. 6. quest. 3. per tot.*

Huic opinioni, quod nimirùm venditor, quandocunque libuerit, possit redimere, adstipulantur quoque Barbat. *cons. 51. col. 8. vol 1.* Paris. *consil. 92.* Ioh. Igneus *in l. in cognitione. n. 76. ff. ad S. C. Syllan.* Alciat. *in l. petens. in gl. 1. C. de pact.* Chassan. *ad cons. Burg. tit. des ventes à rechapt. §. 1. gl. 1. col 2. vers. limita. & cons. 11. vers. vigesimo.* Vbi alios etiam quamplurimos allegat ita tenuisse. Et quod nulla allegari possit præscriptio, ne quidem longissimi temporis, tradit Hier. Laurent. *decis. 129. num. 2. & seqq.*

Notandum tamen hic est, licet verbum *quandocunq.* infinitam temporis perennitatem suâ naturâ comprehendat, tamen eam ad declarationem posteà subsecutam esse restringendam, Menoch. *consil. 151. numer 33. & num. 50.* adde Iacob. Schultes. *practic. quest. lib. 1. quest. 55. numer. 69.*

6. Jedem/ sampt unnd sonders.

Dictio *Singulis*, separatim distribuit, & in solidũ attribuit *l. hujusmodi 84. §. 12. vers. singulos. d. leg. 1. l. 37. ff. de vulg. & pupill. l. in singulis. ff. ad L. Falcid.* & distributivum *Cuilibet,*

de

de sui natura, rem unicuique in solidum assignat. *l. 22. §. 1. v. unicuique ff. fam. erciscund. l. hoc articulo 29. v. quisque. ff. de hered. Inst.* Paris. *cons. 16. numer. 15. & 17. consil. 13. num. 9. vers. in solidum.*

Distributiva *Quilibet*, ejusdem potentiæ est, actum in solidum tribuendo: *l. 32. §. 13. ff. de recept. arb. l. 13. vers. æquè. ff. de hered. instit.* vide Rol. à Valle *consil. 70. n. 44. vol. 3.* distributivum operando, ut singuli pronominatis & expressis habeantur, Dd. *in l. fin. verb. una.* ubi Ias. *n. 9. Cod. de impuber. & al. substit.* Farin. *in pract. Crim. lib. 1. quest. 22. num. 15.* notans, versari illam dictionem integraliter & separatim, per omnia prædicata: & actum in solidum significare seu attribuere. adde Iacob. Alemann. *de simultan. Investit. in fol. 22.*

7. Jedoch

Vocula hæc, est adversativa, & taxativa: ac consequenter exclusiva omnium casuum, extra orationem, in quâ posita invenitur. vide omn. Meichsner. *decis. 2. tom. 2. lib. 1.*

8. Jetzt/ jetzt alsdann/ vnd dann/ als jetzt.

Hæc Clausula tantæ importantiæ est, ut aliquo in contrarium existente, non tantùm pro pura habeatur, & ad tempus præsens, sed etiam ad tempus futurum referatur. gl. *in clem. 1. de conc. præb. & in cap. quam sit. & in cap. cupientes. de elect. lib. 6.* Bald. *in c. un. num. 16. & seq. d. Mil. Vasall. qui contumax.* Corneus, *cons. 278. nu 14. vol. 3.* Alex. *consil. 111. num. 27. vol. 6.* Cothman. *consil. 17. num. 101. & seqq. vol. 1.* Negusant. *de pignor. & hypoth. membr. 2. part. 2. num. 5.* vid. Tusch. *lit. D. conclus. 279.* Thoming. *vol. 1. consil. 2. num. 26. &c.*

Dictio *nunc*, est præsentis temporis, Bald. *in auth. contra. num. 1. C. ad Trebell.* & denotat præsens esse initium obligationis. Alex. *in l. hujusmodi. la 2. num. 3. ff. d. V. O.* Felin. *in c. licet causam. in 6. not. d. probat.*

9. Ihme.

An actus, in quo apposita est dictio *ipsi*, sit personalis, ita quod ad hæredes non transeat: & pro plena intelligentia aliquot casus sunt constituendi. Noalis *de transmiss. cas. 28. fol. 355.* Primus est in contractibus, & tunc dictio *ipsi* non stat restrictivè, sed tantùm demonstrativè, ideoque non impedit transmissionem; sed contractus, dictione *ipsa* nō obstante, ad hæredes transeunt. *l. stipulatio ista. §. Sicut autem, in fin. ff. de V. O. l. si necessarias. §. de vendendo. ff de pignor. act.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 1. num. 40.* Quia quilibet præsumitur suo hæredi, ut sibi prospicere & providere, quæ præ-

sumptio non tollitur ex dictione *sibi*, quia est præsumptio violenta procedens ex visceribus naturalibus, contrariam probationem nō admittentibus, Menoch, *de præsumpt. lib. 1. quæ. 3. num. 5.* Bald. *in rubr. Cod. de probat. num. 6. vers. exemplum.*

Secundus casus est in aliâ dispositione, & tunc aut est simplex concessio, aut est prohibitio: Si simplex concessio, similiter dictio *sibi*, non stat restrictivè, sed demonstrativè; ac transit ad hæredes: quia adjectio personæ in concessione de sui natura ad hæredes transitoria, non facit, quod ipsa concessio sit personalis, & non transitoria. Iason. *in l. si sic stipulatus. num. 15. ff. d. V. O.* ideò videmus, quod hæc verba: dabo tibi claves regni cœlorum, non excludunt successores Petri, vide Bald. *in c. pen. num 3. de off. deleg.* Ias. *in l. 1. num 30. ff. de off. ejus.* Roland. *consil. 55. num. 54. & seq. lib. 3.*

Declaratur (1) quia sicut hæc dictio sibi, apposita in concessione ad hæredes transitoria, non facit ipsam concessionem esse personalem, & non transitoriam, & sic non alterat naturam actus principalis: ita multò minùs operaretur è converso si apposita essent in concessione non transitoria, puta ubi electa est industria personæ, vel in actu personæ cohærente, vel aliàs ad hæredes non transibili.

Declaratur (2) procedere in puris terminis dictionis *ipsi*; secùs, si aliundè appareret, concessionem esse personalem, quod apparere potest per conjecturas, quarum aliquas recitat Menoch. *lib. 3. præsumpt. 103.*

Declaratur (3) in dispositione prohibitiva; & tunc si ipsa prohibitio est facta de his, quæ sunt de genere permissorum, dictio *Ipsi* apposita in prohibitione stat restrictivè, & est personalis, ita, quod prohibitio ad alios non transit. Curt. Sen. *consil. 50.* Menoch. *consil. 82. num. 158.* Tiraqual. *de retr. conv. §. 1. gl. 6. num. 25.* hisce adde Iason. *in l. filiusf. §. Divi. num. 151. ff. de leg. 1.* & *in l. qui filium. §. in omni. num. 17. ff. de acquir. hæred.* Bald. *consil. 304. num. 1. lib. 5.* ratio est: quia cùm in genere permissorum omnia intelligantur permissa, quæ specialiter non reperiuntur prohibita; *l. mutus. §. cùm quæritur. ff. de procur.* ideò prohibitio non extenditur ultra personam prohibitam. *l. si verò. §. de viro ff. solut. matrim.*

Quartus casus est in prohibitione facta de his, quæ sunt de genere prohibitorum, ut in prohibitione alienandi fideicommissa, feuda, bona Ecclesiæ, & similia non alienabilia, & tali casu dictio *ipsi*, contenta in ultima prohibitione hominis, non censetur revocare primam prohibitionem juris, quæ propterea remanet in suo robore, & transit ad alios: quia ubi adest duplex prohibitio, una sublata, non cessat altera, *l. si domus. ff. de.*

ff. de serv. urb. præ. §. *affinitatis Inst. de nupt.* Menoch. *consil. 36. num. 36.* Oldrad. *consil. 268. num. 2.*

10. In.

Præpositio *In*, denotat intrinsitatem, §. *in flumine. ff. de flum.* §. *cum in sua. Inst. de rerũ divis.* ac in ipsomet loco, text. est expreſſ. *in l. 1.* §. *ne quid ff. ne quid in loc. publ.* ubi dicitur, quod factum in ripa, non dicitur factum in flumine, maximè quandò juncta est ablativo, tunc importat locum, sedem & situm. Bald. *in rubr. solut. matrim. n 3.* Rimin. Iun. *consil. 388. num. 32.* Nizol. *allegat. 16. num. 12.*

11. Jngen

Est communiſſima terminatio quamplurimorum in Sueviâ locorum, Ego *de jure universitatum. f. 235.* Olim autem dicebant gun: Vt appareret ex collatione denominationis priscæ & modernæ, quam mihi communicavit Dn. Rittelius, Registrator Wüttembergicus, antiquitatis Suevo-Germanicæ peritiſſimus.

Gamertincheim	Gamertingen.
Rugeſingun	Rüexingen.
Goteliubingun	Göttelfingen.
Hiteſlandun	Hirſchlanden.
Herphesfurt }	Erfurdt.
Erphisfurth }	
Reginheris Brunnen	Reinhartzbroñ.
Magadburg }	Magdenburg.
Megedeburc }	
Sparewereſekke	Sperbers Eck.
Dagelvingun	Tailfingen.
Salleſtat	Saltzſtetten.
Curenberg	Kürnberg.
Schlettdorf	Schlaytorff.
Niverun	Nüfern.
Tahenſtein	Dachſtein.
Argozingun	Ergazingen.
Stophilin	Stöffeln.
Herricheſwilare	Hersch oder Hirſchweiler.
Vaſburgewilare	Veſperweiler.
Butencheim	Biettigheim.
Sahſenheim	Sachſenheim.
Ravengereſburg	Ravenſpurg.
Mylehuſun	Mülhauſen.
Sindelingun	Sindlingen.
Brettenuwen	Braytenaw.
Raggeſingun	Räxingen.
Witelineſwilare	Wittelsweiler.
Haldewanc	Hallwangen.
Hodorp	Hochdorff.
Snette	Schnait.
Vrluſheim	Urlaſch.
Bunnencheim	Binnigheim.
Gladebach }	Glappach.
Gatopach }	
Daleheim	Thalen.
Nallingesheim	Nellingsheim.
Aleneſwilare	Elentzweiler.
Mezzeſteten	Meßſtetten.
Viſebach	Viſchpach.
Iringeſberc	Ilenſperg.

Ture-

Turewilare	Durweiler.
Horevvon	Horb.
Eskelbrunnen	Eschelbron.
Hessencheim	Heßken.
Belsenfeld	Besenfeld.
Liuzenhart	Lutzenhart.
Hopfuvron	Hopfen.
Cravveneggun	Gravenecf.
Grindilen	Gründel.
Sigemaresfeld	Simmersfeld.
Rumilnispach	Rummelspach.
Kamerincheim / Kamitringen	Gemerkehn.
Dedilingen	Dettlingen.
Rusten	Reüsten.
Dizen	Dteffen.
Calevvenbach	Callenbach.
Blidolvesheim	Bleydelsheim.
Boteboren	Bettwar.
Bodeleshusen	Bodelshausen.
Waitingeswand	Wältinschwan.
Duingin, Tuingun vel Tyvvingüm	Tübingen.
Wirdeberch	Würtenberg.
Achelme	Achel.
Zollre	Zollern.

12. Cl. In der besten Form vnd Maß.

Clausula ista, *omni meliori modo*, in Instrumentis vel alibi reperta, plurimi solet esse momenti. Ipsa namque facit, ut actus eo sustineatur modo, quo potest. Bald. & Imol. *in l. cùm pater. §. filius. ff. de leg. 2.* ubi dicunt, quòd si in testamento posita sit, eam virtutem habeat, quam Clausula Codicillaris, & faciat testamentum eo valere modo, quo potest. Alex. *consil. 112. volum. 3.* Socin. *consil. 66. num. 7. & seq. vol. 3.* Dec. *consil. 14. num. 3. consil. 77. num. 4.* Gozad. *consil. 46. num. 26. consil. 78. num. 5.* Durand. *de act. test. tit. 11. caut. 11. nu. 2.* Menoch. *arb. 1. quæst. 47.*

13. Inner.

Dictio *Intra*, includit tantùm sua extrema, & excludit ea, quæ sunt extra. Socin. *consil. 211. in princ. libr. 2.* Terminus si assignatur ad aliquid faciendum, infra decem dies, quâlibet die dictorum decem dierum poterit ille actus fieri, posteà non: & sic includit extrema, & excludit ea, quæ sunt extra. Gemin. *consil. 121 num. 3.* adde Tuschum, *pract. conclus. lit. D. conclus. 299.* ubi *num. 3.* dicit, quod ubicunque dictio *Intra* importat tempus, talis Dictio includat omne tempus designatum, *per cap. frequens. de rest. spol. in 6.*

14. Inhabern diß Brieffs.

Per hæc verba intelligitur quilibet tertius possessor, vel detentor harum literarum vel scripturarum, sive titulo emptionis aut permutationis, pignorisve vel donationis, sive precariò aut quocunque alio modo habeat

beat vel possideat, aut detineat ab hæredibus & hæredum hæredibus, *per l. habere. 188.* ubi Dd. *ff. de V. S. l. stipulatio ista. §. dupliciter.* ubi Duaren. *ff. d. V. O.* Præsertim cùm verbum Inhabern/correspondeat verbo *detentator* & *detinere.* Detinere autem est possidere vel in possessione esse, vel etiam occupare, ac precario habere, aut tantùm rei insistere. Iohan. Gœddæus, *inter cons. Marpurg. cons. 28. vol. 1. num. 110.* Zas. *ad l. possidere. §. ex contrario. ff. de acquir. poss.* fac. *auth. nisi triennale. C. de bon. matern. l. ubi. 29. C. de jur. dot. l. non abs re. vers. & possessionis. l. fin. C. unde vi. l. un. C. de usucap. transfor.*

15. Inhabern deß Fürstenthumbs / oder Graffschafft.

Potestas nobilitandi non sufficit, nisi simùl adsit nobilitandi voluntas. Carol. Molin. *in l. 1. §. Si quis ita. num. 34. ff. de V. O.* Alex. Laudens. *tract. de analog. cap. 34. num. 37. & 38.* Feuda enim etiam sine nobilitate ab illis dari possunt, & nobilitas sine feudis. Vultej. *1. Feud. cap. 8. num. 9. & seq.* Indeque fieri existimatur, ut interdùm aliquis ab Imperatore investiatur de Ducatu aut Comitatu, als Innhaber deß Fürstenthumbs oder Graffschafft / nec sit tamen Dux vel Comes. Rosenthal. *de feud. cap. 2. quæst. 2. num. 9.* vide Subscriptiones Recessuum Imperii.

16. In Sachen beschliessen.

Wañ man ein Sach zum Bescheid setzet/ in puncto scilicet interlocutoriæ, braucht man das Wort submittirt/ in definitivis aber würdt beschlossen.

17. Instantz.

Instantia propriè nihil aliud est, quàm contextus & continuatio processus in judicium deducti; & eo ipso ab actione, tanquàm ipso jure persequendi differt: vel est exercitatio judicii à litis contestatione ad sententiam. Sichard, *ad l. properandum. n. 3. C. de judic. & in l. 4. num 4. C. de pact.* Quæ ipsi liti seu causæ principali è Diametro opponitur. *l. & post edictum. 73. §. circumducto. 2. ff. de judic.* Sed vide Ziegler. *in commun. conclus. ad aur. prax. in prælud. de Instant. num. 2. & seqq.*

Et hic notandum est, quod Instantia incepta cum aliquo litigatore, ad hæredes ejusdem litigatoris transeat activè & passivè: sicque prosequenda est Instantia ipsa in terminis, in quibus reperiebatur cum defuncto. Et quod transeat ad eos activè, habemus text. *in l. si operarum. ff. de oper. libert. & l. si petitor. ff. de jud.* quodque con-

tra eos passivè transeat, pariter cautum est, *in l. si cum hoc. ff. de fidejuss.* ubi Bart. *num. 2.* Angel. & Paul. de Castr. *num. 3. l. servus. ff. de his, qui not. infam.*

Dicitur autem incepta Instantia ad hunc effectum non solùm per litis contestationem, sed etiam per præstationem satisdationis de judicatum solvendo. *l. si defunctus. ff. de procur.* & per illum text. Paul. de Castr. *in d. l. si cum homine. num. 3. de fidejuss.* ac etiam per solam citationem. Bald. *in l. 1. num. 2. C. si pend. appell. mors.* & est text. *in c. gratum. de off. de leg.* & *c. proposuisti de for. compet.* Nicol. Noalis, *in tract. de transmiss. cap. 55. num. 2.* ubi *in seqq.* hujus conclusionis aliquot tradit ampliationes ac restrictiones.

Mutato judice, an pereat Instantia. vid Modest. Pistor. *part. 2. q. 96.*

18. Insul.

De Insulis Dn. Gryphiander absolutissimum conscripsit Tractatum. Et *ibi cap. 2.* Insulam definit, quod sit terra, aquis undique clausa. Qua descriptione & Historici & Poëtæ, quos ibi adducit, utuntur. Derivationem autem vocis Eyland, hoc est, Insulæ, deduco ab Hebræo Ai, quod est insula.

Omnes autem Insulæ vel natura vel operâ humanâ producuntur. Illæ vel perpetuæ sunt, una cum exordio Mundi creatæ vel postea ortæ, quas accidentales Baldus, ICtus futuras dicit *in l. 17. de leg. 3.* Et hæ vel lentè ac successive nascuntur vel impetu quodam. Illud divinæ potestati, hoc casui fortuito tribuit Bartolus. Simplicius est, ut dicamus Insulas vel nativas vel fortuitas, vel manu factas. De quibus omnibus vid. Gryphiand. *d. loc. cap. 5. & seqq.* Estque Insula Nativa sive naturalis, quam natura, consueto agendi modo produxit, sive cujus generatio ex natura est. Aristot. *7. metaph. 7.* An autem Insulæ extent ab initio mundi creatæ, docet Gryphiander. sup. *dict. tract cap. 6. num. 4. & seqq.*

Insulæ fortuitæ, quæ alterius & quidem violentioris causæ impulsu producuntur, etiam à natura proficiscuntur, sed irata & quasi turbata *l. 15. de inoff. Testam.* Ita Aristot. *1. Rhetor. 10.* natura fieri dicit ea, quorum causa in ipsis est aut ordinatè. Aut enim semper aut plerunque eodem eveniunt modo. Quæ verò præter naturam sunt, eorum causa fortuita esse videtur Gryphiand. *cap. 7. ab init.* Undè fortuita dicebant Romani, quæ neque causam habent ullam, neque notam, cur futura essent. Cic. *2. de divin. arg. § 39. Inst. de rer. divis.* Quorum eventa magis, quam causas quæri oporteat. Cicero *1. de divin.* Et licet nativæ & fortuitæ Insulæ à se invicem subtiliter distinguantur; tamen ἐν πλάτει uno communi nomine com-

comprehenduntur, artificialibusque seu manu factis opponuntur *l. 20. §. 1. de serv. rust. l. 28. de serv. urb. l. 1 §. 10. & 15. de aqu. pluv.* Ita natura & ars opposita sunt. Arist. *in princ. Mechan. quæst.* natura & cultura, Plin. *lib. 14. cap. in pr.* industria & eventus. *l. pen. C. de solut.* Naturæ & manu factum opus: *l. 2. §. 1. ad L. Rhod. de Iact.* ager naturalis & manufactus *l. 2. §. 5. de aqu. pluv.* fossa naturalis, *id est,* rivus, & manufacta. *l. 1. §. 8. de flumin. l. 1. §. 5. ut in flum* vid. Gryphiand. *cap. 8.*

Wem aber die Insulæ, de novo natę zugehörig / ist bey den Rechtslehrern sehr zweyfelig / auch in dem corpore Iuris selbsten hievon fast widerwertige vnd einander selbst zugegen lauffende textus zufinden / vnd will man fast in gemein dahin schliessen / daß / wann ein Insul in einem schiffreichen vnd starcken fliessenden Wasser sich trucken legt / darauff der Obrigkeit oder Herrn deß Fluß allein die Iurisdictio oder Botmässigkeit / der Nutz aber / als Graß / Waidt / rc. vnd anders den privatis, so an beeden Gestaden Güter oder jura haben / gehörig seye. Wie solches klärlich lehret Peregrin. *de jure fisci lib. 8. nu. 61. & seqq.* Andr. Schæffer. *quæst. 17. part. 2.* Heig. *part. 2. quæst ult.* Hartm. Pistor. *lib 4. quæst. 17.* Tusch. *verb. Insula.*

Einer widerigen Meinung seynd andere / wie insonderheit zusehen apud Ioann. Gryphiandrum *in allegato suo egregio tract. de Insulis. cap. 11. & seqq. item cap. 17.* welche dahin außschlagen / daß deregleichen Insuln oder Werder / nicht denen so Güter vnd andere Gerechtigkeiten am Gestad haben / zuständig / sondern durchauß & pleno jure der hohen Obrigkeit od territorii Domino, so omnimodam Iurisdictionem an beeden Gestaden vnd in dem Fluß hat / als ein regale & fluviaticum commodum gehörig seye. Dahin auch fast die Cameralia præjudicia incliniren / apud Tilman. de Benign. *in Syntagm. p. 2. dec. ᵯ. vot. 7.* & Ioh. Forster. *in proc. Iudic. cap 15.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap 5. num 27.*

Hievon halte ich die erste veritati Iuris scripti, die andere opinionem aber moribus & consuetudinibus Germaniæ propiorem, Noë Meurer: von Wasserrecht. *par. 1. num. 8.* quem etiam vide *part. 2.* per tot. Es ist aber hiebey in gute Obacht zunemmen / (1) Ob solche Insul für sich selbst sich trucken gelegt / oder hierzu durch Gebäw Vrsach gegeben worden. (2) Ob sie allgemählich entstanden / oder etwan nach einem grossen Güß sich eraiget / (3) Ob das Gestad ein oder beeder Orten durch das Wasser hinweg gefressen / vnd hinder sich getriben / also mit Schaden deren / so Güter vnd Waiden der Orten gehabt / dise Insul entstanden. Fürnämblich vnd

fürs (4) ist auff das Herkommen an der Tonaw vnnd andere Vmbständt fleissig zusehen.

19. Ins Thal Iosaphat laden.

De provocatione ad Iudicium in Valle Iosaphat, *vid. dissert.* Dn Christiani Heroldi, amici mei singularis: ubi multa exempla habet, & in causas ac permissionem ejusmodi moris inquirit. vide & me *d. Appellat. ac tr. de pœnis. fol. 131.*

Ac etiam an & quatenus ejusmodi provocatio valeat? disquirit Simon. Majolus *dier. Canicul. tom. 2. Colloquio 2. fol. m. 523.*

20. Interims Mittel

Werden selbige genennt/ dùm quæritur, quid interim, dùm causa principalis (quæ altiorem indaginem habere dicitur:) expediatur, faciendum sit: & hæc, ex natura quasi momentanei possessorii, aut provisionalis decreti, quo principali negotio sive liti non præjudicatur, dijudicantur.

Sic etiam Gailius, *1. obs. 5. num. 3.* scribit, quod processum litigiosæ possessionis Hispani *Interim*, Galli *Recredentiam*, Belgæ *provisionale* remedium, alii processum informativum appellare soleant, Budæus *in pandect. ad l. fin. d. orig. jur.* litem vindiciariam vocat.

Quamvis autem arbiter provisionem non concedat, sed judicis ministerium requiratur, arg. *l. ait Prætor. §. 1. ff. de jur. delib.* Rebuff. *tract. de sentent. provisionalib. in præfat. n. 17.*

Non dubium tamen est, quin expressè in arbitrum compromitti possit, ut hàc de re pronunciet, sententiamque ferat.

Condemnatur item per modum provisionis debitor ad pensionis solutionem, quam retardare satagit propter litem, Rebuff, *ibid. num. 125.*

Et quandò agitur super rescissione Contractus, interim condemnatur pars per provisionem, petens contractum rescindi ad servandum contractum, data cautione de eo, quod recipitur interim lite super rescissione pendente, Rebuff. *ibid. num. 132.* Qui & *num. 134.* tradit, non debere dari provisionem, per quam decideretur tota materia principalis.

Sic pariter in materiâ litigiosæ possessionis, quilibet possessor in possesfine sua vel quasi est manutenendus Græyæus, *conclus. 5. n. 5.*

21. S. Johanniter Orden.

De hoc ordine, singularem historiam conscripsit Henr. Pantaleon. & v. d. Marc. Antonii *practicabilia Ecclesiastica. quæst. 20.* ubi an Equites Hieroso-

rosolymitani ad feudorum successionem admittantur?

Addere libet Bullam Pontificis Maximi Vrbani 8. quibus omnia Privilegia huic ordini confirmat; directam ad Magnum Priorem sive Magistrum, cæterosque fratres milites Prioratus Alemanniæ, Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani.

Quibus iisdem omnibus & singulis in Virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ Pœnâ mandatur, ne quicquam quod ad bonorum, aliorumque jurium ordinis conservationem, augmentum & defensionem opportunum fuerit, negligant, aut negligi permittant, &c. in tenorem, qui sequitur.

VRBANVS PP. VIII.

Dilectis filiis Federico Hundt Priori, cæterisque fratribus militibus Prioratus Alemanniæ Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani.

Dilecti filii salutem, & Apostolicam benedictionem, Romani Pontifices, qui ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani merita perspectissima habuerunt, eum semper inter cæteros militares ordines, & magni fecerunt, & peculiari charitate ac studio complexi sunt: quæ omnia in nobis maximum ex vestra in nos, & Sedem Apostolicam devotione & observantia incrementum receperunt, quo fit, ut bona, aliaque ordinis Vestri Iura tum indies magis non solum crescere ad Dei gloriam, & hostium fidei confusionem summoperè desideremus; sed etiam quæ progressum hujusmodi quoquomodo impedire, minuere, vel retardare possunt, Nos maximè sollicitos habeant: Quamobrem etsi nequaquam dubitamus, quin vos pro vestra pietate, & Catholicæ religionis zelo bonorum, aliorumque Iurium hujusmodi conservationi, & augmento, quam debetis sollicitudinem impendatis: tamen Apostolatus officium, quod immeriti gerimus, à Nobis flagitare non cessat, ut etiam bonis atque Iuribus hujusmodi quantum cum Domino possumus, superintendere non negligamus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, vobis omnibus & singulis in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub excomuncationis latæ sententiæ Pœnâ præcipimus, & mandamus, ne vos, aut ullus vestrum, etiam ad cujusvis quacunque dignitate, & præeminentia, ac speciali nota digna, & de necessitate exprimenda instantiam, intuitum, vel contemplationem, & ex quacunque causa, aut quovis quæsito colore, vel prætextu, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quicquam negligatis, aut negligi permittatis, quod bonorum, aliorumque jurium, ipsius vestri Ordinis cōservationi, augmento, atque defensioni

opportunum fuerit, neque Iurisdictionem Ecclesiasticam lædatis, aut violetis, minusque in aliquo lædi, violari, aut usurpari permittatis: quod si de validitate Privilegiorum vobis, seu ordini vestro per Nos, vel Romanos Pontifices prædecessores nostros, quomodolibet concessorum, seu de illorum interpretatione agi, seu tractari contigerit, id totum Sedis Apostolicæ cognitioni & declarationi remittatis. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium faciendo, non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die VI. Iunii M. DC. XXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

22. Ist.

Verbum *Est*, præsens tempus propriè significat, non futurum. Vndè etiam hoc verbum quod de sui natura & proprietate præsens tempus, & non futurum designat, ad futurum referri non debet, per ea, quæ tradit Bart. *in l. Mela, §. si alimenta. num. 2. ff. de alim. legat.* Castrens. *in l. quia ædificium. num. 2. ff. de serv. urb.* Maximè, quia verba potiùs intelligenda sunt de præsenti, quàm de futuro, Cephalus, *consil. 253 num. 21. lib. 1.*

Verbum etiam *est*, de sui naturâ proprietatem & veritatem significat Bart. *in l. si maritus. §. legis. ad L. Iul. de adult.* Bald. *in l. quæ fortuitis. C. de pignor. act.* Decius *in l. eo quod plus. ff. d. R. I.* Honded. *consil. 57. num. 29. vol. 1.* magisque significat substantiam, & existentiam, quàm similitudinem, imò in mundo non est verbum adeò realis existentiæ & veritatis expressivum: ut scribunt Ias. *in l. servi electione. §. 1. de leg. 1.* Menoch. *consil. 106. numer. 223.* Et vide Castillo, *de usufruct. cap. 32. num. 14. & seq.*

Indeque ineffabile nomen Dei summi, IHVH ab *est*, derivatur, & essentiam Altissimi Monarchæ optimè exprimit. Cùm ille solus existat, & ab eo dependeant cuncta, ferè, ut imago in speculo, à reipsâ, quam repræsentat.

23. Item.

Dictio *Item*, aliquandò stat continuativè, aliquandò repetitivè, & aliquandò aliter. Bart. *in l. repetendis. de legat. 3. in l. 1. in princ. ff. de public. & vectig. & in consil. 27.* Bertazol *de Clausf. Instrument. Clausf. 20. gloss. 1.* Sed quando per eam orationi præcedenti adjicitur oratio defectiva & imperfecta ex parte appositi, vel ex parte verbi, prout in casu isto, in quo deficit verbũ *vendiderunt*, & tunc suppletur ex oratione præcedẽti, cum suis qualitatibus: & in hoc inducitur repetitio. *l. à sententia. ff. de appellat.* Aretin. *in §. item lapilli Instit. de rer. divis.*

vis vide omninò Tusch. *conclus 303. lit. d.*

24. Jubilier.

De pœnâ Zuntarorũ, auff Teutsch/ Jubilierer/ à Gall. *Ioyaulier*, vel Ital. *Gioielliere*, so falsche edle Stein verkauffen/ v. Hippol. *de Marsil. sing. 318. incip. fui rogatus.* ubi dicit, quod sint puniendi, tanquam fures, vel etiam acrius. De jure Saxonico puniuntur pœna fustigationis cum deportatione, sed tamen pro modo delicti, & qualitate personæ delinquentis pœna moderatur. Arnold. Rayger. *in Thesaur. jur. lit. P. verb. pœna. n. 12.*

25. Juden.

Iudæi an Christianorum servi sint? Quæritur. Pro negativa affertur. (1) Servi pro nullis, imò pro mortuis habentur. *l. servitutem. 209. ff. de R. I.* neque quicquam habent proprii, & per consequens non habent facultatem contrahendi, testandi, vel alio quocunque modo bona alienandi. Cùm non entis nullæ sint qualitates. Iudæi autem rerum dominia possident, & de bonis suis testari possunt: Cùm Christianis commercia liberè exercent. arg. *cap. miserabilem. cap. quantò magis. ex. de usur* neque aliquis Christianorum, excepto Præside Provinciæ, rerum suarum pretia eis constituere potest. *l. nemo. 9. Cod. de Iudæis.*

(2) Servi in judicio standi non habent personam. At Iudæi solenni more in judiciis agunt & actiones excipiunt. *l. Iudæi. 8. C. de Iudæis.*

(3) Inter servos non est matrimonium, neque nuptiæ justæ. Cùm justæ nuptiæ sint de jure civili: Servi autem, de jure civili mortuis comparentur. Et licet ex cohabitatione liberos suscipiant, tamen liberi isti nõ sunt in potestate parentum. Cùm qui est in potestate alterius, nec alios sub potestate habere possit. Iudæi ècontra justas contrahunt nuptias, undè & liberos in suâ potestate habent. *c. fin.* ubi Panormit. *numer. 3. extr. de convers. infidel.* Afflict. *decis. 151.*

Contrarium (quod nempè Iudæi in Imperio, & alibi viventes, Cæsaris & Principum, in quorum territorio habitent, Servi sint) tenet Felin. *in c. Iudæi. extra de Iudæis.* Cagnol. *ad l. quod attinet. 32. nu. 3. & ad l. qui in servitute 161. nu. 3. ff. d. R. I.* Zasius *ad l. Iuris nulla. n. 21. ff. de legib.*

Pro qua opinione est text⁹ expressus *c. etsi Iudæis extra de Iudæis.* q. dicit: quod propria culpa Iudæos perpetuæ Christianorum servituti submiserit: & mors Christi eos servos fecerit: Vndè etiam pro sola humanitate & ex mera pietate, gratiâ & commiseratione à Christianis dicuntur foveri *in c. Iudæi. 21. extra de testib. & in c. etsi Iudæos. extra de Iudæis.* Dicuntur autem servi Fisci seu Cameræ Impera-

rato-

ratoris. Also seynd die Juden einem Römischen Kaiser/ wann er das Reich antrit/ ein Cronenstein/ vnd Opferpfenning schuldig.

De Privilegiis Iudæorum, videndus Iulius Benedictus Crescentius, *in Consil. super Privileg. Iudæor.* & *tom. 6. Symphorem. f. 258. & 268.*

Sed notatu digna sunt, quæ Iulius Conradus Otto, *in præf. Galirazie*, De Iudæis modernis scribit: Paucissimi Hebræi Hebraicam linguam, nedum Talmud vel alios Rabbinorum libros intelligunt, sed ut bruta in diem vivunt, & licent orent, vix pauci quid orent, animadvertunt: ut ita maxima pars illorum nesciat, quid credat, vel in quo moriantur, & vitam quærant æternam. Mundus quoque eorum salutem & perditionem parvipendit. Nec dubium est, multos ex Iudæis esse, qui conversionem unicè exoptarent, modò illis aliquid tantum de fidei articulis constaret, neque persuasum haberent, lectionem Veteris Testamenti, cui maximè confidunt, planè in Ecclesiis Christianorum negligi, quæ falsa persuasio non minima causa est, quod suæ Religioni ita firmiter adhæreant.

Quod si verò Reges, Principes, cæterique, qui huic genti domicilia in territoriis suis præbent, singulari pietatis zelo eos cogerent sacris cœtibus & concionib. interesse, non dubium est, quin plurimi hac falsa opinione abjectâ, ad Christianismum adducerentur; id quod Romæ & aliis in locis fieri compertum est, ubi non tantum peculiare Collegium extructum, in quo Iudæi, Turcæ & alii, qui Christo nomen dare gestiunt, à Præceptoribus informantur, sed etiam tamdiu publicis aluntur sumptibus, usque dum ipsis, nulli opificio addictis, de meliori fortuna fuerit prospectum.

Iudæum occidens, an teneatur pœnâ ordinaria homicidii. vid. Gasp. Anton. Thesaur. *lib. 2. quæst. forens. quæst. 26.*

Romæ, quàmprimùm Pontifex Maximus est electus, obviam ipsi veniunt Iudæi, & genibus inclinatis offerunt ipsi Mosaicam Legem, & in ejus commendationem quædam præfantur.

Sed illis Pontifex respondere solet: Sanctam Legem, Viri Hebræi, & laudamus & veneramur, utpote quæ ab omnipotēti Deo per manus Moysi Patribus vestris tradita est: observantiam verò vestram & vanam interpretationem damnamus atque improbamus: quia Salvatorem, quem adhuc frustrà expectatis, Apostolica fides jam pridem advenisse docet, & prædicat Dominum Iesum Christum: qui cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Discours Politique de *l'Estat de Rome. fol. 119.*

Was ein Jud/ der einen Christen ver-

verleitet vnd verführt / daß er von dem Christlichen Glauben / zu dem Judenthumb fallen thut / vermög Rechtens für ein Straff verwürckt? Item, Ob ein Jud in solchem Fahl mit Grund vnd Bestand Rechtens / wol etwas köndte oder möge einwenden / daß jhne der Straff entheben oder befreyen köndte / möcht oder solte? Ob in dergleichen Verbrechen auch die Tortur statt habe vnd vorgenommen werden möge? De hisce Tribus quæstionibus videri potest Pius Felix Cæsar *in resp. singul.*

Et quâ pœnâ puniatur Christianus cum Iudæa rem habens, vel è contra, consuluit Oldradus *consil. 333.*


Plura de Iudæis, auch von jhrem Schutz. vide Magnif. Dn. Magerum, *de Advocat. armata. cap. 8. nu. 220. &c.* Stamm. *d. servit. lib. 1. tit. 5. cap. 1. &c.* Sixt. Medic. *de fœnore Iudæorum.* Philip. Paschal. *d. patr. potest. part. 1. cap. 7.* Marquard. Susan. *tr. sing. de Iudæis & aliis infidelib.* Simon. Majol. in dieb. Canicul. *tom. 3. colloq. 1.* latissimè de Regali habẽdorum Iudæorum, vide *discurs.* Dn. Kizelii *singular.* ut & Kornman. Filesac. *1. select. 12.* & me *de jure ordinibusq; civium. c. 4.* ubi *cap. 5.* disquiro, quid de eorum liberatione sit sperandum. Quamvis Illustriss. Baronius, *Anno Christi 75. num. 8.* putet, Iudæos semper servituros, & de de eorum miseria pluribus agit. Sed vide *Epistolam* S. Bernhardi, *pro Iudæis ad Spirenses, in Chron. Spirensi* Eisengrienii *fol. 216. & ibi d. fol. 196. &c.*

Junckherr / Land-Junckherr / Statt-Junckherr.

Nobilis dicitur Germanis Junckherr / per Synæresin quasi novus homo, novus Dominus, Jungerherr / quasi ætate ac robore juvenili vigens, armis, rebusque gerendis aptior heros sive Dominus. Matth. Stephani, *de nobilib. cap. 1. num. 11.* Sed magis est, ut dicamus, hanc denominationem datam fuisse secundò genitis. vide *Lex.* Calvini, *jurid. verbo Infan.* Dn. Dracon. *de patriciis. cap. 2. lib. 3. fol. 215. &c.* Idque nomen olim Ducum, Principum, Comitumque filiis natu minoribus, quique dominatu nondum potiti erant, tribuebatur. Ioh. Stumpff. in der Schweitzerischen Chronic. *cap. 19.* ut & Ego dixi, *tract. de ordin. Equestr. num. 3.* Ita Statuto Comitum ab Hanaw / præcautum fuisse, ut protogenus solido jure ditionem sibi vendicaret, Dominusq; Herr insigniretur, fratres autem juniores Junckherrn nominarentur. Knichen *in Encyclopæd. cap. 1 m. f. 9. & seq.* Pari ferè ratione, in familia Nobilium ab Eltz / teste Dn. Ios. Nolden. *de nobil. cap. 1. num. 25.* receptum est, quod illi, qui adhuc sub patria potestate sunt, quorumque Pater adhuc

 in vi-

in civis est, vocentur Söhne zu Elß: Pater verò, quique Patriâ potestate soluti, licet adhuc sub tutela vel cura sint, vocantur Herrn zu Elß. Quin imò Regum quoque filios hac denominatione salutatos fuisse, scribit Cyriac. Spangenberg. *in Chron. Henneb cap.5. lib.5.* Vbi Otto filius Regis Daniæ, vocatur Juncker Otto von Dennenmarck / quemadmodum ex Dn. Goldasto, Canonicos olim Gottes Junckherrn vocatos fuisse, idem Nolden affirmat. Quod nomen postea (quemadmodum virtute degenerante, titulorum plerunque arrogantia crescit) Nobiles sibi attribuerunt, & tamen ab eodem nonnulli jam in locis incipiunt abhorrere. Nolden. *dict. loc. num. 27.*



1. Kaiser.

Est nobis idem, qui latinis Cæsar: & quoque olim ea vox, teste Iust. Lipsio *d. pronunciat.* ita ut nunc Kayser à Germanis, enunciabatur. At de Statu Romano-Germanici Imperii, vide Thuan. *lib.2. à princ.* & me *tract. de mixto Statu.* ac *in libello de Jurisdictione Imperii Romani.*

Cæsaris auctoritatem non diminuendam esse, evicit Auctor der Donawertischen Erinnerung. *fol. 145.* Hocque jam ante multos annos observavit & admonuit Henricus Bebelius *in opusculis* (quæ subjuncta sunt *ejusdem Oration. de laudib. Germaniæ.*)

Quid memoras consulta Patrum: quid verba Senatus,
Qui propriis semper consuluere bonis.
Qui si respicerent Regis quoque commoda Regni,
Et si quod debet Cæsar habere, datur:
Tunc Aquila invicta ad Seres penetrabit & Indos,
Sic consulta Patrum ritè juvare queunt.
At sua dum cuncti procurant commoda; cuncti &
Velle suum soleant Legis habere loco,
Inque sinu foveant prædones atque latrones,
Legibus excussis Cæsaris atque jugo,
Dumq; Aquilam implumem temnũt; dum quisque laborat
Extrahere huic pennas, & spoliare macram:
Non tibi sit mirum (namque efficit omnia non Rex
Solus) si totum concidat Imperium.

Imperator an possit exauctorari, vid. Dn. Goldastum *in Bohemia lib. 1. cap. 5.*

Imperatorem Romanum præcedere Turcam, ipse etiam Betlem-Gabor

Gabor agnovit, vid *Tom. 12.* de Mercure François, *fol. 124.*

Ob Kaiserliche Maiestät den Außschlag gebe / ubi dissentiunt Status? vid. Paurmeister *de Iurisdict. lib. 2. cap. 2. n. 63.*

2. Kaiserliche Hochheiten vnd Reservaten.

Regalia à vocabulo Regis appellantur: Et Regia ac Basilica jura, in nostra lingua Kaiserliche Hochheiten vnd Reservaten indigitantur. Et definiuntur, quod sint jura, quæ Imperatori, vel hujus consensu alii, conservandæ Reip. causâ competunt. Borcholt *in repet. c. un. quæ sint regal. num. 2.* Vult. *lib. 1. Feud. cap. 5. n. 6. & seq.*

Sed Reservata propriè sunt, quæ non communicantur.

3. Kaiserlich Regiment.

Imp. Maxæmilianus I. hat neben dem Cammergericht / auch einen Regiments Raht angeordnet. Weil er wegen deß Türcken vnd Königs in Franckreich nicht im Reich geweßt / vnd also seyn Kaiserliche Hochheit vnd Ampt vnder dessen nicht so füglich können exerciren. Damit aber (laut deß Regiments Ordnung An. 1500. *in princ.*) durch sein mannigfaltige Raisen vnd Krieg / nichts desto weniger Frid vnd Recht nicht verhindert werde: hat er ausserhalb deß Cammergerichts / noch ein Kaiserlich oder Königlich Regiment von 16. Persohnen verordnet / welches in Abwesen seiner Königlichen Majestät / alle Reichshändel / ausserhalb der Hohen / ꝛc. an seiner statt handlen / vnd vnder andern auff das Kaiserlich Cammergericht auffsehen haben soll / damit dasselb ordenlich gehalten / vnd die gesprochne Vrtheiln vollzogen werden. Vbi tamen Imp. sibi reservat, revocationem, Quod & postea Carolus V. fecit. vid. Donawertische Erinnerung *f. 149. &c.*

4. Kammer Lehen.

Kammer Lehen / Feudum Cameræ, sive cavenæ, seynd vnd werden genent / wann der Herr den Lehemann mit etlich järlichen Renten / Gülten oder Einkommen auß seiner Kammer / von seinen Zöllen oder andern Einkommen belehnet / die jhme järlich geraicht werden: vnd werden darumb impropria Feuda genent / weil die Erben deß Lehemanns offters (habito respectu ad jus, aliud verò de consuetudine fit) nicht damit beleliet werden. Sie werden auch dem Lehemann nicht geraicht / wann die Cammer an jhrem Einkommen dermassen geschmälert würde / daß sie müßte dar-

ben vnd Not leiden; oder mit mercklichen Schulden beladen were. Zasius *de Feud. cap. 12. conclus. 8.*

5. Kampffer Wunden.

Kampfferwunden de Iure Sax. seyndt / welche deß Mittelfingers Nageltieffe / vnd desselben Fingers längsten Glids lang seynd. Reitschits *in proceß. Iudic. Crimin. artic. 2. num. 2.* & retuli *suprà in verb.* Halßgericht.

6. Kastenvogt.

Kastenvogt dicitur Monasterii defensor, quem vulgò Advocatum vocant. Vel Patronus aut Fundator. Vide Speckhan. *cent. 3. class. 1. qu. 35. fol. 434. & seqq.*

Quale autem fuerit defensoris officium, describit Pelagius *in rescripto ad Antoninam Patriciam*, quæ postulabat Monachū fieri defensorem, in quo ostendit officium Monachi, & defensoris convenire non posse: Illis enim inquit, quies, oratio, labor manuum, at his causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel Ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas pustulat,

Olim autem liberum erat Monasterio, assumere Advocatum quem voluerit, Dn. Mart. Crus. *part. 3. folio 273.* Quandoque tantùm ad posteros deß Stiffters porrigebatur jus illud. vid. Stengel. *in Monasteriolog.* ubi de Monasterio *S. Crucis Werdens.* ita scribit: Hoc tamen nomine nostræ Apostolicæ sedi, parens tuus eandem fecit oblationem, ut dùm ipse viviti ipsius loci Advocatiam habeat; similiter & post mortem ipsius, quem nunc habet, filius: Qui filius si hæredem habuerit, ipse quoque Advocatus sit. Si verò vel ipsi Manegoldo, vel ejus filiolo, nemo filius superstes extiterit, tunc liceat Abbatissæ, ipsique Congregationi, Advocatum sibi, secundum Deum eligere, petendum tamen ab Apostolica sede.

Advocatiæ liberæ, nec nisi defensionem continentis, exemplum refert Bruschius de Monasterio Ebracensi: ubi ita scribit: datum est ei Privilegium ab Imperatore Ludovico Bavaro, Noribergæ Anno Domini 1339. in quo scribitur, Othonem Wolffskhelium Herbipolensem Episcopum confessum esse, nullum se habere aliud Advocatiæ jus in Ebracense Cœnobium, quàm nomine Sacri Romani Imp. In iisdem literis hæc Advocatia Imperiali authoritate commendatur prædicto Episcopo Othoni, tàm diu verò usurpanda, nec diutiùs, quàm ea vel op⁹ habeat, vel uti velit Abbas Ebracensis: Addita insuper cautione, quòd si Abbas Episcopum nolit ampliùs habere Tutorem aut Advocatum, liberum ei sit, alium à Romano Imperatore postula-

ſtulare. Hoc ipſum Privilegium poſteà ſequentes Impp. Carolus IV. An. 1352. & Wenceſlaus Anno 1387. confirmârunt. Ferdinandus verò Romanorum, Germaniæ, Hungariæ & Bohemiæ Rex Ampliſſimus, Archidux Auſtriæ Nobiliſſimus dato inſigni privilegio, Monaſteriũ Ebracenſe, Anno 1544. ab omni, cùm Moguntini Archiepiſcopi, tùm Herbipolenſis Epiſcopi viſitatione, reformatione, electione, depoſitione, correctione & confirmatione totaliter exemit, ut quod ſoli Ordinis Viſitatori, & Sacro Romano Imperio immediatè ſubſit, & ſubeſſe debeat ſemper.

Et *fol. præcedent.* idem Bruſchius refert diploma Conradi Auguſti Imperatoris Friderici Filii, quod inter alia ita habet: quod nos ad Supplicationem Alhardi venerabilis Abbatis de Eberavv, ſuique Conventus, Ciſtertienſis Ordinis, fidelium noſtrorum ſalubriter ad imitationem Virorum progenitorum noſtrorum ipſam Eccleſiam Ebracenſem, cum perſonis & omnibus ſuis bonis, & ſpecialiter cum prædio de Schvvabach, cum attinente ſibi Parochia, ejuſque pertinentiis, ſub noſtræ & Imperii protectionis præſidio aſſumpſimus, ſpeciali authoritate paterna, quâ fungimur, & noſtra, firmiter ſtatuentes: ut ſicut Ordo Ciſtertienſis ab omni Advocatorum genere, juxta primariam inſtitutionem ſuam ſemper liber extitit & immunis, ſic deinceps eadem Eccleſia (excepto ſolo Romanorum Imperatore) nulli prorſus Advocatorum (niſi cui voluntariè ſeſe ſubjecerit, ita, quod velle ſuum poſteà valeat immutare) per prædia & poſſeſſiones ſuas aliquatenus ſit ſubjecta. Sed poſteà ferè factæ ſunt Advocatiæ hæreditariæ, & in territorialem Iuriſdictionem degenerârunt.

De Iuribus der Kaſtenvögt / vide Codicem Donationum Auberti Miræi, *cap. 32. & cap. 54.* Plura non addo, quia omnem aliorum diligentiam antevertit Dn. Magerus *tractat. ſingulari, copioſo & abſoluto.* vide etiam me *in tr d. fœderib.* adde Chokier. *de Advocatiis feudalib.* Hoſpinian. *d. templis. lib. 5. cap. 6 fol. 125.* *b.* Lehman in der Speiriſchen Chronic. *lib. 2. c. 36. item fol. 358.*

7. Kauffen vnd verkauffen.

Clauſulas in inſtrumentis emptionis & venditionis comprehenſas, exprimit Bertazolius *in tract. Clauſularum.* Sed quid ſit emere ad corpus, vel ad menſuram, vide Bertazol. *d. tract. fol. 504.* & Mozz. *de contract. t. de empt. fol. 302. &c.* Dn. Bocer. *claſſ. 2. diſp. 3. th. 19.* & vid. *infr. ad fin.*

An appellatione emptionis venditionis contineatur & intelligatur ille tantùm contractus emptionis & venditio-

ditionis, vel sub illo Contractu alii comprehendantur? Hujus Quæstionis duæ secundum Mozz. *de contract. tit. de empt. vend. fol. m 300. num. 26.* sunt opiniones. Dd. Etenim aliqui dicunt, appellatione emptionis & venditionis, non venire alium Contractum, quia ita debet considerari contractus iste emptionis, ut differat ab aliis Contractibus permutationis, donationis & similium. Huic opinioni adstipulatur text. *in cap. 1. de his, quæ fiunt à prælat.* ubi ponitur Contractus emptionis & venditionis, tanquàm diversus ab aliis Contractibus. *cap fin. de accusat. cap 1. de excess. Prælat.*

Contrarium verò tenentes, adferunt *l. Statu liberi. §. 1. circ. med. ff. de statu lib.* ubi IC. respondet, Verbum emptionis omnem comprehendere actum, per quem transfertur dominium, Petr. Costal. *advers. part. 4. tit. de pignor. & hypoth in l. quorum. 24.* ubi dicit, prohibitâ alienatione aut venditione, etiam contineri pignoris dationem. *per l. ult. C. de reb. al. non al.* Nam per pignorationem devenitur ad venditionem, etiam invito debitore. *l. si convenerit. de pignor. act.* Certumque est, prohibito aut concesso actu, prohiberi quoque præparationes, aut concedi. *l. oratio. de sponf. l. ad rem & l. ad legatum. de procur.*

Tamen, si quis emere prohibitus sit, non censetur prohibitus pignori accipere. *d. l. quorum. 24. de pign. & hypoth.* Sic quanquam deportati non possint emere & vendere, tamen possunt actiones intendere, quæ ex contractibus illis descendunt: *l. quidam. de pœn.* quia id minus jus est. *l. si mandavero, §. u cujus. ff. mand.* Br. *in l. ex hoc jure. de just. & jur.* quanquàm & alia ratio sit, de quâ *in d. l. mandavero. §. u cujus.* Sed hujus ultimæ assertionis quinque à Petro-Mozzio, *d. l. num. 30. & seqq.* adferuntur limitationes: (1) namque fallit, ut non procedat hæc traditio, quandò fieret mentio pretii, quia tunc deberet intelligi solùm de emptione.

(2) Fallit in materia pœnali vel restringibili: quia appellatione emptionis solùm veniret contractus emptionis, prout differt ab aliis. Decian. *consil. 59. col. 1. vol. 1.* Et ex hoc secundum eundem Mozzium infertur, quòd si in sententia vel decreto judicis prohibetur emptio & venditio, intelligitur de emptione strictè, & sic non de alio contractu: Verba namque Sententiæ vel Decreti strictè accipienda & interpretanda sunt. *l. 1. C. si plu. un. sent.* Bart. *in l. 1. C. quandò prov. non est.* text. *in l. si pupillorum § si Prætor ff. de reb. eor.* Hoc tamen ita intelligi debet, nisi Lex vel Statutum prohibendo venditionem, respiceret publicam utilitatem: tunc namque ad impediendum alium alienationis actum, verba latè accipienda & ita amplianda sunt, ut omnem alienationem comprehendant: quod vide-

videtur probari text. sing. & *un. in l. hoc modo. de condit. & demonstr.*

Tertiò limitabis non procedere, considerato communi usu loquendi; quia non de omnibus contractibus: Sed solùm de vulgari emptione intelligeretur.

(4) Fallit in casu singulari, *l. item legata. §. item interest. ff. de leg. 3.* quem text. animadvertit. Roman. *sing. 622.* de Testatore legante omnes res ab eo emptas, quod non venirent res ad testatorem ex alio titulo provenientes, propter conjecturatam mentem.

(5) Potes limitare, & omnes limitationes sub unica comprehendere, ut prohibita venditione, vel quovis modo faciendo mentionem de emptione, intelligatur prohibita alienatio, & contractus quovis modo. *§. 1. cap. 1. de controv. int. Dom. & empt. feud.* intellige, si effectus venditionis magis, quàm modus consideretur. Castrens. *consil. 175. in princ.* Bologn. *consil. 25. art. 2.* Bursat. *consil. 149. num. 11. vol. 2.* Limitatur, nisi diversa ratio sit in aliis contractibus. Ias. *in l. fin. num. 65. C. de jur. emphyt.*

Cùm venditur fundus tot jugerum, an si plura reperiantur jugera, emptori cedant an Venditori? In quo præclarum est, quod Oldradus *consf. 232.* Panorm. *in c. per tuas. extra de donat.* & omnes fere dixerunt: Cùm nimirum pretium formatur à mensura & ab ea contractus incipit, ut *vendo tibi decem jugera*, & in singula jugera certum pretium promittitur, facilè quivis dixerit, quod superest, ad venditorem redire, per text. *in l. qui fundum. 40. §. qui agrum. ff. de contr. empt. & l. si duorum. de act. empt.* & quod deest, debere suppleri à venditore. *l. tenetur. de act. empt. & c. per tuas. extra de empt.*

Sin verò Contractus incipit à specie, licet demonstrativè aliqua mentio de modo agri fiat; finge forsan vendere me tibi fundum centum jugera continentem: rationem habet, ut licet plura jugera quàm centum reperiantur, ea nihilominus cedant emptori. *l. qui fundum. ff. de evict.* nec is ad augendum pretium tenebitur: falsa enim demonstratio finium fuit, quæ non nocet. *l. falsa. ff. de condit. & demonstrat.* vide Paul. de Castro. *in l. si servum. §. ult. ff. de act. emp.* Et hoc ferè in locatione Paulus apud Labeonem refert *in l. ult. §. ult. ff. ad L. Rhod. de Iact.*

8. Kauffschilling.

Quantitas pretii (sive magna sit, sive parva, Surd. *consf. 151. nu 32.*) conjecturam facit non mediocrem, ad cognoscendum, quid in venditione contineatur. Cum enim quantitas rei convenit, censetur res illa comprehensa: sicut è contra, quando non adaptatur. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 73. num. 1.*

num. 1. Et cumprimis quantitas pretii arguit, contrahentes non sensisse de jurisdictione Barbat. *in c. Rudolphus. num. 83. de rescript.* & Menoch. *lib. 3. præsumpt. 97. numer 47. & præsumpt. 73. num. 1.* quando nimirum inclusione Iurisdictionis, æstimatio redderetur injusta & iniqua: quia in dubio præsumendum est, quod sit justa, & qualis de jure esse debet, Surd. *cons. 151. num 32.* adeòque regulariter, juxta reditum, rei fit æstimatio. Surd. *d. loc. num. 6.*

9. Kaum/schwehrlich.

Vocabuli *vix*, ea natura est, ut nullum modum excipiat. arg. *l. vix certis. 53. ff. de judic. l. tutor. 19. vers. quandò vix ff. ad SC. Vellejan.* aut si quem excipiat, id tamen ægrè fiat & difficulter, μογις ϗ χολῃ, atque ita impropriè. *l. alienationis. 28. §. vix est ff. de V. S.*

10. Keelnhof

Idem videtur, quod Kellerey-Hof/ vnd haben dergleichen gemeinglich die Geistliche in andern territoriis, setzen auch darauff einen Mayer: Welcher zugleich etwan von der Iurisdiction participirt.

Keelnhof/ vetus verbum Alemannis idem fuit, quod mansus. Mansus autem dicitur, quantum quis cum uno pare boum laborare potest in anno: ut not. *in cap. 1. extr. de censib. & in usib. feud. si de invest. feud. controv. cap. 1. §. pen.* Bart. *ad l. si ita. de auro arg. leg.*

Veteres Ecclesiis instituendis & donandis olim mansos ferè attribuerunt, in alimoniam videlicet Presbyteri, qui Ecclesiæ impositus esset. Sic & olim habuerunt Curtes, id est, Kalenhöf/ sive Renthof/ in villis, ad quas census, reditusque dabantur ad Monasteria perferendi.

Sic & Dn. Goldastus *in animadvers. ad Paranes. Germanicas Tyrolis Scotorum Regis. f. 441.* Latè deducit, Cölnhof Coloni hobam, hobarumque cultores esse Colonos fuisse dictos, & addit: vim retinet vox nostratis Keller/ quæ corrupta est à vulgo, cùm antiquitùs fuerit Cölner/ Colonarius, qui reditus à Colonis exigit, quemve Austriæ Archiduces in superioris Alemanniæ partibus Huobmaister/ hobarum Magistrum nuncupant. Vt majores sive Villici interdùm Curtiles dicuntur, ita isti Coloni, semper Casati, Casales, Casali, Hofluth: qui ut hodiè, ita olim, vel libertini erant, ac plerunque servi.

Et posteà subjungit: in veteri libro Hirsaugiensi de donatione Dietmari Militis An. MC III. Illic (in Franconia) LX. jugera unam hobam faciebant: sed hobæ ibi sex, faciebant Hirsaugiensibus XII. hobas. Apud Crusium part. 2. Annal. Suevic. Ego

verò

verò sic habeo, itaque observavi apud Scriptores, hobam non certæ mensuræ terram esse, sed indefinitæ, pro cujusque loci commodo atque opportunitate. Disparitatem nunc quoque est, ut cernas, in Zinßhof/ Gültshof/ Cölnhof/ censuali, tributali, servili. Vox hobæ migrata à Germanis in Hof/ nominum sublato discrimine. *Hactenus ille.*

Sumitur ergò Cölnhof/ pro manso & hoba Colonaria, für ein Hub oder oder Hofgut/ darauff ein Keller oder Mayer sitzt/ dahero dann in dieser Landsart/ Cöllen-vnd Mayerhöf pro Synonymis genommen werden. Es haben auch dergleichen gemeiniglich die Geistlichen in andern territoriis, vnd setzen darauff einen Mayer/ welcher zu Zeiten etwas von der Iurisdiction ipsorum nomine participirt.

Also hat das Löbliche Gottshauß Reichenaw/ in der Statt Dutlingen/ so an jetzo dem Hertzogthum Würtemberg incorporirt/ einen Cölnhof/ so der Besitzer Erblehen / vnd Wolgedachtem Gottshauß järlich einen Canonem reichen / vnd gehöret zu solchem Hof ein Antheil deß Zehendens / wie auch andere Güter. Nicht weniger hat das Hochlöbliche Stifft zu Lindaw in einem Dorff/ so etwann denen von Bodman zuständig gewest/ hernacher auff die Reichs-Statt Vberlingen gelangt/ einen Keelnhof/ Crafft dessen Hochgedachtem Stifft/ ein Anthel der Straffen gebüren: vnd eben dieses/ so in dem Schwaben-Land Keelnhöf genent würdt/ das thut man in andern Orten Cellas denominiren. Quo nomine non veniunt illæ Cellæ inter Claustra Monachorum, loca nempè secreta, solitaria, ab hominũ convictu separata, ad contemplandum & Deo vacandum, specialiter deputata, *cap. privilegium. de V. S. in 6.* Erasm. Chokier. *in tractat. de exempt. part. 1. quæst. 43.* Quo etiam intuitu dic solet, Monachum extra Cellam, esse piscem, extra aquam. Sed præter has aliæ sunt Cellæ Monasticæ: de quibus Christophorus Brovverus, *lib. 1. Fuldens. antiqu. c. 7.* ita scribit. Cùm Regum liberalitate & Christianorum fidelium prompto in nascentis hîc pietatis cultores benefaciendi studio, prædia, fundi, villæque complures, jam tùm Monasterii opibus accessissent; quo fructuosior & fidelior horum esset administratio, majorum authoritate, consilioque provisum est: ut cultioribus fertilibusq; locis, Presbyteros & Monachos præficerent; & ad continendum in officio Servos & Colonos ritè gubernando, inibi Ecclesias exstruerent. Hos verò Presbyteros, Præpositos vocabant: quorum id munus erat, Parochorum instar veterum, congregationi Fuldensi ministrare sumptum, & præbere ad victum, cultumque necessaria; reficere Domesticos, ultrò citroque commeantes, hospicio excipere Peregrinos. Vt igitur

tur apud Priscos & Latinè loquentes, rarius Cella pro Cubiculo secreto, plerunque verò & sæpissimè pro penu & apoteca sumitur, in quâ res esculentæ & poculentæ conduntur,& ex quâ vicissim promuntur: Ita majores Fuldensium, Cellam appellavere, in quâ penus, frumentum & annonam sepositam habebant, ad usum & fratrum & hospitum. Quæ quidem Cellæ à frugi patribusfam. juxtaque religiosis viris habitatæ, altrices & nutrices quædam erant Cætus monastici.

Sic Rudulphus *in Rabani Actis*, primùm testatur, prædia per diversas sparsa provincias, sic ab illo administrata, ut alia per Laicos, alia verò, præsertim quæ Ecclesiis instructæ, Presbyteris procuranda atque disponenda committeret. Et idem alio loco Cellarum usum aperit, in Anthado Presbytero: quem & Præpositum scribit fuisse locorum Monasterio subjacentium; & id habuisse muneris, ut statis temporibus inde necessaria Fratribus subministraret.

Videntur itaque ad provisionem ejusmodi Cellarum, certas Huobas sive mansos fuisse destinatos. Planè cum nostris quæ Kölnhöff vocitantur, convenientes. adde Notas ad Cantipratum, *fol. 168.*

11. Keines wegs/mit nichten.

Dictio *nullatenus, nullomodo*, keines wegs / gar nicht / importat nullitatem actus ipso jure, gloss. sing. *in in auth. si qua mulier. C. ad Vellejan.* Et dictio nullatenus apposita in lege vel canone, importat tantum, quantum clausula decreti annullativa: & sic tollit facultatem dispensandi, Imola *in Clem. 1. de sequ. poss. & fruct.* per illum text. *in verb nullatenus.* Iason. *ad l. in pecuniariis ff. de fer. n. 25.*

Sed de dictione *nullo modo, nullatenus*, keines wegs / vid. etiam Cephal. *consil. 53. num. 23. lib 1.* Castillo *de usu fruct. cap. 26. num. 4. & seq.* Marsil. *singul. 675.* Felin. *in c. cum accessissent. numer. 8. extra. de constit.* Simon. de Prætis. *de interpr. ult. vol. lib. 2. interpr. 3. dub 2. num 12. & seq* Tiraquell. *in l. si unquam gloss. revertatur. n. 95. C. de revocand. donat.* Volcmar. Hess. *de testib. censur. 2. conclus. 99. n. 2.*

Sic & dictio *nullatenus*, postposita negatione, est universaliter exclusiva, ut & dictio nullatenus. *cap. 1. de cler. Conjug. in 6.* Dec. *cap. super literis. nu 13. de rescript. c. eam te. n. 33. de rejud.* Gigas *de pensionib. quæst. ult. n. 10.* Iacob. Anton. Martha *de Iurisdict. inter Ecclesiast. & secul. exercend. centur. 2. cas. 153.* Habetque vim sententiæ & decreti irritantis, & aufert facultatem faciendi in contrarium. *gl. in d. auth. si qua mulier.* Tiraq. *ad l. si un-*

si unquam. verb. revertatur. num. 95. C. de revoc. donat.

12. Kerbhöltzer.

Bacilli scissi vulgò Kerbhöltzer/ inter impropria & quasi Instrumenta referuntur, quia veram formam & qualitatem proprii Instrumenti non habent: sed ad similitudinem ejus, ad probandum recepti sunt. Et licet neque literis, neque alia proprietate Instrumenti constent, tamen ut quasi Scripturæ probant, & effectum cum propriis habent. arg. *l. un C. ad L. Visell.* vid. Bornitium. *de Instrum. lib. 2. cap. 46.* Dn. Ruland. *de commiss. parte 2. lib. 5. c. 12. n. 6.*

De Iure nostro Würtembergico *part. 1. tit. 34.* Von den Kerffhöltzern vnd Zetteln sic cautum legimus. Als auch zu Zeiten vnsere Vnderthonen sich gegen einander schlecht gemachter Kerbzettel oder Höltzer benügen vnd sättigen lassen / so fern dann jemand zu Beweisung seiner Schulden einig Kerbholtz oder Zettel im Rechte fürbringen / daneben von dem andern Theil die Gegenzettel oder Höltzer auch fürgezeigt vnd gleichstimmig gefunden würden / solle denselben Glauben gegeben / vnd darauff durch vnsere Gericht erkandt werden. Wie man sich aber zuverhalten / da der ander Theil keines. vid. *ibid.*

*

13. Kertz / bey der Kertz verkauffen.

Quandoq; ad Clepsydram vel ad candelam (quod vulgò bey der Kertzen dicunt) non solum res venduntur, sed etiam elocantur & conducuntur, ita ut si post ultimam licitationem nach dem letztern bott / & antequàm aliquis animosior præcedentem superet, arenula effluat, vel candela extinguatur, huic postremo licitatori, aliàs tamen idoneo, res addicatur. Hering. *de fidejussor. cap. 6. num. 19.*

Nos vulgò vocamus auff ein Auffschlag verkauffen: vnd also werden gewohnlich die Zehenden jährlich hingegeben: In deme namblich der Zehend / wie er noch auff dem Felde stehet / vmb ein gewiss Anzahl Früchten angeschlagen würde / da dann die Anwesenden auch mit einer bestimbten Anzahl Früchten darauff schlagen / vnd würdt jeder Straich auffgezeichnet.

Doch behaltet jhme der Verkäuffer den letsten Straich bevor; Also daß er vmb solchen den Zehenden lassen / oder selbst behalten mag.

14. Keßlerschutz.

Ad protectionum classem, eorùndemque affinitatem referuntur illæ singulares tuitiones, quæ universo interdùm certorum opificum cætui per Principes ex antiqua consuetudi-

ne, vel singulari Imperatorum concessione debentur ac præstantur: quemadmodum Comites Palatini Electores, ab immemoriali tempore omnes Fabros ærarios, nobis Keßler dictos, in tractu Rhenano, ac certis Franciæ Orientalis partib. degentes, in peculiari ꝓtectione habēt, eorumque Advocatiā ab Imperio in feudū, & ab iisdem nobilissima Zobeliorum familia in subfeudum, cum insigni hoc Privilegio tenent; ut supellectilem cupream ad totius rei domesticæ usum sufficientem iis gratis subministrare teneantur. vid. Dn. Mager. *de Advoc. Armata cap. 15. n. 120. & seq.*

Sic protectio deß Hafner Handwercks / commissa olim fuit verè nobilissimæ familiæ ab Offenburg. Cujus dignitatem illustrem, adhuc gnaviter tuetur Dn. Henricus ab Offenburg/ ꝛc. Consiliarius Würtembergicus, Fautor meus suspiciendus. Qui mihi ipsum diploma Cæsareum communicavit: quod ita sonat.

Wir Sigmund von Gottes Gnaden/ Römischer Kaiser zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ vnd zu Hungarn/ Böhem / Dalmatien / Croatien / ꝛc. König: Bekennen vnd thun kundt offenbar mit diesem Brieff/ allen denen/ die jhn sehen / oder hören lesen: Als wir vormals von vnser vnd deß Reichs lieben Getrewen / deß gemeinen Hafner Handwercks von Ravenspurg biß gen Straßburg / demütiglich gebeten seyn / jhn etlich Ordnung vnd Gewohnheit / so sie durch deß willen / daß sie jhr Handwerck desto baß jnn würde gehalten/ vnd in desto bessern Frieden/ vnter einander bleiben mögen / zubeståtigen / vnd in solch Freyheit von newen Dingen gnådiglichen geruhten zuverleihen / daß wir also mit vnser Kaiserlichen Majeståt Brieffen gethan habē. Also haben vns dieselben Hafner lassen fürbringen / daß sie solche Freyheit / Ordnung / vnd Gewohnheit / mit nicht volbringen mögen / sie hätten den einen frommen Mann zu einem Hauptherren / der sie vor Fürsten / Herrn / oder Stätten/ oder an andern Orten / wo in das Not seyn würdt / Verantwort vnd Versprech. Auch als sie alle Jar jårlich von solcher Ordnung wegen pflegen zusamen zukomen / daß darbey jhn auff solchen Tagen ware vnd hülffe / ob dchainer vnder in wider solche Freyheit/ Ordnung vnd Gewohnheit thåte/ oder thun wolt/ die zustraffen / vnd in was andern Sachen sy seyn bedürffen würden / es wer mit seinē Slössen oder Susz / das pest beholffen vnd beraten ware zutund. Gleicherweis das gemein Handwerck Keßler Handwerck/ die auch soliche Freyheit vnd Gnade von vns vñ dem Rich hand/ in jglicher Gegend einen frumen Mann hand/ an den sy hoppten/ vnd die das von vns vnd dem Reich zu Lehen hand / vnd wann in der streng Hemman Offenburg/

burg / Ritter / vnser Diener / vnd deß Reichs lieber Getrewer / sich in allen Sachen fromblich haltet / Vnd sunder den Hafnern / vmb solche obgemelte Frhheit vnd Gnade / die wir also jhn von newen Dingen gegeben / vnd bestätiget hand / gen vnß großlich gearbeitet hat. Darumb / so habent sy jn mit ernstlicher Bet ankommen / daß er sich jhr also annemen wolt / daß er Jn zugesagt hat / ob es vnser Will seyn wolt. Darumb / so habent sy vnß mit jhrem offen versiegelten Brieff diemüticklich lassen bitten / daß wir in denselben Offenburg / zu einem Hauptherren vnd Verweser / in obgeschriebner Maß / gnädicklich geruhten zu geben / vnd jhm solch Rechtung zuverleihen / desselben gleichen vnß derselb Offenburg auch diemüticklich hat lassen bitten / daß wir jhm solch obgeschrieben Rechtung gegen den benanten Hafnern / in masse / als etlich ander Ritter vnd Knecht gegen dem gemeinen Handwerck Keßlerhandwerck von vnß vnd dem Reich zu Lehen hand / gnädiglich geruhten zuverlihen. Also haben wir angesehen deß benanten Offenburgs redliche Bet / vnd auch die Getrewen manigfaltig willig vnd annehmen Dienst / so er vnß vnd dem Reich offt getan hat / täglich tut / vnd fürpaß tun soll / vnd mag in künfftigen Ziten: vnd auch der benanten Hafner Begerung. Vnd haben jhm darumb solch Rechtung zu deß obgenanten gemeinen Hafner-Handwercks von Ravenspurg biß gen Straßburg / vnd als ferr vnd wit die Kreiß in jhr Frhheit Brieff / den sy von vnß hand / begriffen sind / zu einem rechten Lehen gnädicklich verlihen / vnd verleihen jhn die von newen Dingen / von Römischer Kaiserlicher Macht / vnd rechter wissen / in Crafft diß Brieffs. Also daß der genante Hamman Offenburg / dieweil er lebet / vnd darnach sein Erben biß auff vnser / oder vnserer Nachkommen am Reich Willen vnd Wolgefallen / die obgeschrieben / das gemein Hafner Handwerck / vnd jhr jeglichen insunders in den obgeschriebenen Craisen begriffen / by solchen jhren Freyheiten vnd Ordnungen / die wir jhn von newen Dingen geben / vnd bestätiget hand / als jhr Hauptherr halben / handhaben / schutzen / vnd schirmen: vnd sy von Fürsten / Herrn / Stätten / vnd an andern Enden / wo jhn das Notturfft seyn würdet / verwaren / verantwurten / verwesen / vnd vertretten / vnd jhnen in allen Sachen berahten vnd beholffen syn sollen vnd mügen / nach jhrem pesten Vermögen: Es sy mit jhren Schlossen / oder andern Sachen / wie vnd in welcher maß sy des bedorffen werden / nach dem allerpesten / vnd ob dhainer vnder jhn wider solche Freyheit vnd Ordnung sich vngehorsamb stellen / oder erzeügen würd / daß sy den / oder die darum pessern vnd straffen / vnd darzu halden mugen / biß daß sy den gehorsamb werden. Vnd daß sy auch zu jhren Ta-

 gen/

gen/ die sy järlich pflegent zusamen zukommend/ teiten/ vnd die besitzen/ daß jhn auch die obgemeldten Hafner mit allen Dingen/ als jhrem Hauptherren gehorsamb seyn sollen/ vnd daß auch der benant Offenburg syn lebtag/ vnd darnach sein Erben vff vnser oder vnser Nachkommen willen/ als vorgemelt ist/ solche Rechtung zu dem benanten gemeinen Hafner Handwerck/ in den obgeschrieben Craisen begriffen/ haben/ die nützen vñ nüssen/ gebrauchen vnd besitzen süllen vnd mügen/von aller menicklich vngehindert/ gleicher weis/ vnd mit solcher Ordnung vnd gewaltsam/ so vnser vnd deß Reichs lieben Getrewen/ Egnolff von Rotzenhusen/ zu dem gemeinẽ Handwerck/ Keßler-Handwerck im Elsaß/ vnd Rolly von Kinsegken in Swaben/ vñ Haintzmann von Pubenberg/ in Oechtland vnd Burgunden haben dieselben Rechtung/ sy auch von vns vnd dem Reich zu Lehen hand/ doch also/ das Keßler-vnd Hafner-Handwerck sich nit geleihet/ vnd daß es dem benanten Offenburg vnd die benanten Hafner Notturfft bedaucht seyn/ solch Ordnung/ durch deß pesten willen etwas zu endrend/ daß sy das wol gethun mügen/ doch in solcher maß/ daß sich/ das der Ordnung/ wie die der Keßler Hauptherren zu den Keßlern/ vnd die Keßler gegen jhn hand/ sich solcher Ordnung geliche/ vnd wir gebieten darumb allen vnd jeglichen Hafnern deß gemeinen Hafner-Handwercks/ die jetzund in den obgeschrieben Craisen wohnhafftig synd/ oder in künfftigen Ziten seyn werden/ daß sy dem benanten Offenburg/ vnd sein Erben mit solchen Gewohnheiten vnd Rechten/als obgeschrieben steht/ gehorsamb vnd gewärtig seyn/ vnd sich dhainer dawider nicht setz/ in einicherley Weise/ als lieb vnd jhm jglicher sey vnser vnd deß Reichs swer Vngnade zuvermeiden/ vnd bey Verlierung solcher Pœn in jhr obgemelten Freyheiten begriffen. Vns hat auch der benant Offenburg solch Huldung/ Gelübde vnd Ayde gethan/ als ein Lehenmann/ seinem Lehenherren/ von seines Lehens wegen pflichtig vnd verbunden ist zuthünde. Mit Vrkund diß Brieffs versiglet mit vnser Kaiserlicher Majestät Insigel. Geben zu Preßburg/ nach Christi Geburt viertzehenhundert Jar/vnd darnach im fünff vnd drissigstem Jare/ am nächsten Donnerstag/ nach deß Heiligen Creutzstag Exaltationis, vnserer Reiche deß Hungarischen/ rc. im Newen vnd viertzigsten/ deß Römischen im fünff vnd zweintzigstem/ deß Böhemischen/ im sechszehendem/ vnd deß Kaiserthumbs/ im dritten Jaren.

Ad Mandatum Domini Imperatoris, Dn. Cancellario referente, Marquardus Brůsacher.



15. Ketzer.

15. Ketzer.

Fridericus II. Imperator, *in auth. Gazaros.* mentionem multorum hæreticorum facit, & quos Gazaros nominat, *in cap. 2. extr. de hæretic.* ut & *in Concilio Lateranensi* sub Alexandro 3. *cap. 27.* Cathari nominantur. Quamvis autem doctissimus Gretserus *in prolegomenis, præfixis scriptorib. contra sectam Waldensium cap. 2.* (quæ habetur in recentissima editione Bibliothecæ Veterum Patrum *tom. 13. fol. 289.*) putet, Gazaros sive Catharos à Germanica voce, Ketzer dici: magis tamen eam in sententiam inclino, pauperes de Lugduno, Waldenses, similisque farinæ sectarios, ab ea quam præ se ferebant, tàm vitæ, quàm doctrinæ puritate Catharos fuisse denominatos. Ex hacque voce Germanicum Ketzer/procusum esse.

Et Catharos sive Mundos, Novatianos se dici voluisse, ex Eusebio & aliis Baronius deducit, *A. C. 254. numer. 15.* qui idem *num. 14.* ait: Novatianorum opinionem, pœnitentiam usquequaque damnantium, & singularem quandam sanctitatem præ se ferentium, ab hæresi Kataphrygarum sumptam esse, & Novatianum, suosque secutos fuisse Tertullianum, v. Nobiliss. D. Goldast. *de Bohem lib. 1. c. 9. n. 7. f. 71. &c.*

An in una Republica duæ sint tolerandæ Religiones, variè disputatur. vid. me *tr. d. Majest. fol. 127. &c. & tractat. d. in format. & coact. folio 79. &c.*

Sanè vetusti Imperatores, cum Christiani & Pagani simul viverent in orbe Romano, Pax quandoque Religionis facta fuit. Sic Symmachus. *1. epist. 40.* Cùmque alias religiones ipse sequeretur, has servavit Imperio. Sic Theodoricus Arianus, Ponticem Catholicis permisit, imò delegit. Cassiodor. *8. variar. 15.* Turcarum item Imperator Christianos non pellit, sed ipsis Patriarchas permittit. Pet. Bellon. *1. cap. 35. & lib. 3 c. 12.*

At vero Hæretici plerunque etiam sunt seditiosi, rerumque novandarum in politicis avidi. Enthusiastę, & anabaptistico furore perciti ad horrenda etiam facinora sunt proni, qualia Exempla *infra* in *verb.* Widertäuffer habentur. Quo intuitu scribit Guil. Paradinus, *Il ne faut esperer paix en la temporalitè, quand la spiritualtè sera desunie & troublè. hist. Lugdun. 2. c. 45.*

Inde hæreticos nonnulli extremo supplicio afficiunt: quod & faciunt asseclæ Iohan. Calvini; contra quos libellis aliquot, sed nomine subdicto, Sebast. Castalio scripsit.

Imò nec nuper conversis quidam fidunt. In Hispania Christiani novi, id est, nuper è Machometismo conversi, quorum ibi magna copia est, ad insignia equestria, ad gradum nobilitatis & ad officia Regia admitti non solebant, eoque nomine à Conestagio

stagio *lib. 5. fol. 295. & seq.* Antonius Regni Lusitanici usurpator maximè culpatur, quod hunc neglexerit morem.

Sed de hæreticis, eorumque odio multa habet Dn. Magerus. *cap. 8. & cap. 16.*

Eorumque odio civili prægravari minimè debent, cum quibus pacem habemus. arg. *l. Manichæi. 12. Cod. de hæret.* ibi: excipiuntur Gotthi, qui fiunt fœderati, & aliter prout visum Imperatori fuerit, honorantur.

Quodque hæreticis fides data sit servanda, evincit *tr. sing.* Molanus, & etiam Robert. Swertius, qui Catholici sunt ambo. Hæreticos etiam dividit in pertinaces, zelosos, frigidos, & dubios, Mart. Becanus, qui idem *in Manuali lib. ult.* multas de hæreticis politicas Quæstiones habet, ut & Thomas à Iesu, *de procuranda salute schismaticorum, &c. lib. 8. per tot.*

Belgæ pellunt Arminianos & Catholicos, & tamen admittunt Saracenos ac Iudæos. Mercur. François. *tom. 11. fol. 454. &c.*

Angli etiam contra Catholico-Romanos, sat acerbi semper fuerunt. vid. Sanderi *hist. schismatis Angl.* & Ræmundum *in hist. hæreseon. lib. 6. cap. 12. &c.* Et quoq; concludit Pfeil. *consil. 144.* capite puniri posse Catholicum, so sich der Lutherischen Reformation mit Gewalt widersetzet.

Vicissim Hispani nuper cum novis hæreticis, qui se *Alumbrados* appellârunt, sat moderatè egerunt. v. Merc. Franc. *tom. 9. A. 23.* ut & Pauli. 4. P. M. clementia erga eosdem, recensetur *in ejus vita*, ab Ant. Caracciolo conscripta. *fol. 50. &c.*

De pœnâ Marci Anton. de Dominis, post mortem, ejusque dogmatibus ad communem Pacem, ut putabat conducentibus, vid. Stengel. *tr. de duob. Apostatis. fol. 556.*

Hæreticorum, hæresiarchorumq; mores, elucescunt in Nestorio, de quo, certa historiarum referunt monumenta; fuisse eum, voce sonorâ, & linguâ disertâ, præditum naturâ: & proindè vulgò doctum habitum. Reverâ tamen imperitum fuisse, quin etiam veterum Interpretum scripta perdiscere neglexisse. Hist. Tripart. *lib. 12. c. 4.* Omnes item hæretici nascuntur ex ambitione. vide me *in specim. locor. commun. fol. 339. & seq.*

Dementium (errantium hæreticorum) mos est, ipsis bonis & prosperis nostris (Ecclesiæ Catholicæ) plus adigi ad favorem: Et quò magis ac magis dilectionis ac fidei hic crescit gloria, illic dissensionis & zeli crudescit insania, &c. Cypr. *Epist. 1. ad Cornel. incip. cognovimus.*

Basilidis hæretici [illegible] erat, esse enthusiastam, negare crucem Christi, & de

& se ita mutare, ut nemo sciat quid credas. Baron. A. *120. num. 6.*

Lutherus in *5.* Psalm. Sic enim Regnum in seipsum divisum, desolatur. Neque enim ulli unquàm hæretici victi sunt vi aut astu, sed mutuâ dissensione. Nec aliter cum eis pugnat Christus, quàm misso inter eos Spiritu vertiginis & dissensionis: sicut inter Sichimitas, *Iud. 9.* inter Babylonicæ turris operarios, & in novo Testamento inter Arrianos, Donatistas & Pelagianos. Sed & Iudæi novissimâ vastitate, perierunt dissensione. Ita, ut Hilarius Sanctus Vir, glorietur in libro de Trinitate: Bellum hæreticorum esse pacem Ecclesiæ: ad dissensionem enim eorum, sequitur & corporalis eorum dispersio.

Verè hæretici convinci, non suaderi possunt quod de Valentinianorum procacitate Tertullianus notat. Baron. *Anno Christi 145. num. 4.*

Marcus execrandus hæreticus, ex Valentini schola, Discipulos habuit, qui se dicerent perfectos; & super omnem esse virtutem jactitabant: ac ideò liberè omnia agere posse, quæcunque vellent. Baron. *Anno Christi 175. num. 8.* Hoc idem voluerunt die freye Geister/Beghardi, nonnulli Anabaptistæ, &c. Et notandum, omnes ejusmodi plerunque errare circa Trinitatis mysterium.

Marcus item & Colarbasius, novam hæresin, ex Græcorum Alphabeto composuerunt. Baron. *d. l. n. 9.* Et hoc idem fecit Michaël Stifel, Lautensack/etc. Et patescit ex iis, *quæ d. l. mei Specim.* traduntur, Valentinianorum hæresin superioribus seculis resuscitatam, & nunc inter Metistas, Wigelianistas, &c. grassari. Nam ut olim inter Valent. fuère astutiores, qui solitariè agentes, renunciationem omnium præ se ferrent: id & nunc faciunt inter Fanaticos plerique.

Nulla ferè unquàm hæresis fuit, quæ non habuerit fœminam auctricem, vel adjutricem. Baron. *Anno Christi 146. num. 9.*

Tertullianus duri ingenii, austerique animi, vitæ professionem in severitate atque austeritate nimiâ tantummodò collocavit, insuper in credendo adeò facilis fuit, ut etiam qualicunque mulierculârum prætensis visionibus fidem præstaret: infeliciter se præcipitem dedit in hæresin, quam jam antè condemnavit. Baron. *Anno Christi 201.* Hi iidem mores faciunt hæreticos & apud nos, præsertim Wigelianos, Metistas, Anabaptistas, &c.

16. Kinder.

Liberorum appellatione, secundum *l. liberorum. 220. ff. d. V. S.* Nepotes & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes suorum appellatione Lex XII. Tab. comprehendit. Totiens

etiam leges necessarium ducunt, cognationem singulorum nominibus uti, veluti filii, *Nepotis*, *Pronepotis* cæterorumque, qui ex his descendunt; quoties non omnibus, qui post eos sunt, præstitum voluerint: Sed solis his succurrunt, quos nominatim enumerant. At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus, qui ex eodem genere orti sunt; liberorum appellatione comprehenduntur. Inde *in* §. *2. d. l.* habetur: nō videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit. Clarius *in l. cognoscere 56.* §. *1.* ibi: Liberorum appellatione continentur non tantùm, qui sunt in potestate: Sed omnes qui sui Iuris sunt, sive viriles, sive fœmini sexus sunt, exve fœminino sexu descendentes: vid., Layman in causa Honoldina, *num. 31. & seqq.* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 118.*

Liberi autem dicuntur, quasi liberalitate Deorum dati, vel quod liberâ conditione & natura liberi, è nobis nascuntur. Itaque hæc eorum, qui è nobis descendunt, naturalis est appellatio. Tiraquell. *ad l. si unquam vers. suscepit. num. 16. C. de revoc. donat.* Cum naturâ omnes homines liberi nascantur. §. *Ius autem gentium. Inst. d. I. N. G. & C.* §. *1. Inst. de libert.*

Si liberorum in Instrumento aliquo fiat mentio, an comprehendantur quoque naturales, vel an solummodo legitimi hoc nomine, nimirum liberorum, veniant, quæritur. v. Palæot. *d. spuriis. c. 30.*

Sic etiam filiorum appellatione nepotes comprehenduntur. *l. liberor. l filii. ff. d. V. S.* quæ potissimum in ultimis voluntatibus & in dispositione ascendentium obtinent. Bart. *ad d. l. liberor. col. 1.* Decius *cōs. 391.* Curt. Iun. *cons. 22 & cons. 75. nu. 5. & cons 113. ac cons. 116.* Idque potissimum procedit, quando alioqui absurdum aliquod sequeretur. Curt. Iun. *cons. 111. num. 8.* Alax. *cons 9. n. 2. vol. 1.*

Præsertim etiam si apparet, testatorem in dispositione, suæ agnationis seu familiæ habuisse rationem; tum semper filii appellatione nepotes cōprehenduntur, & vocati censentur. Soc. Iun. *cons. 19. vol. 1.* Paul. de Castr. *cons 40. vol. 2* Curt. Iun. *d. cons. 111. n. 10.* Paris. *consil 89. nu. 7. vol. 2.* vide Hartm. Pistor. *lib. 4. quæst. 9. num. 36. & seqq.* ubi tradit, quando nepotum appellatione filii non veniant.

Clausula sive conditio *si sine liberis decesserit*, vel in uno tantùm filio superstite, aut nepote ex filio filiavè nato, aut pronepote vel etiam posthumo relicto deficit, uti videre est ex *l. 1.* ibique Bald. *C. de condit. insert. l. 6.* §. *2. C. ad SC. Trebell l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* Cùm sine liberis decessisse non videatur, cui vel unus filius, una vè filia est. *l. non est sine liberis ff de V. S.* Hic enim pluralis locutio, inspecto usu loquendi, in singularem resolvitur, aut vim habet nume-

numeri singularis, & in uno quoque verificatur. *d. l. non est sine liberis. l. 3. §. 2. ff. de negot. gest.* vide Reusner *de testam. vol. 2. cap. 7. part. 1.*

17. Kirchenbuß.

Iudex Ecclesiasticus (etiam in delictis communis fori, velut adulterio, stupro, usuris, blasphemia & aliis similibus) imponendo pœnitentiam Kirchbuß/vel criminosum publicum, ab ista absolvendo, Iudici seculari quoad pœnam politicam, aliquantò tamen mitiorem, nō præjudicat: Cùm utriusque magistratus Iurisdictio violata ac offensa, utrique quoque pro qualitate ac modo Iurisdictionis pœnam dare debeat, nec præventio in uno foro facta impedit, quo minus posteà reus etiam ad alterum puniendus vel remitti vel trahi possit, Caspar. Leipold. *d. cōcurrent. Iurisdict. in Imper. German. quæst. ult.* Et quamvis Andr. Gail. *de pace publ. observ. 11. num. 26.* quoad tollendam pœnam politicam distinguat, utrum Sacerdotalis pœnitentia fuerit publica vel privata, ut per istam illa simul tollatur, non etiam per hanc. Vsus tamen indistinctè contrarium observat. Panormit. *in c. de his d. accusat. & c. tuæ num. 5. de procur.* Leipold. *d. quæst. ad fin.* Pœnæ siquidem Ecclesiasticæ potissimùm tendunt ad correctionem morum, ad scandalum abolendum, reatumque Ecclesiæ expiandum; Sed seculares ad satisfaciendum Reipublicæ, quam offendit, & justitiæ politicæ, quam violavit. Gail. *dict. loc. num. 25.*

In Ducatu Wirtembergico adulteri olim puniebantur, daß sie in der Kirchen auff das Stielin sitzen müssen. Sed hæc animadversio, novissimâ ordinat. in der Newen Lands-Ord. in carceris pœnam commutata fuit.

18. Kirchgang.

Etsi usu Parochiæ, Kirchgang/ & loco sepulturæ, territorii Iurisdictio non concludenter probetur, quando nimirum divisio Iurisdictionis spiritualis diversa est à tēporali, Luchin. de Curt. *in tract. pro S. Salvat. num. 34. §. septimo.* Menoch. *cons. 21. num. 28. & seq.* Thom. Mich. *de Iurisdict. th 5. lit. 8.* Secùs tamen est (argumento à causâ cessante, & à contrario ducto) quando Parochiæ & Civitatis jus iisdem terminis concluditur, arg. eorum, quæ notat Hieron. de Monte *de finib. regund. cap. 12. nu. 6. & cap. 13. num. 3.*

19. Kirchhoff.

Cœmiterium judicatur ad instar Ecclesiæ, vid. Mastrill. *decis. 22. numer. 5.* gaudetque Ecclesiasticâ immunitate. Borell. *tit. 3. n. 41.*

20. Kirchspihl Dorff

Ist ein Fleck / darein andere verpfarret seyndt. Würdt also Kirspel oder Kirchspihl das gantze territorium genent / da dises Dorff vnd zugehörige Filial gelegen: vid. Gebhard. *de Iurisdict. Ecclesiast.* §. *15. f. 310. n. 324.*

21. Kirchensprach.

Non est dubium, quin Magistratus de rebus, ad suam Iurisdictionem pertinentibus, ut Edicta proponere, ita etiam ea in Templo, per Præconem possit promulgare. Vt quibusdam in locis fieri solet.

22. Kirchensatz.

Ius Patronatus est, quod alicui in Ecclesia acquiritur, eò quòd ipse, vel ejus auctores Ecclesiam posuerint, vel ædificaverint, vel suis opibus auxerint, consentiente Episcopo. Ex quo jure cum utilitate honor & onus resultant.

Quod autem Ius Patronatus altero de tribus modis ab initio acquiratur, videlicet fundi assignatione, ædificatione & dotatione, notatur per gloss. *in cap. pia mentis. 16. quæst. 7.* & Hostiens. *in summa tit. de jure patronat.* § *2* & Innoc. Panorm. & Dd. *extr. eod. post rubr.*

Ius Patronatus porrò aliquo de quatuor modis transfertur: videlicet successione hæreditaria, permutatione, donatione & venditione universitatis bonorum, ratione cujus competit, ut voluit Innoc. *d. loc.* Gl. & Dd. *in cap. cùm seculum. de jure patron.*

Vndè nemini Ius Patronatus competit, nisi vel ipse, vel alius, à quo causam altero hujusmodi quatuor modorum habeat, vel acquisiverit uno de superioribus tribus modis. An autem præscriptione acquiratur? vide Gilken. *d. usucap. part. 3. cap. 9. fol. 723.*

Notandum hîc est, quod possessio Iuris præsentandi seu Patronatus non arguat ipsum Ius præsentandi seu Patronatus: cùm sint separata, nec quicquam commune habet possessio cum jure seu proprietate, ut est text. *in l. naturaliter.* §. *un. ff de acquir. hæred.* Et de uno separatorum, non rectè ad aliud infertur. *l. Papinianus.* & ibi Bart. *ff. de min.* Et quotidie evenire solet, ut jus præsentandi sit apud unum, & possessio apud alium. Martin. Vranius, *consil. 18. num. 4.*

Et illud sciendum est, quod Ecclesia fundata, constructa, & dotata, post fundationem, constructionem, seu etiam post consecrationem, non possit acquiri in ea jus Patronatus: quia cum sit libera, non potest recipere servitutes. gl. *in c. pia mentis. in gl. 1. circ. med. vers. si quis autem. quæst. 7.* quam gloss. sequuntur ibi Dd. & Innoc. *in rubr. n. 2. de Iure Patron.* ubi

dicit,

dicit, dantem aliquid Ecclesiæ, post consecrationem ejus non dici Patronum, sed benefactorem. vid. Petr. Duennas. *reg. 229.*

Baro si erigat Ecclesiam in Castro, an fiat feudalis, vid. Marc. Antonium Genuens. *in Ecclesiast pract. quæst 351.* Ecclesia remanet libera, quando Ius Patronatus transit in Fiscum. idem. *quæst 393.*

Quod Reformatio Religionis, ex jure Patronatus competat, censet Köpen. *dec. 1. enucl 2. n 23. & ad fin* ubi dicit: Ius Patronatus, quo hodiernis temporibus, in Reformatis Evangelicis Ecclesiis utimur, longè differre ab illo jure, de quo Canones ex ordinatione Pontificum disposuerunt. Non solum enim in d. Episcopali territorio, verùm etiam in Electoratu Brandenburgensi, & apud omnes reformatæ Religionis Principes totius Romani Imperii, in usu & viridi observantia esse, quod per Ius Patronatus hodiernum, non tantum jus præsentandi, verùm etiam jus vocandi & introducendi Pastores, simulque omnia alia jura ad verum cultum Divinum pertinentia, & sic omnimoda Iurisdictio Ecclesiastica, vigore feudalis Investituræ, à Dominis & Collatoribus superioribus, Patronis cujusvis Ecclesiæ conferantur; nisi Dominus vel Collator sibi aliquos actus expressim reservarit, tunc enim Iurisdictionem, secundum pactum illud reservatorium, instituendam esse.

Sed hæc minime hisce in locis obtinent: & quoque ex communissima praxi potestas reformandi sequitur Iurisdictionem territorialem: ut dixi *supra.* verb. Freye Reichs Ritterschafft.

23. Kirchweihen/Kirchweihschutz.

Encænia, Græcis ἐγκαίνια non solùm significant dedicationum festos dies, ut *Ioan. 5. Luc. 4* Nam olim ædes Sacræ, Bibliothecæ, statuæ, opera etiam publica dedicabantur: undè Quintilianus, *lib. 7, cap. 2.* dicit: Neminem non aliquandò cœpisse peccare, nec per Encænia ducendum scelus primum. vid. ad hunc locum Turneb. *lib. 12. cap. 11.*

Sed aliquandò accipitur pro novo quodam ludorum genere, & nova pomparum specie, quod is, qui ea condecoretur, magnum quippiam gessisse indicatur. Trebellius Pollio. Sicque Encænia genericè usurpantur pro festo dedicationis; aut quo aliquid factum est novi, vel renovatum. Matth. Martini *in lex. Phi'og.*

Vndè encæniare, est novum aliquid inducere, Onomasticum Petri Danielis: Encænia honorariorum ludi & trophæa.

Non abludit vox Encomii, quod carmen erat in Victoris laudem editum ad immortalitatem, quo ipsius res gestę magnificè, illustri præconio canebantur.

Cum jure defensionis participat Encęniorum protectio, quam Kirchweischutz vocant. Quandò enim in pagis & vicis festi dies initiales, nimirùm dedicationis Templi (de quorum origine vid. Polydor. Vergil. *de invent. rer. lib. 5. cap. 7. & cap. 13.* disserit) celebrantur, solent in Franconiæ, Saxoniæque partibus, & aliis vicinis locis Domini territoriorum, inferiorem Iurisdictionem habentes, per suos Deputatos vina non solùm mensuratim vendere, sed & per certos Officiales, illas quasi nundinationes tueri, die Kirchweihschutz vertretten. Multis tamen in locis, ex antiqua consuetudine inolevit, ut non tantùm Domini territorii, so die Vogtey auff der Gassen haben / sed alii in certis tantùm prædiis Iurisdictionem habentes, initialibus dedicationis diebus, depromendi ac dividendi vini jus habeant, den Bannwein fürzulegen vnd außzuschencken / vide Dn. Mager. *de advoc. armat. cap. 15. n. 107. & seqq.* ubi *num. 113.* circa Encæniorum protectionem notandum esse dicit, quod aliud sit Kirchweischutz/ aliud Kirchenschutz. Illa enim annalis semel duntaxat in anno exercetur; hæc autem continua est, & competere potest nullam habenti Iurisdictionem in Ecclesiam, eaque derivatur à vocabulo Kirch & Schutz/ quam Latini olim appellârunt Dominicam, à quâ & hodiè Ecclesias majores vocamus Thum vel Dom.

24. Kann/ können.

Verbum *potest*, in jure quatuor habet significata.

(1) *Potest*, hoc est, de jure: cùm illud possumus, quod de jure possumus, ut *in l. filius. in fin. ff. de cond. instit.* & ibi Paulus de Castro, *in l. reprehendenda. C. de institut. & substitut.* Didacus à Segura. *de lucro marit. & uxor. num. 223.* Itaque nec summus Imperator potest id, quod jure non est permissum, Bald. *consil. 345. col. 1. libr. 1. vers. nam non dicitur.* Vti nec alius quisque Iudex posse quidquam intelligitur, nisi quod jure concedente potest. gl. fin. *in l. non semper.* ubi Bald. *num. 17. C. quo. & quandò Iudex.* Verbi enim potestatis, Vis, notioque propria est, legitimè posse: ita, ut nequaquàm posse dicamur, quod cum iniquitate aut alterius Injuria possumus: cum ea potestas non tàm potentia, quàm impotentia atque imbecillitas sit. Quâ ratione & Dominus Opt. Max. tametsi omnia quidem possit, peccare tamen non potest: Vt elegenter scribit Bald. Romano hæc Principi accommodans, *consil. 326. vers. dicitur a. lib. 1.* Sed vide Iac. Schultes, *pract. qu. lib. 2. quæst. 70.*

quæſt. 70. num. 167. & ſeqq. Et pertinet huc, quod dixi *tract. de Majeſt. fol. 64. & ſeq. item fol. 69. &c.*

(2) *Poteſt*, ſecundum bonos mores, ut *in l. nepos Proculo. ff. de V. S.* ratio eſt: quia ea, quæ fiunt contra bonos mores, cenſentur impoſſibilia. *l. filius. l. quidam & l. conditiones. ff. de condit. Inſtit.* & impoſſibilium nullum eſt poſſe.

(3) Eſt ſignificatum hujus verbi *poteſt*; videlicet ſecundum naturam. Nam illius rei, quæ ſecundum naturalem curſum naturæ habet impedimentum, nulla eſt potentia, nullumque poſſe reputatur. *l. poſsibilis. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. d. V. S.*

(4) Significatum habet hoc verbum *poteſt*, nempè de facto, quia ubi includitur actus, ibi & potentia, vel ècontra, *l. 1. in princ. ff. de ſuis & legit. l. fin. C. de præd. Decur.* vide Seguram, *d. loc. num. 223. & ſeqq.*

Verbum *poteſt*, non inducit neceſſitatem, ſed voluntatem, ut *in l. in Gallus, in princ. ff. de liber. & poſthum. l. non quicquid ff. de judiciis.* Iaſ. *in l. 4. §. Cato. num. 47. ff. de V. O.*

Verba non *licet, vel non licebit*, important neceſſitatem præciſam, negant potentiam, reſiſtunt actui & aliter factum invalidant, Nizol. *alleg. 26. numer. 15.*

***

25. Kommen vnd fallen.

Proprietas horum verborum non neceſſariò requirit, ut ſucceſſionis jure ad aliquem perveniat: ſed etiam id, quod ex contractu percipitur, ad aliquem dicitur pervenire, præſertim quandò de re particulari agitur. *l. perveniſſe, 171. ff. de V. S. l. 2. de hær. vend. l. 4. §. 1. ff. ſolut. matrim.* vide Hartm. Piſtor. *lib. 3. quæſt. 8. num. 5. & ſeqq. præſert. num. 13. & 89.*

Pervenire vel *perveniſſe* ad aliquem, illud tantùm dicitur, quod verè, realiter & cùm effectu ad aliquem pervenit. *l. nomen filior. §. fin. ff. de V. S.* Socin. *in l. 1. §. veteres. num. 15. ff. de acquir. poſſ.* Bertachin. *in repertor. v. perveniat.*

26. König.

Germanicum verbum König, à poteſtate vom können denominari videtur, das iſt / vermögen vnd ſtarck ſeyn / aut etiam wiſſen. Vel à Κυνηγεῖν, id eſt, venari. Vt König ſit, quaſi Κυνηγός, id eſt, Venator, quo modo Nimrod in Sacris appellatur. Burgundi olim, Reges nomine generali *Hendinos* appellaverunt, Ammianus Marcellinus *libr. 28.* quod videtur noſtrum König. Græci admodùm appoſitè Regem dixerunt βασιλέα quaſi βάσιν τοῦ λαοῦ, hoc eſt, Populi fundamentum.

Iſido-

Isidorus *orig. lib. 9. cap. 3.* Reges ob hanc causam apud Græcos βασιλεῖς vocantur, quod tanquàm bases populum sustinent, Nicolaus Papa I. Carolo Regi: Nisi vos, qui in Regali sublimitate positi estis, tanquàm ingentis fabricæ bases, vestro sudore mundum quodammodò portasseis, nequaquam Græco sermone βασιλεῖς vocabula sortiremini.

Accipitur quoque pro Judice, ut notavit Cæl. Rhoding. *antiq. libr. 28. cap. 11.* Fuerunt & Basilei Conviviorum; Nam apud Græcos mos inoleverat, ut talis sortiretur, qui convivio præsidens, leges decumbentibus diceret, &c.

Vt & Hebraicum *Adonai*, est Dominus sustentator. Et jam dicta notatio verbi Græci, magis placet, quàm Fulleri conjectura, *libr. 4. miscell. Theolog. cap. 11.* qui βασιλεὺς quasi μασιλεὺς ab Hebræo *Moschal* (imperavit) derivat. Appellantur etiam Monarchæ interdùm Domini absolutè. Petr. Ant Canonhiero. *lib. 8. dell. introduzz. all. polit. cap. 12.* Denotatque Dominus propriè, potestatem vitæ & mortis, Curtius *lib. 4.* Et cùm in Regali Solio residebis, vitæ necisque omnium civium Dominus. vid. Filesac. *1. select. 4.* Guil. Costan. *in poly-hist. cap. 16.* Lips. *ad 3. Annal. Tacit. in excursu, fol. 509.* Indè & hodiè Galli illud suum *Sire*, soli tribuunt Regi: quod ab Hebræo Fullerus deducit, *lib. 1. cap. 1.* Sed magis consonat cum Græco Κύριε, aut nostro Germanico Herr. vide etiam de nominibus imperantium, me, *tr. d. Monarchia. cap. 3.*

Olim, ut testatur Nolden, *de nobil. lib. cap. 8. num. 36. & seqq.* qui olim ad Imperium designati fuerant, *Principes Iuventutis* dicebantur, qui post à Germanis Reges Romanorum, Römische König appellati sunt, ut etiam in Principatu suffragiorum jure delato, certus esset successor. Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 5.* eodem more, quo apud Romanos invaluit, ut Imperatores *Augusti*, illi verò *Cæsares* appellarentur, qui vivis Imperatoribus designati essent. Gothofred, *ad l. etsi. 7. lit. z. C. de malef. & mathem.* Quemadmodum in Gallia Regum successores vocantur *Delphini* Regni, vulgò *Dauphin de France*, ideò, quod Vmbertus Delphinatum Princeps Philippo Valesio eâ conditione Principatum cesserit, ut Regni proximus hæres Delphinus diceretur; & ditionem illam, tanquàm Imperii feudum ab Imperio recognosceret, eoque nomine Imperii Vasallus esset. Theod. Nihemius, *lib. 2. histor. cap. 25.* In Hispaniâ dicuntur *Infantes* masculi, Filiæ vero Regis *Infanta*. Cujus rei testis est Isabella Dux Brabantiæ Alberti Archiducis Austriæ relicta vidua, quæ vulgari nomine die Infantin salutatur. Qui verò in Regem vivente Patre juratur, vocatur hodie *Principe Iurado*, In Angliâ Walliæ

Prin-

Principes, *The Prince of Wallen*. Cujac. *ad c. ex parte 47. de appell. recuſ.* in Scotiâ Duces *Rothſaſa & Præfecti Cymbriæ*, in Græcia *Deſpotæ*, Tholoſan. *lib. 18. ſyntag. jur. cap. 2. nu. 20.* in Tartaria *Galbæ*, Broniovius *de reb. Tartar.* in Daniâ, *Hæres Norvvegiæ*, quo tamen titulo hodiè & Duces Holſatiæ utuntur. In Sueciâ *Principes Fiorſæ*, Dn. Goldaſt. *tract. de majorat. lib. 1. cap. 16. num. 10.* in Regno Neapolitano Duces Calabriæ, in Arragonia Principes Gerundiæ, &c. Nolden. *d. l. num. 45.* vid. me *de ſucceſſ. & elect. lib. 3 diſſert. 3.*

27. Kraißſteur.

Circulares collectæ, Kraißſteur ſunt, quę Imperii Circulis imponuntur. Eſt enim Imperium Romanum in Circulos, in Kraiß/ diſtributum, Eorumq; primitùs ſex tantùm erant: Francicus nempè, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Saxonicus. Reichs-Abſchied zu Augſpurg / *de Anno 1550. tit.* wie zweinzig Perſonen in das Regiment genommen ſeyen. §. *ult.* Posteà additi quatuor alii: Auſtriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & Superior Saxonicus. Reichs-Abſchied zu Nürnberg. *de Anno 1522.* Singulorum Circulorum certi ſunt Præfecti Kraiß-Obriſte / quibus edicendi Conventus Poteſtas data eſt, welche Macht haben einen Kraiß-Tag außzuſchreiben. Dn. Bocer. *de Collect. cap. 3. num. 3.*

28. Kraiß-Tag.

Circulorum Conventus die Kraiß-Tage / ſunt vel univerſales, vel particulares. Illi, cùm omnes Circuli: hi, cùm quidam, vel unius tantùm Circuli Status conveniunt. Dicuntur verò univerſales, quatenùs ad ſe invicem reſpiciunt: alioquin ad particularia Comitia referuntur, intuitu & reſpectu Comitiorum univerſalium.

Duces, Legatos & Conſiliarios ſibi Circulus quiſque arbitratu ſuo eligit, Kraiß-Obriſte/ zugeordnete vnd Rähte. Quòd ſi Dux officium ſuum vel facere negligat, vel aliàs impediatur, tunc uni ex adjunctis in ſingulis Circulis Legati munus defertur, qui vulgò vocatur ein Nachgeordneter/ reliqui Zugeordnete/ appellantur. Dn. König. *in Theatro polit. cap. 27. part. 1. num. 11. & ſeqq.* ubi alia hùc ſpectantia tradit. Adde Bertrum apud Arum *de Comitiis volum. 1. th. 14. & ſeqq.*

28. Kreutzer

Werden alſo genandt / weil gemeinglich ein Creutz darauff gebreget iſt.

Quatuor Crucigeri conſtituunt

Ooo Bazium

Bazium usualem. Mynsing. *cent. 1. obs. 65.* Sechzig Stuck Creutzer gelten einen Reichsgülden / gehen auff die die Cölnische Marck 243. vnd ein Halbstück/halten fein 6. Lot/4. Gran/ davon die Marck 10. fl. 26. Creutzer/ vnd ein Siebentheil eines Creutzers. Ferdinandi Müntzordnung zu Augspurg. den 19. Augusti, Anno 1559. §. zum siebenden. Alemannus *in palastr. consult. consult. 8. quæst. princ. 1. partit. 41.*

30. Kriegs-Cammer.

Ærarium militare est, quod militiæ inservit, sive politiæ militari. vid. Iacob. Bornitium, *de ærarii reditibus, lib. 10. cap. 4.*

31. Kriegs-Rähte.

Consiliarii Militares sive Diribitores, vel sunt ordinarii & certi, vel extraordinarii & incerti. Ordinarii sunt Magister equitum, Magister rei armamentariæ, Magister seu Præfectus peditum. Hi enim cum Duce belli, semper totius exercitus generalem curam gerunt, & de illius commodis & incommodis consultant. Reinhard. König. *in theatr. polit. part. 3. cap. 10 num. 4.* Extraordinarii Consiliarii ex toto exercitu sunt delecti, nempè veterani Milites, qui singulari experientiâ rei militaris pollent. Obrecht. *disp. de constit. bell. thes. 151.*

32. Kriegischer Vormund.

Curatores ad litem vulgò vocamus Kriegsvogt/oder Kriegische Vormünder. Quorum officium finitur causa finita (limitata enim causâ, limitatum producit effectum, & cessante causâ, cessat effectus, *c. cum cessante. 60. extr. de appell.*) nisi ad omnes causas sint dati. Gail. *2. observ. 108. num. 6.* Mynsing. *cent. 1. observ. 87.* Petit autem minor ipse ejusmodi Curatorem sibi à judice dari, *l. 3. §. si pupillus. ff. de tutel.* Is si petere nolit, Iudex eum ex officio ad nominandum Curatorem coget, quòd si nec tunc nominet, Iudex ipse aliquem illi constituet, *l 3. in pr. ff. qui b. ex causs. in poss eatur.* Gail. *d. obs n. 3.* Schneid. *Inst. d. curator. in princ. n. 10.* De Curatoribus ad litem, vid. omninò Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 225.*

An autem Minor habens Procuratorem generalem, possit cogi ad eligendum Curatorem ad litem, decidit Don Gars. Mastrillius, *lib. 1. decis. 54.*

Iure Longobardico fœminæ sunt in perpetuâ tutelâ. Goth. Anton. *disp. feud. 2. th. 2.* vide me, *tr. de tutel. cap. 14.* Hocque jure Saxones adhuc utun-

atuuntur, & etiam adprobat Würtembergicum Statutum, *part. 2. tit. 29.*

Constat autem Tutores illos, qui vel ex statuto, vel moribus & consuetudine mulieribus adultis, hodiè constituuntur, ab illis, qui de jure communi pupillis, minoribus prodigis, furiosis, &c. dantur, longè diversos esse, ac proindè illorum jure censeri non debere. *l. ult. ff. de calumn. l. adigere. 6. §. quamvis.* cùm ibi notat. *ff. de jur. patron.* Berous. *consil. 142. num. 11. lib. 3.* Nam cùm veri Tutores & Curatores, Iure Cæsareo in hoc ordinentur, ut & pupillorum, aliarumvé personarum, quibus dantur, personas gubernent; & eorum simùl bona liberrimè, & tanquàm Domini administrent. *l. cùm plures. 12. §. cùm tutor. ff. de administ. tut. l. sæpè.* ibi: *super pecunia tutelevæ, ff. de V. S. l. interdum. 56 §. qui tutelam. ff. de furt. l. tutor. 27. de admin & peric. tut. l. qui fundum 7. §. 3. ff. pro empt. t. t. ff. & C. de adm. & peric. tut.* gloss. *in §. 1. v. data Inst. de tut. & in §. ad certum verb. persona. Inst. qui test. tut.* Quæ propterea tenentur satisdare, text. *in pr. I. de satisdat. tut. l. 1. 4. & t. t. ff. rem pup. salv. fore.* Inventarium conficere, *l. fin. § 1. C. arbitr. tutel. l. tutor qui repertorium. 7. ff. de adm. & peric. tut. l. tutores. 24. eod.* Librum rationum conscribere, *l. 1. §. officio ff. de tut. & rat distrah. l. apparitores. 5. C. de exact trib.* & administrationis suæ rationem reddere, *§. fin. Inst. de Attil. Tut. d. l. 1. §. officio. l. cùm servus. 82. l. qui sub. 111. ff. de condit. & demonstr.* Imò jusjurandum, de officio fideliter exequendo, præstare, *auth. quod nunc generale. C. de Cur. furios.* quæ desumpta est *ex Nov. 72. cap. ult.* & quæ alia plura leges ac Dd. pro solennibus requirunt, Gloss. *in l. legitimos, verb. fecit tutores. ff. de legit. tutor.* ubi Bart. Specul. *lib. 1. tit. de tutore. §. 1. num. 1.* Marant. *in specul. p. 4. distinct. 16. num. 52.* Papiens. *in form. libell. quo agitur ad redd. rat. tut. gl. 2. num. 9.* Rom. *consil. 415.* Cavalc. *tract. de tut. & cur. num. 23.* Capyc. *decis. 50.* Ant. Piagg. *in tract. de tut. & cur. quæst. 7.* Manzin. *eod. tr. quæst. 3. 3. quæst. princ.* Paul. Mont. *tr. de jure tutel. cap. 32.* cum aliis infinitis.

Nihil horum Curatores Mulierum præstant, quia nec administrationem aliquam in se recipiunt, sed solummodò illis contrahentibus & litigantibus, auctoritate suâ & consilio assistunt; quemadmodum testatur praxis hodierna, per universam prope Europam, & in nostris præcipuè ditionibus. Ideoque etiam cum administratione careant, rationes Mulieribus non tenentur reddere, nec tutelæ judicio conveniri possunt: nec eorum bona tacitæ hypothecæ ut aliorum tutorum, sunt supposita: quemadmodum præclari circa nos practici uno ore testantur, Dan. Moller. *lib. 2. semestr. cap. 3.* & plenius

lib. 4. cap. 41. & ad constit. Aug. 15. p. 2. n. ult. ubi in terminis docet, Curatorem hujusmodi, Mulieri non ulterius obligari, quàm ut fideliter illi consulat, **und nach seinem Verstande.** Id enim plerunque habent (inquit) verba Curatorii. Id igitur ubi fecit (pergit Mollerus) etiamsi consilio non respondeat eventus, ut id rarum non est: vel etiam non optimè consuluit, nihil est, quod illi imputari possit. Quin sibi ipsi potius imputare debet Mulier, quod alium Curatorem, qui consilio magis valeret, non elegit, cùm in ipsius potestate sit, ut eligat, quem velit. Rationem hujus decisionis vivam reddit & evidentem: quia videlicet Consilii non fraudulenti, nulla fit obligatio, per text. *in l. Consilii. 47. in pr. ff de R. I. l. 2 ff de proxenet.* Et cùm eventus præstari non possit, sufficit præstari fidem: *l. fraudis. 79.* cum ibi not. *ff de R. I.* eleganter Peck. *in c. nullus ex consilio. n. 12. de R. I. in 6.* Idem tenet Berlich *2. concl. 18. nu 39. & praced.* add. Setser. *de Iuram. lib. 4. cap 2. numer. 34. & seqq.* Rauchbar. *lib. 1. quæst. 32. n. 88*: ubi expressè scribit, & ad hanc controversiam adpositè: Mulierem jure Saxonico non per omnia Minoribus æquiparari. Inter alia, quod auctoritate sui Curatoris in Contractu læsa, non restituatur in integrum. Wesenb. *con. 11. nu. 27. & consil. 74. nu. 7. & seqq.* Moller. *ad d. const. Aug. 15. p. 2. nu. 98. & seqq.* Berlich. *d. c. 18. n. 41. & seqq.* Quod tamen beneficium Minoribus, auctoritate Curatorum læsis, jure communi non denegatur: *l. si Titius 48. ff. de fidejuss. l. ait Prætor. 7. §. non solum. ff. de Minor. & t. t. C. si tut. vel Cur. interven.*

Neque obstat, quod præallegati Dd. de jure & foro solùm Saxonico loquantur. Nam cùm Marchia Brandenburgica, ante Constitutionem Provincialem Ioachimi I. Electoris. A. 1527. publicatam, jure & moribus Saxonicis uteretur, indè remansit in hunc usque diem consuetudo, Mulieribus adultis constituendi Tutores: qui proindè secundum jura Saxonica censendi sunt, cujus rei locupletissimus testis est Frid. Pruckman. Elector. Consiliarius *in cons. 48. num. 192. & seqq. libr. 1.* & post eum Scheppliz. *in consuet. Marchiæ p. 3. tit. 2. §. 6 n 5. & p. 3 tit. 2. §. 23. n. 7.*

Deindè jure quoque Civili verum est: quod à Minori ad Mulierem non semper argumentari liceat, quemadmodum eleganter firmat Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 42. sub nu. 3.* Socin. *cons 50. num. 4. lib. 3.* Abel. Strasburg. *cons. 4. n. 44 & seq.* & est text. *in l. ult. in fin. princ. ff. ad Senatc. Vell.* ubi Pomponius disertè dicit: Mulierem non per omnia habendam esse loco Minoris circumscripti. *fac. l. ult. Cod. de jur. & fact. ign. l. quamvis. 11. eod. l. si apud Minorem 12. in fin. ff de Minor.*

Nec

Nec impedit, quod hi textus non loquantur de Mulieribus sub tutela constitutis: Siquidem SC. Vellejanum, quod à providentia amplissimi Ordinis processit, *l. 2. ff. ad SC. Vell.* tantundem, imò plus præstat fœminis, quàm possit ullus earum tutor, ut patet *ex t. t. ff. & C. ad SC Vell.*

Denique, si vel maximè id concedamus, per hanc consuetudinem Marchicam, reditum esse ad jus Romanorum antiquissimum, quo Mulieres in perpetua erant tutela, Cic. *in Orat. pro Flacco*, Boet. *in Topic. Cic. lib. 2.* Vlp. *in fragm. tit. 11.* Tamen nihilo magis ad omnimodam æquiparationem tutorum, de quibus nunc loquimur, & aliorum concludamus. Siquidem & illo jure veteri longissima erat differentia inter tutorem Pupillorum, & adultarum Mulierum: & quidem in parte tutelæ potissima, quæ est bonorum administratio: quam non habebant tutores Mulierum, uti nec nunc habent: ita enim disertè scribit Vlpianus *d. tit. 11. §. 24.* his verbis: Pupillorum, Pupillarumque tutores, & negotia gerunt, & auctoritatem interponunt; Mulierum autem Tutores auctoritatem duntaxat interponunt.

Quid clarius dici poterat? Et hoc ipsum est, quod supra dictum fuit, Tutores Mulierum, hodie tantum pro Consilio & assistentia adhiberi, & ad integrandam, maximè in Iudicialibus, Mulierum personam; non tantùm quàm Administratores bonorum, quæ Mulieres ipsæ pleno jure detinent. Quod eleganter ulterius docet Scipio Gentilis. *in Comment. ad Apologiam Apuleii, not. 1021.* ubi hæc habet verba. Tametsi non propriè & plenè tutorem eum fuisse (loquitur de tutore Mulieris adultæ) existimandum sit. Nam nec iis quidem temporibus, cùm in tutela Maritorum erant, ea tutela eadem, quæ pupillorum fuit, ut ostendit idem Boëtius. Consultor potius quidam, & παρεστάτης fuit, quàm tutor.

Quæ verba cum Curatorio nostro egregiè conveniunt, in verbis: Darinn sie sich als ein Weibsbild nicht zurahten wüste / & deindè: höchsten wahrem Verstand nach zu gute/oder recht beyständig seyn.

Est igitur talis Tutor hodie, ut & olim, ein Einrahter / vnd Beystandt / Consultor & παρεστάτης. Et per consequens ex consilio illo, quod fideliter impertiit, etiamsi eventus ex amussim non responderit, conveniri nequit. *d. l. consilii.* Vbi Dec. & Dd. *d. c. nullus ex consilio* cum ibi not. *d. Reg. I. in 6.* Ratio redditur elegans *in l. 2. §. fin. ff. mand.* ubi IC. inquit: Cujus generis mandatum (scil. quod mandatarii solummodo gratiâ datur) magis consilium est, quam mandatum, & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabatur, quia liberum est cuique apud se explo-

explorare, an expediat sibi consilium. fac. *c. quisquis 14. qu. 1. c. cum olim. in fin.* & ibi gl. *extra de arbr.*

Neque obstat, quod ex Curatorio adducuntur verba finalia: darin euch die Rechte verbinden. Hæc enim verba generalia, non hanc habent vim, ut tutores Mulierum ad ea omnia obligati sint, ad quæ tutores Pupillorum, & Curatores Minorum, &c. quâ de re nullum ibi vestigium; sed ad subjectam materiam adaptanda, & secundum eam intelligenda sunt: ut nempè Tutores Actrici dati præstent ea omnia, quæ tutoribus Mulierum de jure vel consuetudine incumbunt, *l. si stipulatus. 4. ff. de usur. l. sed si. 11. §. item si.* & ibi Iason. *ff. de jurejur.* latiss. Everh. *in topic. loc. à subjecta mater.*

Constat autem ex præcedentibus, quod isti Mulieribus ad nihil aliud obligati sint, quam ad fidele consilium & assistentiam.

Non obstat, quod Consultor etiam ex solo consilio obligetur; si quis citra consilium non fuisset contracturus, per text. *in l. si remunerandi 6. §. plane ff. mandat.* Nam textus iste non loquitur de consulente, sed mandatore, non consilio, sed mandato. Et licet mandatum, quod solius mandatarii causâ datur, potius consiliū dicatur, quam mandatum. *d. l. 2. circ. fin ff. mādat.* tamē nula necessitas cogit nos textum hunc, dicti §. *plane.* de tali mandato accipere, quod solius mandatarii gratiâ fiat. Certè Franc. Conanus. *lib. 7. Comm. Iur. Civ. c. 14. n. 6.* exemplificat, in eo mandato, quod mandatarii & alterius quoque gratiâ datur, ut non sit merum consilium. Et addit notabiliter: quod si tam latè istud interpretabimur, quàm nobis ex verbis ipsis *(sc. d. §. plane)* licet, nemo erit ferè, qui non obligetur ex consilio. Vnusquisque enim dicet, ejus consilio se fecisse, quod non fecisset, nisi monitus ab eo & persuasus.

Gothofredus autem *ad d. §. plane. lit. L.* expresiè notat, eum, qui mandaverit, aliàs non facturo, non aliter teneri quàm si simul damnum se præstiturum cavisset; juxta *l. si hereditatem. 32. in pr. ff. mand.* Ideoque rectè Decius *in d. l. consilii. sub n. 1. vers. ex ista ratione.* infert: quod illa regula, Consilium non obligare, locum habeat, etiam tùm, quando quis aliàs non fuisset facturus: quia militet eadem ratio, quod consilium non imponat necessitatem. Idem tradit Petr. Peck. *in d. c. nullus ex consilio. nu. 7. de R. I. in 6.* ubi ampliat illam regulam, quod locum habeat, sive ille, cui datur consilium, aliàs fuisset facturus sive non: quia eadem ratio militat utrobique, scil. quod secum statuere poterat is, cui consulitur, an sibi expediret hoc consilium sequi nec ne; ibique Dynum improbat, contrarium statuentem. Eadem fuit mens Accursii *in d. l. 2. §. fin. verb.*

quia

quia nemo. ff. mand. Ioann. Andr. *in d. c. nullus.* Peruſ. *ibid.* ubi expreſſe dicit:quod in Contractibus vel quaſi, quis non teneatur de conſilio : ſive ille cui præſtatur conſilium, fuiſſet illud alias facturus ſive non. Idem Dec. *in c. fin. extra de offic. deleg. verſ. duodecimo.* Lud. Rom. *ſing. 769.* Cuchalon. *in addit. ad Dec. in d. l. conſilii. lit. b.*

Et certè ſi tales Mulierum Curatores, tot tantiſque oneribus & periculis, quibus alii veri tutores utplurimum ſuccumbunt, ſubjecerimus; nemo tandem futurus eſſet, qui ſexus iſtius patrocinium in ſe ſuſciperet.

Hæc omnia, ex conſilo quodam Dn. Matthiæ Polenii IC. præclariſſimi, Sereniſſimi Electoris Brandenburgenſis Conſiliarii intimi, & Iuridicæ Facultatis in Academia Francofortenſis Ordinarii Anno 1627. ad Academiam Tubingenſem ad cõſultationem tranſmiſſo, ſunt deſumpta.

33. Kriegs-Beveſtigung.

Nos litis conteſtationem, vulgò vocamus ein Kriegs-Beveſtigung. Speciem enim bellici certaminis, habet forenſe. Et in jus vocatio, ac quæ præparatoria hodiè, loco indictionis & denunciationis ſunt. Hęc autem eſt primus veluti pugnantium congreſſus; Vndè olim ſolenne quoddam litis conteſtationis manuum conſertio. Induciarum deindè loco dilationes, quæ & induciæ uſurpantur. Hinc Cic. *pro Cacinna* actione confligere, & confligentes pro reis, *l. pen. C. ad L. Corn. de falſ.* Pollet. *1. hiſt. fori. 4. num. 4.* Theod. Marcill. *in L. 12. Tabb. collect. cap. 18.* Forcat. *in Sphara legali. cap. 1. num. 38. & ſeqq.* Hilliger. ad Donell. *libr. 24. cap. 1. lit. B. not.* adde Parlador. *libr. 1. rer. quotid. cap. 14.* ubi etiam cur litis conteſtatio ita dicatur.

34. Kriegsſchaden.

Damnum datum ab hoſtibus, à quibus debeat emendari, vide Maſtrill. *deciſ. 164.*

35. Krönung.

Otho primus, Henrici, &c. filius, qui ex rebus geſtis poſteà nomen Magni aſcivit, ſucceſſit Patri, pietate atque fortitudine militari, eo non impar, qui Aquiſgrani ſacris ritibus unctus eſt, Anno 93. Cujus Coronationem Witichindus, ejus temporis Scriptor, uberiùs enarrat, *lib. 2.* dùm ait: Defuncto itaque Patre Patriæ, & Regum maximo, optimo Heinrico, omnis Populus Francorum atque Saxonum jam olim deſignatum Regem à Patre, filium ejus Othonem elegit ſibi Principem: vniverſalis electionis notantes locum, juſſerunt eſſe ad Aquiſgrani Palatium: Eſt autem locus ille proximus

Iulo

Iulo, à conditore Iulio Cæsare cognominato, cumque illo ventum esset, Duces ac Præfectorum Principes, cum cætera Principum militumque manu congregata in Xysto Basilicæ Caroli M. cohærenti, collocaverunt novum Ducem in solio itidem constructo, manusque ei dantes ac fidem pollicentes, operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum Regem. Dum ea geruntur à Ducibus ac cætero Magistratu, Pontifex Maximus (ita author nominat præcipuum illorum antistitem, Archiepiscopum Moguntinensem) cum universo sacerdotali ordine, & omni plebe infra in Basilica præstolabatur processionem novi Regis: quo procedente Pontifex obvius læva sua dexteram tangit Regis, suaque dextra lituum gestans, pastoralem videlicet baculum, linea indutus stola, planetaque infulatus, progressusque in medium usque fani substitit, & reversus ad populum, qui circumstabat (nam erant deambulatoria infra supraque in Basilica in rotundum facta, quo ab omni populo cerni posset.) En, inquit, adduco vobis à Deo electum & à Domino rerum Henrico olim designatum, nunc verò à cunctis Principibus factum Regem Othonem: Si vobis ista Electio placet, dextris in Cœlum elevatis, significate. Ad hæc omnis Populus dextras in Cœlum elevans, cum clamore valido imprecati sunt prospera novo Duci: proindè procedit Pontifex cum Rege tunica stricta more Francorum induto, pone Altare, supra quod insignia regalia posita erant, gladius cum Baltheo, Chlamys cum armillis, baculus tum sceptro ac diademate.

Ipse autem accedens ad Altare & sumpto indè gladio, cum baltheo, conversus ad Regem: Accipe inquit hunc gladium, quo ejicias omnes Christi adversarios, barbaros & malos Christianos, authoritate divinâ tibi tradita omni potestate totius Imperii Francorum, ad firmissimam pacem omnium Christianorum.

Deindè sumptis armillis ac Chlamyde induit eum, his cornibus inquit, humitenùs demissis monearis, quo zelo fidei fervere, & in pace tuenda perdurare usque ad finem debeas.

Exindè sumpto Sceptro, baculoque: His inquit monitus, paternâ castigatione subjectos corripias: primumque Dei ministris, viduis ac pupillis manum misericordiæ porrigas, nunquàm de capite tuo oleum miserationis deficiat, ut in præsenti & in futuro, sempiterno præmio coroneris. Perfususque ilico oleo sancto, & coronatus diademate aureo, ab ipsis Pontificibus Hildeberto & Wigfrido, ac omni legitima consecratione completa, ab eisdem Pontificibus ducitur ad solium, ad quod per cochleas ascendebatur, & erat inter

inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas constructum, undè ipse omnes videre, & ab omnibus videri possit. Divina indè laude dicta, sacrificioque solenniter celebrato, descendebat Rex ad Palatium, & accedens ad mensam marmoream regio ornatam apparatu, resedit cum Pontificibus & omni populo, Duces verò ministrabant, &c. vide Petr. à Beck. *in Aquisgrano, fol. 109.* & me *d. success. ac elect. lib. 3. cap. 1.*

36. Krummstäbisch Lehen.

Feudum Ecclesiasticum, quod est rei Ecclesiasticæ, nostrates vocitant **ein Krummstäbisch / vom krummen Stab herrhürendt / oder Krummstabs-Lehen.** Schneidevvin. *de feud. p. 1. num. 50.* Vultej. *1. feud. 9. num. 48.* Interdùm tamen Ecclesiasticum appellatur etiam illud, quod Ecclesiæ datum est, etiamsi consistat in re seculari. Rittershus. *lib. 1. de feud. 4. quæst. 2.* Rosenth. *c. 2. quæst. 5. nu. 2.* Quinimò à nonnullis tribuitur hoc nomen feudo, quod persona Ecclesiastica in rebus propriis constituit, aut suo & peculiari, non Ecclesiæ nomine acquirit, sed vid. Gothofred. Anton. *disp. feud. 1. th. 4. lit. d.*

Opinantur autem multi, feudum Ecclesiasticum sui natura improprium, & in fœminas transitorium esse, illo trito, **der Krumstab schleust niemand auß** / decepti, Fichard. *consil. 17. num. 7. vol. 1.* dicens, nostrates Nobiles hoc quasi pro regula communiter solere asserere. Verùm enimverò tùm textus & rationes, tum ipsa experientia illis repugnat. Textus enim & rationes, quibus arcentur fœminæ à feudorum successione, generales sunt, & non minùs ad Ecclesiastica, quàm ad secularia feuda pertinent. vid. Gothofr. Anton. *supr. d. loc. & disput. 6. th. 4. ad fin.*

Fœminæ, quoad feudi successionem, **gehören vnter den Krumstab** / de jure quid denotet. Item feuda venisse **vnter den Krummenstab** / de jure quid sit, vid. Baptist. Cæsar. *in consil. illustr. ICC. part. 1. cons. 34. n. 5. &c.*

37. Kunckel-Lehen.

Feudum fœmineum, **Weiber- oder Kunckel-Lehen** / in jure feudali propriè dicitur, de quâ mulier primum investita est, *cap. 1. de feud. fœmin. 2. F. 30. cap. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 34. nu. 13.* Hoc feudum si transit in descendentes, maternum vocatur, sicut feudum vetus à masculo acquisitum paternum. Vsus tamen obtinuit, ut in largiori significatione, in genere feudum fœmineum dicatur, quod in fœminas est transitorium: illique passim in investituris feudum masculinum (**Mann-Lehen**) hoc posteriori

sensu opponitur. Rosenth. *de feud. cap. 2. quæst. 7. num. 1.* Ac proindè feudum illud a fœmina primitùs acquisitum, utpotè sui natura non minùs, quam ex speciali pacto in fœminas transitorium, tali respectu sub hoc, tanquàm species sub genere suo, comprehendi potest. Gothofredus Anton. *disp. feud. 1. thes. 7. lit. b.* qui alios allegat.

Vox Landsässerey noviter adinventa, est vel facti, & sumitur pro insistentiâ seu possessione prædii, quod quis habet in alicujus Domini territorio; vel juris, & sumitur pro omni debita obedientia, quam quis promittit Domino suo Gilman. *decis. 40. num. 32. lib. 1.* Vndè Landsaß/ nihil aliud est, quàm homo jurisdictionalis, cui in omnibus mandari & præcipi potest. Gilman. *lib. 1. decis. Cameral 46. num 32.* Hinc Landsassii nobiles, dicuntur mediati, gemittelte vom Adel/ qui Principis alicujus territorio subsunt. Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. fol. 389.* Caspar. Ziegler. *in §. Landsassii, concl. 1. num. 14.* qui dicit *n. seq.* quamvis non sit negandum, periculosam esse definitionem der Landsesserey/ utpote quæ multis Imperii conventibus sollicitè & curiosè fuit quæsita, nondum tamen inventa. Waremund. de Erenberg. *tract. de fœder. lib. 2. cap. 1. numer. 40.*

Et Principes vel cæteri Status, quibus competit die hohe Lands vnd Ober-Herrligkeit/ haben jhre Landsassen vnd Vnderthonen/ seu territorium, districtum & ditionem, vel terræ spacium, Iurisdictione & supremo imperio armatum, ubi terrendi potestas ipsis competit. Boër. *decis. 227. n. 7. & seqq.*

Nam Landsassen & Landsesserey/ ad Ius territorii, zu der Lands-Obrigkeit/ correspectivè se habet, & à Landsitzen derivationem accipiunt. Meichsner. *tom. 2. p. 2. decis. Camer. 8. n. 4.* Imò Landsaß vnd Landes Obrigkeit/ tanquam activum & passivum se mutuo respiciunt. Sed vide omninò Ziegler. *d. loc. n. 13. & mult. seqq.*

Et licet Landsassii mediati sint; non solum tamen dignitate, sed etiam potestate aliqua plerunque pollent: quam jure antiquæ nobilitatis illis competere dicit Nevizan. *in sylv. nupt. li. 4. n 134.* Pagos enim vicos, Castra & id genus terras à Principibus cum ad-

adhærentiis, pertinentiis, Iurisdictione & aliis modis concessas, persæpè possident. Rosenth. *de feud. cap. 8. conclus. 8.* Schrader. *de feud. part. 3. cap. 4.* Ita ut rustici nobilibus suis juramentum fidelitatis & subjectionis præstare cogantur, tanquam sub eorum Iurisdictione habitantes, & domicilium foventes. Husan. *de Homin. propr. cap. 6. nu. 36.* Ritter. *de homag. cap. 4. n. 83.*

At verè vigere dicitur illis in locis **die Landsesserey** / ubi nemo aliquid possidere potest, absque gravamine subjectionis. Sicque hoc respectu, potest aliquis esse territorii Dominus, **da doch die rechte Landsesserey nicht im Schwang ist.**

Sed hac de re, vide Dn. Brunning. *de homag. thes. 284. &c.* Mingium, *disp. d. territ. jure. tom. 5. disput. Basil. thes. 65. & per discurs.* Dn. Magerum. *cap. 6. num. 671. &c.*

11. Landshochheit vnnd Herzligkeit.

Hujus consequentia sunt regalia, **Zoll / tod vnd lebendig Glait /** jus recipiendi Iudæos, & inducias moratorias, **Quinquenneles vnd Anstands-Brieff** concedendi & ejusmodi alia. Recess. Imper. *d. A. 48. 77.* Bernh. Wurmser, *pract. observat. tit. 28. observ. 28. n. 9.* Caspar. Leipold. *de concurrent. Iurisdict. in Imperio Rom. Germ. quæst. 12. fol. 277.* Et nihil aliud est, quàm **Landsfürstliche Obrigkeit.** de qua *supra.*

12. Landschafft.

In mehrertheils Fürstenthumben ist ein sonderbahre Landschafft: constans ferè ex Prælatis seu Ecclesiasticis, Nobilibus & Oppidorum Deputatis. Sunt tamen Principatus, ubi tales ordines non sunt, ut in Palatinatu Electorali.

13. Landschutz.

Landschutz nihil aliud est, quàm generalis defensio ac custodia territoriorum, tàm Iuris, quàm facti: potioribus Iurisdictionis & superioritatibus juribus annexa. Zasius *consil. 14. num. 8.* Et hæc ad solum Principem, vel eum, qui jura Principis obtinet, nec non ad Dominos universales, qui omnem Iurisdictionem & superioritatem habent, pertinet: post alios Dn. Mager. *de Advoc. armata c. 8 num 422. & seq.*

Vndè in contemptum hujus defensionis, non possunt subditi sese committere alterius protectioni.

14. Landsidelem Rechten nemmen;

Verba illa **zu Landsidelem Rechten entnommen vnd Bestanden han / entnemmen vnd bestehen /** vulgò intelliguntur de contractu emphyteutico,

Rosate. *in l. si familia. num. 2. C. fam. hercisc.* quod tamen non omninò placet. Sed potiùs *Allodium* videtur dici *alaudium*, ex eo, quod qui prædia eo jure habent, nullum habeant auctorem vel superiorem Dominum, quem laudare possint vel teneantur. Budæus *ad l. Herennius. de evict.* Molin. *ad cons. Paris. tit. 1. §. 46. num. 1. v. suprà.* vid. Allodium.

Et Hotoman. *in Lex. feud. pag. 632.* qui *Allodium* dictum putat à Germanico verbo Anlöden / quod est conferruminare, conglutinare: quia scilicet bona Allodialia ita sint conjuncta & cohærentia familiæ, ut avelli ab ea nequeant, quasi inseparabilia: Cùm feuda facilè & variis ex causis amittantur, adde Rittershus. *in partib. feud. lib. 1. cap. 2. nu. 19.* ubi allegat *Comm. ad ll. Caroli M. cap. 7.*

De Feudorum origine Oratione singuLegit Frater meus, p. m. Iohannes GeorgiusBesoldus, quę est juncta *dispp. Tubingensib. ab Eberhardo Wildio impreßis.* Ac vidi Diploma, Monasterio Lindaviensi ab Imp. Ludovico datum Anno 866. ubi mentio jam fit Feudorum. Et Imperatorem Ludovicum Pium, parva feuda Militib. dedisse, refert Fauchet. *tom. 2. lib. 8. c. ult.* qui idem de orig. feud. pluribus agit. *2. des dignites. c. 6.* Pasquier. *2. d. recherch. c. 13.* Notator ad Formulas Marculfi. *fol. 552.* Piso Soacius. *in prælud. Feudor.*

At verissimum esse videtur Dn. Rittershus. *part. feud. libr. 1. cap. 1.* feudorum institutum esse Germanicum, introductum non tantùm à Longobardis (qui ex Germania profecti in Italiam infusi sunt, ejusque partem occupârunt eam, quæ hodiè Lombardia vocatur) sed & jam ab aliis Germaniæ populis, ut Alemannis, Francis, Bojariis, Suevis & Saxonibus, etiam Gothis, ut vult Hotoman. Omnes enim ad hujus velut Pandoræ Hesiodeæ exornationem certatim contulerunt. Ego verò eximerem Gothos, cùm non sint hodiè feuda in Hispania & Lusitania. Ludovic. Molin. *tract. d. Iustit. & Iure tr. 2. disput. 10.*

Hujus rei Argumenta sunt, quod Historici rerum Germanicarum ferè soli feudorum mentionem faciunt. Nam, quod Itali quoq; & Galli feudis usi comperiuntur, scire debes eos à Germanis accepisse, cùm Longobardi Italiæ, Franci Galliæ partem occupâssent. Facile enim solent alicujus gentis instituta utilia & laudabilia in Exemplum trahi, atque in mores adsumi etiam ab aliis populis. Exemplum habes in Emphyteusi, seu agris vectigalibus. Quod genus contractus Romani mutuati videntur à Bizantinis.

Deinde originem feudorum Germanicam satis arguunt & nomina ipsa feudalia, & formulæ, quæ maxima ex parte sunt Germanicæ; quamvis quædam verba hodiè vix à Ger-

Rrr manis

manis ipsis intelligantur: vid. me *de nat. populor. fol. 102. &c.* (ubi ea ad suam veram, hoc est, Germanicam originem reduxi) quod hîc propter vetustatem eò minus mirandum est; Cum & Romanis posterioribus idem acciderit in ea linguâ, quâ leges Regiæ & XII. Tab. fuerant conscriptæ. Accidit etiam nobis hæc difficultas & obscuritas verborum ex eo, quod sæpè mirificè sunt corrupta, cum in aliam linguam transfunduntur, cúmque ad Latinorum consuetudinem & terminationem accommodantur.

Causa hujus instituti prima & antiquissima fuisse videtur, ut Principes sibi adjungerent beneficiarios, quorum opera militari, in expeditionibus quoties usus incidisset, uterentur, & hujus operæ præmium atque auctoramentum essent prædia quædam ipsis concessa, ex quibus Vasalli sese honestè alerent atque exhiberent. Hinc est, quod toties Vasalli appellantur Milites *in libris feudorum.*

Hæcque est optima ratio conservandorum territoriorum nuper partorum, ut Frater meus *dict. orat.* edocuit, & ego trado *in tr. d. Increm. Impor. ad fin.* Suntque Feudis similes Timariæ Turcarum. Et nec Iappones hoc institutum ignorant. Molina *d. just. & jur. tom. 2. disp. 485.* Verisimile est autem, Principes Germanorum qui vel Galliam vel Italiam occuparunt, quo sibi & suo generi, suæque etiam Genti Imperium firmarent, devictarum gentium dominia illustribus ex sua gente viris concessisse: de quo vide Vincentium Cabotium *lib. 2. disput. iur. c. ult.* Sanè ex Historicis rerum Germanicarum, nec non ex Constitutionibus Imperatorum quorundam ac Regum Germanicorum, satis constat, inter cæteras causas feuda etiam ob id data fuisse, tam Episcopis quàm laicis, ut haberent plurimos Comites ac socios expeditionum, cùm aliarum, tum Romanæ, quam suscipiebant ad petendam à Romano Pontifice coronam auream, posteaquam accepissent ferream Aquisgrani, & argenteam Mediolani: his enim tribus in locis antiquitùs coronabantur. Solebant autem jam superatis Alpibus, priusquam rectà pergerent Romam, Roncaliis convenire & castra locare, ibidemque aliquot dierum conventus agere, & cum Principibus Imperii de jure ac Legibus, de Pace & bello, deque omni Republica deliberare ac decernere. Et quicunque ab Imperatore beneficia habebant, nisi in illis Campis & Castris adessent, & voce præconis citati ad delectum respondissent, excubias item egissent circa Imperatorem: ii ob contumaciam feudis suis privabantur, sive Clerici essent seu Laici, nisi fortè veniâ impetratâ domi remansissent. vide hac de re Othon. Frising. *lib. 2. c. 12.*

Et

Et Gunther. *init. lib. 2.* Vulgò Römerzug vocant. Hæc inquam feudorum instituendorum prima occasio, & causa esse videtur, ut essent beneficia quædam militaria & nervi, quibus imperium Germanicum contineretur ac vigeret. Sed deinde (ut fieri solet) res latius diffundi ac patere cæpit: neque tantùm ad militaria, sed etiam ad alia honesta officia in pace obeunda, concessa sunt feuda.

Præterea etiam hoc ad originem feudorum pertinet, quod sicut olim fideicommissa primis temporibus valdè infirma fuerunt, ut quorum prima cunabula tantùm à fide heredum penderent, sed postea magis magisque confirmata sunt, & ad necessitatem juris redacta, teste Imp. *in §. 1. Inst. de fideic. hered. & §. & quia primo. t. eod.* Ita etiam feudorum initia valde fuisse tenuia & imbecilla, paulatim verò magis magisque rem à tenui exordio profectam crevisse, quod eleganter declarat Feudista *in §. & quia vidimus lib. 1. t. 1.*

Porrò de feudorum ortu & incrementis, memorabilis est locus apud Nicolaum Cusanum Cardinalem (qui tempore Synodi Basileensis vixit) *cap. 28. libr. 3. De Concordantia Catholica.* quem recitabo, quod non parùm illustret *d. §. & quia vidimus.* Ordinabantur inquit, etiam tum Principes, Duces & Comites constituti, debere, tanquam officia publica, imperiali jussione habentes ad nutum removibilia, rationem sui ministerii ærario publico reddere. Posthæc quia Senatorum filii, licet equestres primò forent, tamen ad Senatum demùm perveniebant: introductum fuit, ut parentibus ritè in officio se habentibus, filii eodem officio non privarentur, ad illum finem, ut patres minus avaritiæ studerent, habentes de successione in officio certitudinem: & etiam ut eorum subjecti minus tunc gravarentur per patrem, quando & ipsis sui posteri præesse deberent. Tamen ut Imperiali Celsitudini nulla incommoda detractoria Dominiorum, in futurum crescente potestate officiatorum, exorirentur, feudalia introducta sunt statuta, & de fide servanda strictissima juramenta, quæ per unumquemque Vasallorum instituendorum præstari, & sub pœna perditionis Feudi inviolabiliter servari deberent. Est denique alia lex edita, ad magna feuda plura nullum accumulativè succedere posse; ne sic plura magna accumulãdo, potentia subditorum in tantùm excresceret, ut dum Tyrannica rabie, immemor juramentorum, apicem dominandi (cujus appetitus per acquisitionem crescit) appelleret, Imperii potentia Schismatica turbatione vilesceret. Erat insuper Imperatorum consuetudo, accusationes fractæ fidei & perjurii admittere, ut fidelitas, per quam solùm persistit Imperium, nunquam negligentia parvi

penderetur. Pœna verò erat privationis fidem non servanti. Et tunc ne invidia forte incitaret nobiles ejusdem sanguinis, contra eum, cui hæc ablata donarentur: ista quæ sic in commissum ceciderant, sacri Imperatores Ecclesiis frequenter applicarunt, &c.

Feuda ab initio præsertim dignitatem annexam habentia, minimè successoria erant, sed demum consuetudine posteriori est introductum, cujus rationes Du. Rittershusius, *partit. feudal. lib. 1. cap. 12. fol. 184.* assignat. Hotoman. tamen *in disp feud. cap. 18.* hanc consuetudinem adeò graviter reprehendit, ut exclamet, nihil absurdius dici potuisse. Et sanè auctoritas Imperatorum, exinde est minor. Fridericus I. Imp. *in §. praterea Ducatus. lib. 2. tit. 55.* prohibet Imperii feuda dignitatum, dividi inter plures conhæredes, & ita probare videtur, consuetudinem, ut ad unum successorem, v. g. maximum natu devolvantur. Egregius autem ad hanc rem locus est Nicolai Cusani *lib. 8. de concord. Cathol. cap. 28.* Ex qua observatione discimus, non disparem olim fuisse conditionem præfecturarum & officiorum publicorum in Imperio Germanico, ab ea, quæ est hodiè Bassarum & Begorum in Turcia, & in Polonico Regno Palatinorum & Castellanorum. Quomodo etiam in Gallia ante Hugonem Capetum erat comparatum in Magistratibus & officiis, teste Francisco Conano, *lib. 2. Comment. cap. 9.* Et hodie quoque Magistratus & Præfecturas in illo Regno à nutu Regis pendere, plurimi auctores testantur. Hodie inquit Hotoman *ad tit. 1. lib. 1.* in Gallia nostra Magistratus omnes à Rege cum hac formula mandantur: quamdiu nobis placebit.

22. Cl. zu rechter Lehenschafft / zu rechtem Lehen / zu Lehen nach Lehenschaffts weiß / oder wie Lehens Recht / Art vnd Eigenschafft: ist /

De quibus feudis intelligatur, vid. Nic. Everh. Iun. *cons. 41. num. 137. & 153. & cons. 45. num. 2. vol. 1.* Fich. *cons 10. n. 4. vers.* Vnd wie wol, *vol. 2.* Goth. Anton. *disp. feud. 1. thes. 7. & præs. lit. e. ad fin. cons. illust.* Bapt. Cælat. 84. *num. 21. &c. part. 1.*

23. Lehenbrieff.

Licet de jure Feudali ad substantiam investituræ non requiratur, ut de ea conficiatur publicum Instrumentum, vel breve Testatum, *per text. in §. si enim* ibi: Si Instrumentum deficeret, quia factum non fuerit. *& §. si autem, tit. quid sit invest.* Alvarot. *in cap. 1. num. 4.* & post eum Præpos. *ibid. num. 5. d. tit.* Tamen hodiè de consuetudine regulariter solent fieri literæ

literæ investituræ, & Lehenbrieff: non tantùm super novo feudo, sed etiam in renovatione feudi antiqui, renovantur Instrumenta investituræ, daß man die Lehenbrieff vernewert. Et quia tenor investituræ derogat etiam juri feudorum, wie man sich dann täglich nach den Lehenbrieffen richtet vnd hält / advertendum est, ut tales literæ diligenter & cautè conficiantur. Iohan. Schneidevv. *in Epitom. feudali. part. 4. num. 30.* quem vide *num. seqq.* ubi *num. 35.* quærit: Si prima investitura uno modo cantat, & secunda reperiatur alterata cui sit standum? Et secundum Curtium *de feud. part. 2. num. 42.* respondetur, quod sit attendendus tenor primæ & antiquæ investituræ, der ältiste Lehenbrieff. Nam quandò feudum est antiquum, primævus status non est immutandus, per text. *in cap. 1. de Vasall. decrep. ætat.* ubi Alvarot. *n. 2.* Tùm etiam, quia surrogatum debet sapere naturam ejus, in cujus locum surrogatur. *l. si eum. §. qui injuriarum. ff. si quis caut.* Renovatio namque est juris antiqui confirmatio; & sic per consequens, ista renovatio non debet aliquid in contrarium, nempè correctionem quandam antiquarum literarum investiturarum, der alten Lehenbrieff / inferre.

Hinc in dubio, quandò constat de antiqua investitura, præsumitur sequens facta secundum conditiones in prima appositas. *cap. fin. in fin. de eo, qui fin. fec. agn.* Vndè ista Clausula in Instrumentis & Renovationibus apponi solet: vnd leihen jhme solche Güter mit allen Jhren Ehren / Würden / Nutzungen / Freyheit vnd Gerechtigkeiten nichts darvon außgeschlossen / sondern in aller Maß / wie es seine Voraltern / von vns vnnd vnsern Vorfahren zu Lehen jnne gehabt / redlich herbracht / ersessen vnd erlanget haben.

De investituræ mutatione & reversalib. vide Schrader. *consil. 21.*

24. Lehendienst / Ritterdienst.

Feuda maximè in eum finem conceduntur Vasallis, ut ob beneficia ipsis concessa, Domino præstent quædam Servitia, quæ vulgo vocantur die Lehendienst. Et hoc vigore juramenti, cujus tenorem videre licet *in verb. Lehenmann.* Quæ servitia præsertim in expeditionibus & belli tempore, requiruntur. Et quod belli tempore vasallitica Servitia, die Lehendienst / potissimùm præstanda sint; patet *ex cap. Domino guerram facientes. tit. hic finit. lex. & tit. si ult. non amit.* Et quemadmodum Militum munus armis tractandis, & ad bellorum necessitatem inventum & constitutum dicitur. *l. milites. C. locati. l. fin. C. de jur. deliber.* Ita etiam Vasallorum Servitium & munus præcipuum in bello & armis tractandis

dis impenditur. *d. cap. Domino guerram faciente*. & non nisi ei, qui militare possit, regulariter feuda tribuuntur. *tit. feud. an mutus vel al. imperfect. feud. retin. & tit. de lege Corradi. §. similiter.* ob idque Vasallos propriè appellari milites, indistinctè legitur in iisdem libris feudorum, *tit. de vas. mil. qui arm. bell. depos. tit. de Milit. Vas. qui contumax est.* Antonius Borninius, *de Cavalcata subditor. cap. 1. à princ. fol. 2.* Et licet inter Dominum & Vasallũ, Servitiorum in concedendo feudo nulla fuerit facta mentio, tamen præstanda sunt: cùm sit de natura feudi, ut Servitia præstentur. *titul. 23. in fin. lib. 2. & in tit. 55. d. lib.*

Dominus autem Vasallum per seipsum, vel Procuratorem suum vocabit, vel etiam per literas, in quibus continebitur, quod Vasallus venire debeat ad juvandum Dominum. *gl. in § fin. de pac. jur. firm. super verb. legitima.* Et habetur ibi *sub tit. de allod.* Iacobin. de S. Georg. *in verb. & promiserunt. num 33.* quod aliquibus in locis ista requisitio fiat per Edictum in albo propositum. adde Dd. *in d. §. fin.* de consuetudine, teste Schneidevvin. *in Epit. feud. part 5. num. 99.* schicket man zu einem jeden Lehenmann ein sonderlichen Auffgebots-Brieff: oder wann es so eilends fürfället / schicket man dasselb in offner Form von einem Edelmann zu dem andern / die dem Botten Bekantnus geben müssen / daß jhnen solcher Auffgebots-Brieff zu recht zukommen / vnd eingeliefert worden seye.

An autem Vasallus ipse in persona adesse, Domino adsistere, eique Servitia præstare teneatur, an verò substitutum mittere possit? quæri solet.

Et sanè eo casu, quandò industria Personæ non est electa, possunt Servitia, per idoneam Personam, similem & æqualem ipsi Vasallo, Ebenbürtingen/ perfici atque administrari. text. ubi gloss. *in §. firmiter. de prob. feud. alien. per Feder.* De hâc Quæstione vide Schneidevv. *in Epitom. feud. part. 5. num. 112.*

Vt & de Servitiis Vasallaticis plura habet Gothofred. Anton. *disput. feud. 7. per tot.* & Andr. Kohl. *tr. de servit. Vasallor.* & Antonius Borrinius. *d. cavalcata.*

25. Lehens Exspectanten.

Von Exspectanten Auff Lehen geben / welches zuvor verkaufft / vide Schrader. *consil. 43.* Plebst. *disp. 2. feud. th. 5. &c.* Goth. Anton. *disput. F. 8. th. 5. lit. a.*

26. Lehenherr

Non exindè dicitur, quod dominium & proprietatem in prædiis feudalibus retineat, & solum usumfructum alteri cedat; sed vel ad exemplum

plum veterum, qui Domini nomine solebant aliquem honoris causâ salutare, prout ejusmodi salutationem Patroni suis Clientibus, tanquàm notam demissionis, antiquitùs imperabant, teste Franc. Polleto, *in histor. for Rom. lib. 2. cap. 10.* vel quod Feudistæ vernaculo illi *Signore* (sic Italo-Longobardi feudalem Patronum reverentiæ causa nominabant) Latinum hoc vocabulum substituere voluerunt. Usque tamen Seniorem eundem appellari passim reperies. vide Gothofred. Anton. *disp. feud. 2. thes. 1. lit. b.* Estien. Pasquier. 7. *cap. 5. fol. 969.* & Dn. Goldast. *in seniore suo.*

27. Lehenmann/ Lehenpflicht.

Ob ein Lehenmann oder Provisoner/ vermög seines Lehen-Brieffs/ wider meniglich / niemand außgenommen/ dienen müsse. vide Bidembach. *quæst. 20.*

Et extant consilia nupera in Londorpii actis, pro & contra nobiles, quod Palatino, tanquàm suo Domino feudi, contra Imperatoriam Majestatem militàrunt.

Et videtur arcta ille obligatio, quæ est inter Dominum & Vasallum, descendere ex vetere jure Soldariorum, de quo Cæsar. *3. d. bell. Gall.*

Vasalli appellatio Longobardorum vel Germanorum, ac sic congrua esse videtur Germanico vocabulo Gesell / quod Comitem significat, Iacob. Cujac. *in prolegom. feud.* idque Cornelius Tacitus *lib. de morib. Germanor.* confirmare videtur. Ille enim Vasallos Comites appellat: Germanis inquiens, semper multi fuerunt Comites, hoc est, Vasalli. Dicti sunt Comites sive Vasalli, quod comitantur Dominum belligerantem.

Hinc Vasalli inter se dicuntur *Pares*, quasi gleiche Gesellen/ vide Hotoman. *in disp. feud. cap. 2. & in lexic. verb. Vasallus.* ut & Heigium. *1. qu. 2. num. 26. &c.*

Ego verò puto, Vasallum vel Vassum derivari à fesslen / vel fassen / ut dix: *in tr. d. nat. popul. fol. 106. & de Imp. subalternis. fol. 89.*

Vasallus dicitur etiam *beneficiarius*, nimirùm à re, quæ ipsi beneficii loco concessa est in feudum, Herman. Vultejus, *de feudis, lib. 1. cap. 4. num. 13.*

Item Fidelis, *in cap. 1. in princ. an remov. deb. test cap. 1 §. & quia. de his, qui feud. dare poss. cap. 1. si de inv. feud. controv. fuerit.* à fide, quam Domino debet, ex quo illud Germanorum lieber Getrewer: tametsi non Vasalli tantùm, sed & qui jurisdictioni alicujus subjecti, aut jurejurando alicui adstricti sunt, fideles & liebe Getrewen/ appellentur. Eguin. Baro, *in comment. ad consuet. feudal. lib. 2. tit. 5.* Vultejus, *d. loc.* vide Schrad. *cons. 17. vol. 1.*

vol. 1. ubi de pœna illius, qui fidelitatis juramentum detrectat.

Quamvis qualitas Vasallitica ex non subdito, subditum non efficiat, Mynſ. *cent. 3. obſ. 30.* Rosenth. *de feud. cap. 11. concl. 14.* Andr. Gail. *de pignorat. cap. 15. num. 3.* Ego *de Imper. ſubalternis, fol. 72. &c.* Et feudi concessio nunquàm per se subditum reddit, nec Vasallus Domini feudi subditus est, neque feudum potest subjectionem dare. Matth. Wesenbec. *conſil. 1. num. 57.* Paurmeister. *de juriſdict. c. 8. num. 42.* Marta, *de juriſdict. part. 4. cap. 133. num. 13.*

Et sic longis inter se parasangis invicem distant, Iuramentum subjectionis & feudale, ut suprà in verbo Huldigung/ ꝛc. deduxi. Adde tamen Ludolph. Schrader. *de feud. part. 6. cap. 4. num. 6. &c.* Gail, *de arreſt. c. 7. num. 9. & ſeqq.* Matth. Stephani, *lib. 2. de juriſdict. part. cap. 7. num. 22. & ſeqq.* ubi rationes diversitatis, quas prolixè persequitur, videre licet.

Fortius item ligat jurantem Iuramentum subjectionis, quàm fidelitatis sive Clientelare. Caspar. Ziegler. *§. Lanſaſſii. concl. 1. num. 51.* allegans Andr. Knichen. *de jur. terr. cap. 3. num. 163.* Cravett. *conſil. 517. num. 3.* Rol. à Valle, *conſil. 1. num. 30. vol. 3.*

Et licet nonnunquàm secundum eundem Zieglerum, *d. l. num. 65.* usu loquendi à nonnullis recepto, Vasallus dicatur sui Domini subditus. Cravetta. *conſil. 201. num. 17.* Paurmeister. *de juriſdict. lib. 2. cap. 9. n. 49.* id tamen non verè & pleno cum effectu, sed abusivè intelligendum est. Mynsinger. *conſil. 77. num. 8. decad. 15.* Ita enim catachresis ratione cognitionis feudalis, servitiorum & fidelitatis irrepsit, & non ratione subjectionis. Paurmeister. *d. lib. 2. cap. 8. num. 40.* Petr. Frider. Mind. *libr. 1. proc. c. 32. num.* Et novum non est, ut aliquis appelletur Dominus, qui tamen Dominus territorii non est, sed certo aliquo saltem respectu, Capic. *deciſ. 26. num. 31.* Ziegler. *d. loc. num. 70. & ſeqq.*

Dominus item Fideli suo vel Vasallo in omnibus vicem reddere debet, quod si non fecerit, malefidus censetur. *lib. 2. feud. tit. 6. §. ult.* Et quoniam, ut ait Seneca. *lib. 6. de benefic.* beneficium commune vinculum est, & inter se duos alligat: Est inter nos ejus fides reciproca: sive Vasallus & Dominus, sunt inter se conjuges, id est, communi vinculo fidei conjuncti. *libr. feud. tit. ult.* Rittershuſ. *in part. feud. lib. 2. c. 10.*

Vndè Proverbium ortum: Getrewer Herr/ getrewer Knecht.

Aid der Adelichen Lehenleut deß Hertzogthumbs Würtemberg. An statt vnd im Namen deß Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten vnd Herrn/ Herrn Johann Friderichen/ Hertzogen zu Würtemberg vnd Teck/ Graffen zu Mümpelgart/ Herrn zu Heidenheim/ vnsers Gnädigen Fürsten vnd Herrn/ leihet

leihet deß Herrn Landhofmeisters Ampts-Verweser Euch/was Er Euch von Ihrer Fürstlichen Gnaden wegen leihen sol/ doch außgenommen Ihrer Fürstlichen Gnaden / auch deren Erben vnd Mannrecht. Vnd ihr werdet geloben vnd schwöhren einen Aid zu Gott dem Allmächtigen / Ihrer Fürstlichen Gnaden frommen vnd bestes zuwerben vnd zuschaffen / dero Schaden zuwarnen vnd zuwenden / Ihrer Fürstlichen Gnaden getrew zuseyn / vñ zuthun/daß ein Lehenmann seinem rechten Lehenherrn / von seinem Lehen schuldig vnd pflichtig ist zuthun / Vrtheil zusprechen/mit Ihrer Fürstlichen Gnaden Mannen/so ihr darzu ermähnet vnd erfordert werden. Verschwigne Lehen / wa Ihr die wissen oder erfahren/ Ihrer Fürstlichen Gnaden zuwissen zuthun / vnd ewere Lehen / wie die Namen haben / beschrieben zugeben/ vnd darüber Brieff zugeben vnd zunemmen / in vier Wochen den Nächsten. Alles getrewlich vnd vngefährde/ ꝛc.

Juramentum Vasalli an mutari possit, & adigi ut Vasallus contra patriam, Dominum juvare teneatur. *vide* Schäffer. *3. quæst. 48.*

An Imp. de Ducatu, quem ante adeptum Imperium habuit, etiam post Imperium adeptum fidelitatem præstare debeat. Vel an Vasallus majorem Seniore suo dignitatem adeptus, ab ejus hominio liberetur. *vide* Hottoman. *illustr. qq. q. 35.*

28. Lehenträger.

Si Vasallus plures reliquerit hæredes, & feudum manet indivisum, tunc non omnes investituram accipere & jurare solent, sed aliquem è suo numero, qui communi omnium nomine investituram accipiat & juret, eligunt: quem vulgò vocamus den Lehenträger / qui plerunque est maximus natu inter fratres aut agnatos. vid. §. *omnes filii.* & ibi Accurs. *libr. 2. feud. tit. 26. juncto* §. *firmiter libr. 2. tit. 55.* Rittershus. *in partit. feudal. lib. 1. cap. 8. num: 25.*

Dant etiam fœminæ einen Lehenträger. Isque interdùm extraneus est. Et feudum non renovatur, quamdiu talis Procurator vivit. Vnd würdt für ein Newerung gehalten / wann man die Vasallen zwingen will/ das Lehen so offt zufordern / so offt einer / so ettwas daran hat/ stirbet.

Wann aber alle sterben / in deren Namen ein Lehenträger Gewalt hat/ müssen es die Erben erfordern/vnd den Lehenträger de novo bestellen. Exspirat enim mandatum morte mandantium.

Mortuo Emphyteuta, an ejus hæredes ad petendam renovationem investituræ unum ex se eligere, vel Curatorem (vulgò Lehenträger) constituere possint, vid. Berlich. *decis. 20.*

An item emphyteuta emens emphyteusin ab eo, qui in ea investitus erat per Curatorem (durch einen Le-

 hen-

henträger) teneatur denuò investituram petere, priore Curatore vivente: & an, si id non faciat, emphyteusin amittat. Modest. Pistor. *quæst. 133.*

Porrò, quandò servitium per unum nomine omnium (einen Träger) expediendum est, quis eum eligere debeat, Dominus, an Vasalli, quæstionis est. Et Vasallis hoc in casu tribuunt Feudistæ, modò caveant, ne discordes in eligendo à Domino præveniantur. vid. Gothofred. Anton. *disp. feud. 7. th 3. lit. f.*

29. Lehens Verkauffung/ Vereusserung.

Consentiens alienationi rei, quæ casu aliquo ad ipsum venire poterat, sibi omninò præjudicat. Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 48. num 31.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 39. in not. lit. b.* Et quandò Vasallus, consentientibus Agnatis alienavit feudum penitùs extraneo, absolutè, nullâ conditione vel pacto adjecto; tunc tàm Vasallus, quàm etiam Agnati consentientes, penitùs omne jus, quod in hoc feudo alienato habuerunt, amittunt; adeò, ut emptore, absque hæredibus feudi capacibus defuncto, ipsi ad successionem feudi hujus non restaurentur, aut ullo modo ad id repetendum, regressum habeant. *cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. & §. Titius filios. si de feud. defunct. content.* Schrader. *de feud. p. 8. cap. 5. num. 25.* Perindè autem est, sive consensus iste Agnatorum præcedat sive sequatur alienationem. Rosenthal. *cap. 9. conclus. 77. num. 3.* Siquidem ratificatio ex post facto accedens, consensui æquiparatur. text. *in cap. 1. de alien. pat. feud.* & ibi gl. *in verb. non habentibus*, per *l. fin. C. ad SC. Maced.* & concordat Göden, *consil. feud. 19. num. 9.* Rosenthal. *d. conclus. 77. num. 3. & cap. 7. conclus. 5. num. 5.* Et hìc consensus non solùm disertus, verùmetiam tacitus sufficit. Alvar. & Dd. *in cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt.* Zas. *consil. 13. num. 112. libr. 2.* Fichard. *consil. 23. num. 8. tom. 2.* Schrader. *p. 8. c. 5. nu. 4.* Rosenthal. *d. cap. 77. num. 5.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. n. 64.* Tacitè autem agnati alienationem approbâsse censentur, quandò præsentes non contradixerunt actui, quem contradicendo impedire potuissent. Schrader. *p. 8 cap. 4. num. 7.* Hartm. Pistor. *lib. 2. cap. 7. num. 4.* Rosenthal. *d. cap. 77. num. 15.* etiamsi ulterius, vel ad alios actus externos non progrediantur. Rosenth. *c. 9. concl. 29. n. 2.* Aut quandò absentes à tempore alienationis in extraneum factæ, & ipsis probabiliter notæ, annum integrum, Fichard. *cons. 23. num. 9. & seq.* & maximè si 30. annos scienter effluere passi sunt. Schenck. *in suo viridar. conclus. 95.* Wesenbec. *de feud. c. 8. nu. 11.* & Vultej. *cap. 10. num. 64. vers. si autem tempore.*

Por-

Porrò spe vel jure feudi per consensum vel ratificationem agnatorum ita amisso, etiam heredibus & posteris eorum omnis regressus denegandus videtur. Etenim majorum suorum facta quis debet observare, nec est audiendus contrarium postulans, per *l. 1. & 2. C. si advers. vendit.* & facit *l. ab initio. C. de act. & obl.* Sed si ea impugnat, commodum ex iis, cui per hoc renunciare videtur, habere non debet, & nihilominùs ad observantiam tenetur, per text. *in c. cum olim. de censib. & c. ex eo. cum concordant. ibid. in gl. de R. I. in 6.* Göden. *con. feud. 21. num. 13.* Et hæres factum defuncti omninò ratum habere, atque approbare tenetur, Decian. *resp 55. num. 99. & seq. vol. 3.* Id quod non solùm in allodialibus, verùm etiam in feudis à Vasallo alienatis, locum habet, per doctrinam Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. numer. 93. & seq.* & non tantum in herede proximo, sed etiam in herede mediato, hoc est, heredis hærede, & deinceps obtinet, per *l. 65.* ubi gl. & Dd. *ff. de V. S.* Boer. *dec. 23. num. 20.* Adde, quod regulariter quilibet, qui consentit actui, ab alio celebrato, perindè habetur, atque si is ipse illum contractum celebrasset. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 8. num. 103.* Vidè & heres ejus exindè meritò quoque obligatur, ut remissa semel & extincta jura ulterius refricare nequea, latè Göden. *cons. feud. 20. n. 13. & 23.* Cumprimis quia feudum, quod cum consensu Domini & Agnatorum, in penitùs extraneum alienatur, exindè in persona illius extranei omnino fit novum, argum. *l. cum apud. 20. ff. jud. solv.* & sic agnatis alienatoris omnis spes succedendi præcisa videtur, per not. Schraderi. *tract. feud. part. 8. cap. 5. num. 25. & seq.*

Nec impedit, quod dici solet, consentientem alienationi agnatum in dubio non præsumi voluisse renunciare aut repudiare jus, aliis ex concessione Domini primi, & stipulatione primi acquirentis quæsitum, sed solùm jus suæ personæ, vel sibi per mortem Vasalli competiturum. Rosenth. *cap. 9. concl. 79. n. 3.* Schrader. *p. 8. cap. 8. num. 2. & 11.* Est enim jus Agnati separatum à jure ejus, qui consenserat, & tot intelliguntur in feudo antiquo concessiones, quot sunt personæ succedentes in feudum. Rosenth. *d. concl. 79. num. 12. & c. 11. concl. 7. n. 5.* Usque adeò, ut succedens in feudo, dicatur id ex pacto in prima concessione interposito, & jure proprio obtinere, Rosenth. *d. conclus. 79. in not. lit. e.*

Ex quo communi Interpretum placito Rosenthalius *sæpe dict. conclus. 79. nu 6.* arguit, hæredes alienationi isti obviantes, contra factum defuncti nequaquam venire: quia ipse de suo tantum jure, non etiam de alieno consenserit; & sic obliga-

tio ejus, ut Schrader. *d. c. 8. num. 8.* tradit, ad hæredes non transeat, aut ultra vitam ipsius alienatoris extendatur. Est igitur differentia inter alienare, & alienationi consentire. Rosenth. *ibid.* uti & regulariter aliud est, vendere, aliud vendenti consentire. *l. aliud. 110. ff. de R. I.* atque ideò prohibitus alienare, non intelligitur prohibitus alienanti consentire. Schrader. *d. p. 8. c. 4. n. 35. in fin.* Liberi itaque consentientium Agnatorum, non semper tenentur ratam habere feudi alienationem. Rosenth. *c. 2. concl. 17. num. 4.* nisi parentes illi præter simplicem consensum sese obligaverint, aut etiam de facto hæredis promiserint. Rosenthal. *d. conclus. 79. num. 10.* Vndè consequitur, unum & idem feudum, quandoque respectu consentientium, vel alienantium posse fieri novum; respectu verò aliorum, manere antiquum. Rosenth. *c. 9. concl 80. n. 4.*

Sed hæc consideratio non obtinet in feudo absolutè hæreditario, vel aliàs ex consuetudine sine agnatorum consensu alienabili: quippè quod juxta receptiorem sententiam, indistinctè neque agnatus, neque filius, quocunque titulo alienatum sit, ullo id modo revocare potest. Schrader. *d. c. 8. n. 9. part. 8.* Vultej. *lib. 1. cap. 11. num. 95.*

Deindè visio illa locum tantummodo habet in casu dubio, quando nimirum non liquidè constat, utrum alienantes, vel alienationi consentientes, juri Agnatorum suorum præjudicare voluerint; Secus est, si ex actis conventis aut aliud aliundè constat, quod juri filiorum vel Agnatorum etiam futuro derogare voluerint; tunc enim filii vel Agnati, hæredes alienantis vel consentientis, huic obligationi acquiescere & consensum ratum habere tenentur, nec feuda sic alienata recuperare queunt. Schrader. *d. c. 8. num. 2. in fin. & n. 11. vers. sin autem constet.* & Rosenthal. *d. conclus. 79. num. 10.* Porrò regula (quod consentiens alienationi, videatur ipse alienare.) secundum materiam subjectam, & de re, de qua disponitur, aut de cujus alienatione agitur, exaudienda videtur. Rosenthal. *cap. 9 concl. 41, num. 24.* Itaque alienare, & alienationi consentire, eatenus diversa sunt, quatenus diversa seu separata eorum ratio reperitur. Paria autem censeri debent, quando utrobique eadem ratio militat, per *l. cum quis. 125. de R. I.* vid. *disp.* Gothofred. Ant. *9. & 10.*

30 Lehr-Jar / Lehr-Jung.

Si quis sese alicui dederit, ut in aliquo artificio instrueretur, cum pacto, ut aliquot annos apud ipsum perseveret, daß er die bestimpte Lehr-Jar außhalte / & is aufugiat; an teneatur de novo ad integrum tempus, an

an verò ad tot dies, quot abfuit: ob er solle wider von newem anfangen lehrnen / oder die gesetzte Jar ergäntzen. Puto quidem arg. *l. cùm heres. 4. fin. l. Servus qui. 14. in fin. ff. de statu lib.* sufficere, si tot dies apud artificem subsistat, quot ab eo abfuit; ita enim videtur moram purgàsse. Sed consuetudo artificum quorundam contrarium observat. Vide me *tr. de jure colleg. fol. 54.*

31. Leibeigne Leut.

Homines, seu Rustici proprii Leibeigne Leut (De quibus Dn. Mager. *cap. 6. num. 730. &c.* Vranius *consil. 50.* ubi additionator. *vol. 2.* Hering. *d. Fidejussor. cap. 7. num. 317. &c.* Ego *de trib. domest. soc. specieb. cap. 6.*) tenentur ad operas Dominis debitas. vide Hering. *de fidejuss. fol. 16. numer. 317.* Servitia enim non sunt extendenda & amplianda, sed inter suos fines cohibenda. *cap. dilect. extr. d. offic. Archidiac.* Quare & si quæ operæ indebitæ præstantur, per vim & metum extortæ esse præsumuntur. *l. Si per impreßionem. 11. C. de his, quæ vi met. causâ. l. cùm satis. 23. §. 1. vers. caveant. C. de agricol.* Sicut ergò libertus Patrono operas non debet, nisi promissas, putà jurejurando, vel stipulatione. *l. ut jurujurandi. 7. de oper. libert. l. 44. in fin. de lib. causâ.* Sic quoque homo proprius; ein Leibeigner / Domino alias non debet operas, præstationesvé, quàm ad quas sese in ipso contractu, vel tacitè acceptando prædium, cui hoc vel illud onus inhærebat, vel expressè, id est, de novo paciscendo, adstrinxit. Frederic. Husanus, *de propr. hominib. c. 6. num. 60. & seqq.* Potest namque Dominus tempore traditionis prædii (quod nostri ein Erbe oder Hof / & in tenuioribus einen Katen nennen) legem apponere, quam velit. *l. 6. C. de rer. permut. l. in traditionib. 48. de pact.* Contractus etenim ex conventione legem accipiunt. *L. 1. §. si convenit. 6. deposit.* Veluti, si paciscatur, ut singulis annis, hoc vel illo mense solvat par gallorum gallinaceorum, quod nostri vocant das Rauchhun. (Nam, quia gallinæ illæ in altum evolant, ibique nidificant, aut noctu requiescunt, propterea altitudinem juris quoque significant, & in dubio merum Imperium denotant) vel aliquot modios frumenti, Kornpechte / vel certam summam denariorum aut solidorum, quæ Geltpacht vnnd Gülte nobis dicitur. Item, ut toties Domino operetur arando, conferendo, triturando, ligna in domum Domini convehendo. Atque hæ quidem operæ potissimùm ab iis præstantur, quibus tantum agri à Dominis concessum est, ut alere equos aut boves aratores possint, quos nostri Außpanner oder Hüffner / & operas ipsas Pflugdienste appellant. Husanus *d. tract. cap. 6. nu. 66.*

Sicut è diverso tenuiores Colonos seu homines suos, quibus tantum agri seu facultatum non est, ut peculiares alere equos, & vecturæ, arationisque officia implere possint, **Kotener/ Koter/ Katsassen / Handfroner /** & operas ipsas **Handdienst** nuncupant; qui tamen & ipsi non minùs, quam illi, pro modo facultatum & agri concessi, tùm operas Domino suo edunt, tùm annuum aliquid præstant. Husanus. *d. loc.* Sed ejusmodi homines proprios sibi acquirere de novo, non pertinet ad alios, quàm qui habent omnimodam jurisdictionem.

Hominum propriorum, **der Leibeignen Leuten /** non eadem est conditio. In Westphalia enim deteriore jure habentur, cùm illi, quorum proprii sunt, ipsis succedant in semissem, & extra consortium hominum propriorum liberos suos elocare nequeant, nisi hoc ab illis, quorum utilitati parent, impetraverint, **müssen zuvor umb Bewilligung jhre Herrn ersuchen.** (vide Arnis. *de Rep. fol.* 115. *num.* 4. *&c.*) Hujusmodi Homines proprii in Suevia & alicubi reperiuntur. Et hi ad servorum conditionem, quamproximè accedunt. In Polonia homines proprii *Kmethones* appellantur, qui dura quidem cōditione sunt, servi tamen ita, ut veteres illi non sunt. Renatus Choppin. *lib.* 3. *de Doman. in fin. sub tit. fisci Patrimonialia.* In nonnullis locis, (præsertim in hoc nostro Ducatu Würtembergico)ècontra homines proprii, **Leibeigne /** sunt melioris conditionis, qui non secùs atque reliqui non proprii, liberrimam bonorum suorum habent administrationem, atque ut defuncti quodammodò videantur fuisse proprii, vivi tamen fuerunt liberi, id est, reipsa liberi, verbotenùs proprii, quæ libertas ipsorum etiam ipsis defunctis, ex eo satis apparet, quod ex testamento & ab intestato successores habeant, perindè atque illi, qui proprii non sunt (**außgenommen deß Hauptfalls**) Sed hæc in singulis locis usu observari magis, quam in scholis disci possunt, ut loquitur Vultejus, *ad* §. 2. *num. ult. Instit. de jur. person.* In Livonia agrestes homines, si injunctum pensum non solvunt, à Nobilibus suis vapulant miserrimè. Cui rei cùm mederi vellet, libertatemque majorem concedere Stephanus Poloniæ Rex. An. 1582. ei Rustici, antiquas se consuetudines mutare nolle, omniaque dura perpeti malle, novitatem quàm introduci aliquam, ut dixi *in Polit. de Monarch. fol.* 25. *& seq.*

Homines proprii, an servis magis, quàm libertis æquiparentur. vide Stamm. *d. propr. hominib. lib.* 3. *f.* 19.

An & quatenùs cum priscis Colonis conveniant? v. eund. 3. *f.* 21. *&c.*

An qui est homo proprius, idem ejusdem Domini, de necessitate etiam sit subditus? vide Stamm. *libr.* 3. *fol.* 26. *&c.*

An

An quis per contractum se possit facere alteri hominem proprium? vide Stamm. *lib. 3. fol. 78.*

An Statutum, ob quod in nonnullis locis ex domicilio contracto Cives assumpti, cum prole suâ homines proprii fiant, valeat? vide Stamm. *lib. 3. fol. 96.*

De operis hominum propriorum. vide Stamm. *d. lib. 3. fol. 114.*

Ad quæ onera subditi & homines proprii simùl suis Dominis teneantur. vid. Stamm. *d. loc. fol. 123. &c.*

Aldionæ, Servi Fiscalini, Aldiones, Liti, Ministeriales, Familiares: in Constitutionibus Caroli Magni, edente Vito Amerbachio, sic scriptum est: De Aldionibus Publicis ad jus publicum pertinentibus, Aldiones vel Aldianes eâ lege vivant in Italia, in Servitute Dominorum suorum, quâ Fiscalini vel liddi vivunt in Franciâ.

Liddorum a: vox ea videtur esse, quæ apud nos adhuc est in vocabulo usitato **Lidlohn**, id est, famulorum & famularum merces, ut ambæ voces (Aldii & *Liddi*) sint Germanicæ, atq; nihil differant, nisi quod altera in Italia tùm fuit in usu, altera in Gallia.

Aldius, Servus ministerialis, vide *LL. Longobardor. lib. 1. fol. 11. in Lege Rhotarii.* Si quis hominem liberum subito surgente rixâ, per barbam aut capillos traxerit, componat Sol. 6. Si servum ministerialem, aut aldium, seu servum alienum rusticanum, componat sicut pro unâ feritâ unum Sol. Item *fol. seq.* Si quis homini libero unum oculum habenti, ipsum excusserit, duas partes pretii ipsius, quod appretiatus fuerit, ac si eum occidisset, componat: Si autem Aldio aut Servo unum oculum habenti, ipsum excusserit, componat eum pro mortuo.

Denarialis homo, manumissus jactato denario coram Rege. Pythæus *in gloss. Leg. Longobard lib. 2. part. 70.* Homo denarialis modò ante hæreditatem in suam agnitionem acquirere poterit, usque in tertiam generationem perveniat. Hic Glossator vetus ad oram notavit: Nota hominem denarialem non esse in potestate, quia factus est liber per manum Regis, cum denario.

Leg. Rip. *tit. 59. §. 4.* Si autem homo denariatus absque liberis discesserit, non alium, nisi fiscum nostrum heredem relinquat.

Fiscalinus, homo regius. Sic ipse Carolus in Constitutionibus suis exponit: Homo regius, id est, fiscalinus, & Ecclesiasticus vel Laicus interfectus C. solidis componatur.

De origine hominum propriorum, egi *d. c. 6. d. trib. domest. societ. specieb.* Anno 409. Germani invidia rabidi, in sua jugula arma converterunt. Alemanni enim, ob Civitates transRhenanas Francis parere stomachantes, ipsorum Regi Clodovæo cruenta bella, felici primùm successu

cessu intulerunt, prædictarum urbium potientes, Francorumque jugo ab illis declinato, & Germaniâ primâ Coloniam usque recepta. Clodovæus bello recuperatorio rursus moto, ab Alemannis ita coangustatus est, ut sperandæ residuæ alicujus salutis nihil appareret. Ibi Conjugem suam fidei Christianæ sociam, validum Christi omnipotentis sæpius deprædicasse auxilium recordans, quem alias nihili pendebat, necessitate adactus, ardenter adoravit. Hic ut neminem excludit, ita & Clodovæum benignè exaudivit; adeò ut ingentem ipso adjutore, hostium stragem ediderit, gloriosâ potitus victoria. Quumdum Rhenum transgressus persequeretur, trepidantem pavore Alemanniam devicit: præcidendi motus causa, armis ablatis, uxoribusque & liberis more Romanorum perpetuæ servituti mancipatis, originariam ipsorum libertatem penitùs extinguens

Post cùm veræ Religionis & Conscientiæ ductu Domini, Ethnicorum hoc artificiorum, à Christianis, servitute sanguine Christi liberatis, procul abesse debere cognoscerent: quidam commiseratione sponte servitutis jugum remiserunt; quidam pro consequenda æterna salute libertatem donarunt: quidam denique nummis acceptis, potestate Dominica se abdicarunt, &c.

Einer / so sich der Leibeignenschafft loß kaufft / gibt gewonlich den fünfften Pfenning seines Vermögens.

Etsi proprietas corporis, jure civili nihil commune habet cum jurisdictione. Bald. *in l. à Procuratore. Cod. mand.* Gail. *de pignor. cap. 8.* tamen functiones & operæ à propriis hominibus debitæ, ipsos aliquo modo subjectos faciunt. Petr. Frid. Mind. *de process. lib. 1. cap. 34. num. 27.* adeò, ut hodiè ex moribus Germaniæ, non tantùm Dominis, in quorum territoriis habitant, sed etiam jhren Leibherrn obedientiam jurent, utrisque tamen diverso respectu, Ias. *in l. rogasti. 11. num. 5. ff. si cert. pet.* quem refert & sequitur Referens apud Gilman. *decis. 46. num. 54.* Hæcque est ratio, cur Pfalburgeri, in civitatibus olim non fuerint tolerati, eâ scilicet de causâ, quod subjecti essent Dominis suis. Electores autem Palatini dicunt, se habere Privilegium, daß man jhre Leibeigne müsse einnemmen. Vndè cum vicinis urbibus Imperialibus lites ipsis multæ erant.

Soli ferè Hispani servos veros hodiè habent ex India & Africâ: Indè Ancillæ apud Hispanos sæpè in dotem afferuntur, vide Schultes *qu. pr. 14. num. 2. &c.*

Einem Leibeignen kan man nicht wöhren / sich ausserhalb der Herrschafft seines Land- vnd Halßherrn zuverheuraten. Dann / ob wol sonsten ein Leibeigner Vnterthan ohne wissen seines Halßherrn vnd Hoher-Obrigkeit sich mit

mit Leib vnd Gut nicht verendern kan/ so ist doch aller Orten der Brauch/daß gegen Erstattung deß Abzugs/vnd Abkauffung der Leibeigenschafft/ die Vnterthonen hinweg sich zubegeben/ nicht verhindert werden. Doch stehet der Obrigkeit frey/die Leibeigenschafft jhro zureserviren. Welches dann dem Religion Frieden / de Anno 1555. §. wa aber vnsere / ꝛc. gemäß ist. Et ita in arbitrio est Domini territorialis, vel vendere, vel reservare proprietatem. Wann nun ein Hohe-Obrigkeit die Leibeigenschafft reservirt/ muß solcher Leibeigne / wann er gleich in einer Statt wohnet / nichts desto weniger seyn Leibherrn vnd andere jura, seinem Halßherrn erstatten: non vigore jurisdictionis, quà jam liberatus est, sed Servitutis, & eorum, quæ ex ea de consuetudine oriuntur. Dann die gemeine Regul: Es fliegt kein Henn vber die Mauren/ nunmehr nicht passire werden will. Innassen in dem Hertzogthumb Würtemberg/darwider erst vor wenig Jaren / ein General Befelch ergangen.

Wann aber ein territorium zweyherrig/ vnd der eine/ den außziehenden ledig zehlen will/ der ander nicht; tunc tale jus, quia est individuum, nec in una persona recipit separationem, potiorq; est conditio prohibentis: aut res sorte dijudicari debet.



32. Leib-Geding / Leib-Zucht- Leibgedings-Kauff.

In territorio Saxonico, inter nobiles longissimo usu receptum est, ut uxoribus ratione dotis illatę, donatio propter nuptias, quam vulgò dotalitium, sive Leib-Geding vocant, peculiari quâdam, & à juris communis dispositione separatâ ratione, constituatur. Vndè ibi Leib-Zucht oder Leib-Geding ist eine Gaab / die ein Mann seinem Weibe thut oder gibet / an Früchten oder an Zinsen / die er (es weren dann fahrende hab) mit der Erben Vrlaub oder Verwilligung geben muß / vnd mit deß Herrn Willen bestättigen. Ita gloss. in Lehenrecht. *c. 31. col. 2. num. 1.* ibi: jhr sollet wissen/ was ein Leib-Gedinge ist. allegans ibi §. *sed nos plenißimo. Inst. de donat.* Beust. *de jure connub. part. 3. cap. 9.* Expressius donatio propter nuptias, vel dotalitium definiri posse videtur ex gl. im Landrecht. *libr. 1. art. 21. in verb.* Leib-Zucht. quæ juncta cum d. gloss. in Lehenrecht. *cap. 31* & gloss. in Weichbildt. *art. 22. num. 1.* Georgius Rotschitz. *tract.* vom Leib-Gedinge. *art. 1. num. 19.* so auch ein Frawe einige Mitgifft zu jhrem Manne bringet/ so soll jhr zu recht noch so viel dagegen zum Leib-Gedinge gemachet werden. Vnnd das Leib-Geding soll gleich seyn der Mitgifft / vnd was ahn der Mitgifft gebricht / das soll auch am

Leibgedinge brechen. Landtrecht. *lib. 1. artic. 20.* ibi gl. *in verb.* Die Gewehr. *vers.* Die dritte Gabe. *& artic. 21.* ibi gl. nova. *sub lit. d.* Rotschitz. *d. loc. num. 3* quem vide per *tot. artic. & tot. tract.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 4. nu. 1.* ubi scribit: Marito præmortuo, viduis loco donationis propter nuptias, ex bonis ejus tantum debetur, quantum dotis nomine marito attulit, & tam dote, quàm etiam donatione propter nuptias in unam summam computatis in singula centum, sive in centenos, decem annua persolvi debent, utputa si mulier quingentos florenos in dotem attulisset, tum illi ex bonis itidem quingenti deberentur, & pro hac dotis & donationis propter nuptias summa simul conjuncta, annuatim centum floreni, decem nimirum in centenos computatis, persolvédi essent, donec vidua superstes est: Nam ea decedente, dotalitium utpote ad vitam tantùm concedi solitum, perindè ut ususfructus morte ususfructuarii finitur. vide tamen Pistor. *d. quæst. & in quæst. seq.* ubi habetur: Dotalitium an debeatur viduæ, quæ vivente Marito dotem non solvit, sed ipso demum mortuo, eam offert. Item *quæst. 14.* Vtrum viduæ ratione dotalitii, quod à primo marito ad vitam saltem adepta fuerat, secundus Maritus denuo teneatur constituere dotalitium.

An Vxor nobilis in dotalitio habeat Privilegium, quo præferatur creditoribus mariti, ipso adhuc vivente. v. Mod. Pistor. *p. 2. qu. 26.*

Dotalitium an in feudo constitui possit, & an agnati præsentes bey dem Heyrahtstag videantur consensisse. Rosenth. *c. 10. concl. 45.*

Vocatur etiam ein Leibgeding oder Pfrundtkauff / wann einer vmb ein gewiß Gelt ein järlich Einkommen/ ad dies vitæ an Gelt / Früchten/ Wein / oder Speiß / Wohnung / &c. erhandlet. Wie in den Spitälln auch Klöstern geschicht. Vnde quæritur: Vtrum si quis ab Ecclesia comparaverit 100. aureis nummis reditu fundi pro tempore vitæ suæ, & longissimam vitam egerit, teneatur aliquid Ecclesiæ restituere. Cev. ll. *qu. 850.* Quod negatur propter incertum eventum. Quo intuitu etiam usuræ nauticæ graviores conceduntur.

33. Leib=Lehenbare Erben.

Vocabulum Leibslehenbare Erben/ in literis investituræ repertum, solummodo de Masculis (etiamsi verbum die Söhn non esset additum) est intelligendum. Schneidewin. *in epitom. feud. part. 6. membr. 2. de succ. feud. ab intest. num. 15.* ubi hoc etiam de Iure Saxonico esse dicit, ut Lehen-Erben solummodo intelligantur von den Männlichen Leibs-Erben. Præsumitur tam concedentem, quàm acquirentem magis ad jus agnationis & luc-

& successionem sanguinis, quàm ad proprietatem dictionis (heredibus) & qualitatem hereditariam, quæ inde colligi solet, respexisse. Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 3. n. 3.* vid. Fichard. *consil. 72. nu. 9. &c. vol. 2.*

Verbum Lehen Erben / importat feudum ejusmodi esse ex pacto & providentia. Quãdo enim hæc verba, Ihme vnd seinen Lehen Erben in Investituris adponuntur [illegible]um feudum non hæreditarium, sed ex pacto & providentia quæsitum censendum est. Ioann. Köppen. *libr. 1. decis. 54. num. 13.* Et licet non constaret, feudum esse ex pacto & providentia quæsitum, tamen in dubio pro eo præsumendum est, per eos, quos adducunt Octav. Cacheran. *consil. 12. numer. 11.* Schrader. *de feud. part. 2. cap 9 num 31.* non obstante, quod alii pro hæreditario concludant. ut Alciat *resp. 160. n. 9.* Natta *cons. 501. numer 20 & cons. 634. num. 6. lib. 1.* Cepolal. *cons 152 n 55. lib. 2.*

Est enim p[illegible]or sententia verior, attestante Schradero *dict. l.* & communior teste Thom. de Mariniis *de feud. rubr. ex pact. & provident. numer. 24 a princ per tot.* Pistor. *part. 1. lib 2 quæst. 1 num. 64 & multis seqq.* imò etiam in Camera Imperiali recepta, tradente Ioachim. Mynsingero. *centur. 4. observat. 2 num. 5.* ubi ita suo tempore judicatum dicit.

34. Leib vnnd Lebens-straff.

Verbum Leibstraff / si accipimus generice, sub se comprehendit Leib vnd Lebensstraff: sin autem specificè, potest opponi verbo Lebensstraff. Simili ratione coërcitionis vox latè sumpta, mortem quoque complectitur, specificè accepta, à mortis naturalis pœna distinguitur. *l. si quis forte. ff. de pœn.* vid. Matth. Stephan. *in præm. ad constit. Crim. num. 13.* Quod notandum est in statutis, ubi verba propriè sunt interpretanda. Decius *in l. 6. de R. I. vid. l. 7. de pœn.* & Dn. Cothman. *Academ. resp. 1. numer. 206. & seqq.*

35. Ein Leib / vnnd zwo Seel.

Verba illa: Wir seynd ein Leib vnd zwo Seelen / matrimonium pactum constituunt, si ab utraque parte promissio acceptetur, & verba hinc indè interveniant. Idque vi horum verborum intelligitur, quæ ad matrimonium & ad virum & uxorem tantùm referri possunt: qui sunt duo in carne una. Cypræus *de Iur connub. cap. 4. §. 12. num. 25.*

36. Leistung / Leistmanung / Einritt.

Pactum obstagii est, quo fidejussores nomine Principalis debitoris in

casu non factæ solutionis, tempore convento & constituto obstringunt se creditori, quod requisiti ab ipso, ejus heredibus, vel alio ejus nomine, ad hospitium publicum sibi pro obstagio nominatum, omnes & singuli, cum tot Ministris & equis, quot in tabula cautionis sunt expressi, ingressuros, neque inde excessuros, donec Creditori tam de sorte, quàm de usuris, damnis & expensis omnibus satisfactum sit: vulgò Einriet vñ Leistung/ oder Leistmanung.

Obstagia autem eum in eventum introducta sunt, ut debitores metu ejus, tanquam pœnæ cujusdam Contractui additæ, solutionem eò citiùs & commodius præstent.

Prægravantur hisce tàm debitores, quàm fidejussores adeò, & exhauriuntur sumptibus gravissimis, ut ad extremam sæpènumerò redigantur inopiam.

De iste pacto vide Gail. *2. observ. 45.* Moller. *Semestr. 3. cap. 30.* Modest. Pistor. *quæst. 138.*

Morem istum in Saxonia, ante annos 300. usitatum fuisse (dicente Dn. Meibomio. *ad origenes Marcanas. fol. 39.*) constat ex literis Balduini de Wenden Iunioris, ubi habetur: Ad abundantiorem verò cautelam, honorabiles Viri Borchardus Senior, & Borchardus Iunior dicti de Bertensleve, Heinricus & Ludolfus Milites, & Georgius Famulus de Wenden, nobiscum compromiserunt, quod si prædicti filii nostri ac filiæ aliquo interveniente obstaculo, postquam requisiti fuerint, dictam proprietatem non resignarent, aut minimè consentirent, ex tunc jam dicti Milites & famulus unà nobiscum, & nos cum eis, Civitatem Bruneswich intrabimus, ibidem mansuri, nec indè exituri, sine licentia emptoris. Literæ datæ sunt A. M C C C X I I X.

Propter f[illegible]um abusum, quem Dan. Mollerus describit, ista pacta ex Electoratu Saxoniæ primum, deinde ex toto Imperio eliminata sunt.

Frater Iohann. Pauli *in tractat.* Schimpff vnd Ernst/ *tit.* Von den Bulern/ *cap. 191.* ait, Köstliche Mahl/ heissen Giselmahl / da man etwan auff ein Statt / oder auff ein Edelman mit einem reisigen Hengst leistet/ die essen köstliche Mahl / damit das grosser Costen auffgang / daß man sie desto fürderlicher bezahl vnd außricht/ warumb man dann leistet. Das Rechte erdacht vnd funden hat / dem Adel zuleidt / Hertzog Berchtold von Zeringen / wann der Adel jhme zween Söhn mit Gifft ertödt hat / vnd vergeben / die zu Soloturn in einem Sarch ligen / zu S. Vrsulen/ als Felix Hemmerlin. davon schreibet.

*

37. Leu-

37. Leutenant / Oberste Leutenant.

Sic vocatur Vicarius Ducis belli, à Gallico *Lieutenant*, quem etiam alio nomine appellamus Locum tenentem, qui absente Principe, ejus vicem gerit & locum tenet.

38. Leuterung / Oberleuterung.

Leuterationes primæ & secundæ, vulgò Leuterung / & Oberleuterung vocari, remediisque Iuris Saxonici adscribi solent: quæ propriè eò tendunt, ut quod obscurius in sententia scriptum est, declaretur & explicetur, quamvis nonnunquàm hâc ratione priores sententiæ ab eodem reformentur Iudice. Wesenbec. *in parat. ff. tit. de re jud. num. 10.* quod tamen non de jure, sed de facto fieri, probat Ernest. Cothman. *resp. 39. num. 479.* Cui adstipulatur Daniel Moller. *in Constit. Sax cõstit. 19. vers 25. part. 1.* Sanè in leuterationibus secundis (Oberleuterung) sententiæ priores reformari possunt: quia in istis alius est Iudex, qui Iudicis prioris sententiam rectè in melius producit. Moller. *d. loc.* Cothman. *ad tit. Cod. 19. lib. 1. num. 31.* Sed de Leuteratione, & Oberleuteratione, vide omnino Pruckma[illegible]. *consil. 33. vol. 1* & Coppen. *2, obs. 108.*

39. Leut.

Leudi, *Leudes, Leodes*, Leut / homines, passim apud Germanicos & Francogallicos Historicos dicuntur, qui vulgò subjecti appellantur. Vt apud Gregor. Turo. *lib. 9. in pactione Childeberti & Gruntgranni*: Convenit, ut Leudes illi, qui Domino Gruntgranno Sacramenta præbuerunt, &c. vid. Hotom. *Lex. feud. verb Leodes.* me *tr. de Comitib. num. 15.*

Mit Dienst-Leuten / Leuten / hisce verbis describuntur tàm cæteri subditi, quàm etiam fructus Iurisdictionis & Superioritatis, sive angariæ & parangariæ: quæ procul dubio regalium numero censentur. *cap. quæ sint regal.* Dn. Gœddæus *in causâ Valedar. num. 316.* Et licet hæc vox in nostra vernacula, quælibet Servitia significet, ac Dienstleute sint etiam, qui vel ex conventione, vel moribus, etiam inferioribus, ad Servitia obstricti sunt, ut plerunque adscriptitii & Coloni nostri esse solent: Cùm tamen conjungitur Herrschafft & Gericht / hohe vnd tieffe / ac pars sit descriptionis juris illius, quod territorium aliquod habet, vix est, ut non etiam accipiatur de angariis & parangariis, seu de Servitiis Iurisdictionalibus: non solùm propter inferiorem; sed & superiorem jurisdictionem debitis, juxta *d. cap. 1.* Rosenth. *de feud. cap. 5. conclus. 70. & seq.*

40. Libertiner

Horum hæresis antiquissima erat, & temporibus Rusbrochii satis nota. Eorum quoque mentionem facit *in Formicario suo*, Iohan. Nider. Ego *in præcognit polit. fol. 32*.

Eam hæresin renovârunt in Belgio Anabaptistæ, ita referente Miræo, *in annalib. Belgic. Anno 1525.* ubi scribit: Quintinus Sartor Picardus, cum Socio Coppino, Libertinorum dogma disseminat, ob quod Crimé & alia, Tornati extremo supplico afficitur; hæresi tamen priùs ejurata.

David item Georgius hæreses suas per Frisiam & Hollandiam sparsit.

Veteres illi Spiritus liberos, freye Geister semet appellitabant, *Nolhardi* item & *Beguini* dicebantur, vide *supr. in v. Beguini*. Horum asseclæ ferè sunt hodiè Metistæ, Stifeliani &c. ac in Hispania *Alumbrados*, Mercur. François. *tom. 9. sub Anno 1623.*

41. Licentiat.

Quatuidam more Academiarum (verbi gratia Perusinæ, Benius, *de Privileg. ICC. in præm. part. 3. num. 14.*) Licentiati illi dicuntur, qui coram aliquibus tantum facto de se periculo, idonei judicantur, ut se publico examini coram Collegio & Episcopo committere possint; hique Gradum vel Doctoratus dignitatem promeruisse dici nequeunt, cùm adhûc in publico examine repelli possint. Abb. *in cap. cùm secundum. num. 14. de præb.* latè Grat. *consil. 116. libr. 2.* vide Dn. Frid. Mockel *dissert. d. præm. th 84 fol. 45.* quæ est relata inter disputationes Tubingenses.

Licentiati quoque indigitantur ii, qui post privatim comprobatam Collegio Iuridico Doctrinam suam, laureâ digni commendantur, & accepta à superiore licentia ad doctorandum, insignia solummodò, aliquâ de causâ omittunt & differunt, hosque cùm Doctores effici meruerint, insignia licet, quæ qualitatem potiùs extrinsecam, quàm rei præ se ferunt essentiam, collata non sint, Doctorum tamen gaudere immunitatibus & Privilegiis, docet Angel. *in §. quadam. n. 19. Inst. de action.* Bolognet. *in l. cùmquid. num. 31. ff si cert. pet.* Benius *all. loc.* arg. *l. pen. de test. milit. l. qui pœna. 7. §. Divus. ff. de manumiss.* adde Gabriel. *in commun. concl. tit. de major. & obed. concl. un.*

Deniq; licentia, tanquàm peculiaris & Doctoratui proximus Gradus, separatim publico quodam actu confertur: in quo omnia illa solennia, quæ in promotione Doctoris, excepto Bireto seu Pileo, adhibentur. Hocque Gradu condecoratum, in omnibus favorabilibus pro Doctore haberi, ejusque comprehendi nomine, ex generali notissimum est consuetudine. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3 part. 2.*

part. 2. cap. 14. num. 98. Guid. Papæ. *dec. 390.* Ruland *de commiss. lib. 1. c 14. num fin.*

Et facit, quod cum publica Imperii lege, Assessores non nobiles in Camera debeant esse ICti titulo ornati, Ord. Cam. *part. 1 tit. 3.* non magis Doctores, quàm Licentiati consuetis Ceremoniis & ritu, ut dictum, in Vniversitate publicè inaugurati, idonei habentur.

Licentiatus an habeatur pro Doctore, disquiritur etiam in Practicabilibus Ecclesiasticis, Marci Antonii Genuensis, *quæst. 611.* vid. quæ scripsi *ad tit. Doctor.* Christinæus *vol. 1. decis. 104. & seq.*

Qui nondùm insignia suscepere, electi tamen, authoratique sunt, in materiâ favorabili pro Doctore habentur. Alciat. *ad l. 57. d. V. S.*

Licentiatus non admittitur, ubi exigitur qualitas Doctoratus, Ricc. *in prax. variar. resolut. 467.* Sed ibi dicit, Licentiatos esse, qui tantùm semel examinantur, & præambulo examine, mediante quo exploratur, an sint digni; acquirunt ergò ibi non dignitatem, sed præsumptionem habilitatis.

Qui autem in uno loco examinatus, & Licentiam adeptus est; nequit alibi accipere Doctoris Gradum. Idque quasi propter continentiam caussæ. Petr. Frider. *lib. 3. c 5. n. 30.*

Licentiæ commendationem habet Dn. Albertus Hungerus, *part. 2. Orat. 34.*

42. Liebtränckleín.

Philtrum seu poculum homini propinans amatorium, Gallis dicitur *poisons pour faire aimer*, ex cujus haustu, fertur expirâsse Lucretius Poeta. vide Guil. Boekel. *disquis. 6. n. 23. &c.* ubi pro more suo in utramque disputat partem, an talem potionem præbens, ultimo capitis supplicio sit afficiendus, si exindè mors, aut mentis perturbatio, ut plerunque fit, subsequatur. Ego arbitrariam pœnam locum habere puto; quæ tamen gravior esse potest, habitâ circumstantiarum ratione. Quin & capitalis esse debet, si quis sortilegus fuerit usus. Conciliari quidem hâc ratione quandoque potest amor: Binsfeld. *d. Malefic. fol. 427. &c.* sed ille furiosus est, nec ferè unquàm sortitur exitum bonum, nec exindè matrimonium concors exoriri solet. Vt monui *mir. d. nupt. cap. 9. num. 3.*

Vnde Ovidius:

Philtra nocent animis, vimq; furoris habent.

Adde Majolum, *tom. 2. colloqu. 3. fol. 634 &c.*

43. Liebe Getrewen.

Etsi appellatio illa, Liebe Getrewen/

wen / jurisdictionis usurpetur intuitu. Gail. *de arrest. cap. 7. nu. 10. & 13.* & quibus ita scribitur, nisi protestando contradicant, in nominationem hanc, & indè consequentem jurisdictionem consensisse videantur. arg. *l. 16. ad. SC. Maced.* Bart. *in l. 24. num. 2. de constit. pec.* Anton. Gabriel. *com. opin. tit. de probat. concl. 2.* vide Menoch. *de præsumpt. 65. per tot.* Attamé quandò subditis & Landsassiis, Liebe Getrewen / & Civitati, vnser Statt scribitur, plenaria statim, urgentioribus non concurrentibus demonstrationibus, haud infertur subjectio. ut dixi *supra in v.* Gnädige Herrn. Verbum enim *Dominii*, quod interdùm pro eminentiâ & dignitate, interdùm pro directo, utili, aut etiam protectionis accipitur Dominio, secundũ rem subjectam est intelligendum. Vt igitur Vasalli fideles, *in c. 1. § 1. t. 1. & cap. un. 1. F. 10.* vocantur, qui tamẽ extra feudi casum pro subditis vel Landsassiis non reputantur. Natta, *consil. 313 num. 4.* Cacheran. *consil. 9 n. 18 & consil. 64. n. 9. & seq.* Gail. *de pignor. observ. 15. nu. 3. & de arrest. cap. 7. num. 13.* ubi Vasallos, Liebe Getrewen appellari, stylo receptum esse, testatur: illamque propriè eos concernere appellationem, ait Cothman *resp. 91. num. 33. & respons 57. num. 45. vol. 2.* & tàm subditorum quam Vasallorum literas, hoc modo vnsern lieben Getrewen) in Grammatophylaciis Principum inscribi, tradit Bruning. *de var. univ. th 35.* Ita etiam cum Clientibus, eò quod protectoris sui fideles sint, & permanere debeant Clientes, hic tribuitur, sicuti Mülhaussen / Northhaussen vnd Erfurht / Clientelaribus Electorum & Ducum Saxoniæ Civitatibus, ex Aula Saxonica scribi, observavit War. de Erenberg. *1. de Fœder. cap. 4. num. 15.*

44. Liga / legiren.

Lega est Gradus, bonitasque metallorum, & puto esse id, quod Galli *alloy* vocant. Et vocatur à Lege, quia additio extranei metalli, ad Legem Imperii fieri debet.

45. Ligende / oder vnbewegliche Haab vnd Güter.

Cognito, quæ sint bona mobilia, ut dixi *in v.* fahrende Haab / à contrario quoque cognosci poterit, quæ referantur ad immobilia. Sunt autem immobilia bona propriè, ea quæ moveri suapte natura nequeunt. *l. moventium ff. de V. S.* Panorm. *in c. nulli num. 9. de reb. Eccles. non al.* Dec. *consil. 472. vol. 4. nu. 4.* & v. Ludovici *conclus. 48. per tot.* Gratian. *tom. 5. cap. 811. fol. 25. &c.*

Partes vel fodinæ metallicæ, vulgò Bergtheil / immobilibus annumerari, quidam autumant. gloss. & Dd. *in l. si ex*

si ex lapicidinis. C. de Iur. dot. & l. divortio. §. si vero in fundo ff solut. matrim. vid. Mod. Pistor *p.3 quæst.124. num. 86. &c.* quamvis fructus, qui inde percipiuntur, in fructum renascentium numerum non rectè referantur. Vsus autem hujus quæstionis, secundum Matth. Stephani. *centur. 2. Quæst. ad Inst. quæst 9.* maximus est in foro Saxonico. Etenim eo jure maritus lucratur dotem, in mobilibus consistentem. Vndè partes metallicæ ei non obvenient, fructuum verò quos indè viva uxore percipit, consequetur & ipsos fructus. & ita constitutum est *in Nov. Electorali. 25 part 3.*

Eàdem ratione Pater, qui in adventiis bonis liberorum, quos in potestate habet, consequitur usumfructum, non consequetur fructus ex partibus metallicis, sed duntaxat eorum usuram, vel commoditates. Bald. *in l. fructus 7. § si fundum. 12. vers. & ex bo. ff. solut. matrim.* Sed vide Iacob. Thoming. *quæst. 12.* ubi hanc materiam in utramque partem disputat. ad. Hotomann. *lib.1. amicab. resp. cap. 13.*

Quid autem de nominibus & actionibus dicendum? vid. Stephan. d. loc. Mod. Pistor *3 quæst.124.* Casp. Thesa[illegible] *quæst 1.* Quæ certè neque ad mobiles, neque ad immobiles, tanquam tertia [illegible] rerum species, sed inter incorporales referri possunt. *l. a D. Pio. §. in venditione. ff. de re jud. l. pen & ult. C. de quadr. præscript. l. quam Tuberonis. § in peculio.* & ibi Costal. *ff. de pecul. §. tam res corporales. Instit. de leg.* Guido Papæ. *quæst. 201.* vid. Hartman Pistor. *lib 1. quæst 26. num. 1. & seqq.* ubi quærit: An nomina debitorum comprehendantur in donatione bonorum mobilium, & omnium eorum, quæ in domo continentur, nullo indè excepto.

Verùm si necessitas urgeat, ut nomina, ad unam partem, mobilem scilicet, vel immobilem referantur: Tunc pro ratione rei, cui accedunt, vel ad rem mobilem vel immobilem, pertinent. arg. *l. si ad resolvendum. 7. C. præd. Minor.* Vbi cautio prædii donati, pro re immobili reputatur: Quia qui actionem habet ad rem recuperandam, rem ipsam habere videtur. *l. qui actionem ff. d. R. I.*

Sic etiam servitutes per se considerate, sunt jura & res incorporales; servi adscriptitii res immobiles: relativè autem ad fundum, tam hi quam illæ immobilium jure censentur. *l. 3. ff. de divers. & temp. præscript. l. 2. de servit. & aq.*

Nec novum est, ut actiones & obligationes censeantur secundum naturam rei, ad quam competunt: quippe dividuæ sunt vel individuæ, si res in obligationem deducta dividua vel individua [illegible] *l. stipulationes. l 2 § & [illegible] l 4 [illegible] l. 1 [illegible] ff de V O* Cum tamen per se, utpote res incorporales, [illegible] non recipi-

Vuu ant.

ant. Item certæ vel incertæ re pectu ejus, quod obligatione comprehenditur. Alciat. *ad l. moventium ff. de Verb. Sig.* Gomez. *var. reso ut. tom. 2. cap. 10. n. 2.* Gail. *2. obs. 11. n. 10.*

De annuis reditibus num mobilibus vel immobilibus accenseantur, vide Modest. Pistor. *d. quæst. 124. numer. 46 &c.* Cravett. *cons. 782.*

Merces, in tabernis existentes, an mobilium vel immobilium naturam sequantur? consule omnino Guil. Forster. *de dominio. cap. 7. numer 84. & seqq.*

Rebus immobilibus annumerantur lecti, quos in diversoriis usu publici causa habemus. Nam tales lecti pro pertinentiis & cohærentiis diversorii censentur, & immobilibus annumerantur. Quandoquidem eo fine comparati sunt, ut perpetuò ibi maneant. Nam sine his, jus hospitii commodè tractari non posset. Val. Guil. Forster. *de dominio. cap. 7 numer 87.* Et pro hac sententia non semel decisum fuisse, testatur Heigius *part. 2. quæst 15. n. 26.* quæ decisio juvatur *art. 23.* Weichbild. ubi & gloss. *n 24.* & sententia post Weichbild. *tit.* Von Gerade / rc. Consul at. Saxon. *tom 3 p 2. quæst. 14. num. 24.*

Notandum mi est, res soli, sive bona immobilia, sub territorio ac jurisdictione esse loci, in quo jacent. *l. 1. l. 2 vers. judex. & l. fin. C ubi in rem act. l. un. C ubi de hered. ag. l. forma 4 § 2 ff de censib.* Etiamsi Domini eorum, hic habitet in territorio, *d. l. 2. & fin. C. ubi in rem. & d. l. un.* Nam et ... a ratione bonorum sui territorii, obligant ea ... non subjectos, Gail. *2 obs 24 num. 16.* Natta *cons 48 nu 3.* ipsas enim res afficiunt, sive a cive possideantur, sive ab advena, Gail. *d. loc. num 17.* Quare ubi de mittendo in possessionem ... litigatur, illic, ubi fundus jacet, missio expedienda est, *sup. all. l. un C ubi ... her. ag.* Agri etiam ... tum ... a civitate levari debe... qua ... Iacob. Schultes. *lib. 1 pract. quæst. quæst 38. num 8. & seqq.*

An molendina rebus mobilibus vel immobilibus sint accensenda? vid. omninò Iohann. ... *in tract. de molendin. quæst. 8.*

46. Ligisch Lehen / ledig Mann.

Feudum ligium ... est, pro quo præstatur Iuramentum fidelitatis contra omnes Mundi homines, nullo excepto, & procedit in summo Principe seu Imperatore, & aliis dominis superiorem non recognoscentibus, Got. Anton. *d. disput Feud.* ... Vasal talis juratus, dicitur *homo ligius*, quasi illi ... *jurato* ... & ligatus. Specul. *tit. de feud.* ... *quoniam v primo* Bald. *cons 2 ... vol.* ... Guid. Papa. *decis ... & ...* Christ... *ad ... Berg tit. d ... Fiefs § 3 in vers & ...* ... *de ... lib. 1 cap 2 ...*

Hac-

Hácque ratione Status Imperii, Imperatoris Vasalli Ligii existunt Knichen. *d. territ. Iure. c. 6. a princ.* idque etiam evincit Iuramentum, quod præstare solent. vid. me *de statu Reip. subaltern. f. 93.*

Vasallus Ligius (immediate & totaliter subjectus) appellatur qui & homologus. Cujac. *in c. un. § duorum autem de nov. form. fidel. c. un. factum patr. fratr. in pat. feud. non noc.* Borcholt. *c. 4. n. 23. de feud. l. ult. C. Th. de pac. vic.* ubi Colonus homologus nominatur. Rosenthal. *in tractat. feud. c. 2. concl. 4. nu. 7.* ex Ludovici Grempii cons. eundem intelligi putat per antiquum vocabulum Germanicum, lidius Mann/ cujus in vetustioribus quibusdam Investituris fit mentio. Vocabulum enim ligium, teste Alberto Crantzio, *lib. 4. Chron.* vocabulum Italicum est, & significat potius cōfœderationem, quàm totalem subjectionem. Et apud rudioris seculi scriptores tam strictè non accipitur, ut *in d. c. un. factum Patr. fratr. & c. un. de feud. lig.* idque jam notavit Bodinus *lib. 4. de Rep. cap. 9.* ubi D[illegible] G[illegible] [illegible] profert: *Ego devenio Vasallus Ligius Caroli Regis Francorum pro [illegible] quagintas [illegible] D. Rb[illegible]* [illegible] meh, [illegible] le [illegible]le, [illegible] realis A[illegible] re[illegible], dòm le [illegible] [illegible]rmum Regis, non autem [illegible]-lum, ut reliqui, appellavit. Adde & vide Henning. Arnisæum, *de Iurib. Majestat. cap. 5. num. 9.*

Societatis seu fœderis mentionem facit Albert. Argent. *in Chron.* inter Principem & Francum, interpositis Iuramentis & confectis literis, liga perpetua est confirmata. Marcoio cum Mastino Veronensi ligam contraxit, ejusque filio suam filiam desponsavit.

47. Lindaw.

Diese Statt hat sich von Graff Haugen von Bregentz/ mit 42. Marck halb Gold / halb Silber ledig kaufft (id quod ipsi licuit, per notat. Petr. Heugii part. 1. quæst. 19. num. 17.) vnd sich volgends an das Römisch Reich ergeben. v. Münster *in Cosm. lib. 3. cap. 253.* & Me *in Orat. Funebri. Dn. Val. Neufferi.*

In Thomæ Lyrers zu Ringgweil/ Chronick (so Anno 1133. am ersten abgeschriben/ vn zu Vlm Anno 1486. primitus getruckt worden) stehet / daß Haug (deß Herrn von Bregentz Sohn) was in seinem Castell Lindaw/ daß lag dazumal nicht im See / da hat einer von Embs ein Dochter / hieß Eva / die was gar schön / der nam die vnd macht sie schwanger / da was ein Mann in der Statt gesessen / hieß Schönstein / der gab denen von Lindaw den Raht / daß sie mit ihrem Herrn Hugo redeten / daß er etwa vil Gelts von jhm neme / vnd sie frey sagte,

 se

so wolten sie jhm helffen / daß er ein Vestin vnd Wohnung bawete / vnd sein Liebfrawen darauff satzte / daß sie sicher wer / daß sein Freund jhr nicht Laid theten. Daß triben sie so lang / daß er mit jhnen eins ward vmb XLII. Marck / halb Gold vnd halb Silber / damit bawet er ein Vest / hieß Bodmann / da sein Vatter starb / da nam er sie zu der Ehe / vnd hat mit jhr drey Söhn / vnd wolten die Herrn von Rotensan nicht Erb lassen seyn / er war gar einfältig / vnd der von Rotensan vberkam mit jhm vmb das Erb / vnd gab jhm Melchingen seines Bruders auß der seeligen Reichenaw / Fluchthauß / vnnd gab dem Abbt darumb 21. Marck Silbers / vnd nam Bregentz ein mit allem Land vnd Zugehör. Sein Söhn hieß man die von Bodman. Der Herr von Bregentz führt ein hörnin Khürssen / vnd mit dardurch einen gelben Strich / vnd drey schwartz Egli darinn.

Anonymus quidam in collectaneis manuscriptis habet sequentia: Hugo, Hugonis Comitis Brigantini filius, sub Henrico III. floruit: quo tempore Cives Lindoviæ continua inundatione lacus afflicti, liberantes se a potestate Comitis 42. marcis argenti, relictis ædibus in Insulam Lyndoviensem se receperunt, ubi Monasterium fuerat Canonissarum liberarum, ab Adalberto Comite a Bi[illegible] evadente, costru[illegible] cui ædiculas conjungentes affluentibus ex locis aliis compluribus, brevi oppidum effecêre, quod hodie Imperiale est, & Lindovia dicitur. Alii autumant, Lyndoviensis Civitatis fuisse occasionem, quos compressisset nobilem e Bodmen, fugiens iram patris, Lindovienses accepta pecunia exemisset, An[illegible]

Ex similibus fragmentis privatis M. scr. Zur selbigen Zeit (Anno scilicet 1066.) war ein Statt vor der Insul gelegen / biß an den [illegible] gebawet / die hieß Esch[illegible] dem Graven von Bregentz / die entbrann gantz vnd gar. Da war ein Burger daselbst genant N. Schwinstein / der raht / man solte sie von dem Graven kauffen vnd ledig machen. Das geschach / vnnd gaben den Frawen 42. Marck / halb Silber vnd halb Gold / daß nam Graff Haug von Bregentz / vnd bawet / oder bevestiget damit Bodman / damit er vor denen von Embs sicher wäre / dann dieselben jhm von eines Heuraths wegen berechden. Als nun diß geschehen / seynd die Burger auß dem verbranten Castell Eschach in die Insul zur Abbtissin gerückt / vnd jhre [illegible] werden: Daher dann noch der Bodenzinß auff den Häusern [illegible] von der Fraw Abbtissin [illegible] gemacht haben [illegible] Newe Statt desto mehr [illegible] das Closter auch [illegible] einer [illegible] gemacht worden.

Anno 1[illegible] ist Lindaw das Castell

daß

das da noch nicht in der See stund/ Coulisio, deß Schönsteins/ vom jungen Graff Hautzen von Bregentz (der doch Montfortisch war) frey erkaufft worden/ vmb 52. Marck/ halb Silber/ halb Geld/ von welchem Gelt darnach Bodman das Schlos erbawen worden.

Addatur Caspar Bruschius *cent. 1. Monasteriorum German. fol. 80.*

48. Lini.

Linea est collectio personarum, ab eodem stipite descendentium gradus continens, & cognationes distinguens. Dicitur autem stipes illa persona, à qua cæteræ, de quarum conjunctione quæritur, descendunt & originem ducunt: sicut Philippus Rex H[illegible]paniarum est stipes Imperatoris Caroli & Ferdinandi, & omnium descendentium ex eis. Et verbum linea non solum comprehendit masculos, sed etiam fœminas ab eis descendentes. Tiraquell. *de retract. lign.* [illegible] *num. 224* Quando [illegible] *tract. de Patr. potest.* [illegible] *cap. 9. num. 53. &c.*

Est [illegible] Triplex: una [illegible] *ascendentium*, quæ superior dicitur, in quâ continentur [illegible] à nobis [illegible] pater, avus, proavus, & [illegible] personæ ascendentes [illegible].

A[illegible] *descendentium*, quæ inferior appellatur, in qua continentur personæ, quæ à nobis originem duxerunt: ut sunt filii, nepotes, &c.

Tertia est linea ex transverso, quæ *Collateralis* dicitur, & complectitur illos, qui nobis ex latere juncti sunt: à quibus nos non duximus originem, neque ipsi à nobis, & tamen ab una stirpe & sanguine propagati sumus: ut fratres & eorum filii, patruus, amita ac reliqui transversales. Et hæc linea collateralis dividitur in lineam æqualem & inæqualem. Æqualis linea dicitur, quando gradu illorum, de quorum consanguinitate quæritur, æqualiter & pariter distant à communi stipite: veluti duo fratres sunt in linea æquali: uterque enim pariter distat à stipite, scilicet à patre, uno gradu. Inæqualis dicitur, quandò una persona aliam in gradu præcedit, & personæ, de quarum consanguinitate quæritur, non pariter distant à communi stipite: ut est in fratre & fratris filio: quia frater, ut dictum est, distat à stipite, patre scilicet uno gradu, filius verò fratris est stipiti in secundo gradu conjunctus: undè sunt in linea inæquali. Schneidevv. *ad pr. Inst. de nupt. num. 4. & seqq.*

Linea etiam dividitur in masculinam & fœmininam, ut [illegible] Cumanus, *cons. 2. num. 6.* Nam licet fœmina sit de *linea* patris, tamen ejus filii incipiunt esse de linea matris: quia per fœminam rumpitur linea paterna, & ab ea initium sumit cognatio-

 nis.

nis origo, postquàm transit in alienam familiam, Curtius Iun. *consil. 1. num 24. & seq.* Unde neptis ex filio dicitur de linea masculina: quia est sub linea patris, descendentes vero ab ea, sunt de linea fœminina [illegible] Paschal. *d. cap. 9. num. 67 & c.*

Germani etiam differentiam faciunt unter Hauß und Linien / also wirdt verbi gratia, das Chur-Fürstlich Hauß zu Sachsen in unterschiedliche Linien zertheilet: ut monui *in tract. de jure famil. ad fin.*

49. Liquidirte Schuld.

Ut res liquida unicum subjectum & objectum est executionis, & causa, propter quam rectà ad executionem, mandando, præcipiendoque transeatur; ita inter alia requisita, quæ debitum liquidum, facere solent, etiam est debendi certa causa, Petr. Frider. *de mandat. cap. 59. num 1. & 7. lib. 2.* Sine causa enim nulla obligatio, sine obligatione nulla actio est: & hinc ob [illegible] debiti deficientem, vel illiquidam ipsum debitum, & desuper confectum Instrumentum vitiatur, vel saltem [illegible] incerta notorietas offi[illegible]

[illegible] debitum liquidum non est, si causa debendi [illegible] sa. Sicque in simili dici solet, quamvis Instrumenta depositi, etiam de jure communi habeant paratam executionem, *l. si quis.* ubi Dd. *C. deposit.* Id tamen procedere solùm debeat in deposito vero & reali, de quo [illegible] constat per realem numerationem; non autem in deposito confessionato, Bart. *consil. 332.* Bald. *consil. 384. num 1. libr. 1.* Kirchov *in commun. opin. cent. 2. concl. 67.*

Nec item confessio ficta exe[illegible]onem paratam meretur. A[illegible] *In repet. jur. civ. verb. guarentigia.* Bald. *in addit. ad Specul. tit. de appellat. §. item quæritur. & in l. [illegible] § sanè. C. de Sacros. Eccles.* [illegible] imprimis differt vera ab ea, quæ est ficta. Na[illegible] *consil. 32. num. 18. lib. 1.*

Et hoc maxime procedi[illegible] ubi expeditum est, rem aliter se habere, quàm in Instrumentis continetur. Sicque aliud actum, aliud simulatum fuit, quæ exceptio neq; per pactum, neque etiam per Statutum unquàm adempta censetur. Corbulus *in tr. ex quibus caus. emphyt. iure suo priv. tit. de caus. privat. ob alienat. limit. 23. num 2.* Tiraquell. *in retr. lignagier. §. 1. gloss. 2. num. 13. & seq.*

Et porrò, quando Instrumentum publicum [illegible] & guarentigiatum, [illegible] tamen [illegible] contra [illegible] arg. [illegible] *parvi ff.* [illegible] Ant. [illegible] *de exequ. Instrum.* [illegible]

Sic [illegible] exceptiones, non censetur [illegible] illa, quæ inest ex natura actu [illegible] [illegible],

gerii, super quo Instrumentum celebratum fuit, licet Instrumento non sit expressa. Felin *in c. ex parte el 2. num. 2.* ubi Decius *num. 57. d. offic. deleg.* Menoch. *d. præsumpt. libr. 2. præs. 48. num. 14.* Caroc. *de excuss. 1. quæst. 14. num. 11. & 18.* ubi dicit, quod hæc exceptio possit opponi, etiamsi in Instrumento promissum fuisset, liberè & sine aliqua controversia solvere: per text. *in l. quæro. §. inter locatorem ff. locati.* Et ratio adduci potest; quia verba quantumcunque enixa, generalia & multiplicata, nunquàm referuntur vel tolluntur id, quod provenit ab intrinseca natura illius actus. Bart *in d. l. 1 §. & parvi. ff. quod vi aut clam.* Parlador. *rer. quotidian cap. fin. part. 5. §. 11. num. 26.*

Ita nunquàm rejecta putatur exceptio pecuniæ non numeratæ. Cyn. *in l in contractib. Cod. de non num. pec.* Ias. *in l. qui pecuniam. num. 7. ff si cert. pet.* Fachin. *lib 2. controv cap. 84.*

Nec aliud dicendum est de exceptione rei non traditæ, vel deficientis implementi contractus. Carolus de Grassis, *in tract de except. except. 13.* Eaque est natura [illegible] exceptionis, ut sufficiat, quod allegetur in exceptionibus & allegationibus juris, Bart. *in l. eum qui ita. § qui ita tib.* ubi Iason. *num. 12 ff. d. t. O.* Paris. *consil. 33. num 57 lib 1* Magon. *decis 11. num. 12.*

Idemque pronunciandum de exceptione enormissimæ læsionis. Nam etsi Statutum prohiberet restitutionem in integrum in casu enormis læsionis, non censetur etiam prohibere in casu enormissimæ læsionis. Oddo *de restitut. in integr. quæst. 15. art. 8. numer. 67.*

50. Laßbrieff.

Homines proprii, variis modis libertatem, qua fruuntur cæteri, nanciscuntur, & in eius rei, scil. manumissionis testimonium, dantur ipsis Instrumenta manumissionis, Laßbrieff alibi vocantur Manrecht; nam servus non vocatur Mann/ sed arme Leut indigitabantur: vel à paupertate, vel, quia brachium, hoc est, vim & libertatem non habent. Quò intuitu etiam Gallis *de mains morts* dicuntur. Nam & manus sumitur pro potestate.

Hæc autem Instrumenta *Affrancamenta* (ab Italico verbo *Affrancare,* quod idem est, ac si dicerès libertatem donare) etiam nominantur. Quomodo tale Instrumentum sit formandum, tradit [illegible] pecul. *libr. 4. part 1. tit. de serv non ord. num. 10.*

Illud passim ferè obtinet, ut manumissione à Dominis sub expressâ hâc protestatione fiant, quòd si manumissum in Domini manumittentis territorio denuò habitare contingat, agricolationi rursus subjici debeat. mit außgetruckhem Vorbehalt/ wa über kurtz oder lange Er sich wider in

in ihrer Gnaden Landhäußlichen begeben wurde / er seiner Gnaden noch als vor mit der Leibeigenschafft zugethan seyn solle. Stamm. *de servit. personal. lib. 3. cap. 32. num. 6.* Quam Clausulam, ceu juri contrariam, non omninò approbo: Cùm valdè durum sit, post certum tempus servitutis juga iterum suscipere.

Porrò utcunque homo proprius manumissionem obtinuerit; durant tamen nihilominus quædam reliquiæ pristini juris, teste eodem Stammio *d. loc. num. 7.* Reverentia enim, quæ Domino ab homine proprio debetur, non obstante relaxatione, integra servatur, ad exemplum liberti, qui ad parem reverentiam patrono debetur, *l. fin. vers. reverentia. C. de bon. libert.* Stamm. *d. l.*

51. Losung.

Dictio Losung convenit non solùm lutioni, sed etiam redemptioni. Baptista Cæsar. *in consil. illustr. ICC. part. 2. consil. 67. num. 35.* Hic sunt pro retractu, de quo variæ occurrunt quæstiones. Quas adduxi ex notatis fratris mei, p.m. *ad part. 2.* deß Würtembergischen Landrechtens. & vide *infra* Sylingen. Iohan. Iacob. Speidelii. *verb.* Retractus. item Rosenthal. *9. conclus. 87 &c.*

52. Lötigs Golds.

Verba illa, bey Pœn etlicher Marck lötigs Golds / Sententiis condemnatoriis vel mandatis inserta, de auro puro, non de viliori sunt accipienda. vide Budel. *de re monetar. lib. 1. c. 23. num. 14.*

Et dicitur purum lötig, quia gravius est illo, quod intermixta alia metalla habet.

53. Lothringen.

Anno 855. Lotharius Imperator, Regnum inter *filios* tres distribuit: Ludovico Italiam cum Imperio attribuit, Lothario eam Galliæ partem, quæ ab illo Lotharii Regnum, *Lothryck*, & *Lotharingia* exindè est appellata. Carolo autem natu minimo Provinciam assignavit. Ipse Monasterium Prumiense, haut procul à Treveris situm ingressus, ibidem die 27. Septembris pie in Domino obdormivit, raro contemptæ gloriæ mundanæ exemplo.

Notandum hic est, Lotharingiam, non à Lothario Seniore, ut d. Sigebertus, Divæus, & alii scripserunt, sed à juniore sic dictam fuisse. Id Regino Prumiensis, in rebus gestis hujus ævi, & alii veteres [illegible] testantur, ratio item ipsa convincit. Nam Lotharius Senior non solum Lotharingiam, sed & Italiam cum Imperio tenuit. Aubertus Miræus.

in

in annal. Belgicis, suprà dicto Ann. 855. f.m.353. Qui idem *de An 959. fol. 499.* ita scribit: Lotharingia porrò primùm Regibus, posteà Ducibus paruit: cujus limites ut sæpè mutati sunt, sic eos describere difficile sit. Primus Lotharingiæ Rex fuit Lotharius Iunior: qui Placentiæ in Italia, mense Iunio, Anno 869. non relictâ prole legitima obiit. Hæreditas jure debebatur ejus fratri Ludovico II. Imperatori, tunc in Italia agenti: pro quo & exstat rescriptum Hadriani Pontificis Max. sed Patrui ipsius Ludovic⁹ Germanicus & Carolus Calvus obstiterunt. Nam Carolus, ut Lotharium obiisse accepit, mox Metas advolavit, ibique eodem ipso anno, ab aliquot utriusque Regni Episcopis, Rex est consecratus. Ægrè ferente, ut par erat, Ludovico, Regnum Nepotis sui Lotharii, cujus ipse partem speraverat, universum à Carolo usurpari; inita tandem pactione, Fratres duo in Procaspide ad Mosam, inter Haristallum & Marsanam, in Pago Leodiensi convenientes, Regnum istud æquis inter se portionibus diviserunt: Ex qua quidem divisione constat, Ludovico Lotharingiæ, nobis Transmosanæ, Carolo autem Cismosanæ partem obtigisse.

Diù autem ambiguum fuit, numne Lotharingia Galliæ, an verò Germanico Imperio sit adhæsura; quâ de re, idem Miræus fol. 504. sequentia tradit: Gilebertus primùm Carolo Simplici adhæsit, ejusque nomine Lotharingis præfuit. Post mortem verò Caroli Regis, nolentibus Lotharingis, Henrico (Aucupi) Germaniæ Regi subesse, quidam Lotharingus nomine Christianus, simulata infirmitate, Gisebertum Ducem ad se dolo evocatum cepit, Regique misit, ut per eum Lotharingiam sibi subjugaret. At verò inspecta industria, & potentia Gilleberti, filiam suam Gerbergam ei despondit, & eum iterum Lotharingiæ præfecit: ut Sigebertus in Chron. loquitur. Hæc ipsa iisdem ferè verbis Witichindus, *lib. 1.* commemorat.

Et hodiè est Provincia Imperii Germanico Romani, sed maxumis Privilegiis ornata.

54. Lifferung der Maleficanten.

Generali quâdam consuetudine, à jure remissionum est recessum. Wes. *in paratitl. ff. de judic.* Covar. *pract. quæst. cap. 11. num. 10.* atque hanc esse communem utriusque juris Dd. opinionem, & ita etiam servari omni die, pronunciat Iul. Clar. *libr. 5. §. fin. quæst. 39. vers. sed quidquid sit de jure, & vers. sed quid. in fin.* hancque consuetudinem subsistere & valere, etiamsi delicta maneant impunita, dicit Cæpoll. *consil. criminal. 29 colum. 3.* Iohan. Damhoud. *in pract. crim. c. 35. in fin.* & post eos novissimè Gail. *lib. 1.*

de pac. publ. cap. 16. num. 30. & 31. Idque propterea est introductum, quia jurisdictiones jam factæ sunt patrimoniales, & magis circa eas zelotypi sunt, præsertim Germaniæ Status, quàm Itali, propter suas uxores. Facilè autem fieri posset, ut si remissiones frequentarentur, inde magnates in vicinos minùs potentes, jus sibi acquirerent superioritatis. Sed tamen in Germania & aliis Provinciis, plerunque solet in atrocioribus delictis, propter exemplum, ad locum delicti precariò, & jure amicitiæ & vicinitatis, atque benevolentiæ fieri remissio, idque sub antigrapho, sive literis (ut vocant) reversalibus, auff einen Revers oder Bekantnus / ipsius magistratus, aut Domini, q remissionem petit, quòd videlicet, hujusmodi remissio, remittentis jurisdictioni non sit nocitura, sed sine præjudicio. Gail. *d. loc.* Matth. Stephan. *de offic. judic. lib. 1. cap. 8. num 58.* Hæque remissiones, frequentiores sunt inter pares, aut minoris ad majorem, non è contra. Und liefern die Fürsten nicht bald einem vom Adel einen Maleficanten.

55. Lübisch-Recht.

Ius Lubecense porrigitur etiam extra territorium, eaque in loca, ubi inclyta Respublica Lubecensis nullam Iurisdictionem habet. Sicque Rostochienses eodem jure utuntur, ut pluribus probat Dn. Cothman. *consil. 5. num. 1. & seqq. vol. 1.* Quemadmodum etiam liberè, non coacti, Poloni & Silesii Saxonico jure; ac etiam Lubecensium Legibus, Wandalicæ & Hanseaticæ Civitates multæ, nullum indè Imperium metuentes, utuntur, Barth. Musculus *de successione conventionali & anomala. membr. 2. class. 1. concl. 5. fol. 85.* Quin & in Livonia Revalienses cives Ius Lubecense habent. Bertius *in tab. Livoniæ.* Nec novum, ut Leges extra territorium ab aliis populis usurpentur. vid. me de *Appellat. c. 2. f. 38.* Ita Lex Rhodia olim in mari vicino observabatur. *l. 9. ad L. Rhod.* Sic Wisbuy, in Gothlandia olim Emporium totius Europæ celeberrimum erat, in eoque leges suas nautæ capiebant; & inibi, æquè ac apud Rhodios, jura maritima fuere constituta. Bertius *in tab. Gothlandia.*

56. Lugin.

An injuriam inferens, protestatione honoris, Tu mentiris, salvo honore, deiner Ehren ohne Schaden / das ist nicht wahr / sondern erlogen / mereatur excusationem? v. Obrecht. *de necess. defens. fol. 15. &c.* Modest. Pistor. *p. 3. quæst. 127. n. 23. & seqq.* Qui negant, eo nituntur fundamento, quod sit fœdissimum mendacii crimen, *Actor. 5. vers. 3.* gravius furto *Eccles. 20. vers. 26.* certissima animi pestis,

pestis, efficacissimum animæ venenum. Vnde Epænetus dicere solebat: Mendaces omnium scelerum & injuriarum authores esse. Hujusmodi vitium, quod delictum per se est, & infamiam committendi id infert, qui alicui objicit, injuriarum tenetur. *l. 15. §. 5. ff. de injur. l. pen. C. eod.* Verbum etenim tu mentiris, est injuriosum, quia improperat maleficium. Et hoc procedit, ut injuriarum teneatur, licet protestatione supra dicta utatur. Quoties enim protestatio est actui contraria, nihil operatur, nec injuriantem sublevare potest. *c. solicitudinem. 54. d. appell. l. non solum §. morte ff. de nov. oper. nunc.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiar. num. 86.* ubi dicit, quod in re facta verborum artes, vel simulatæ protestationes nihil prosint, & quando actus est potentior protestatione, tunc nihil relevat facta protestatio. Sed cum quis ad defensionem suæ innocentiæ, & honoris conservandi gratia, alicui injustè objicienti crimē (utputa, si quis ab alio furti, adulterii, &c. insimuletur) vicissim dicat: Tu mentiris, actione injuriarum non tenetur. Bart. *in l. quæ omnia 25. §. 1.* per *text. ibi ff. de Procur.* Item provocatus si ita respondet, ei ignoscendum est, *l. qui cum major. 14. §. si libertus. ff. de bon. libert.* nam injuriam ad defensionem innocentiæ retorsisse creditur: quicquid enim provocatus facit, ad sui defensionem facere præsumitur. Dd. *in l. ut vim. ff. de just. & jur. l. quæ omnia. §. sed etsi adversarius. ff. de procurat.* Gail. *lib. 2. obs. 101. nu. 4.* Nam sicut offensio armata, armis repelli; ita offensio verbalis verbis retorqueri potest. Gail. *d. loc.* Et sic ubi offensio illicita, defensio licita existit, & per consequens actio injuriarum locum non obtinet. Qui enim utitur suo jure, nemini facit injuriam. Certumque præterea est, neminem teneri de injuria, nisi de ejus dolo & animo injuriandi constet, *l. Lex Cornelia. §. si quis liberum. 9. ff. de injur. & l. si non convicii. 5. C. eod.* Vndè animus injuriandi dicitur fundamentum & substantia injuriæ. Goëden. *cons. 31. num. 11. & cons. 106. num. 27.* Mynsing. *resp. 51. num. 11. dec. 6.* Voluntas etiam & propositum facta distinguunt. *l. qui injuriæ. ff. de furt. c. cum voluntate. de sent. excomm.* Nec factum quæritur, nec facti spectatur eventus, sed voluntas, causaq; faciendi. *l. verum. 2. ff. de furt. l. 1. §. Divus Hadrianus. ff. ad L. Corn. de sicar.* Imò causa & intentio principalis respicienda atque consideranda est *l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. l. sed si quemcunque. ff. ad L. Aquil.*

Cùm itaque in provocato cesset animus injuriandi, & sic causa principalis, ut actioni injuriarum non sit locus, meritò cessat quoque ejus effectus. Nam non subsistente principali, evanescit accessorium.

57. Lullisten.

Vnam tantum scientiam discere, de pane, non de honore lucrando existimatur. Hermes Politicus Iulii Belli. *fol. 115.* & dixi ego *in dissert. d. complexu omnium disciplinarum, quæ juncta est prima Edit. Argentinensi, synopseos meæ polit. f. 171.*

Et quamvis varietas Studiorum sit vitanda, vid. Melch. Adami, *in vitis Medicor. fol. 201.* & item Nigron. Soc. Ies. *in Ascetic. lib. 8. fol. m: 256.*

Distinctio tamen omninò est facienda inter encyclopœdiam, & studia vagabunda; volo omnia esse degustanda genera disciplinarum, nec encyclopœdiam negligendam. Postea uni incumbendum, cui maxime apti sumus. Hoc in Iureconsulto requirit Templum Iustitiæ, à me conscriptum, in Medico Montous *tract. de discipl. Medico necessariis.* Detestor ardeliones, cum Martiale *lib. 2. epigrammat. 7.* Bey vilen Handwercken würdt einer zum Bettler / bey vilen Künsten zu einem Narren. Vera etiam eruditio universalis quid sit, docet Michael Ephesius *in Scholiis ad lib. 1. Aristot. de partib. animal. in princ. fol 8.* Sed verò Lullistas vix est, ut approbare queam, quicquid olim dixerim *in tract. de principiis Iuris statim ab initio.* quicquid etiam Dn. Alstedius inferat *in Panacæa Philosophica sect. 2.* vid. Pipre *des inventions Politiques, &c. cap. 3.* Et de ipso Lullo multa refert Mariana *in Hispanica Historia.*

Certè solidam eruditionem, mediante hac arte nemo facilè acquiret.



I. Magister.

CVi præcipua rerum cura incumbit, & qui magis, quàm cæteri, diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, præstant, aliosque instruere, & viam monstrare possunt, hi Magistri adpellantur. *l. 57. de V. S.* Quin etiam ipsi Magistratus, per derivationem à Magistris cognominantur. Hæcque latior alioqui vox, & à rebus œconomicis ac civilibus ad Scholasticas translata fuit. Hodiè quidem de Philosophiæ gnaris specialtim dici solet; nec aliam ob causam contemptum & abjectum est apud nonnullos nomen illud, quàm quod sæpius ad Alciati traditionem recurrere necesse habemus, qui *ad l. 57. d. Verb. Signif.* scribit, vocari nonnullos Magistros, ab eo, quod esse debent, licet non sint. Sed interim turpis fabula sit ignarus Magister; & non immeritò vana Magisteria rideantur. Cùm nempè stultus adolescens Magisterii insignia recepturus, cathedrā ascendit, cuncta jam despiciens quasi ex alto, & nescio

quid

quid murmurans confusum vel præscriptum, cùm Præceptores illum sui celebrant seu amore seu errore. Tumet ille, vulgus stupet, applaudunt cognati & amici, tinniunt interim Campanæ, strepunt Tubæ, volant annuli, & vertici pileus imponitur Magistralis. His peractis, descendit sapiens, qui ascenderat stultus, transformatione prorsus mirâ, & quam etiam Ovidius nesciebat. Est sanè Philosophia, studium sapientiæ, & actio Philosopho digna, Notitia rerum divinarum & humanarum, quæ studio illo comparatur, universitas omnium disciplinarum, quantum ex natura, naturaliq; experientia colligi potest. Hæc est illa polymathεια, quam nonnulli (vel ingenio, vel industriâ destituti) ut inutilem planè improbârunt: & cùm receptam ac severam doctrinæ Legem evertissent, velut effracto ostio, sordidi & impoliti ad Regias Disciplinas irruperunt. De Oratoribus ita Cicero 3. de Orat. Veteres inquit, illi, usque ad Isocratem, omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad Rempublicam pertinent, cognitionem & scientiam, cum dicendi ratione jungebant. Sicque Plato in Protagora, de Sophistis refert, illos Arithmeticen, Astronomiam, Geometriam, Musicam, Civilem quoque scientiam, & œconomiam docere consuevisse. Disputârunt de virtutibus, de vitiis, de Deorum immortalium natura: ut Maximus Tyrius innuit dissert. 8. Neque etiam Grammaticam, resque minimas alias contemnebant. Nec minor cura illis Historiæ fuit, quam ut officii sui partem excolebant.

Hâc qui prætermissâ omnigenâ eruditione, Theologiam aggreditur, illotis, quod ajunt, manibus, mensam magni Principis accedit, aliterque magnus olim Scheckius judicavit, qui *lib. 1. de demonstrat.* scribit: Ego quidem sic judico, tum demùm fore quietas & beatas Ecclesias, si aut Philosophi veri dent operam Theologiæ, aut Theologi philosophentur piè.

Hâc qui carent, & jus tractant, non vulgatum Italorum dicterium evitabunt, qui merum Legistam, merum Asinum vocant.

Magistri autem nomen olim etiam Doctoribus dabatur: præsertim in Theologia. Vnde Magistri nostri. Et etiam in Privilegiis Academiæ Tubingensis non fit mentio Dd. sed tantùm der Magister und Studenten..

Quod Magister artium, qui postmodùm Doctoris Gradum impetravit, præferatur alii Doctori, innuit Decius, *ad cap. Clerici. num. 12. & seqq. extr. de judic.*

In laudem Magisterii Philosophici, Orationem habet Dn. Albertus Hungerus. *part 2 Orat. 23.*

les, de quibus criminaliter agi potest, & quarum punitio meri est imperii; *l. 3. de jurisdict. l. 6. §. pen. de off. Praesid. l. 70. de R. I.* tàm capitales, quàm non capitales. *l. 2. l. 28. princ. de poen.* Obrecht. *de jurisdict. cap. 7.* Ruland. *de commiss. lib. 2. part. 1. cap. 3. num. 8. & seqq.* Et hæ sive pœnam corpori infligendam promereantur, so Leibstraff auff sich tragen / (qualia ferè sunt omnia crimina: nec enim facilè ullum reperitur, cui pœna corporalis non vel à Lege constituta sit, vel arbitriò judicis extra ordinem imponatur. *l. ult. de priv. delict. l. ult. de furt. l. ult. de injur. l. 11. §. 1. de effract. l. 8. de publ. jud.* quo casu nunquàm non Iudice sic arbitrante ad corporis cruciatum perveniri potest. *dict. loc. ultim. de injur. l ultim. de effract.* Si tamen Iudex loco pœnæ corporalis, mulctam irrogaverit, eodem illa numero habetur, ita, ut nec appellationes in causis criminalibus iis tantùm, so Leibstraaff auff sich tragen / in Camera Imperiali prohibitæ, R. A. An. 30. §. Item als sich. Ord. Cam. *lib. 2. tit. 28.* §. Item nach. Gail. *1. de P P. cap. ult. num. 36.* à mulctis ejusmodi, loco pœnæ corporalis substitutis, ibidem recipiantur. Mynf. *centur. 3. observ. 43.* Ruland. *de commiss. lib. 2. cap. 3. num. 8 & seqq.* quà de re egi *in tr. meo, de Appellat.*) sive pecuniariam, exemplo *l. un. C. de L. Iul. ambit. l. ult. C. ad L. Iul. repet. l. 3. C. de Assess.* Et ex communi ferè Dd. consensu (Iuri tamen Civili Iustin. non usquequaq; convenienti) quandoque ad pœnam pecuniariam fisco applicandam agitur, *l. 9. l. 22. l. 25. de SC. Syllan. l. 9. l. 15. §. 2. de jur. fisc.* quæ non minùs ab eo [illegible]tùm, qui jurisdictionem criminalem & merum imperium habet, imponitur. *l. 6. de off. Proconf. l. 70. de R. I. arg. l. 6. de accusat.* quamvis appellatio ab ea ad Cameram Imperialem permissa sit, &c.

7. Malstatt.

Mallus vel *Mallum*, Mal-*judicium*, Malstatt / locus Iudicii exequendi. Hincmar. *Epist. 4.* Providendum est, ne contra capitulum Domini Imperatoris Caroli, ut nemo ad mallum, vel ad placitum cogeretur venire, nisi Scabini, & qui causam quærit, & cui quæratur. Vitus Amerpach. *in annot. ad Constit. Caroli* ait: In Legibus Longobardicis persæpè *mallum* & *placitum* conjungi expositionis gratiâ, ac mallum esse vocem origine Germanicam. Nam locum indictum vel designatum vocamus ein Mal vel Malstatt; undè aucupes alicubi dicunt; malen / hoc est, notare locum. Imò ob hanc conjunctionem suspicatur, & nomen *placiti* esse Germanicum, & deductum à Platz / quod significat locum vel aream. Hic verò placida, judicia, conventus ad disceptationem causarum instituti. Vndè

mal-

mallare, est in jus vocare ad judicem.

8. Mannbar.

Pubertas, an ex habitu corporis sit existimanda? Vide Lyclam, *cap. ult. l. 13*. De voce *bar. v supra*. in v. Freybert. ubi quod *Bar*, interdùm augeat significationem.

9. Mannbücher/

Diese werden für Lehenbücher genommen.

10. Mandata.

Mandatum in communi formâ, dicitur mandatum cum Clausula, quamvis petatur ein Scharpff-Pœnal Mandat: quia pœnæ adjectio, nihil de mandati naturâ mutat, ac quoque Camera ex officio Mandatum cum Clausula decernere potest, etsi mandatum sine Clausula petatur. Reichvvin. *in form. fol. 203. num. 4. & seqq. Item fol. 226.*

Mandatorum sine Clausula exempla congessit quamplurima, idem Reichvvin. *d. loc fol. 525. & seqq.* & vid tr. sing. Petr. Frideri.

Vermög der Kaiserlichen Cammer Gerichts Ordnung / vnd Löblicher Observantz / werden in causis jure prohibitis, Mandata sine Clausula absque prævia citatione partis, erkennet: aber solches geschicht allein in denen Fällen / welche dermassen beschaffen / daß der begangne Actus à pœnâ keins wegs excusirt werden mag: aliàs enim, ubi factum sic comparatum est, quòd aliquâ ratione excusari possit, tunc non debet absque citatione partis tale mandatum decerni. Nam etiam ubi pœna ipso jure commissa dicitur, requiritur citatio, *l. ejus qui delatorem.* & ibi Bart, *ff. d. jure fisc. & in c. cùm secundùm. § confiscationis.* & ibi Dd. *libr. 6.* Tiraquel *in repet. l. si unquam. in verb. revertatur. nu. 400.* ubi multis authoritatib. hoc confirmat. Gabr. Roman, *lib. 7. comm. opin. concl. 12. num. 1. & seqq.*

Item in quavis declaratione pœnæ, etiam ubi non agitur de possessione amittenda, requiritur citatio, Gl. *in Cl. præsenti. de consf. in verb. constiterit. & in Cl. 2. d. pœn. in verb. constiterit.* Ang. Rom. & Imol. *in l. ii, cui bonis. ff. d. V.* O. Ruin. *consf. 50. vol. 1. & consf. 154. vol. 1.* Ergo nec per mandata sine clausula actus aliquis annullari debet. Licet dicatur, annullationem contractus non esse pœnam, ubi quis per contractum nullum nihil sibi comparare cupit, quod anteà non habebat. Bl. & Castr. *in l. nemo Martyres. C. d. S. S. Eccles* Id n. intelligendum de annullatione actus, ex quâ non aliquod præjudicium infertur parti.

Man-

Mandata sine Clausula non dantur cessionario, nisi probat cessionem. Berlich. *1. concl. 55 n. 45.*

Quando contractus est nullus, auditur quis etiam stante pacto de non opponendo, & Iuramento, secus in rescissione: quia prius solvere debet, Mastrill. *dec. 14. numer. 16. ad fin. & seq.*

Mandata executiva quas admittant exceptiones, & quod nihilominus executio injungatur, salva manente causa. vid. Coler. *p 4 cap 2* per *disc. inprim. nu. 28.* Cammergerichts-Ordn. *2. tit. 23. in princ.*

In processu executivo exceptiones tantum notorias admitti, constat, quarum videlicet probatio de præsenti facilè haberi potest, aut quæ in continenti probari queunt, Panorm. *in c. literis. nu. 30. extra de rest. spoliat.* Wesenb. *cons. 6 part. 1. num. 66.*

Indeque in processu executivo omnes repelluntur exceptiones, quæ tendunt ad differendum vel retardandum [illegible] modo processum, & ad [illegible] ne Iudex partes suas interponat de parata executione, quæ ex vi pacti vel Statuti per creditorem urgetur, necessarium est, de veritate oppositæ exceptionis ipsi constare, & quidem per Instrumenta, non per testimonia vivæ vocis, [illegible] latiorem indaginem requirunt, Rebuff *de sent. executiv. art. 9. gloss 3. numer. 49.* Menoch. *arb. cas. 17. numer. 7.*

Sicque non obstantibus rei exceptionibus, proceditur ad executionem paratam, reservato tamen reo suo jure, & probatione oppositæ exceptionis ad aliam instantiam, post factam executionem Berlich. *vol 1 conclus ult. num 3* (ubi ait, post factam demum executionem, quod indebitè solvit, a creditorem recuperare posse) Coler. *de proc. executiv. part. 4. cap 2 per discurs.* præsertim *num. 28.* ubi addit, se neminisse nunc per 50 annos à sensatis Iudicibus utplurimum in practica ita fuisse judicatum.

Quodque in Mandatis sine Clausula, nullæ concedantur exceptiones, merita causæ respicientes, eæque in ordinatio, petitorii vel possessorii Iudicio, plenè, separatim, & singulariter suo loco debeant disceptari, quodque impetrans tale mandatum in replicis suis inter exorbitantia, enormitatem, factique injustitiam, & inter merita causæ principalis differentiam constituere debeat, neque pati hæc cum illis misceri, monet etiam Petr. Friderus Mindanus, *libr. 2. de mandat. cap. 15. per discurs.*

Da auch dises nicht geschehe / vnd man nichtsdestoweniger exceptiones non contra Instrumentum guarentigiatum, sed contra ipsam actionem, vel causam obligationis tendentes [illegible] machte / nemmen thete / wercalles / [illegible] differentia inter processum executivum & ordinatium, & de vi ac efficacia

Instrumentorum guarentigiatorum in nostro Iure, eorumque interpretibus traditi/gar vmb sonst vnd vergebens.

11. Mangelt

Ita veteres Germani pœnas homicidarum pecuniarias vocarunt Heigius, *1 quæst 8 num 81.*

Quæ pecunia daß Man: oder Sängelt/ non solum ad agnatos & masculos, die Schwerdtmagen/ sed etiam ad fœminas die Spillmagen spectat. Licet de jure Longobardico & Saxonico olim aliter fuerit observatum & pronunciatum, nimirum vindictam sanguinis, & per consequens pecuniariam pœnam, vulgo das Mangelt/ ad solos pertinere agnatos. vid. Hering. *d fidej. ß cap. 10. nu. 352. &c.* & Pistor *observat. 203.*

12. Mann

Sumitur quandoque pro marito. Vide quæritur; An matrimonium sit probatum, si quæ dicat: Er ist mein Mann. [illegible] *vol 3. consf 21. fol 137 n 9.* [illegible] olim Mann pro Vasallo, ut dixi *[illegible]* [illegible] & *intrale d* [illegible] & hodie [illegible] pro viro forti & marito.

13. Manngericht/ Männer.

[illegible] Dominus & Vasallum de feudo controversia est, tum Dominus, sed Pares Curiæ, ut vocantur, judicant. Per text. *in tit 10. lib. 1 feud tit [illegible]. 20. 22 & §. finitur Dominum. tit 29 & § pen. tit. 55. libr. 2 feud.* Sed hac de quæstione latius agit Eberhard. Speckhan *cent. 2. quæst. class 4* quem vide. Huc consider, quæ [illegible] Güntherus *in Ligurin.* Cum ait:

> *Si tibi profundo, quod certe tribuente fatetur*
> *Adeptum, tu vero negas, Vasallus agendum*
> *Forte moret litem, non tu, sed Curia Iudex*
> *Audiat, & certo determinet ordine causam.*

Nunc dicimus *Laudamentum Parium.* Per tit. *21. libr. 1. feud.* Nunc *Laudato Parium* [illegible] *Henr II. Imp.* apud Ar[illegible] *Laudare*, pro [illegible] aliud est [illegible]; Germani hoc Iudicium [illegible], das Mannrecht. [illegible] Dominus non [illegible] Iudex hoc [illegible]. Quia non [illegible] propter [illegible]. Vide [illegible] *partit. feudal. lib. [illegible] cap [illegible]* [illegible] Dominus [illegible] Vasallo [illegible] & quot ex [illegible] Schrader. *vol. [illegible] num [illegible]* [illegible] *num [illegible]* [illegible] *part 9. num [illegible]*

Quid autem, si Dominus [illegible]

omninò nullos habeat, qui ab ipso feuda agnoscerent, vide Schneidevv. d. l. num 24. vel non idoneos? Speckhan cent 2, quæst 35 class 4 num. 15. & seq

A Paribus Curiæ, ad quem appelletur. vide Schrader d. l n. 718. &c.

Pares Curiæ autem, à paritate feudorum dicuntur, quia habent paria feuda, ut si est causa Comitum, alii Comites sint Iudices de quibus, in cap. 1. si de feud. Vasall. ab aliq. interpell. Alii verò tenent quod Pares dicantur convasalli qui ab eodem Domino feuda habent. De quo Alvarot. in tit. si de invest. inter dom. & Vas. lis. Sed Panormitan. in c cæterum mihi. in 6. col. de jud. dicit, quod in hoc, qui sint pares, quantùm ad judicium feudale, consuetudo Curiæ Domini sit interpres. Henning. Goden. consil. 29 vol. 2. ubi videtur licet Processum German. contra Vasallo rebelle, [illegible] consil 15 vol 1.

Pares Curiæ vocat Eberh. Speckhan. cent 2 quæst 35 class 4 num. 15. qui in eadem Curia, Curte, domo, seu territorio, in quo feudum seu beneficium [illegible] Domino universali feuda dependent [illegible] Curia seu Curtis [illegible] quæ [illegible] & ad quam [illegible] ubi judicia feudalia [illegible] quandoque alquando [illegible] Mannhäuser / appellatur Sed vide Speckhan. d. loc

Addendum tamen hoc est, quod Pares Curiæ, licet secundum usus feudales inviti judicare non teneantur, tamen hodie ex moribus Germaniæ, ad id sint obstricti, &c. Schvvanman obs. 11 num 9 &c

Num solus Imperator absque interventu Parium Curiæ, de feudis Imperii majoribus cognoscere possit. vide Arum. tom. 1. disc 11. & ego hâc de re etiam egi, in tr d. jurisd. cap. 3 & d. success. ac elect lib. diss. 14.

14. Mannen/ Burgmannen.

Clausula est investiturarum, mit Mannen vnd Burgmannen. Quæ verba etsi per se superioritatem non probent, sed significent tantum directum dominium, quod habet in his rebus, de quibus alii sunt subinfeudati: cùm verba Manne / Burgmanne / simpliciter prolata, interpretari soleant de Vasallis; conjuncta tamen cum aliis multo magis universitatem [illegible] describunt talem, quæ [illegible] superioritatis, dignitatisq; quoddam annexum habet: quia Vasalli sive & Burgmanni, sive Castrenses Viri, ad hanc universitatem etiam pertinentes quod quandoque in Principum ac Comitum Investituris his verbis solet exprimi: [illegible]

Lehenschafften / &c. ut est apud Knichen. *de jur. Duc. Saxon. fol. m. 120.*

15. Mannlehen.

De Clausula, zu einem rechten Mannlehen. vide Schrader. *consil 14 vol. 1.*

16. Mannliche Lini.

Linea masculina, cujus mentio à testatore fit, an initium à persona testatoris, vel descendentium ex eo accipiat. vide Grav. *consil. 656.*

17. Manßerbliche Inhabung

Würde für ein ewige Pfandschafft gebraucht. Also haben die Herrn Reichs-Erbtruchsässen / und Freyherren zu Waltpurg / &c. eodem titulo. von dem Hochlöblichsten Hauß Oesterreich Etliche Stätt / als Riedlingen / Mundertingen / Mengen / &c. in Besitzung.

18. Manßmad

I[illegible]tum mansum vocant, quasi eines Mannes mad / *id est*, so viel ein Mann in einem Tag mähen kan. Verùm M[illegible]sus mediæ antiquitatis commune verbum, derivatur à M[illegible]e, [illegible] etiam Gallicum *M[illegible]on*, descendit, & usurpatur für einen Bauren[illegible] / sive [illegible] m c[illegible] modo. vide [illegible], *tr. d[illegible]. pop[illegible]lorum.*

fol. 105. & seq. Vndè etiam Manentes. Cujac. *ad l. 8. C. d. annon. & tribut. lib. 10.*

Mansorum triplex genus erat: *Indominicatus, Ingenuilis & Servilis.*

Mansum dominicatum vel dominicum appellabant, proprium & peculiarem Domini mansum, quem Dominus ipse excolebat, cujusque fructus percipiebat: cùm ingenuilis servilisque mansi fructus, colligerent mansuarii quibus concedebantur, censu tamen retento, & aliis conditionibus, quæ in manso ingenuili leviores erant, in servili graviores.

Leguntur simili modo & agri dominicati, *id est*, proprii, item terræ, villæ, cortes & vineæ indominicatæ. Aubertus Miræus, *in annalib. Belgic. de Anno 877 fol. m. 395*

Mansum propriè dici, quantum quis cum pari boum [illegible] p[illegible] in Anno notat Bart. Sch[illegible] *Goldast tom. 3 [illegible] rer. in addit. ad Ioch. Vadian farrag. fol. 134.* & ipse Vadian. *tom. [illegible] rer. Alem. fol. 85.*

Aven[illegible] *lib. 3* hubam & mansum quæ bigis [illegible]etur; Curtim & hosam, quæ quadrigis, exponit. Amerbachius putat esse jugerum & quasi à mensura mansum [illegible], quem sequitur Hotom[illegible], in [illegible] consonantia vocis Mansmat. Cujacius & Pithoeus, esse prædium, fundum, heredium, [illegible] Colonus [illegible] & familia [illegible] commode [illegible] ac [illegible] vectigal & censum Domi-

no

rio præstare. vid. Dn. Cluten, *in expedit. Romana. fol. m.19.* adde Calvin. *de feudis. libr. 1 m. fol. 76.* Borell. *de Magistr. Edict. lib. 4. cap. 9. num. 32. & seqq.*

Mansionaticus, hospitium, susceptio. *Const. Carol.* Pervenit ad aures clementiæ nostræ, quod aliqui Duces, & eorum Iuniores Gastaldii venatores, & cæteri per territoria habitantes ac discurrentes, mansionaticos parva rheda accipiant.

Hinc Vitus Amerp. Quid si, *inquit*, Mansionatici essent, qui opes faciunt ruri, aut in prædiis, quos mansos adhuc in Italia vocant. Indè qui mansum habet à Domino, fit ejus homo, &c. vid. Ritter *de homag folio 39. n. 59.*

Mansum, domus. Hincmarus *epist. 7.* Sunt apud nos Presbyteri, qui tot Parochianos nō habent, qui mansa tenent. Adde Cantipratan. *in verbu barbaris. verb.* Mansionarius. Sane olim unicuique Ecclesiæ unus mansus integer, absque ullo servitio tribuebatur, Tolosan. *de benefic. c. 15 num. 1. & num. 4.*

Mansuarius, qui unum mansum colit. [illegible] Cassidoro & Gregorio neque domum esse, neque aream, neque hortum [illegible] ager certi modi ac mensuræ, qui propterea *metatus* ab Antiquis dicebatur, quoniam in agrorum [illegible] & assignationibus mensores adhibebantur.

At Mansum Bald. definit prædium, in quo manent homines.

Alii ajunt, Mansum certum esse prædium, seu agri dimensum, duodecim jugera continens, sic ut quoties Mansum nominamus, intelligimus XII. Iugera.

19. Marckhedänter.

Negotiatores militares, qui esculenta potulenta, & alia id genus exercitus causa parata habent, vocamus Marckhedänter.

20. Marck.

Marcarum appellatio non solum in rudi materia, verùm etiam in ipsius æstimatione verificari potest. Quemadmodum enim libra auri rectè dicitur dependi, sive ipsa massa, sive verò septuaginta duo solidi libræ loco exsolvantur. *l. quotiescunque. C. de suscept. præpos.* Sic libra argenti (scil. puri) rectè solvi dicitur, non modò si in materiâ: Sed etiam si in decem solidis vel aureis solvatur, *l.* [illegible] *in v. quinos C. de argent. pret.* Eademque ratione perinde est, si marca argenti in rudi materia, vel æstimatio ejus in octo thaleris dependitur. Alb. Brunus *de augment. monet. in pr. nu.* [illegible] Iacob. T[illegible] *dec. 19 num.* [illegible]

Ita secundum vulgarem loquendi usum, nomine librarum vel marca-

 rum

rum auri & argenti, in dubio non argentum vel aurum merum, sed potiùs vulgare & mixtum venit. Quemadmodum in simili appellatio aureorum vel florenorum Rhenensium, de florenis Rhenensibus in moneta, non autem in auro accipienda est. Indeque fit, quod in Constitutionibus vel Decretis Cæsarum Germanorum, nec non in contractibus privatorum, purum vel merum aurum & argentum, adjectione harum vocum (lötig Gold oder fein Silber) à mixto soleat distingui. vide Tuoming. *d. tr. decis. num. 13. & seqq.* add. Budel. *à Monet. lib. 1. cap. 13.*

21. Marckfleck.

In Teutschland werden dieses gemeinglich Marckflecken genent / die eigne Halßgericht / Stock vnd Galgen haben / weil nicht herkommen / oder auch zulässig / daß ein jeglicher an einem jeden Ort seiner Hohen-Obrigkeit dergleichen exercitia criminalia haben mög.

Quamvis hodie inter Civitates & Mercatus magna sit differentia; tamen cum primum fundarentur, ac tenuia essent oppidorum initia, in Saxonia hæc vocabula promiscue accipiebantur. Vide modo munitionis ... à munitionibus, juxta *art. 6.* Weichbild. meiò Foralia, quod forum habeant, *art. 7. §. 2.* Weichbild. & Lehenrecht. *cap. 31. § 11.* ubi castra & loca foralia, vernaculus textus interpretatur Berg vnd Stätte / vulgò Marckflecken. Ita gloss. *ad art. 66. lib. 3.* Landr. forum interpretatur ein Marckt von allerley bürgerlicher Handthierung / welche den Stätten zuständig seynd. Ita Lubeca passim forum appellatur ab Helmold. *lib. 1. Chron. Nau. 77.* Vid. omninò Dn. Gryphiandr. *tract. de* Weichbild. *Saxon. cap. 74.*

22. Marck / Marckstein / Landgrentzen.

Limites sunt Signa sive notæ, quæ fines jurisdictionis inhærentes demonstrant, vel à natura vel ab arte hominum dependentes, vulgò die Landgrentzen. A natura dependent flumina, rivi, fossæ, aggeres, montes, valles. Ab arte verò constituuntur lapides insigniti & solo infixi, columnæ, arbores signatæ, &c. Hæc ... *disp. polit. 3. th. 42. lit. b. in fin.* v. ... *de territor. jure. cap. 2.*

Imperio Romano Gothicis & Longobardicis irruptionibus vastato, & Imperio ad Germanos translato, distinctiones Provinciarum factæ sunt per Marchas, Marckstein ... in Oriente, Avares, Hunnosque ... Pannonios, attingebat Osterreichische Marck / quasi Regni Orientalis ... mes. Francos verò, proximi à Saxonibus, Alemannis & Burgundis ... questrabat Westenreiche Marck ... est.

est Occidentalis limes Regni. Indè, item *Austria* & *Neustria* nomina orta sunt, quibus olim Comites, dum ea distinctio maneret, ad instar Ducum Limitaneorum præsidebant, & Marchgravii à Militibus appellari cœperunt. Quot igitur ab initio erant limites, tot etiam Marggravii, nempè Avaricus, [illegible], Forojuliensis, Saxonicus, Hispanicus & Normannicus. Postea plures esse cœperunt. Valentinus Forster *de jurisd. part. 2. fol. m 509 num. 12. & seq.*

Nostris temporibus termini & limites publici distinguunt Regna, Principatus, Ducatus, Comitatus, Territoria, Iurisdictiones, &c.

Petræ notatæ, gezeichnete Stein/ gemarckte Stein/ in confinibus pro terminis habentur. Erunt & arbores notatæ, de quibus videatur Forster. *d. l. num 15.* Quas in Suevia vocant Lochen/ weil man solche Bäume mit eingehawnen Löchern/ märcket oder bezeichnet.

Der Marck [illegible] würde nicht præscribirt, [illegible] Iacob. de Puteo, *allegat. pro communitate Terræ Valentiæ. num. 41.* apud Hieron. de Monte, *in tract. de finib. reg.* [illegible] *d.*

23. Marckgraff.

Marchiones (qui de Marchia investiti *c un. quis dic. Dux*) Marckgraven finibus Imperii præfecti, limitumque Iudices & ubiq; durum Præfectis limitaneis, quorum mentio fit *in l. viros spectabiles: C. de divers. off. libr. 12.* similes, erant Marck richter oder Gräntzfürsten / die uber ein solch Land Richter seyndt / daß an den Grentzen deß Teutschen Reichs ligt. Menoch *consil 302. num. 19. tom. 4.* Marck etenim fines significat, quasi gemärck. Veteres quidem Galli, ac etiam Germani nostri equum Militarem Marck vocitarunt. Inde ipsis erat Marckfall / depositio de equo, Märwerthin/ ab equo dejectio. Lindenbrog. *in gloss. verb. Marach.* Quin & nunc Westphali equum ein Mähre interpretantur, ac ita quoque Suevi Equum Märt / vel Merch indigitare solent. Sed tamen minimè placet, quod exindè nonnulli Marchionem, Præfectum equitum somniare ajunt. Alciat. *libr de sing certam cap. 32.* Cujac. *in* [illegible] *de his qui feud dare* [illegible] Conestabilem (quod Comes sive Præfectus stabuli sit) aut quemque Marescalcum appellamus, à Marach vel Märe / Equo, & Scalck quod servum denotat, ut [illegible] *in tract. de Comit. & Baron. b numer 10.* ad [illegible] Moll[illegible] *de i. obt. lib cap 8 num. 16* & *seq.* vid Reinh. [illegible] Konig *in Theatro Politic. part. 1. cap 16 numer 36* & *seqq fol 542* & *seq* [illegible] Anton. *disput. feudal. thes 4 lit d.*

Marchgraviatum quoque officia & [illegible] Lamprid. *in Alex. Sev* ut quidam putant, describi [illegible]

Sola quæ de hostibus capta sunt, Limitaneis Ducibus & Militibus concessit, ita ut eorum essent, si heredes eorum militarent, nec unquàm ad Privatos pertinerent: dicens, eos attentius militaturos, si & sua defenderent. Addidit sanè his & animalia & servos, ut agros possent colere, quos acceperant, nec per inopiam hominum, vel per senectutem possidentium desererent rura vicina barbariæ, quod tutissimum esse putabat. Quanquam verò Constantinus non sine detrimento Reip. legiones limitaneas sustulerit: Zosim. *libr. 2.* Stephan. Vinand *in Herc. Prodic in pr.* Dusa. *6 annal. Belg.* Necessitas tamen Principes docuit, non posse Limites custodibus tutò carere. vid. Arnisæ. *de Majest. f. 322. in fin.*

24. Marckrecht.

Ius forense in antiquo Instrumento Rudolphi I. de Anno 1281. den Schwestern in der Samblung zu Lindaw ertheilt / interpretatur Marckrecht / hisce verbis: quod eædem Sorores de bonis suis, quæ nunc habent vel possident infra limites juris forensis, quod vulgariter Marckrecht dicitur, nullam precariam (Germ. beet) sive Stüram, aut Servitium aliquod [illegible] in antea nobis & Imperio exhibere, ita tamen, quod de bonis, quæ ibidem processu temporis comparaverint, nobis & Imperio Servitia consueta persolvant. Insuper gratiam gratiæ cumulantes, prædictis sororibus libenter indulgemus, quod de bonis, quæ extra prædictos limites juris Forensis habent vel possident in præsenti, vel quæ comparaverint in futurum, nullam exsolvere debeant precariam sive Stüram; sed potius à cujuslibet Servicii onere sint liberæ & solutæ.

In Metropoli Salisburgensi *folio 16.* Marchrecht explicatur Iustitia Fori. Sed forum etiam sumitur pro Iudicio.

Ergò Marckrecht videtur denotare territorium, sive jus territorii. Potest etiam sumi pro Iure Civitatis, oder eines Marckfleckens. Item pro jure nundinarum. Vt est in Privilegio quodam apud Dn. Crusium, *part. 3. Annal. cap. 5. fol. 264.*

25. Marschalck.

Mariscalcus, Maerschalck / vetus vox Germanica, ut modò *supra* est dictum, duplicem habet significationem: nam vel pro Equitum Magistro accipitur, ut *Leg.Leman. tit. 80.* Si Mariscalcus, qui super 12. Caballos est, &c. vide me, *de natura populor. [illegible] fol. 93.*

Vel pro Gubernatore. Alb. Crantzius, *libr. 8. cap. 41.* Gubernatorem appellavêre ex optimis Militibus, qui convocatis Regni civibus, & omnia vice Principis gereret, [illegible]

potestatem: Marischalcum nostri vocant, Galli Connestabulum, vide Draconem, *de Patriciorum origine & jure. lib. 2. cap. 3. num. 4. & seqq. folio 117. & seq.*

Quamvis inter hosce duos, magna differentia sit, ut notant Reipublicæ Gallicanæ explicatores. Pasquier. *7. des recherch. cap. 2 fol. 947.*

26. Majengericht.

Majengericht vocamus, wa im Majo die leibeigne Leut zusamen gefordert werden/ da man jhnen auch ein Malzeit gibt.

27. Mast

Nihil aliud est, quam esca altilis. Est autem altilis cibus, si generaliter loquimur, non tantùm in glande caduca, sed & in omni pastu & pabulo quovis, puta in herbis, graminibus, fructibus & id genus. vide omninò Cothman. *vol. 3. consil. 49. num. 82. & multis seqq.*

28. Maultasch.

Cui alapa infligitur, non patitur damnum, sed injuriam. Maranta. *in proc. part. 4. dist. 1. num. 9.*

Sed gravis injuria reputatur, Viv. *decis. 46.* ubi quomodo inferens eam puniatur.

Indè nonnulli dicunt, Alapam gladio repellere licere, & si eo ictu vulneratus ceciderit, quod de occiso non teneatur. Post Bart. & Angel. Marius Salomo. *in repetit. l. ut vim. num. 8. vers. hinc omnium. ff. de just. & jur.* Quod tamen ita est intelligendum, ut non puniatur ordinariâ pœna: non ut planè sit immunis.

An illi, qui mendacium alicui dixisse dicit, alapam impingere liceat. Köpen. *2. obs. 82. n. 8.*

29. Mehr/ weiters.

De di[illegible] *c amplius.* v. Tusch. *lit. d. conc[illegible] 86.*

30. Mehrer deß Reichs.

Imperatores dicuntur *Augusti*, ab augurio & simul ab augendo Imperio (quippè Imperator auspicatò eligebatur: indeque Augustus nominabatur, quasi divinis signis consecratus, Divino omine faustus, præeminenter venerandus, tanquam Divinum aliquod nomen. Cothman. *in rubr. Cod. num. 6.*) Unde Ovid. *1. Fastor.*

Sancta vocant Augusta Patres, augusta vocamus
Templa, Sacerdotum ritè sacrata manu.
Hujus & Augurium dependet origine verbi.
Et quodcunque sua Jupiter auget ope.

Adde Suetonium *in Augusto*, Dionem *lib. 53.* Hotoman. Wesenbec. &

Dd. *ad Proem Inst.* Coras. *l. 2. §. Deindè Cornelius. num. 16. & seqq. d. O. I.* Robbigium *lib. 6. Critic. c. 3.* Me *de Interem. Imperior. c. 1.*

Sed Augustus, ab augendo deductum, convenit nostro vulgato, Alle zeit mehrer deß Reichs.

Quilibet enim Imperator hujus propositi esse debet, ut augeat: licet hoc non semper fiat. Unde etiam Palatinus Rheni in Coronatione Imp. dicit: Accipe globum Sphæricum, ut omnes terræ nationes Imperio Rom. subjicias, & Augustus gloriosus appellari valeas. Sim. Schard. *de orig. Elect. f. 42.* Afflict. *ad rubr. c. qu. quæ sint regal. vide l. 3. ff. de off. Præf. vigil.*

31. Meiste Stimmen.

Quod major pars concludit, in id quoque reliqui consentire tenentur, etiam in rebus, in quibus minori parti jam aliquod jus acquisitum esse censetur, per tradita Berlichii *decis. 125.* Declarando tamen hanc regulam, dicit *num. 4.* quod major pars minori parti in hoc solummodo præjudicare possit, quoad eos, tanquam ad universos, non jure suo, sed ut tutores, Curatores, Decuriones & similes spectat; Secus si illud spectat ad eos jure suo, ut ad singulos. vid Surd. *consil. 65.* Moditium. §. *Plebiscitum. quæst. 53. & c* me *de Aristocrat fol. 31.* Adde omninò die zween Außführliche Rahtschläg deß Heiligen Römischen Reichs Erbarn Freyen vnd Reichs-Stätten Session / Stand vnd Stim betreffendt. passim, getruckt zu Franckfurt. in 4. Sanè jam olim Protestantes contra pluralitatem votorum, pugnaverunt. Hortleder. *1. fol. 50.* Hancque litem iterum An. 1613. resuscitàrunt. vid. me *de Iurisd. Imp. Rom. quæst. 15.* Vulgataque tum fuit designatio, quæ hîc subjuncta.

Warinn die Majora nicht können statt haben.

1. In Gewissens vnd Religions-Sachen / daß einer oder mehr Stände glauben soll / was andere / vnd zwar die mehrere schliessen / vnd für Recht halten.

2. In Contributions Sachen / Dann keiner dem andern das Gelt auß seinem Seckel votirn kan / vnd da ers gleich thut / so fällt die Impossibilität mit ein / daß vnmüglich so vil zuerlangen / oder im Seckel nicht vorhanden / oder die Vnderthonen mit Durchzügen / Einlägerungen / Mißwachs / Theurung / Sterben Vieh vnd Menschen der massen erschöpfft / daß sie solches nicht erlangen / noch contribuiren können. Wie dann vnverneinlich / daß ein Landgericht so vil vermöglich als das andere / zu dem / so seynd es freywillige Hülffen. In Freywilligkeiten aber kan die Verstimmung nicht statt finden. v. Moller. 4.

ler. 4. *femeſt. 6.* ubi an Major pars creditorum, præjudicet cæteris. v. *l. 8. d. pact. l. ult. C. qui bon. ced.* & me *tr. d. Aerar. fol. 87.*

3. In Cammergerichts Sachen; Dieweil dem Cammergericht sein starcker Lauff gelassen werden soll/ welcher Lauff weder durch Majora vota, noch sonst zu inhibiren/ restringirn/ oder zu limitirn/ wie jhme das auch die Kaiserliche Majestät selbsten nicht hat zuhindern.

5. In Freyheiten/ Privilegien/ vnd dergleichen Immunitäten: sonsten köndten aller Chur: vnnd Fürsten/ Ständ vnd Staaden/ jhr so wol alte/ als newe Privilegia, per Majora cassirt vnd auffgehaben werden.

5. In Religions Friden/ sampt dessen zu: vnd angehörigen haben die Majora auch nicht statt/ sonst köndte derselbe per Majora wider zerrüttet vnd zunichtet werden.

6. In Prophan Friden vnd andern Sachen/ deß gemeinen Vatterlands Rhue vnd Friden betreffendt. Sonsten möcht leichtlich per Majora einer oder mehr Stand in Krieg/ Acht vnnd Oberacht/ auch endtlich von Land vnd Leuten hinweg votirt werden. Welches/ so es auff den Reichstägen statt haben solte/ köndten es gleicher gestalt auff den Kreißtägen die Reformirte an den Orten auch thun/ da sie Majora haben/ vnd an der Anzahl die Pontificios vbertreffen.

7. In denen Sachen/ da die Römische Catholischen Partheyen seyndt/ vnd mit den Evangelischen streitten/ darinnen haben die Majora auch nicht statt. Dann einer nicht kan zugleich Parthey seyn/ vnd zugleich einem andern seyn jus per majora benemmen vnd abvotiren.

8. In Sachen so wider die Billigkeit lauffen/ vnd wider die Regul: Quod quis juris in alium statuit, eodem & ipse utatur necesse est. Exempli gratia: Wann auff einer Seitten etliche Geistliche Güter/ Clöster/ oder dergleichen/ ad mensam Domini transferirt/ vnd den Cammergütern incorporirt/ so wollen es andere auch ebenmässig befügt/ oder zum wenigsten so weit berechtiget seyn/ daß sie dieselben Guter nur ad mensam Domini oder der Cammer assigniren/ oder auch incorporiren.

9. In Außträgen können die Majora auch nicht statt finden/ damit die Ständ nicht darumb gebracht/ oder darinnen lædirt/ vnd in andere Weg verkürtzet werden.

10. In Fällen/ so die Executions Ordnung/ Reichs Constitutiones, Gulden Bull/ vnd dergleichen anlangen/ können die Majora auch nicht statt finden/ sonsten durch die Majora solches alles köndte zu ruck gestelt/ oder auch gar auffgehaben werden.

11. In Erbeinigungen/ Verträgen/ Compacten/ oder dergleichen/

haben die Majora auch nicht statt/ als welche sich per majora nicht ändern oder glossiren lassen. Inmassen die Cron Böhem/ Chur Pfaltz/ Chur Sachsen/ die mit einander habende Einigungen per majora nicht lassen cassiren, wie auch die Erb-Ein-vnnd Verbrüderungen zwischen Sachsen/ Brandenburg vnd Hessen den majoribus nicht vnderwerffen: Wann sie gleich wolten per majora, in einen oder den andern Weg tractirt werden.

12. Wann saniora vota verhanden/ sollen nicht vnbillich die majora weichen/ vnd zu ruck stehen.

13. In Sachen da omnium consensus vonnöten/ ist etlicher Bewilligung nicht gnugsam: juxta regulam, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, &c.

Acuratam articuli singuli requirunt dijudicationem. Et in dubio regulæ est standum, quod major pars concludat. vid. Novam Apocalypsin, *consid. 8. fol. 66.* De exceptionibus hujus regulæ alii agant. Itatamen, ut modum suggerant, mediante quo in Comitiis, quæ proponuntur, dijudicari & finiri queant. Hoc enim ni fiat, perpetuum erit bellum civile.

32. Meß/ Missa.

De origine hujus denominationis, vid. Alciat *10. pareng cap. 7.* Eâ autem de re ita Card. Baronius scribit. *A. C 34. num. 16.* Illud non prætermittimus dicere, quod cum multa reperiantur tam ipsius Eucharistiæ, quàm sacrificii, quod in eo mysterio peragitur, nomina; illud tamen quantum ad sacrificium attinet, antiquissimum est, & apud Latinos usitatissimum, ut appelletur *Missa* quod quidem (sicut & Christiana fides profitetur) ex Hebraica vel Chaldaica nomenclatura acceptum esse videtur. Quod enim in nostra vulgata *Deut. 16.* legitur *spontanea oblatio*, Hebraicè & Chaldaicè dicitur *Missah*, quam offerebant Deo in gratiarum actionem, de fructibus terræ, qua & vescebantur in templo cum recordatione præteritæ servitutis, & ab eadem liberationis. Quæ omnia cum optimè conveniant prædicto à Christo instituto sacrificio; eo potius majores nostri usi sunt nomine, quàm cujuspiam alterius sacrificii, quod spontanea recolatur prima illa sui ipsius à Domino nostro Iesu Christo facta oblatio, de qua Isaias *cap. 53. Oblatus est, quia ipse voluit:* Sanè quidem creditur, ejusmodi nomen ab ipsis Apostolis Petro & Paulo, ex Hebraicis fontibus traditum esse Romanis: quod & Iacobus Hierosolymitarum Episcopus, idemque Apostolus & frater Domini tradidit sui in sua, quam posteris reliquit, Missa. Certè eâ voce usam esse suo ipsius exordio Romanam Ecclesiam probatur ex eo, quod proximus Apostolis Pius Papa

Papa *epist. ad Iust. Vien. tom. 1. Bibl. SS. Patr.* idem sacrificium missam vocavit, idque ipsum Cornelius & cæteri Romani Pontifices præstiterunt: Sicut & Concilium Romanum sub Sylvestro, Carthaginense Secundum, *Concil. Carth. 2. c. 3*, Agathense. *Agath. can. 47.* & alia: itemque Ambrosius. *epist. 33. ad Marcell.* Augustus, *serm. de temp. 251.* Victor Vticensis, *de persec. Vandal. lib. 2.* ac denique cæteri, & recentiores omnes. Hactenus ille. Sed eum pluribus Casaubonus oppugnat, & post eum Martin. *in Lex. Philolog.* quos videre licet.

33. Meß/Jarmarckt. Wochenmärckt.

Nundinas ne quidem in privatis prædiis ad arbitrium instituere, cuique licitum est, sed necesse habetur, ut à Principe, nundinarum concedendarum jus habente, impetrentur. *per l. 1. ff. de nundin.* Constat enim, nundinarum solennium & publicarum jus ad regalia majora pertinere, *per l. un.* ubi Sichard *Cod. de nundin.* qui dicit, etiam Principes inferiores in suis regalibus non habere, ut etiam in suis Provinciis hoc Privilegium concedere possint. Gail. *2. observ. 69. num. 24.* Bodin. *de Rep. lib. 1. cap. ult. num. 171.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. num. 37:* vid. Autor. deß wol- [illegible] Würtzburgische Rähte/ꝛc. *cap. 13. ad fin.* Nunquàm tamen Cæsar consuevit alicui dare nundinarum Privilegium, nisi prius adjacentibus & vicinis Civitatibus, quarum interesse possit, auditis. Gail. *2. observ. 69. num. 24. & 25.* Schönb. *5. polit. cap. 17.*

A Senatu verò impetratum jus hoc quoque fuisse, testatur Barnabas Brisson. *selectar. antiquit. lib. 1. c. 15.* allegans Pliniũ, *lib. 5. Epist. ad Valerian.* ubi inqt: Solers vir Prętorius à Senatu petiit, ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur. Contradixerunt Vicentinorum Legati. Atque ita Claudium Imperatorem legibus publicis seipsum subjicientem jus nundinarũ in sua prædia à Consulib. petiisse, constat. Idem Brisson. *d. loc.*

Nundinæ secundum Cujac. *in paratit. ff tit. de Nundinis:* sunt mercatus, qui habentur rusticorum merces suas deferentium, frequenti concursu, quem feriarum diem veteres esse voluerunt, *id est*, vacationum a forensibus negotiis, sed posteà lege Hortensia placuit, ne esset feriatus, ut rustici, qui in urbem venirent, mercium suarum vendundarum gratiâ, simùl etiam lites suas componere possent, ex Columell. & Macrob. Chopin. *de dom. Franc. libr. 1. tit. 12. num. 9*

Dicuntur Nundinæ, quasi novendinæ, quòd quovis nono die celebrarentur, & Hebdomadariæ hæ nundinæ, utpotè non tàm mercatus, quæ in

annonæ gratiâ, usu quodam inductæ, non sunt de regalibus: adeoque sine Privilegio seu indultu superioris constitui possunt. Wesenbec. *ad tit. ff. & C. de nund. num. 1.*

Nundinarum favor magnus est, quod patet exindè, quia tempore illarum, res aut personæ alicujus sisti vel arrestari non debent, vid. Nizol. *all. 16. per l. 1 C. de nund.*

Concesso enim jure hujusmodi nundinarum, simùl concessa intelligitur publica securitas iis, qui mercatus causa in nundinis conveniunt; ut ibidem intra dies nundinarum (quos plures fuisse, colligi potest *ex l. 138. d. V. O.*) *hoc est*, antequàm illarum finitarum Signum per campanam detur, sub prætextu civilis vel privati debiti, non tantùm ab illis, qui Privilegium nundinarum impetrarunt, sed etiam à cæteris mercatoribus conveniri, carcerari vel arrestari nequeant, Moller. *1. semestr. 12.* Coler *de proc. part. 2. cap. 3. nu. 156.* (Secùs in mercatis. v. Nizol *alleg. 16.* quia mercata non sunt tuta pro debitis & gabellis, sicut sunt Nundinæ, secund. Franc. Mignon. *ad Consuet. Andegav. tit. des Seigneurs. artic. 49. num. 4. vers. & debent.*) Nec refert, sive illæ Nundinæ sint septimanariæ, sine menstruæ, sive annales, sive lustrales, sive septennales, sive apparitionis, *h. e.* quæ circa tempus Nativitatis Domini, quo Stella apparuit Magis, celebrantur: sive sint Nundinæ Paschatis, vel omnium Sanctorum, aut Mensis Augusti, quarum omnium Socinus Inn. meminit *in consil. 61. num. 23. lib. 2.* Et ratio est, ut merces, quæ proculdubiò, ad hujus vitæ conservationem necessariæ sunt, liberiùs & majore copia invehantur & evehantur. Quâ de re plura extant apud Alex. *ad l. ne quid. ff. de incend. ruin.* Bald. *ad l. si quis non dicam. C. de Episc. & Cler. & ad c. 1. quæ sint regal.* Signor de Homodeis, *consil. 108.* Angel. *consil. 363.* Iason. *consil. 147.* Quod tamen ita accipi velim, inquit Petr. Peckius *in tract. de arrest. cap. 10. num 3.* nisi debitum sit juratum: quia sicut constitutio tollens aliam generalem constitutionem, non refertur ad constitutionem juratam. Panorm. *ad cap 1 de his, quæ fiunt à majore part.* Rom. *Sing 7. & consil. 517.* & sicut Salvus conductus concessus alicui, non extenditur ad debita jurata; quemadmodum secundum dispositionem juris, in Senatu Neapolitano conclusum & judicatum fuisse, testatur Matth. de Afflict. *decis 5.* ita etiam & ob eandem causam sisti atque arrestari posse videtur; ideoque consultum est Creditoribus, ut promissionem solutionis vinculo religionis & jurisjurandi confirmari faciant.

Quemadmodum verò tempore nundinarum in loco, ubi illæ exercentur, arrestare aliquem non licet; ita etiam nec in illo loco, sine quo

Mer-

Mercatores ad Nundinas venire non possunt. vide Peckium *d. loc. num. 4.* allegans Nicolai Everhardi *cons. 21.*

An autem debitor immunitati huic temporis aut loci renunciare possit, tradit d. Peckius, *de arrestis. cap. 12. à princ.* ubi dicit: Sanè ad tempus quod attinet, non dubium est, quin immunitati nundinarum renunciari possit: quia licet favorem publicum habeant Nundinæ, scilicet, ut hinc indè Merces in ditionem vel civitatem, quibus illa eget, invehantur; principaliter tamen de privatorum commodo agitur, & sic Regulæ communi standum est, quæ habet, quod quoties privato favori Lex aliquid principaliter introducit, licet secundariò publicam causam annexam habeat, renunciari huic favori posse. Dd. *ad l. jus publicum. ff. d. pact.* Alciat. *num. 33.* & alii *ad l. pen. C. de pact.* Br. *ad l. universi. num. 2. C. de legat.* Sed vide Moller. *libr. 1. semestr. cap. 12.* Modò tamen ista renunciatio specialis sit & expressa. *l. 1.* & ibi Roman. & alii. *ff. si quis in jus voc.* vide Pec. *d. cap. 12. n. 3. & seqq.*

Sed hæ nundinæ, quas populus, Principem aliquem superiorem agnoscens, nullo Principis sui Privilegio, nullavé immemorialis temporis præscriptione, & veluti conniventе, scienteque Principe sibi usurpat, Privilegium istud non habent. *l. 1. vers. veterum indulto aut nostra auctoritate* & Bald. & Salicet. *C. de nundin.* vide Peckium, *d. loc. num. 5. & num. seqq.*

Notandum porrò hic est, jus hoc Nundinarum, & illarum exercitium, non obstante longissimo tempore, & hominum memoriam excedente, ex causa per Principem aufferri posse, *per l. 1. ff. de nund. l. un. C. eod.* ut prolixè de facto consultus respondit Natta, *consil 511. & seq.* In causâ mercatus, cujus opinionem in judicando Senatum Pedemontanum secutum esse, refert Tessaurus *decis. 264.* Sic Carolus IV. Francofurtensibus illud abstulit, & Moguntiam transtulit; quod tamen mortuo Gunthero, intercessione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandenburgensis, iis restituit. Peucer *libr. 5. Chron. p. 805* Arnis. *lib. 2. de majest. cap. 3. nu. 18.*

Nundinæ vulgares, quas Wochenmarckt indigitamus, possunt institui & celebrari sine ullo Privilegio. Sichard. *ad rubr. C. de nund. num 3.* Et licet in multis locis concessæ legantur, tamen etiam sine Principis licentia fieri possunt, & continent potiùs factum, quàm jus: cùm careant Privilegiis & aliis immunitatibus, quæ solent concedi nundinis solemnibus, Thesaur. *decis 364. nu. 4.* Itaque hoc loci, jus mercatus in posteriori & usu probatâ significatione accipiendum, nimirùm de mercatu anniversario, qui est de regalibus Græven. *lib. 2. concl. 60. consid. 1. n. 2. & 3.*

Mu-

Municipalibus Civitatibus, vi jurisdictionis sibi justo titulo concessæ, emporia hebdomadalia, seu nundinas vulgares, Wochenmärckte/ etiam absque Domini Superioris præscitu, instituere licet. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. numer. 104.* Neque ad ea concedenda opus est Privilegiis, aliisque immunitatibus, quæ aliàs Nundinis solennibus cohærere solent. Et non tàm mercatus, quàm annonæ gratiâ, usu quodam introducta sunt. Matth. Wesenbec. *in paratitl. ff. in tit. de Nundin. num. 1.*

Marckt/ forum, locus Civitatis, in quo res omnis generis venales exponuntur. Hunc vocantur die Flecken/ oder kleine Stättlein/ Marckt/ quod liceat Marckt halten/ und sich allda Handwercker ernehren mögen. Vetustis a. temporibus, quandò conversi fuêre nostri majores ad fidem, nondum erant tot Ecclesiæ; ut hoc tempore, sed longiùs habitantes diebus Dominicis ire ad Parochiam coacti sunt milliaria aliquot. Eò collocabant se etiam aliqui Pastores, caupones, coqui, institores & opifices varii, ut advenientibus necessaria administrarent. Quoniam etiam opinio invaluerat, Conciones & Missas Episcoporum, meliores esse, quam vulgarium Sacerdotum, cursitabant homines summis Festis in Episcopales Civitates, Episcoporum & Abbatum audiendorum causa. Ibi etiam mercatus & negotiationes frequentiores & celebriores fieri cœperunt, quàm in Parochiis. Hinc factum esse ajunt, ut quemadmodum cantus, lectiones & alia Templi officia, etiam mercatus & negotiationes ementium & vendentium Missæ appellarentur.

34. Meuchelmörder.

Conductitii Sicarii, Arabicâ Linguâ Assassini, vulgò Meuchelmörder dicuntur.

De cujus vocis origine, vide disputationem meam *de homicidio. insertam dispp. ab Eberhardo Wildio impressis. thes. 12* & adde Dn. Goldast. *in replic. cap. 1.* Tuschum. *lit. A. concl. 531.* Cæl. Curion. *d. Saracen. fol. 210. &c.* Decian. *9. cap. 50. num. 1.*

Benjamin *in itinerario*, vocat eos, Hassissinos; & addit, quod nô sequantur doctrinam Ismaelitarum, sed cujusdam, quem Prophetam existimant: cujus dicto omnes parent, sive in mortem, sive in vitam. Hunc autem vocant Hheich al Hhassissin: estque Senator ipsorum, cujus Imperio egrediuntur, & ingrediuntur viri omnes montani. Est illius sedes in Karmos dicta urbe, quæ initium regionis quondam Sehon fuit: habet autem religionem inter se juxta doctrinam Senatoris sui. Suntque in omni loco terrori omnibus: eò quòd Reges etiam ipsos Serra occidant, &c,

De

De Assassinorum terra, v. latè Aulæ Turcicæ Histor am. *part.1.lib.5.folio 199.* Paulum Venetum, *1.orient.hist. cap. 28.* ubi eam radicitus jam extinctam dicit. Paul. Æmyl. *histor. Francorum lib. 5.* vide quoque Camerarium, *medit. hist. cap.30. & part. alteram, cap. 7.* & Girard. *hist. Gall. tom. 1. m.fol. 735. 778. &c.*

Hujusq; pœna est, ut ita delinqués, diffidatus sit in toto populo Christiano, & possit impunè à quovis privato, ubicunque reperitur, offendi. Mortis quoq; supplicium Assassinis irrogatur, non tantùm cùm delictum perfectum & consummatum est (quo casu gravius, quàm simplex homicidium punitur, rota sc. ignitis forcipibus, aut ut reus trahœ impositus, ad locũ supplicii trahatur, & in quatuor partes scindatur. Farinac. *quæst. 123. num 2.* Decian *lib. 9. cap.30 nu.31.*) sed etiam cùm effectus non est secutus, & tamen ad actum effectui proximum perventum fuerit, *hoc est*, per Assassinum non steterit, quo minus effectus sit secutus, *cap. 1. de homicid. in 6.* ubi Dd. communiter hoc notandum esse dicunt, Menoch. *cas 360. num. 39 & 43* Cl. *in §. Assaßinium. in princ.* Damhoud. *cap 83. nu 2.*

35. Meil.

Der Meilen seynd zweyerley / secundum Henning. Goden *consil. 12* qui sequentia habet, Cum ait: Die eine ist durchs Rechtaußgemessen worden/ also / daß Tausent Paß oder Schritt ein Meil sollen machen/ fünff Füß/ einen Paß/ vnd 15. Finger breit einen Fuß/ vnd daß dieser Meil 20. fur ein Tagreiß gerechnet/ auch Diæta Legalis & Milliarium Legale geheissen werden / cum vulgò sic sit determinatum.

Die ander Meil ist ein gemeine Meil oder Miliare vulgare genandt: diese würdt æstimirt / auß dem Gebrauch eines jeglichen Lands / da man der Meilen gebraucht. Derohalben/ so seynd auch diese Land Meilen/ vngleicher Länge/ vnd Massen. Also seynd in Westphalen vnd Schweitz/ längere Meilen / dann in Thüringen/ vnd andern guten Landen. add. Schæffer. *1. quæst. 24.*

Milliare, quod & Milliarium dicitur, teste Anton. Augustino *emendat. lib. 14.* Columna erat aurea, in capite Romani fori statuta, à quâ omnes Italiæ viæ initium & finem capiebant, ut colligitur ex verbis Plinii, *lib. 3. cap. 5* & Taciti, *annal. 17.* dicente isto Otho innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum, indè ad milliarium aureum sub ædes Saturnini pergit. Et illo scribente, Roma dividitur in Regiones quatuordecim compita earum ducentum sexaginta quinque passibus: ejusdem spacii mensura currente à milliario, in capite Romani Fori ad singulas portas. Et dictum est millia-

re, à mille passibus, Anton. August. *d.l.lib.4.* Quoniam verò Milliarium lapidibus distingui solebat, hinc Martianus dicebat: Senatores ultra centesimum ab urbe lapidem, non cogi tutelam exercere. *l. propter §. fin. ff. de excusat. tut.* & Imperator Valentinus & Valens rescripsêre: Milites sibi jubere paleas conjectare vicesimo non ampliùs lapide. *l. 1. de erog. Milit. annon.* Et in foro Capitolino visitur nunc restituta columna marmorea, habens pilam æneam suppositam ex Vaticano obelisco desumptam, dùm ab antiqua sua sede amoto, ante fores basilicæ Principis Apostolorum cura Sixti V. locaretur.

36. Mein.

Illud quod est commune mihi & alii, an dici possit meum vel non. Ita explicat Petr. de Bella Pertica. *q.236.* aut illud commune est universorum, ut Universitatis commune, isto in casu illud quod est commune, non est meum. *§. universitatis. Instit. de rer. divis.*

Aut illud est commune, ut singulorum, videlicet duorum vel plurium, & tunc illud quod commune, etiam meum est. per *l. illud. ff de rit. nupt.* impropriè tamen meum dicitur. ut *in l. pupillus. ff. de verbor. significat.*

37. Missethat/Mißhandlung.

Voces Missethat unnd Mißhandlung/ propriè denotare atrocissimum delictum, dicit Cothman. *in Academ. respons. 1. num. 198.*

In Facultate Iuridica Tubingensi inter Mißhandlung und Exceß/ würdt dises discrimen observirt ut illud verbum usurpetur in sententiis, si factum ab initio statim illicitum vñ unverantwortlich gewest. Exceß verò ponatur, si verbi gratia, ab initio justè quis se defendit, sed postea ex calore limites tutelæ inculpatæ non observavit.

38. Mißgewächs/oder böse Jahrgäng.

Sterilitas, secundum aliquos dicitur, quando semen projectum non est perceptum.

Covarruv. verò *var. quæst. cap. 30. num. 1.* tradit, sterilitatem dici posse, quando ex tribus partibus solitis duæ tantum colliguntur.

Alii vocabant sterilitatem, quando semen duplicatum non est recollectum, quæ opinio videtur æquior superiori, secundum Mozz. *de contract. tit. de locat. conduct. m. fol. 416. num. 12.* Sed magis est, ut hoc arbitrio judicis relinquatur. Menoch. *Arbitr. cas. 76.*

Quando autem & quibus in casibus

bus Colonus ob sterilitatem fructuum: pensionis relaxationem jure petere possit, vel non? vide Speckhan. *cent. 3. quæst. 22. class. 1.* ubi novem refert casus, in quibus cesset pensionis solutio. Vt sunt (1) Sturnorum, graculorum, pascerum, gruum, murium & locustarum insolita agmina & examina, frugibus valde noxia & infesta. (2) Vermiculatio. (3) Vredo. (4(Grandines, nives & pluviæ immoderatæ & insolitæ, segetes prosternentes, culmos frangentes, & grana excutientes, agros occupantes, & inundantes, semina & fruges eluentes & corrumpentes. (5) Inundationes, impetus & æstuationes fluminum & aquarum immoderatæ, insolitæ & ferè prodigiosæ. (6) Siccitas immoderata, & solis ardor insolitus. (7) Tempestas, labes & terræmotus. (8) Piratarum, prædonum, latronum & hostium incursus, quibus Colonus è fundo fit dejectus. (9) Herbæ viciosæ & noxiæ, ut lolium, avena & similes zizaniæ, quibus segetes variè corrumpi, suffocari, & quandoque transmutari solent. Fundamenta horum casuum traduntur ab Everh. Speckhan. *all. quæst. 6. passim.* & adde Pantschman. *vol. 1. quæst. 1. &c.*

39. Mit.

Dictio *Cum*, aggregationem importat, ac etiam conjunctionem. *l. fin.* & ibi Dd. C. *de impub. & aliis subst.* & conjungit æque principaliter, Dd. *in l. si ancillæ. de leg. 1.* & magis copulat, quam copula. Ruin. *consil. 190. n. 7. lib. 1.* Rimin. Iun *cons. 128. num. 39. & 40.* Nizol. *in allegat. 18. numer. 45.* Habetque significationem accessoriam, quando ipsa res solet esse accessoria ad aliam. *l. 1.* ubi Bart. *ff. de pecul. leg.* Et sic conjungit per modum accessorii, non autem per modum principalis dispositionis. Ideò dispositio de aliquo patronatu, vel jure cum sepulchro vel alio adjuncto, operatur, ut illud adjunctum semper sit accessorium: itaque si principalis dispositio est nulla, nullum etiam erit accessorium, per necessariam consequentiam. vide latè hac de dictione Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 258.*

Particula *Cum*, omnem gradus prærogativam tollit, & augmentativè posita videtur. Gothofred. Anton. *disput. feud. 6. thes. 5. lit. f.*

40. Mitgifft oder Ehegelt.

Quod Germanis est Ehesteur / Saxonis est Mitgifft oder Ehegelt / & Latinis dos.

41. Mit oder ohne Recht.

Præstans juris quæstio est, utrum via ordinariâ primitus intentata; id

id præjudicet viæ exequutivæ, pro eodem competenti? Quod communiter negant, & tradunt, ex quo actor viam judicii elegit, ad viam facti redire non posse. *l. d. pupillo. §. meminisse, d. op. nov. nunt.* Ant. Monterus. *decis. 22.* Etenim in judicio ordinario, ex ipsa litis contestatione, jus tam judici, quàm parti est quæsitum. Inde in eorum præjudicium, pars ipsa in agendi modo variare non potest. Aliud ergo est, si exequutivè procedatur, ubi litis pendentia non datur: sicque plures viæ exequutivæ competentes, simul vel successivè intentari possunt. Monterus. *decis. 23.*

An ob hanc Clausulam, **Mit oder ohne Recht** / obligationi insertam, mandatum sine Clausula in Camera possit decerni? v. Schwanman. *in observ. Camer. obs. 131.* & Hering. *de fidejuss. cap. 25. n. 115. &c.*

42. Mittel Obrigkeit.

Mixtum imperium, **oder Mittel Obrigkeit** dicitur, cui etiam Iurisdictio inest. *l. 3. ff. de jurisdict.* Aliquando autem Iurisdictioni inest, interdum cohæret. Inest tunc, cùm Imperii jus in negotio principaliter exercetur: veluti cum Prætor in integrum restituit, *l. ea quæ. §. magistratib. ff. ad municip.* vel cum Iudices litigatoribus dat. *l. 1. ff. de Iurisd.* vel si bonorum possessionem assignet. *l. imperium ff. eod.* vel si jubeat cavere ex causa damni infecti. *l. jubere. ff. de jurisd.* Mixtum vero imperium tunc cohæret Iurisdictioni, cum liti principaliter motæ subservit: exercetur enim tunc non propter se, sed causâ illius Iurisdictionis explicandæ, atque ad finem optatum perducendæ *l. 1. §. ult. ff. de off. ejus.* Siquidem mixtum hoc imperium, illi Iurisdictioni ita cohæret, ut illâ mandatâ transeat, quoniam sine eo Iurisdictio facilè eludi posset. *l. ult. ff. de off. ejus. c. ex literis. de off. deleg.*

Potissima autem hujus imperii vis in decernendo, persequendo, jubendoque consistit. *l. jubere. 4. ff. de Iurisd. l. 1. & 2. ff. ex quib. caus. in possess. l. 4. §. fin. ff. de off. ejus.*

Et dicitur mixtum Imperium, quia capit aliquid de mero Imperio, videlicet quod nobili officio Iudicis expeditur: & aliquid de Iurisdictione in specie, dum privatam utilitatem respicit. Schneidewin. *de feud. part. 2. num. 78.* ubi *num. seqq.* Sex gradus mixti Imperii tradit.

Mixtum imperium solummodo competit illis, quibus competit merum imperium, & non aliis. Bart. *ad L. Imperium. num. 16. ff. de Iurisdict.* Cum enim sit potestas cognoscendi, definiendi & exequendi, in persecutionibus civilibus, quæ absque imperio expediri nequeunt, Bolognet. *ad L. Imperium. num. 92.* Ideò competit omnibus, quibus conceditur merum imperium. Hinc duæ eliciuntur regulæ.

gulæ. Vna est, quod mixtum imperium solis majoribus magistratibus, merum imperium habentibus, competat. Altera, quod quibus non conceditur merum imperium, his neque mixtum competere possit. Bolognet. *ad l Imperium. nu.93.* Caccialup. *ibid. num. 51.* Sapia *num. 43.* qui dicit: merum & mixtum imperium, non differre substantiâ. Idemq; docuit Zasius. *in ejusd. l. reperit. n.25. & seq.* ubi affirmat, mixtum imperium, magnum & mediocre, majoribus tantum Magistratibus, ut sunt Præsides, non minoribus competere: quodque minoribus demandare non potuissent, nisi propter multas occupationes. Mixtum verò imperium magnum, plenam quidem causæ cognitionem excipit, in nobili tamen officio consistit, & vel realem, vel personalem coercitionem continet. Zasius. *d. loc. num. 25.*

Ad mixtum autem Imperium, quæ pertineant caussæ? vid. *cons. 3.* (quod est Dradelii Ic Augustani) *inter consil. illustria* à me publicata. *cap. 2.*

Sed hæc omnia moribus nostris hanc habent variationem: cùm secundum eas tantum duæ sint species Iurisdictionis, Hohe vnd Nidere Obrigkeit. Ego *de Magistratibus. fol. 185. & de Iurid. c. 21. & seq.*



43. Mit rechtlicher Außübung.

Quis sit sensus & intellectus horum verborum, vide Dn. Martin. Mager. *de advocat. armat. cap. 12. n. 86. & seqq. & n. 154. & seqq.*

44. Cl. Mit rechtem wissen / vnd auß völliger Macht.

Harum Clausularum tanta vis & potestas est, ut non solùm iis in casibus, quibus Princeps eas adhibet, nihil opponi possit, quod gratiam & beneficium Principis restringat, Baldus, *in proem. decretal. col. 4.* Sed nec Principi quidem dici queat, cur ita facis? Quin etiam, contra illud, quod Princeps facit ex certa scientia, nemo penitùs sit audiendus, sed quilibet id in dubium revocare præsumens, omninò & quidem perpetuo indicto silentio sit repellendus. vide omninò Iacob. Thoming. *vol. 1. consil. 5. num. 92. & multu seqq.*

45. Mit vnd zugleich.

Dictio *unà*, est Adverbium congregandi, & importat idem, quod dictio *simul.* Cujus natura est, congregare prædicatum, cum suo subjecto. *l. ult. C. d. impub. & al. substit.* Bart. *consil. 4. num. 4.* & requirere concursum omnium eorum, quæ

conjungenda. Bart. *in l. si heredi plures. ff. de condit. Instit. & ad l. si quis legaverit. 124. ff. de leg. 1.* Iacob. Thoming. *consil 26. num. 100.* Bald. *in l. un. §. ubi autem. num. 4. C. de caduc. tollend.* ubi dicit, informitatem esse vitandam in uniformiter copulatis. *per l. nam hoc jure. de vulg. & pupill. subst.* Hartm. Pistor. *libr. 2. quaest.. 21. num. 26.*

Major efficacia est dictionis *Cum*, quàm Copulæ *Et*: arctioremque inducit conjunctionem. *l. si cui s. ff. de instr. & instrum. leg. l. Iulius. 81.* ubi Dd *ff. de condit & demonstr.* Bart. *in l. qui vicinum. § cui dulcia. ff. de trit. vin. & ol. leg. num. 2* Thoming. *consil. 7. num. 82.* & ex diversis unum facit. Ruin. *consil. 164. num. 14. volum. 5.* Herm. Vultej *inter consil. Marp. vol. 3. consil. 30. num 55.*

46. Cl. Mit Protestation vnd Vorbedingung / daß er hierdurch Beclagten nicht schmählich gemeint / oder an seinen Ehren verletzet: Sondern allein solches zu Außführ- vnd Bescheinung seiner Billichkeit / wolle erwehnet oder eingebracht haben.

Cùm sæpiùs contingat, ùt ad recensendum factum, utendum sit verbis prima fronte contumeliam indicantibus, ad rem pertinere videtur, ut actor protestetur, se non convitii, nec injuriãdi causa, sed secundum jus suum, & rei veritatem omnia dictutum in libello & articulis. Quo in casu actor injuriarum non tenetur. Non enim injuriam facit, qui suo jure utitur. *l. illud in princ. ff. de pet. hered. l. injuriar §. is qui. ff de injur.*

Si verò actor vel reus, objiciat aliquid contumeliosum vel injuriosum adversario, quod non verum, nec probabile est, actioni injuriarum erit locus. *per l. si non es. l. siquidem aviam. C. de injur* Calumniosa enim excusatio, non tollit injuriam. ut *in cap. 1. de præsumpt.* Nec protestatio hæcce tanquàm contraria facto, ipsi proderit. vide disputationem meam, *de injuriis, 1. th 13. &c.* quæ est inter dispp. Tubingenses, *vol. 2.* Ac de injuria in judicio exprobrata, & num ante finitã causam principalem, eo nomine actio institui queat? v. Meichsner. *1. decis. 4.* Sic Testi crimen objicere licet, si rumore gravetur. Kuicke, *in adnot. ad consil. Gravett. 9.*

Sicque hæc protestatio locum habet in factis, vel dictis, quæ non necessariò injuriam important; sed ambigua sunt, & utrumq; sensum habere possunt. Ac item in talibus, si appareat calumnia, protestatio ejusmodi non salvat.

47. Cl. Mit Verpfändung aller meiner Haab vnd Güter / rc.

Clausula oppignorationis bonorum,

rum, ideò necessario apponitur Instrumento obligationis, præsertim mutui, ut res afficiatur onere reali, cujus ratione, ingressus fundi, ex pacto contrahentium deinceps subsecutus, tribuit ingresso jus reale, & sic possessionem cum lucro fructuum; cùm absque hâc hypothecatione, ingressus ex vi conventionis aut statuti non acquirat possessionem, sed jus tantum personale, & nudam fundi occupati tenutam. Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 12.* latè.

48. Cl. Mit Vorbehalt: eines jeden Rechtens.

Clausula illa, *salvo jure aliorum quorumcunq;, vel quibuscunq;, &c.* confirmationi annexa, perexigui vel planè nullius est momenti, arg. *l. 1. §. 10. §. si quis. 16. ff. ne quid in loc. publ.* Zas. *part. 6. num. 25. & seqq.* vide Rosenthal. *de feud. cap. 6. concl. 61. num. 6. & 7. gl. F. & H & concl. 70.* Schrader. *part. 6. cap 3. num. 38.*

49. Cl. Mit Vorbehalt vnd Bedingung / sich zu keiner vberflüssigen Beweisung zuverstricken: Sondern allein das jenig zubescheinen vnd außzuführen / das zu Erhaltung seiner verhofften Gerechtigkeit vnd Siegs / Clägern dienlich vnd vorständig.

Clausula, *non astringens se ad probandum non necessaria, sed ad ea tantum, quæ sufficiunt ad Victoriam causæ obtinendam*: eò pertinet, ut actor non teneatur omnia probare (contra Baldum, *in l. non ideò. 5. C. de liber. causa.* qui dicit, hanc protestationem nihil prodesse: cùm necessitas probandi actori à jure sit imposita. *l. actor. C. de probat.*) quæ in libello proponuntur: cùm aliàs ad omnia probanda teneatur, si hanc Clausulam omiserit. Canonistæ *in cap. dilecti. de dolo & contum.* Bart. *in l. Divus. ff. de re judic.* Iason. *in §. omnium. num. 161. Inst. de action.* Paul. de Castro. *in l. habebat. 13. in fin. ff. de instit. act.* Iohan. Schneidevvein. *ad d. §. omnium. num. 121.* Haersolte. *de actionib. in prolegom. num. 82.*

Cæterùm in his, quæ juris necessitate ad probationem requiruntur, nihil prodest hæc Protestatio, sed solùm in adventitiis: hoc est, quæ si non probentur, actio nihilominùs locum habere possit. vid. Bart. *in l. denunciâsse. § quid tamen. ff. ad L. Iul. de adult. & in l. non solùm. § sed ut probari. ff. de nov. oper. nunc.*

50 Cl. Mit Vorbehalt vnd Bewilligung deß Lehenherrn.

Vasallus absque consensu Domini alienans feudum, inserens tamen Instrumento venditionis hanc Clausulam, *salvo & reservato consensu Domini,*

n:, mit Vorbehalt vnd Bewilligung deß Herrn/ an feudo, non obstante apposita Clausula, sit privandus? Ad hujus Quæstionis elucidationem & decisionem, benè sic distingui solet. Aut Vasallus tradit possessionem aut non. Primo casu, Vasallus alienans feudum, qui tamen non tradit corporalem possessionem, feudum non perdit, propter adjecta verba *salvo & reservato consensu Domini*. Andr. *in cap. imper. §. Scriba. num. 23. vers. quid si dixit. & in §. callidis. num. 21. de prohib. feud. alien. per Frider.* ubi dicit, traditionem causare feudi amissionem. Ergò à contrario sensu, dùm non verè & realiter feudum alienat, ejus proprietatem Vasallus non amittit. Consentit Bald. *in cap. 1. §. donare. qualiter olim pot. feud. alien. & in verb. bellariæ. tit. de Pace Constant.* Curtius *in 4. part. quæst. 21. nu. 122.*

Secundo verò casu, quando Vasallus vendit & transfert corporalem possessionem in emptorem, licet apponat Clausulam, *salvo & reservato Domini assensu*; tamen dicendum est, feudum amitti, ex quo transtulit possessionem in alium. Bald. *in cap. 1. §. 1. col. fin qua fuit prima causa, ben. am.* Curt. *in 4 part. quæst. 21. num. 212.* Felin. *in c. quæ Ecclesiar. de constit.* Quia etiam alienando & possessionem in alium transferendo, fecit, quicquid potuit in contemptum Domini. Vndè non excusatur, quando dixerit, *salvo consensu Domini*. Nam in re facta, non prosunt artes verborum. Br. *in l. si quis extraneus. ff. de acquir. hered* Et protestatio actui contraria non relevat, nec prodest. *l. non solum. §. morte ff. de nov. oper. nunc.* & hæc Clausula, tanquàm non apposita meritò censetur, itaque nullum operari potest effectum.

Facta oppignoratione feudi, per Vasallum suo Creditori, cum consensu Domini, da der Lehenherr die Gunst darüber geben hat / si posteà feudum revertatur ad Dominum, da dem Lehenherr das Lehen widerumb heimfält: an tunc Dominus de bonis feudalibus teneatur propter consensum præstitum, solvere æs alienum, quæritur? vide Schneidevvein. *in tract. feud. part. 4. n. 44.* ubi *nu. 46.* decidit, quod talis consensus prosit Creditori, & æquè hoc in casu ac in alienatione factâ, adhibito tamen cõsensu Domini, ipsi Domino præjudicetur. *cap. 1. § si verò de feud. al. & c Imperialem. de proh. feud. al. per Fr. § profectò. quid iur. si post. al. feud & cap. 1. §. si verò. de feud. al.* Nam per consensum Domini illa obligatio confirmatur, ac si ipsemet Dominus oppignorâsset. per text. *in l. obvenire ff. de V. O.* Vndè non potest venire contra factum proprium. Hartm. Pistor *q. 45. num. 14. & seqq.* Fachin. *lib. 7. controv. cap. 56.*

Hæc conclusio tamen secundum eundem Schneidevvein. *d. loc. nu. 47.* notabiliter limitatur non procedere, quan-

quandò Dominus consensit oppignorationi, adjectâ illâ Clausula, *salvo suo jure feudali:* nam tunc si feudū revertatur ad Dominum, non tenebitur Dominus de eo solvere debita V sall. arg. l. *si debitor.* §. *1. ff. quib mod. pig. solv.* Et ita de consuetudine observatur teste Zasio. Sint itaque Domini cauti, qui consentiunt obligationi feudi, ut illam Clausulam, *salvo jure nostro feudali* apponant, wie dann in den Gunst-Brieffen gemeiniglich diese Wort angehängt und beygeruckt werden: Geben darzu unser Gunst und Verwilligung / doch unser Lands-Fürstl. Obrigkeit / Regalien / Ritterdiensten / Lehens / auch andern Gerechtigkeiten / die wir auff solchen Gütern hergebracht / ohne Schaden / sondern thun uns hiemit dieselben vorbehalten. vide omninò Afflict. *in* §. *quid ergò. num. 5. de invest. de re al.*

51. Monat.

Menses anni divisionem constituunt, sicut noctes dies.

Mensis quot dierum intelligatur, vide Rauchbar. *lib. 2. quæst. 24.* Et secundum Thomam de Marinis, *tr. de gen erib. & qualitate feudor. tit. 2. fol. m. 165 num 57.* duæ allegantur Glossæ, una Iohannis Andreæ, *in c. si propter. de rescrip. in 6.* alia *in c quam sit periculosum de elect. in 6.* quæ volunt, mensem intelligi tot esse dierum, quot mensis habet, in quo principium habet mensis emergens: ut si die sextâ Februarii, qui dies viginti octo habet, nisi bissexti tempore, quo tunc habet viginti novem, *l. cùm bissextus ff. de V. S.* incipit emergens (quid sit annus emergens, dixi *in verb.* Jar /) finietur die sexta Martii. Hanc opinionem sequuntur communiter Dd. *in l. de divisione ff solut. matrim.* Iohan Andreæ author glossa, *super 6 Decret. c. quam sit. 6 verbo, mensem, d. elect.* Bart. *in l. cum bissextus 98. num. 1 ff. d V S* idem, *in l. 2. num. ult. C. de temp appell* Bald. *in l. 1. num. 5. ff. si quis caut jud. sist* idem *in l. de divisione. 5 num 1. ff solut. matrim.* & *in l. 1. in princ. C. de temp appell.* Angel. *in rep. l. scimus 22. nu. 6. C. de jur. delib. in lectura Florentina.* Alex. *in d l. de divisione num 4 ff. sol. matr.* & *consil. 114 num 6. vers secundo. vol. 5.* Socin. *de fallent. reg 260.* Rochus de Curte, *de jur patron verb. honorificum. num. 85.* Alciat. *ad l. cùm bissextus. 98. de V. S.* Wurmser. *observ. pract. tit. 50. obs 5. num 1.* Menoch. *de arb. jud. cas. 50. num. 21* Thom. de Marin. *tract. de generib. & qualitat. feud. tit. 2. sect. 2 num 57.* Alb. Gentil. *tract de divers. temp. appell cap. 4.* Schwanman. *in proc Cameral. lib. 1. cap. 27. num. 1.* Tusch. *pract. conclus. lit M. concl. 197. n ult.* Thom. Sanchez. *tract. de matrim. lib. 2. disp. 24 nu 15.* Sigismund. Scaccia. *tractat de judic. lib. 2 cap 3. num 359.* Oldendorp *de except. tit. de usucap. fol. m. 459. verb.*

Mensis. Decius verò, *in l. ubi lex. ff. de Reg. Iur.* concludit, quòd si mensis simpliciter proferatur, intelligatur de duodecima parte anni, quæ pro 30. diebus declaratur, & sic de triginta diebus, per text. *in l. fin. in pr. & §. 1. C. de jur. delib. l. ubi lex.* ibi: ubi lex duorum mensium facit mentionem, qui sexagesimo primo die venerit, audiendus est. Hic tamen ex benignitate adjungitur unus dies, quod intelligendum est in causa favorabili. Cagnolus. *ad d. l. ubi. num 1.* Appellatione itaq; mensis, simpliciter & absolutè prolati, intelligitur de 30. diebus. *c. illicita. 24. quæst 3.* nisi de aliquo mense in specie, & in individuo fuerit facta mentio: quia tunc secundum numerum dierum illius mensis, determinamus mensem. Imol. & Alex. *in l. de divisione ff. solut matrim.* Socin. *consil. 99. vol. 3.*

Menses alii sunt Lunares, alii Solares. Lunaris Mensis vocatur spacium, quod ab uno Lunæ coitu cum Sole usque ad alterum intercedit: qui triplex est; unus enim dicitur Mensis peragrationis, alius consecutionis, tertius illuminationis. Mensis peragrationis, est tempus, in quo Luna integram unam circuitionem complet ab aliquo puncto, donec revertatur ad idem punctum, estque dierum 27. horarum 8. in tertiæ partis horæ. Conjunctionis sive consecutionis mensis appellatus, tantum temporis complectitur, [illegible] Luna obe[illegible]und[illegible] ab un[illegible] conjunctione ad aliam insum[illegible], id est, quandò Luna cum Sole c[illegible]jens lustrato suo cursu, Solem iterum consequitur; Estque dierum [illegible] & horarum 12. cum minutis 44. [illegible] aliqu[illegible] secundis. Mensis illum[illegible]onis vocatur, quo Luna Lumen [illegible]ras demittens, nobis est cor[illegible], nec[illegible]ùm, ut dicitur, com[illegible]bu[illegible] splendore Sol[illegible] opacata: quo[illegible]pus dierum 26. & hor[illegible] in 6. est, [illegible] Hæc Arum[illegible], *lib. 2. dec[illegible] Coron. num. 24.*

Mensis autem solaris est, quem Galenus plenum vocat, constatque ex diebus triginta. Augen. *cap. 5. lib. 1. de hom part.*

Græcis Luna *μήνη*, indè illorum *μῆνες*, atque ab eo Latinis menses dicti fuerunt, Varro, *lib. 5. d. ling. latin.* quia nimirùm ex Lunæ motu Menses definirentur. Consideratur autem motus Lunæ, vel per se tantùm, vel habito respectu ad Solem: undè duplex Astronomis Mensis, Periodicus & Synodicus; quorum ille (spacium temporis, quo linea motus Lunæ à circulo latitudinis immobiliter ad certum Eclipticæ punctum affixo digressu, reditu peracto, ad eundem revertitur, cont[illegible]en[illegible] diebus viginti septem, hor[illegible] sep[illegible]m, ac scrupulis præterea nonnullis men[illegible]sura æquabili constat, cu[illegible]s, præterquàm Astronomis & Medicis perrarus est usus. Synodi[illegible] Menses,

qui

qui digressu & reditu Lunæ ad Solem definiuntur, propter inæqualitatem motus utriusque syderis, haut parum inæquales & ipsi evadunt. Nam Sole perigæo, Luna verò apogæa existente, fit mensis triginta ferè solidorum dierum; vicissim cùm Sol apogæus, Luna perigæa, ultra vigesimum nonum diem, non integras septem horas Mensis continet. Media autem ut fieri assolet, ratione initâ, determinatur tempus Mensis synodici æquale diebus viginti novem, horis duodecim, ac tribus quàm proximè horæ unius quadrantibus, tradente Ioh. Kepplero *libr. 6 Astronom. Copernic. part. 4. pag. 789. & seq.*

Et hi Menses antiquitùs eatenùs ad usum communem traducti sunt, assumpto videlicet numero integro, qui proximè ad illum minutiis horarum & scrupulorum fractum accederet, dierum nimirum triginta solidorum: iique menses, quibus præter & ante Romanos, Græci etiam, aliæque gentes utebantur, Politici, Civiles, item populares dicti fuère, quod in ordinationibus politicis, ac negotiis Civilibus observarentur. Verùm cùm ex mensibus ejusmodi duodecim, conficeretur annus dierum non amplius trecentorum & sexaginta, qui ab anno Solari deficit diebus quinque integris, cum quartâ unius diei parte, proindeque exacto non multorum annorum curriculo intercalari, Menses novos, qui Mercedonii dicebantur, necesse esset, quod confusioni alii post aliam causam dedit Pontificibus, ad quos illa cura pertinebat, eâ in re non bonâ sive fide sive diligentiâ versantibus, quorum vitio per intercalandi licentiam fasti adeò turbati fuère, ut neque Messium Feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competerent: tandem Iulius Cæsar, occupata Republicâ, ad ordinationem ejus conversus, annum ad Solis cursum accommodavit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset, & intercalario Mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur, Plutarch. & Sueton. *in vita Cæsaris.* Macrob. *lib. 1. Saturn. cap. 14.*

Sic autem in anno Iuliano dies 365. in menses duodecim distributi postea fuere, ut, initio facto à Martio, seu prioribus, in quorum medio Sol tardissimus incedit 184. reliquis subsequentibus 181. tantum assignarentur, atque ita aliis 31. aliis 30. Soli Februario, ceu ultimo, reliquis 28. tantum obtingerent.

Hac ergò ratione anno Solari in Civilem modum & Menses descripto, menses ii deinceps loco priorum (qui omnes erant τριακονθήμεροι) Politici & populares facti sunt: Ioseph. Scaliger. *lib. 3. Canon. Chronolog. 1. Isagog. in explicatione definitionis; cap. 1. libri 1.* Keppler *d. lib. 6. part. 1. in fin. pag. 725.* Et hujuscemodi quidem mensibus etiamnum hodie utimur.

In l. lecta. 40. ff de reb. credit. Vbi, etsi usura, quæ menstrua mox dicitur, sive ejus loco pœna expresse in dies triginta promissa fuerit, certum tamen est, accipiendum fuisse potiùs de Mensibus, quales Kalendaria exhiberent: id est, uno plerunque die tricesimum excedétibus. Nam in Kalendas, veteres fœnerari solitos, haut obscurum est, ut pluribus docuit Hieron. Grosslotius *ad d. l. lecta. numer. 11. & seqq.* Barnab. Brisson. *in Lexic. Iurid. verb. Calendarium*: quod ipsum hujus rei indicium est satis evidens. Hinc Ovidius *lib. 2. de art.*

Qui Puteal, Ianumq́, timent, celeresq́, Calendas,
Torqueat hunc æris, mutua summa sui.

Vbi celeres Kalendas vocat, quod voto & desidetio debitorum celerius redeant, & usurarum incrementum afferant. Nec aliter ratio usuræ centesimæ constare poterit, quàm duodenos nummos annuos parere, id est, menstruos singulos; Hermolaus primùm Barbarus, mox Budæus, tùm alii, detecto Accursii, ignorantiâ antiquitatis lapsi, errore, clariùs evicerunt, quàm ut dubitari de eo amplius queat; positis ergò mensibus omnibus, dierum non amplius tricenorum, necesse foret, vel in ... communi sextam, in bisexto autem quintam unius nummi partem supra duodenos adjicere, vel ipsum annum diebus trecentis sexaginta tantum finire: contra Iuris publici formam, nec non reluctantibus Iuliano & Paulo, anno ubique dies non pauciores trecentis sexaginta quinque tribuentibus, *l. ita vulneratus 51. ff ad L. Aquil. l. cum heres. 4. § stichus. ff. de statu lib. l. anniculus. 134. ff. d. V. S.*

Et verò cùm, dicente Menandro, om... tempore fiant & judicentur; ideoque Annorum, Mensium & dierum distribuendorum cura in omni Republ. non postremum locum obtinere debeat, quid opus erat fastos correxisse, si ejus rei nullus usus in negotiis Civilibus futurus esset.

52. Morgengab.

Vocabulum *Morganatica*, quod Longobardorum est, invenitur *in titul. 29. lib. 2. feud de filiis nat. ex matrimon. ad Morganat.* Morganatica autem inter FF. quid sit, non omnino convenit. Quidam enim Morganaticam dicunt id, quod per mortem viri capitur. Andr. de Isern. Martin. Laudens. *d t. 29.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. verb & unus ex dictis Vasallis. num. 1.* Rectius tamen Morganatica appellatur munus, quod apud Longobardos sponsus die nuptiarum ... salutans, ei coram ... quis & amicis ante nuptiale ... um donabat. Vt ita Morganatica sit idem, quasi Mor... naab. Morgengab/ secundum textum Iuris S... *lib. 1. artic. 20. in pr.* gl. in Lehenrecht. *cap 31. num. 3*

numer. 3. verf. Morgengabe. gloff. in Weichbild. *art. 22 in pr. verf.* die andere/ rc. ist eine solche Gab/ die ein jeglich Mann von Ritters Art seinem Weibe gibet/ deß Morgens/ als wann er mit jhr zu Tische gehet: Dise Morgengabe mag auch der Mann seinem Weibe geben wann er will. Et dictio *Morgengabica* est composita ex Idiomate Germanorum, Morgen/ quod mane sive matutinum sonat, & Gab/ quod donum significat. v. Hartm. Pistor. *libr. 1. quæst. 44. num. 1. & seqq.* Morgengabicum igitur quasi donum matutinum interpretari licebit, quo donatio propter nuptias significatur. De Iure Civili vocatur sponsalitia largitas, *tit. C. de donat. ante nupt. Novell. 119.* De Iure Canonico Dotalitium. *c. plerunque: de donat. inter vir. & ux.*

Nostris moribus Morgengab/ differt à dotalitio, vom widumb/ & sumitur pro pretio virginitatis, so der sponsus nach beschlaaner Deckin der sponsæ gibt/ an Gelt/ Kettin/ oder Kleinott.

Sponsalitia largitas quibus in rebus consistat, vel was zur Morgengab gehöre. vid. Georg. Rotschitz. *in tra.* Von Witaifft/ Gerade/ rc. Morgengabe/ rc. *art. 17 per tot.* Moller *lib. 2. semestr. cap. 43.* ubi quæritur: Viduæ nobi i Iure Saxonico an debeantur zur Morgengab equæ, quas paterfamilias in casu necessitatis semel atque iterum currui aut aratro junxit cùm aliàs iis uti non soleret?

Vxor ante maritum decedens, an transmittat ad proximam cognatam ea, quæ sponsus primo nuptiarum die ipsi dono dare solet, Morgengab nempè. vid. Hartm. Pistor. *lib. 1 quæst 44.*

Matrimonia autem ad morganaticam contracta videntur; quando ea conditione quis uxorem ducit, daß seine Kinder nicht an jhme erben/ sondern sich mit einem gewissen abfertigen zulassen schuldig sein sollen.

Quod sæpè fit in favorem, vel liberorum prioris matrimonii, vel agnatorum. Si præsertim quis ducat nobilitate sibi non parem. vid. me *de success. & Elect. 1. c. 9. n. 11.* & add. Kizel. *d. matrim. c. 9. thes. 6.*

53. Mordtbrenner.

Qui incendit in Civitate ædes alterius malitiosè, dolosè, datâ operâ, & prædæ insuper causa, pœna talionis & flammis ultricibus puniendus est, arg. *l. 9 ff de incend. ruin. naufrag. & l. 28. §. incendiarii. 12. in fin. ff de pœn.* Constit. Imp. Caroli V. *art. 125.* Die Boßhafftige vberwundene Brenner/ sollen mit dem Fewr vom Leben zum Todt gestrafft werden. Consentit Constitut. Aug. Elect *17 part. 4.* Quæ pœna hodie in Imperio Romano-Germanico adhuc observatur. vid. tamen Böckel. *disquisition. 6. num. 33.*

mer. 33. adde Dn. Bocer. *tract. de incendiar. num. 66. &c.*

54. Mußtheil.

Mußtheil (hoc est Cibaria) begreifft alle Speise / die da vberbleibt nach dem Dreyssigsten / in jeglichem Hof deß Mannes / ita videtur definire text. jur. Sax. *lib. 1. art. 22.* §. nach diesem muß die Frawe. Alio modo definit gl. Jm Landrecht. *lib 1. art. 24. in verb.* Genäste. *vers.* dann Mußtheil ist. Vbi dicit: Mußtheil ist allerley Speise / welche ein Mann zu seiner Notturfft in Vorrhat geschlagen vnd geschafft hat: vnd solch Mußtheil nimmet das Weib nach jhres Mannes Tod / von dem Dreyssigsten halb / vnd die ander Helffte bleibt den Erben. vide Rotschitz. *tract.* von Mitgifft / gerade / Mußtheil. rc. *art. 18.*

Cibaria, in quibus rebus consistant, vel was zum Mußtheil nach Landrecht gehöre. vide eundem Rotschitz. *dict. loc. art. 19. per tot.* Was darzu gehöre nach Lehenrecht / tradit idem, *art. 20. per tot.*

Viduæ nobili jure Saxonico deberi, zur Mußtheil / dimidium etiam illius frumenti, quod repositum habuit, ut venderet, maritus: venditum autem ipso vivo non fuit, ut tradit Moller. *libr. 3. semestr. cap. 24.* quem vide, *per tot.*

*

55. Mutterkirch.

Matrix, Ecclesia Cathedralis. Etiam urbes sic dicuntur, quæ à Græcis appellantur μητροπόλεις, mater urbs, ex quibus multæ aliæ urbes natæ & ductæ sunt, vide Robbig. *lib. 8. artic. cap. 15* & me, *de jure universit. f. 231.* Sic Ecclesia Cathedralis, ex quâ aliæ dependent.

Sic apud Tranquillum, *matricem arborem* intelligimus, ex quâ stolonum repullulat soboles multa. Die Hauptkirche / da der Pfarrer wohnet / würde genent Mater oder Matrix, da aber kein Pfarrer wohnet / oder welche Kirche eingepfarret ist / die heißt Filia, daß sie sich nach der Pfarrkirchen richten sol / wie die Tochter nach der Mutter. Scheræus, in der Geistlichen Spraach-Schul. *m. fol. 35.*

Quod autem, ubi quæritur de reformatione, nil faciat jus Ecclesiæ matricis, jam dixi *supra. fol. 286.*

56. Mühlen.

De molendinis, vide omninò Hering. *in tr. sing.* copioso, & eleganti, Tuschum. *lit. M.* & me, *de jure rer. fol. 11.*

Molendina multi hodiè ad territorii Superioritatem referunt (v. omninò Hering. *de molend. quæst. 9.*) quod ex eo originem habet: quia in publico flumine navigabili non licet ædificare sine licentia Principis, aut regalia

galia eb loci habentis. *l. quò minùs.* ubi Dd. communiter. *ff. de fluminib.* Rosenthal. *de feud. cap 5. conclus. 28. num. 5. 6. & 7.* ubi & hanc ejus rationem esse indicat, quod flumina ipsa sunt regalia. *per cap. 1. quæ sint regal.* vide Gœddæum, *de restitut. Baron. Vallendar. num. 318.*

Molitores, an ad honores admittendi. vide Hering. *h. quæst. 1. num. 5. & seqq.*

57. Münch.

Monachus, unicus, solitarius, qui extra mundi societatem vivit: Ac, ut Clericus Laico; ita Monachus Cosmico opponi solet. Primitùs autem Monachis regulam præscripsit S. Benedictus, & Canonicis S. Augustinus. v *Lex. Philolog.* Martin. *v. Monachus.*

Cœpit Monachatus, quandò olim cœperunt aliqui, solitariam vitam agere, qui posteà in congregationem se collegerunt, à consortio hominum separatam, nunquàm tamen potuerunt Iudicem Ordinarium super se constituere, licet eorum Abbas semper habuerit potestatem in eos, quoad Regulæ observantiam. Vndè antiquitùs omnes Religiosi, etiam, qui modò sunt exempti, subdebantur non minùs, quàm alii Clerici Episcopis, qui erant veluti Generales in suis Diœcesibus.

Duplex plerunque constitui solet vita Religiosorum, Cœnobitica scilicet & Eremitica. Et Cœnobitarum quidem scopus est, omnes suas mortificare & crucifigere voluntates, ac secundum Evangelicæ perfectionis salutare mandatum nihil de crastino cogitare. Finis verò Eremitarum est, exutam mentem à cunctis habere terrenis, eamque (quantum humana imbecillitas sinit) unire cum Deo. Georg. Barnefeld. *in elucid. Sacris: in annot. cap. 2. fol. 129.*

In Martyrologio Romano, aliisque sacris monumentis sex præcipue notantur differentiæ hominum Religiosorum.

Quidam etenim appellantur Abbates, nomine vel Hebraico, vel Syriaco, *id est*, Patres. Idque triplici respectu, aut officii, aut ætatis, aut conditionis.

Qui Patribus suberant, Monachi dicebantur aut Cœnobitæ. Quamvis Monachi nomen etiam in Eremitas quandoque transferatur. Nam juxta Græcam significationem, Μόναχος idem est cum illo, qui solus agit, solitariè vivit. Μόνος equidem solus seu unicus interpretatur. Indè *μονάζω, id est*, solus dego. Et Μοναστήριον, *id est*, solitudo.

Sequuntur Solitarii, qui apud Græcos Eremitæ vel Anachoretæ audiebant. Nam ἀναχωρέω idem est, quod digredior. Hinc ἀναχώρημα, sive ἀναχώρησις, *id est*, secessus: & ἀναχωρητής, qui in solitudinem commigrat.

Dicen-

Dicendum etiam erit de Inclusis seu Reclusis: qui Germanis Klausner vocantur, eorumq; Domicilia Klausen dicuntur. Has porrò appellationes Germani inferiores magis emolliunt, & multò suavius enunciant, ein Klusner/ die Kluß. Hi plerunque in cellis, turribus, in domibus paternis, imò in sepulcuris habitabant.

Posterioribus verò temporibus etiam per Episcopos aut Abbates recludebantur cum aliqua solennitate. Stylitæ prætereundi non sunt. Hi in columnis suam stationem habebant. Nam Στύλος sive ςύλη columna est. Indè ςυλίτης, qui in columna consistit.

Huc etiam referri possunt Peregrini, qui non in loco se adstrinxerunt, sed varias obierunt regiones. vide Barnefeld. *d. loc. cap. 3. fol. 133. & seqq.*

Qui idem *cap. 4.* de vario solitariorum tractu & statu, ut & *cap. 5.* agit, quânam discretione legendæ sint vitæ Eremitarum.

De Disciplina Monastica, S. Bonifacii vide, Bruer. *antiquit. Fuldens. fol. 13. 28. &c.*

58. Mundbar / Mundburt / Mündlein / Mundherr/Mundman/ꝛc.

Ius Clientare vulgari etiam nomine vocatur Mundburt/ quæ vox significat freyen Schutz vnd Schirm/ *hoc est*, Advocatiam, defensionem, tuitionem, clientelam.

In Legibus Longobardicis sæpè occurrit *Mundii* vox, & plerunque significat tutelam. Vndè & Mundwaltos dixêre Tutores, ab administrando Dominio, quos nos hodiè Vormunder/quasi præfectos Dominio vocamus. Item Mündlein / Vnmündig/Mundbare antiquum Francicum verbum pro eo, der keinen Vogt hat / qui caret Tutore, & qui se propter ætatem defendere haut valens, Tutoris Potestati subjectus est. vide omninò Dn. Mager. *de advocat. armat. cap. 2. num. 245. & seqq.* adde Dracon. *de origine & jure patricior. cap. 6. pag. 185. & seq.* & me, *de fæderib. fol. 56.*

59. Münster

Ferè ita vocantur Ecclesiæ Episcopales, ut Argentinæ, Spiræ, &c. interdùm etiam hoc nomine insigniuntur κατ' ἐξοχὴν templa magis insignia, & raro artificio confecta, quasi monstrosa, Als das Münster zu Vlm / ꝛc.

Monasterium item latinè pro Cœnobio usurpatur, für ein Closter. Quia olim Canonici, in Episcopalibus urbibus, da es Münster hat / parùm à Monachis differebant. Ac ea, quæ hodiè Canonicorum Collegia & Capitula vocamus, verè fuisse Cœnobia: *id est*, Canonicos simul communia-

munem vitam duxisse, simùl habitasse, simùl edisse, Historiæ passim fidem faciunt.

Monasterium vocatur domus Canonicorum, qui tùm temporis, nondum laxatâ disciplinâ, antiquitatisq; sanctioris ævi institutis, Canonici sub uno tecto & unis in ædibus habitavêre, uno pistore & promo communi condoque contenti. Undè & Fratrum appellatio: quanquàm nulla Monachatus Regula obligarentur. vide Crantzium, *de Metropol. lib. 3. cap. 15.*

Indè & Beeck, *in Aquisgrano. fol. 19. &c.* Nomen obtigit Summæ Ædi, Monasterium S. Mariæ, vulgata nuncupatione Münster/ quod priùs professi sint Clerici, servique Dei arctiorem Regulæ observantiam in Claustro habitantes, uno dormitorio usi, unoque refectorio, quo faciliùs possent ad horas Canonicas celebrandas concurrere, de vita ac conversatione suâ mutuò admoneri: Canonicique, *id est*, Regulares, ad exemplum & imitationem Græcorum, indigitabantur: eorum Superior Abbas. Ac ejusmodi ordo Canonicorum Regularium, qui hoc in Monasterio primitus viguit, ab Apostolis ipsis primùm institutus, à D. Augustino postmodùm ad certam Regulam redactus fuit, ob idque obtinuit nomen Canonicus, quasi Apostolorum, nascentisque Ecclesiæ Ministrorum, Canonem & Regulam observans, utpotè, quorum erat Cor unum & anima una, qui quotidiè perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant Cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Possidonius Episcopus Calamensis D. Augustini Discipulus *in vita ejus cap. 5.* sic ait: factus ergò Presbyter, Monasterium intra Ecclesiam, mox instituit, & cum Dei servis vivere cœpit, secundùm modum & regulam sub SS. Apostolis constitutam, maximè, ut nemo quidquam proprium in illa Societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur unicuique, prout cuique opus erat. Reflorere cœpit idem Ordo in Ecclesia S. Quintini Belvacensis, sub venerabili & S. Ivone, ejusdem Ecclesiæ Præposito, & posteà Carnotensi Episcopo. Undè plerique Scriptores colligunt, Ordinem Canonicum inter omnes Ecclesiasticos Ordines Primatum tenere, antiquitate, doctrinâ, regimine, nobilitate, & Sanctorum numero. Sermo verò eis est de ordine Canonicorum Regularium. Sub tàm præstanti instituto, Fratres antiquitùs in Aquisgrano Deo dignè famulabantur: extant hodieque in Basilicâ hâc, precum ad bonorum omnium auctorem ac largitorem Deum fusarum formulæ; Psalmodiæ, nempè versus & collectæ, quibus usus Abbas in

receptione Fratrum, insuper consimiles obtestationes in danda pera & baculo itinerantibus fratribus. Indicant itidem haut obscurè, regularem disciplinam, quæ reservata in nostram usque ætatem nomina, Dormitorium, populari dictione der Dormiter/ in cujus concameratione arcuato ac prisco opere ligneo nunquàm visæ araneæ, earumvé telæ; Molendinum fratrum, der Brüder Mollen. Ad hæc usus à Cla[illegible] ali Regula ad hoc usque ævum d[illegible]vit, ut nemini Canonicæ professionis, hoc tempore ex urbe, soloque Aquense aliò digredi fas sit, nisi prius à Decano, Collegâvé aliundè postulata ac indulta potestas, anima[d]versione in contemptores decreta: reliqua institutum regulare sapientia, nimirùm venia delicti petenda, prostrato in terris corpore, expansis brachiis, carcer quadraginta dierum ob reatum Criminis, inobedientiamque, absolutiones pœnitentis per solennes precationes; ejuscemodi inquam irrogatæ quondam pœnæ, expiationesque à peccatorum nexibus exulant planè, purèque suppressæ: atque sicut complures aliarum Ecclesiarum Canonici, jam dudum anteà regularia instituta deseruerant, videlicet in Trevirorum Augusta, teste Tritenhemio, Spanheimensi Abbate; religiosi majoris Templi S. Petri & D. Pauli sub præsulatu Theodorici anno circiter DCCCCLXVI. Spirensium Canonici sub R[illegible]erico Antistite Moguntinorum & Vangionum, itidem communitatem vitæ regularis abjecerunt ita exemplo istorum alio[r]umque, sub Othone III. Imper. & Norgero Eburonum Pontifice, Aquenses Fratres [illegible] [illegible]res [illegible], professionem regularem deseruerunt, propterea bonorum temporalium [illegible]ntes, cum jam pr[illegible]dem antea sub Othone eju[s] nominis I. Imp. nomen sibi immutare, vice Religiosi seu Monachi, Canonici simpliciter & sine adjunctione, eorum superior mutato Abbatis nomine, Præpositus jam tunc nuncupari cœpissent. De hoc Molanus: Monasterium S. Mariæ dicta est Ecclesia Aquensis, a majoribus, eò quod viginti Clerici à Carolo M. instituti regulariter & Canonicè in ea vixerint sub obedientia, in communi intra Claustrum simul manducantes & dormientes, juxta statuta Concilii Maguntiacensis sub Carolo M. celebrati. Sed hoc suave Iugum, sibi ut Moguntini & plerique alii excusserunt sub Othone III & Norgeto Episcopo suo, qui regulares Clericos viginti converterunt in viginti octo Canonicos proprietarios: quoniam id temporum corum malitiam exigere judicabant.

Georgius Fabricius *lib. 1. annal. urb. Misnæ sub A. 9[illegible]2.* de Volschildo Præsule, seu ut Lambertus, Volcrado, Willigisi, Moguntini Antisti[illegible] [illegible]

[illegible]

liari ita scribit: Hic tempora lectionum & orationis & Munerum Ecclesiasticorum distribuit: cibum cum Canonicis sumpsit, qui temporibus melioribus in his terris, non proprias rexerunt familias, sed familia fuerunt Præsulis: neque administris Vicarius usi sunt, sed Ministri Ecclesiæ ipsi fuerunt. Prima enim istorum Collegiorum Institutio, disciplinæ monasticæ erat simillima: & hæc Ecclesia in literis Pontificiis Monasterium appellatur.

Canonicorum item Collegia omnia, Monasteria fuisse olim, certum esse, affirmat Bruschius *in Ebraco fol. 41.*

60. Müntz/Landtmüntz/Reichs-Müntz.

Moneta derivatur à monendo, nimirum ex officio, fine & usu: quod signi impressione & certi auctoris inscriptione, temporis, ponderis & valoris, nos admoneat. Iacob. Alemannus *in pal.est. consult. cons. 8 qu. princ. 1. part. 18.* Verbum autem Müntz quodcunque genus nummorum complectitur: Aleman. *in pal. str. consult. 8. quæst. 1. part. 18.* & quidem plerumque in contractibus pro auro, ea accipitur, aureæ opponitur. Policey-Ordn. An. 1548. tit. Von Wucherlichen contract. *vers. item das etc.* ac frequentius pro argentea moneta tantum accipitur, Aleman. *dict. loc.* Laudens *d. monet. n. 31* Dicitur etiam Gelt / hinc Bawgelt / Wachtgelt: etc. & tum vel pro omni moneta *dict. tit* Von Wucherl. Contr. ubi passim: ita Germani veteres pœnas homicidarum pecuniarias, vocarunt Mangelt / Heig. *1. quæst. 8 n. 81.* vel auro opponitur. Ordin. Camer. *part. 2. tit. 29.* §. Wo nicht. 5. ibi: Gold oder Gelt.

Moneta aliâ formâ, quam procudi consueta fuit, sub pœna 50. Marcarum puri auri, formanda atque publicanda non est. Ferdinandi Müntz-Ordn. 19. Aug. An. 1559. § Hierauff setzen. ibi: das hinfürter im Reich Teutscher Nation / kein Müntzherr hohes oder nidern Stands / andere Müntze / dann wie in disem Edict außtrucklich fürgestelt / müntzen / schlagen / oder an statt einiger Bezahlung außgehen lassen solle / bey Vermeidung Unser und deß Reichs schweren Ungnad / und Pœn 50. Marck löttigs Golds / etc.

Tria monetæ cujusvis requisita substantialia sunt, quæ ejusdem τὸ εἶναι constituunt. Primum ut Nummus sit legitimi ponderis. Levit. *c. 19. vers. 35.* Proverb. *cap. 20. v. 10.* Ieremiæ *cap. 32. v. 9.* 1. Paralip. *cap. 21. v. 25. l. 1. vers. debiti ponderis. C. de vet. numism. potest. l. 1. vers. æqua lance. C. de ponderatorib.* Secundum, ut nummus sit probus, seu speciei probæ; *l. 1. vers. speciei probæ. C. de vet. numism potest.* minimè verò falsus. *L. vix certis 53. vers. falsæ monetæ. ff. de judiciis. l. qui*

falsam monetam. 19. ff. ad L. Cornel. de Sicar. reprobus. *l. eleganter. 24. §. qui reprobos nummos. 1. ff. de pignorat. act.* vel adulterinus. *l. 1. in pr. l. si quis nummos. 2. C. de fals. monet. 4. l. lege Cornelia. 9. ff. ad L. Corn. de fals. l. sacrilegii. 6. §. qui cum in moneta. ff. ad L. Iul. Pecul.*

Tertio requiritur Forma publica. *l. 1. in pr. ff. de contr. empt. d. l. sacrilegii. 6. l. 1. vers. veterum principum venerationе. Cod. de veter. numism. potest.*

Inter Regalia, Ius cudendi monetam refertur, das Müntzen oder Müntzgerechtigkeit. Ego de Majest. *f. 201.* A. B. *c. 10.* Capitulatio noviss. *art. 24. c. un. quæ sint regal. l. 2. C. de fals. monet.* Hinc est quod *in Spec. Sax* Landtr. *libr. 3. art. 60.* dicitur: Regi Rom. in quacunq; Civitate, quam ipse ingressus sit, monetam non minus, quam vectigalia vacasse. Vndè Inferior à Rege vel Imperatore non potest facere monetam, nisi ei ab Imperatore sit concessum, vel nisi præscripsisset per tantum tempus, cujus initii memoria non extat. per text. *in c. super quibusdam. §. præterea. d. V. S.*

Impressio in monetis ex forma publica inventa fuit, ne ejus valor in materia contaminaretur, & ut una ab altera in suo genere dignoscatur, tàm ratione pvin. ix, quàm Valoris. Casp. Anton. Tessaur. *in tract. de augm. Monet. cap. 1. num. 12.* Item ut Principum imago aut figura nummo impressa, reverentia quadam improbos homines ab ejusdem adulteratione deterreat: undè illi ut falsificatores puniuntur, qui alterius vel proprii Principis cuneum imitantes aliam monetam cudunt. Nec illam pœnam evitare deberent Reguli quidam, qui Iure cudendi per investituram acquisito abutentes, aliorum Principum imaginem aut characterem imprimi faciunt, indeque falsas & reprobas monetas cudunt & expendunt, illasque in territorio illorum Principum, quorum monetas imitari voluerunt, introducunt: nam isti ratione hujus delicti, possent ab eodem Principe, in cujus Dominio similem deferunt pecuniam, puniri.

Hæc imaginis impressio quoque facit, ut subditi facilius credant, vel exteri expendentes, in ea materia sic impressa, talem substantiam & non adulterinam contineri, & justum pondus inesse, sine alio labore lancis aut trutinæ. Hæc autem impressio, secundum eundem Tessaur. in *dict. loc. num. 14.* tanti roboris est & potentiæ, ut illa moneta sic impressa, non possit per creditorem recusari, ut talis recusatio capitaliter plectitur. *l. 1. & fin. de vet. numism. pot.* Afflict. *in tit. quæ sint regalia. super verb. monetæ. numer. 8.* Decian. *libr. 7. tract. Crimin. cap. 28. num. 2.* Non tamen cogetur creditor invitus alterius Principis monetam capere, licet usualem, præsertim si semel fuerit bannita. Marc.

Lau-

Laudens. *de monet. num. 3.* Reprobus enim denarius non est denarius, latè Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. gl. 20. num. 11.* Sed vide Tessaurum *dict. l. & num seq.*

Regibus Bohemiæ licere nummos in qualibet forma procudere, constat. An etiam novos invenire? distingui solet inter monetam provincialem, Landmüntz / & publicam seu generalem, Reichs-Müntz. Illius pro usu & necessitate Regni ac Provinciarum, non prohibetur Rex quaslibet novas formas usuales, invenire: hujus non item, nisi velit periclitari, ne ab Imperatore & Ordinibus Imperii interdicantur. v. Dn. Goldast *in Bohem. lib. 4. cap. 2. fol. 425.*

Olim tempore Bonifacii VIII. de Anno M.CCCII. vilis admodum fuit moneta, ut Historici referunt: de moneta Turonensi ait Nell. de S. Geminiano quod diminuta fuerit ex avaritia Principis, ut plus lucraretur. *consil. 137.* & Roman. *consil. 123.* de Pisana moneta mutata, agit Signor. de Homod. *cons. 34.* vid. Bokel *disquisit. 8 fol. 262.*

Mutata moneta post obligationem Castri, utrum creditori invito æstimationem reddere liceat, vide Rœner *in animadver. Iu[...] tract. c. 35.*

Falsam monetam fal[...]cantes, flammarum exust[...] omnibus [...]ncipantur, ex Imp. Constantini [...]anctione. *l. 2 C. de fals. monet.* quam Carolus V. [...] *Const. Crim. art. 11.* Et hoc communiter accipitur de eo, qui sub forma & imagine Imperatoris non etiam de eo, qui sub effigie inferioris Principis, cudendi numismatis Ius habentis falsam monetam cudit: Clarus *in §. falsum. num. 22.* hunc enim Capitali pœna, hoc est, deportatione puniendum dicunt. *per l. 1. C. de fals. monet.* Decian. *in tr. Crim. lib. 7. cap. 23. n. 19.*

Verùm distinctio hæcce inter summi & Inferioris Principis monetam, ex *dict. l. 1.* vix colligi potest: Imò regnante Constantino, nemini nisi Soli Principi summo, non autem Principi alicui inferiori monetam cudere licebat, teste Covarruv. *in tract. de vet. numism. collat. cap. 8. num. 3.* Sed captandæ sunt occasiones pœnarum mitigandarum, undecunque.

Usus numismatis eo [...] inventus est, ut sit conveniens medium Iustitiæ cummutativæ, seu ut Aristot. *1. polit.* ait, communis sponsor, preciumque rerum venalium. Propter quam causam non ex vili, sed pretioso metallo cudi & confici debet, secundum Nicol. de Clemangis. *in tract. de lapsu & repar. Iustitiæ. cap. 22.* ubi dicit: Debet itaque, quod pretium est, ex precioso aliquo confici metallo, alioquin quomodo pretium, si nihil in se continet pretiosum. Debet præterea ex tali re fieri, quæ non modo apud Patriæ indigenas, verùm etiam pariter apud alienigenas cara, atque pretiosa habeatur: quatenus

per illam cum eis liceat in permutandis mercimoniis per emptionem & venditionem, participium habere. Vndè bonitas nummi, ex jure gentium descendit. Quid est igitur ex tali re nummo; efficere, quæ nihil pretiositatis in se contineat, nisi alias regiones in usu mercaturarum à se alienare: sine quo nulla politia diu durare potest, inviolataq; manere.

Ex Constitutionibus Imperatorum, Monetariis, den Müntzern olim, nullus aditus ad dignitates patebat. Iohann. Hering. *tract. de molendin quæst 1. num 13.* Qui tamen hodie melioris sunt conditionis, & non minus, quam alii homines pro ingenuis reputantur. Sixtin. *tract. d. Regal. cap. 9. num 31.* vide Lehman in der Speyrischen Chronick. *libr. 4. cap. 14. p. 321.* Et ad honoris aliquem gradum ascendere eos posse, probat Budelius *de monet lib. 1. cap. 24.*

De corrupto rei monetariæ statu. vid. Arum. *vol. 4. disc. 6. & disc. 38.*

61. Musterung.

Lustrantur & probantur Milites ab his, qui probandi jus habent. *l. 1. C. qui milit. poss.* Probare autem potest Imperator. *l. 17. C de re milit. l. 9. C. de divers. offic.* Nonnunquàm etiam Magistri Militum, spectabilesque Duces. *l. pen. C. de re milit.* Hodiè nunc actum, quem vocant militum probatorium, die Musterung/ expediunt Commissarii militares, quos omnia pro sapientia & dignitate oportet præcognoscere, atque idoneos in Militiam adsciscere, ineptos autem rejicere, Schonbörner. *lib. 6. polit. cap. 13.*

Sed ea potastas descendit ex territorii jure, Musterung/ Reiß- Folg.

62. Mutschierung/ Mutscharung.

Ius primogenituræ ubi viget, primogenitus reliquos excludit, penes eumque est totius regni summa, cujusque legitima ab Interpretibus totum Regnum dicitur, interdum tamen administratio duobus fratribus simùl committitur, reliquis mediante assignatione certorum proventuum, exclusis, quæ dicitur vicissitudinaria gubernatio, Germanicè vulgò Mutschierung/ alii Mutscharung Dn. Goldast. *1. de Major. c. ult. nu. 21.* ego, *d. success. & elect. fol. 95.*

1. Nach.

Dictio *Post*, variè sumitur Interdum enim pro incontinenti profertur, & tempus statim, & immediatè sequens denotat: ut quando dicimus, unum post alium ad eum accesserunt, &c. Et hâc significatione

ne plures ex antiquis Scriptoribus usi sunt, & ICC. dictionem hanc pro immediato tempore, & nullum intervallum habente, aliquandò sumpserunt. Post alios Thessaurus, *decis. Pedemont. 30. num. 1.*

Ideoque hanc Dictionem non semper intervallum denotare, scribit Alb. Pergamin. *in tract. præpos. nu 85.* Nam sicut Dictio *ante*, tempus, quod præcedit, significat: ita & *post*, illius contrarium tempus, quod sequitur, denotabit.

Aliquandò verò, pro temporis intervallo hæc Dictio sumitur, & quidem magis communiter. Idq; illius dictionis proprium & naturale esse, notat Corset. *in singul. lit. P. Dictio posteà.* Vndè cùm hæc Dictio variè à Scriptoribus prolata fuerit, dubium tempus illam denotare, voluerunt aliqui: ita, ut hæc Dictio ambigua & promiscua sit. Ex quibus movetur quæstio ab Interpretibus de teste deponente, Titium possedisse post Cajum, an hæc depositio sit concludens & probet. vid. Tessaurus. *d. dec 30.*

Dictio *Post*, refertur ad extremitatem & finem. *l. 109. ff. de leg. 2. l. 41. ff. de manum. test. l. 103. ff. de cond. & demonstr.* Bart. *in l. 2.* & ibi Viglius. *num. 110. ff. si cert. per.* Hering. *de fidejuss. cap. 22. num. 75. &c.*



2. Nach-Erbsatzung/ Affter-Erb.

Substituere generaliter, est in locum alterius, quasi sublocare & submittere, sive surrogare. §. *sed si gregis. 38. Inst. de rer. divis. l. agri. 18 l vetus. 68. in fin. & l. seq. ff. de usufr. l. in fraudem. 45. §. pen. ff. de jur. fisc. l. si grege. 22. ff. de leg. 1.* cum similibus. Sed hoc in casu verbum substituendi strictiùs, pro substitutione hæredis tantùm, seu eà subrogatione sumitur, quæ in ultimâ voluntate fieri consuevit; utpotè, cum testator in testamento aliquem hæredi instituto substituit.

Et substitutio ita dicta videtur, quod subtus, *id est*, non in primâ cerâ (in quâ hæredis nomen ponebatur) sed in imâ, seu secundâ cerâ, quæ sub priore collata erat, scriberetur: ut substitutio, quasi subinstitutio, aut subtus facta institutio dicatur: undè nobis vocatur die Nach- oder Affter-Erbsatzung.

Sed hâc de re plura addere, eâ de causâ supvacaneum est, cùm materia amplissima, & in quâ Baldus consulendo, ultra 15000. Ducatorum lucratus fuit, Jas. *in rubr ff. d subst.* quamplurimi, & insignes extent Tractatus, puta Nicol. Intriglioli. Vincent. Fusarii, &c.



3. Nach-

3. Nacheil.

Constat, quod regulariter & de jure communi Magistratus extra suam provinciam & territorium pro privato habeatur, eique impunè non pareatur. *l. fin. ff. de jurisd.* Vndè nec citatio in alieno territorio fieri potest, teste quotidianâ experientiâ; ideoque injuriarum tenetur is, qui fugientem sequitur, & sine licentia Domini territorii illius capit: ita, ut statim ante omnia captus relaxari debeat. *l. fin. de offic. praef urb. l. 3. ff. de offic. Proconsul.* Non verò hoc idem dicendum, si committens crimen confugiat, in alterius territorium, tunc enim ibi apprehendi & capi potest. Quia actus in uno territorio jam ceptus est, in alieno continuatur. Idque si statim & incontinenti fiat, actus continuus censetur. Steinberg. *tom. 5. disp. Basil. disp d. territor th. 8.* & vide me, *de territor. fol. 272.*

4. Nachkommen/ Cl. Für sich / vnd seine Nachkommen.

Verba descendentes & hæredes, Nachkomen vnd Erben/ de sui propria natura sunt apta cōprehendere, tàm masculos, quàm fœminas. Alex *in l. sed si hàc. §. liberos. ff de in jus voc.* Corn. *consil. 190. lib 3.* Iason. *in l. si quis. num. 25 vers. 2 ff. de jurisd. omn. jud.* Quæ generalis locutio, generaliter quoque intelligenda, & sic per consequens, nulla exclusio, fœminarum nempè, constituenda erit: Cùm fœminæ æquè ac mares à Parente descendant. Corn. *consil. 263. in fin. lib.* . ubi dicit, verbum illud *Descendentibus*, facit comprehendi fœminas, licet superius fuerit dictum de filiis. cùm illud verbum descendentes sit generale. Ac appellatione successorum qui veniant. vide Grav. *consil. 251*

Sed quæritur: Titio pro se, filiis & descendentibus suis, Emphyteusis concessa fuit, an tunc quoque descendentium nomine veniant fœminæ? Et primâ fronte videtur, per superius deducta, quod sic. Concessio namque ista *pro se & descendentibus*, debet intelligi tam pro filiis, quàm pro fœminis, quemadmodum in ultimis voluntatibus, ubi masculinum concipit fœmininum, *per l. ita scriptum. de leg. 2. l. qui duos. ff de leg. 3. & l. si quis ita ff. de testam. tut.*

Tamen in contrarium, sententia negativa communior existit, quod nempè concessio ista tantùm de masculis, non etiam de fœminis intelligenda ac interpretanda sit. Roland. à Valle, *consil 93. lib. 2 per to*. Natta. *consil 576. num. 3. libr. 4.* C[illegible] *in §. emphyteusis quæst. 32. vers* [illegible] *fuit*. Anton. Gabriel. *lib.* [illegible] *comm. concl. 111. d. V. S. 6.* [illegible]. In contractibus etenim masculinum non concipit fœmininum, nisi impropriè & per extensionem. *l. cum in adopti-*

vii. §. *quæ in fi'io. C. de adopt.* Cephal. *consil 306. num. 33.* pleniùs idem, *in consil. 312. num. 109. lib. 3.*

Pedellus, præco, lictor, apparitor. Vox hæc derivata nonnullis videtur à βδάλλω, mulgeo, sugo, quod hisce hominibus perfrequens esse ajunt.

At non dubium est, quin à Gallico *Pedau*, vel *Pedeau* descendat: semper enim ubi Diphtongus *au* invenitur, ibi olim litera l. ponebatur, quæ nunc omittitur: ut *aulne* ab ulna, nunc *aune*, &c. Et est ergò Pedellus, quasi cursor, Rectori à pedibus existens. Ego *de Academ. fol. 217.*

6. Peinlich.

Quandò quæstio est de causa criminali, von einer peinlichen Sache/ so Leibsstraaff auff jhr hat / appellare non licet: ubi verò talis quæstio deest, ibi etsi criminaliter agatur, pro mulcta fortè fisco applicanda, tunc appellatio admittenda erit: nam, ut constitutioni locus sit, oportet omnes ejus qualitates verificari, Ioh. Andr. *in cap. 1. de homicid. in 6.* Clarus, *in prax. crim. quæst. 85. vers. ubi agitur.* Supplicaturus igitur pro appellatoriis processibus super mulcta, vel parti vel fisco propter causam civilem, quæ nec pœnalis, nec criminalis sit, so weder pein- noch leibsträfflich/ applicanda, secundum Petr. Frider. *de process. libr. 1. cap. 9. num. 21.* observare debet, ne verbis constitutionis, daß peinlich wider jhne procedirt seye/utatur, & ita narratus credendo, processus denegentur.

Verbum criminaliter apud Latinos latiùs patet, quàm apud Germanos Peinlich: Hoc enim semper pœnas corporis afflictivas & similes importat; illud non itidem, vide Frider. *d. loc. num. 22. &c.* & omninò Dn. Matth. Stephan. *in proœm. constit. criminal. Carol. V.* Imp. ubi quæritur an illa vox peinlich/ solummodò ad eas pœnas pertineat, quæ corporis afflictivæ sunt, an verò etiam ad alias extendatur leviores, & Cothman. *Academ. respons. 1. num. 191. & seqq.* adde me, *de appellat. cap. 7. num. 4.*

7. Peinliche Frag/ Tortur.

Frequens & usitatum medium, quo in publicis maximè & atrocioribus criminibus, à reis, qui fugere ferè & delicta pernegare solent, veritas extorquetur, existit Tortura: ea nùm cum Theologicis, & politicis principiis pugnet? haud absque ratione, dubitare aliquis posset. Sapientissimus sanè Legislator Iehova Deus, tale medium nullibi aperuit in Sacrosanctâ Scripturâ. Ex quo Wilhelmus Zepperus, *lib. 5. Legum Mosaicar. forens. explanat. cap. 10.* ut & Antonius Prætorius, *tract.* von Zauberey. *folio. 179. &c.* ac novissimè Iohann. Grevius, *in suo Tribunali reformato. lib. 1. cap. 4. fol. 71. &c.* improbant violentas hasce quæstiones, quæ si tàm necessariæ essent, ut sine illis justitia administrari, judicia criminalia exerceri, aut etiam veritas elici non posset; haut immeritò multorum animos admiratio subit, quid rei sit, quod ille criminum acerrimus ultor, eorumq; prudentissimus indagator, in eà præsertim politiâ, ubi cum pertinaci, dûræque cervicis populo res illi fuit, tantum adminiculum & præsidium, non jusserit adhiberi.

Nec Populus solùm Israëliticus Tor-

Tormenta illa ignoravit; sed & in Aragoniæ Regno, aliisque adhuc locis, per judicem in delictis imponi non posse Torturam, Gomesius attestatur. *tom. 3. resolut. cap. 13. à pr.*

Et Angli etiam non adprobant hodiè eandem, Grevius *dict. cap. 4. fol. 80. &c.* Thomas Smithus, *lib. 1. de Republ. Anglorum. cap. 27.*

Ethnicum & Tyrannicum Tormentorum videtur esse inventum, omnis charitatis & commiserationis, quæ sontibus etiam, & reis, suo modo debetur, expers. Non quod nihil prorsùs ab Ethnicis usurpatum, usurpare liceat Christianis: Sed vel eo nomine, inquisitionis hæcce ratio, nonnullis eò magis est suspecta; cùm Tyranni inprimis ad suam tuendam dominationem eà utantur, ejusque ideò inventionem Nimrotho, Tyrannorum primario & primo, Polydorus Vergilius assignat, *lib. 2. de rer. inventor. cap. 3.* Quid si Torturam Tyranno, adhùc crudeliori, quis adscribat? Antiocho nempè Epiphani, qui hinc etiam Epimanis cognomen, in Ecclesia est sortitus. De eo namque scribit Iosephus. *lib. de Imperio rationis*, jussisse illum in medium protrahi, & Sacrilegis carnificum manibus, pium quendam Machabæum atrociùs distendi, qui etiam manus illi post tergum ligârint, crudeliùs verberârint, mole pedibus appensâ illigârint, rotæ innexuerint, & in gyrum circuli porrexerint, ut solutis hinc indè visceribus, venisque distentis, dolores ipsius & venæ crescerent in immensum.

Instrumenta, modusque torquendi, vel nomine solo horrenda sunt, & detestanda. De equuleo solùm dicam: Hunc Hieronymus Magius, *in libro, quem de Equuleo Constantinopoli, post Cypriam cladem captivus scripsit*, existimat, ligneam fuisse arcam, quatuor pedibus insistentem, fundoque carentem, quæ utrinque tympana & funes capiebat, quibus manus, pedesque sontium protraherentur, non sine magno totius corporis dolore. Equuleum alii fidiculas à fidibus appellant: sicut enim illæ claviculis & pectinibus tenduntur; ita fidicularum tormento, torquendi distendebantur. Ac alios insuper cruciatus patiebantur; flagris nempè cædebantur, laminis ignitis ustulabantur, & ungulis ferreis cutis eorum laniebatur.

Alia tormentorum genera refert Dn. Bocer. *de tortur. cap. 5. n. 20. &c.* Grevius *d. cap. 4. fol. 48.* & torquendi quasi artem profitetur Paris de Puteo, *in tract. de Syndicat. §. Tortura. verò. repetit. fol. 961.* Et solebant quoque Illyrici ac Macedones, viro æquè ac tormentis elicere arcana. Tubero *de temporibus suis, lib. 6. fol. 145.*

Et certè tàm varii sunt torturæ modi, tàm exquisitus est ille dolor, quem sustinent eam sustinentes, ut gravior esse dicatur pœna, quàm ab-

abscissio manus utriusq; , *Novell. 134. cap. fin.* Undè Cassiodorus, *lib. 3. var. Epist. 46.* gratiùs est, inquit, spem citæ mortis expetere, quàm tormentorum crudelia sustinere, inter supremas enim anhelantis angustias, votum est potiùs perire, quàm vivere. Quia detestabilis sensus pœnarum, excludit dulcissimæ salutis affectum. Indè & Seneca *de benefic.* misericordiæ genus est, ait citò occidere, quia tormentorum ultimum finem secum affert: acerbissima verò crudelitas est, quæ pœnam trahit. Et *ad Lucilium Epist. 22.* nemo tàm timidus est, ut malit semper pendère, quàm semel cadere: Undè facilius reperiuntur, qui se ultrò mori offerant, quàm qui dolorem patienter ferant, ut ex Iul. Celso refert Lucas de Penna, *in l. quotiens. C. de dignit. lib 12.*

Tormentorum etiam ratio impugnatur ex eo: quia multi se admisisse confessi sunt, quod tamen ab aliis perpetratum, res ipsa docuit nimis serò. Et vicissim tanta quorundam in tormentis perferendis duritia & obstinatio est, ut exquisitissimis etiam cruciatibus, ad confessionem impelli non potuerint, scelerum illorum, quorum tamen reos fuisse, vel tùm constitit, vel veritas, temporis filia, posteà manifestavit. Cujus generis exempla Valer. Maximus *lib. 8. cap. 4.* Alex. ab Alexandro *lib. 1. gen. dier. cap. ult.* Fulgosius *libr. 8. cap. de quæstionib.* Richter. *axiom. œcon. 217.* & Grevius *1. cap. 5. fol. 128. &c. & lib. 2. cap. 4. fol. 304. &c.* referunt quamplura. Inter quæ egregium sanè illud est, cujus D. Hieronymus meminit, *in Epist. ad Innocentium, tom. 1. fol. m. 234.* Mulier à marito adulterii cum adolescente accusata, dùm torqueretur, constanter crimen semper negavit. Iuvenis autem eam adulterasse dicebat, tormentorum impatiens, quod non patrarat, fassus est patrâsse; atque ob eam rem ambobus à Consule, in quo rigoris plùs, quàm justitiæ erat, morte damnatis, prodigio veritas detecta fuit. Iuvenis enim mẽdax, gladio percussus, caput semel ictus amisit: Septies autem cùm fœmina gladio percussa esset, non cæsim modo, verum etiam jugulo punctim petito, ferrum retrò ab ejus carne, veluti à silice, semper resiliit, præterquàm in extremo ictu, post quem, pro mortuâ ut sepeliretur, elata fuit. Sed tamen pòst viva inventa, curato vulnere: cùm demùm judicio absoluta esset, verum est inventum.

Quàm constantes olim fuerint Christiani in fidei suæ professione, vel ipse Plinius Iunior testatur, *Epistol. 97.* ubi ait: nihil cogi posse dicuntur, qui sunt reverà Christiani: idque verissimum esse comprobant Ecclesiasticæ Historiæ auctores cuncti. Ac de mirabili constantia veterum Martyrum, qui nec tormentis crudelissimè lacerati, fateri volue-

runt.

temporali exclusioni opponatur. Iohann. Gœdd. *inter cons. Marpurg. consil. 26. vol. 1. num. 99. & seqq.*

Dictio ewiglich/infinitatem significat. arg. *l. pure. §. fin. ff. de dol. mal. & met. except. l. 2. C. de divers. rescript.* Dec. *cons. 472. n. 22. & cons. 516. n 15.* Paris. *cons. 20. n. 13.* Menoch. *cons. 95. n. 4. & cons 233. n. 25.* Et hoc quidem est ex sermonis proprietate, Socin. Sen. *cons. 84. n. 5. & 6. lib 3.* Menoch. *cons. 275. n. 33. & seq.* in dubio etiam quando aliquid dicitur esse perpetuum, intelligitur illud sine temporis præfinitione. Bart. *in l. sufficit. ff. de condict. indebit.* Alex. *consil. 216. numer. 6. lib. 7.*

13. Ewiger Lauff.


In natura perpetuum motum esse, nemo non agnoscit: si præsertim quoque pro motu (ut decet) habeamus indefessam vim generandi; quæ etiam facit, ut corruptio omnis, alterius generatio existat.

Sed an arte effici queat, ut perpetuo, & quidem localiter aliquid moveatur: id multi affirmarunt, & re ipsà tamen, quod sciam, præstitit nullus.

At vero Cornelius Drebbelius, Chemicus & mechanicus Anglus, aliam aggressus rationem, mobile perpetuum fertur invenisse. De qua re extat ejus Epistola ad Iacobum magnæ Britanniæ Regem, edita, *Ioach. Morsii curâ.*

Vbi ita scribit: Vt certum faciam, me cognitam habere primi mobilis causam, possum construere globum perpetuò secundum cursum ætheris singulis viginti quatuor horis semel circumrotatilem, aut toties amplius, quoties mihi visum fuerit. Ita ut vel mille annis ne semel fallat, ostendentem nobis annos, menses, dies, horas, cursum solis, lunæ, omnium planetarum & stellarum, quarum motus hominibus notus est: Sicut etiam varii generis Instrumenta, quæ certo tempore, aut etiam continuum concentum harmonicum edant: in summa quicquid fieri potest pondere, circumvoluto chalybe, aqua fluente & igne, præstat hæc cognitio in perpetuum, sed soli sumptus reddunt minus fructuosam, si magna vis requiratur. Cæterum ut magis confirmem, me intelligere causam motus rerum sursum & deorsum, & quid terram & aquam in medio aëris portet, ita in vitro clauso terram in medio aquæ, aquam in medio aëris, atque aërem in medio ignis suspendo, ut unum elementum aliud ambiat, velut circulus alius alium: aut è diversò statuo aërem in medio aquæ instar globi, & aquam in medio terræ, ita invicem se amplectentes, ut aër hunc terrarum orbem. Atque hoc mòdo altum humile, humile al-

tum, leve grave, grave leve facio. Præterea aquam stantem sursum impello in altitudinem decem, viginti, aut plurium pedum. Et quoniam causam venti compertam habeo, construo machinas vehementer flantes. Atque cognitione fluxus & refluxus, efficio Instrumentum semper fluens & refluens singulis 24. horis bis: ostendens menses, eorumque dies, cursum lunæ; & horas fluxus & refluxus in perpetuum.



1. Pacht.

QVamvis hæc vox de emphyteusi vel perpetua colonia, quandoque usurpetur, & pro canone sumatur (unde Pachtkorn) tamen aliquando conductionis quoque contractum denotat. Sachsenspiegel. *lib. 3. art. 21. num. 4. in gloß.* Dn. Ernest. Cothman. *respons. Iuris. 97. num. 12. vol. 2.*

2. Pallium.

Pallium insigne Archiepiscopalis dignitatis est, quod assumitur de corpore, id est, Altari B. Petri, in signum unitatis Apostolicæ. Fertur, quod antiquitùs nutriebantur candidi agni si nemacula, per Moniales albas, Monasterii S. Andreæ, propè S. Marcellum de Vrbe. Et Dominica in Albis dum canebatur Agnus Dei, circuibant Agni ejusmodi Altare S. Petri. Ex illis Agnis olim sumebatur lana, de qua per easdem Moniales pallia texebantur. Tunc ratione candidi velleris, significabant munditiem corporis, & ratione agni tacentis, patientiam martyrii & tribulationis.

De Pallio Archiepiscopali, vid. Serarium. *rer. Moguntiac. lib. 3. f. 486. & seqq* & Cucnum *libr. 1. Inst. Iur. Canon. tit. 10.*

3. Paßquill.

Pasquillorum & famosorum libellorum crimen gravissimum esse, ex Constitutionibus Imperii pœnisque illis impositis, omnino constat, nec vir probus ac honestus negabit, licet maledici homines leve illud putent, & nimium illi hodiè indulgeant, uti graviter conqueritur Oldendorp. *ad l. diffamari. C. de ingen. manumiß. n. 5.* Wesenbec. *ad tit. C. de seditios. & de his qui pleb.* Heig. *libr. 2 quæst. 31. num. 1.*

Pasquillus appellatur ex eo, quod omnis generis scripta maledica, apud Pasquilli Sartoris Romani tabernam, ubi ei mortuo statua marmorea habitu gladiatorio erecta erat, noctu affigi solebant. Ideo autem eo loci affigebantur famosi libelli, quod ipse Sartor Pasquillus, ob excessus, ipsum Pontificem Maximum & Cardinales

mira

mira libertate & impunitate vellicare solitus fuit. vid. Zwinger *in theatr. vit. human. vol. 21. libr. 3. folio 3709. verb Pasquillus.* Sed certiora hac de re habentur *in Topographia Romæ*, nuper edita Franco furti. Vbi sequétia ponuntur: Quidnam fuerit statua illa marmorea, quę jam pridem vulgò Pasquinus dicitur, dubitarunt nonnulli: plures autem in hoc conveniunt, gladiatoris esse simulacrum, aut nisi volueris Martis Militis cujuspiam; eo enim gestu corporis manet, quasi ferire volentis, ac subter se marmoreum alium mutilatum, truncum seu fragmentum habet alterius simulachri, ut hostem esse pro comperto habuerimus, quo cum is dimicaret. Ferunt nonnulli, hoc esse simulacrum unius ex duobus præcipuis Alexandri Macedonum Regis, qui etiam Pasquinus nomine vocatus sit, quod innuit author quidam, qui vetusta urbis marmora & ænea simulacra typis excudit. Quandiu autem ab hinc ibi steterit signum id, non satis liquet, sed ut conjectura credere facile est, ab eo, quo ædes illæ, penes quas extat, erectæ sunt tempore, ducentis nempe ab hinc annis vel circiter. Ædes verò à Francisco de Vrsinis, Vrbis Præfecto, ut in ostii superstylio legitur, erectæ sunt. Duo tandem impræsentiarum dicenda succurrunt de hujusmodi termino: Primum, quod famosi libelli, seu Pasquilli, ut vulgò dicunt, qui ab imprudentibus ac minimè piis hominibus olim confici consuevêre, sub hac statua appensos esse ferunt, eo quod in media ferè urbe sit, ut facilius à transeuntibus perlegerentur. Alterum, quod mirum quidem est, quod tot, tantisque elapsis annis hæc ibi perstiterit statua, in publicum ac privatorum præjudicium, nec fuerit unquam, qui pietatis ac Religionis Christianæ zelo ausus fuerit inde eam avertere, unde amplius affigendi ejusmodi libellos, seu Pasquillos adimeretur occasio. Ferunt enim, cum quidā Princeps primarius eam in Tyberim ejiciendam esse, statuisset, statim ab uno ex ejus familiaribus urbanè responsum, caveret ne inde eam tolli imperaret, fore enim ut gravius sub aqua, quam super terram in Principes inveheretur. Sicque inibi, ut cernitur, ab eo usque tempore perstitisse.

An capitalis famosi libelli pœna *in l. un. C. de famos. libell. & art. 110.* Ordinat. Criminalis, in authores & propalatores constituta, illis quoque imponenda veniat, qui nomen suum subscribunt, seque authores profitentur? vid. Nebeikrā. *decis. 16.* Item, an qui verum alicui Crimen per libellum famosum objecit, pœna in authores & propalatores Pasquillorum constituta plectendus veniat. vid. eundem. *quæst. 17.*

Sed de libellis famosis singularem conscripsit tractatum Dn. Boce-

ius, & quædam etiam ego habeo *in: disput. d. injur. 1. thes. 31. &c.* ut *& disput. 2. thes. 21.* Quodque consuetudine sit recessum à pœnâ mortis, impositaj libellis famosis, notat Dn. D. Harppr. *ad §. 1. num. 210. Inst. d. Injur.*

An poëtæ teneantur actione injuriarum, ob carmina Satyrica, disquirit Dn. Val. Arithmæus, dum viveret, amicus meus certus. *disp. de re. Poëtica*, ubi ita scribit. Venustina Seiren negativam urget *in libr. de arte Poëtica*.

—— *Pictoribusq; atque Poëtis,*
Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas.

Idem *lib. 2. Sat. 1.*

—— *Si quis:*
Opprobriis dignum latraverit integer ipse,
Solventur risu tabulæ, tu missus abibis.

Iuvenal. *Sat. 1.*

—— *nam quis iniquæ*
Tam patiens urbis, tam ferreus ut teneat se?

Auctoritati additur hæc ratio: quod omnia, quæ fuerint scripta, animo corrigendi & emendandi, non debeant in suspicionem injuriæ trahi, ideoque nec puniri. Exemplis propsitionem illustrat Lambert. Danæus *lib. 2. Ethic. Christian.* Atque Poëtæ hunc scopum sibi habent propositum, ut ab impurissimis opinionibus, crudelitate atque omni perfidia, & impura libidine nos retrahant, à rebus turpissimis deterreant, ex avaritiæ sordibus erigant, à temeritate revocent, aliisque flagitiis & vitiis ad strenuitatem incitent, ad integritatem vitæ, ad fidem, religionem & æquitatem alliciant. Natalis Comes *lib. 1. Myth. cap. 2.* Et generalis reprehensio, nullius personæ injuria est. Quando autem sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator sui est. Pelargus in *antithes. apoleg. thes. 13.* Vnde cum quidam Medicus Poëta, in indoctũ Medicum scripserat Satyram, & Iureconsultus publicè defenderet: Quod ii, qui per preces primarias ad officia publica prorepant, non sint legitime vocati: fuêre, qui se arrodi arbitrarentur, ideoque sententiam Facultatis Iuridicæ acclamarunt, qua tamen responsum fuit: nullam competere actionem injuriarum, cum & Poëta & Disputator intra terminos generalitatis se continuerint. Pro contraria parte facit illud: Nulli concessam esse, ex privata affectione potestatem infamandi: cùm tolerabilius sit homini ingenuo, vitæ, quàm famæ damnum. Immota enim est regulæ rupes, posito animo injuriandi, ponendam injuriarum actionem, *l. 3. l. 26. l. 44. ff. de injur.* Quoniam dolus delictum constituit, quemadmodum consensus contractum, *l. 53. ff. de furt.* Privatam enim vindictam

tam.

tàm Ius Divinam, quàm Civile improbat, & nominatim rixam *l. 13. §. æquissimum. ff. de usufruct.* Imò si scribens historiam, veritatis lucem Ciceroni, tenetur, *l. 6. ff. de injur.* Cur non edens Carmen Satyricum, in alterius despectum & ignominiam, atro injuriæ calculo notetur? Sive enim directo sive obliquo digito pungatur certa persona, certè impunitus esse non debet: ne delinquens existimet, sibi secundum præceptum Iuris non esse præscriptum, sed intuitu sui potius proscriptum. Eman. Suarez *in annotat. ad Gomez. de injur. lit. b.* Heig. *part. 2. quæst. 31. n. 9.* Hactenus Dn. Arithmæus. Et huc pertinet, quod habet in Monitis Baudius. *f. 75.*

Lex nulla pœnis sobrios sales premit,
Dum ne qua labes inferatur integris,
Pudor modestis, cæca fraus improvidis, &c.

4. Patriarchen.

Patriarcha, teste B. Isidoro. *libr. 7. Ethymol. cap. 12.* relato *in c. cleros. §. ordo. vers. Patriarcha. dist. 1.* Græca linguâ, summus Patrum interpretatur: quia primum post Apostolicum tenet locum, & ideò quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolimitanus. Patriar[illegible] integræ na[illegible]oni, plures Prov[illegible] præsident, q[illegible] n[illegible]opos, sed etiam [illegible]os Iurisdictionem habent. vid. König. *in theatr. Polit. part. 1. cap. 35. numer. 8, & seqq.*

Inventa porrò est & constituta Patriarchatus dignitas jure positivo, Ioann. de Selva *tract. de benefic. part. 1. quæst. 4. nu. 27.* suffectaque est B. Petro, ut refert D. Hugo, *in tr. de off. quatuor Prælator. part. 4. rubr. Quales officiales. f. 195.* in locum primatis seu primi Flaminis. Erasm. à Chokier. *in Constit. Concil. Lateran. exempt. à Iurisdict. §. 1. §. 2. Schol. 23. num. 3.* Erat enim apud Gentiles quadripartitus ordo personarum, penes quos stabat religionis administratio: Primates seu primi Flamines, quibus surrogati sunt Patriarchæ. Archiflamines, in quorum locum Archiepiscopi. Flamines in quorum etiam locum sunt Episcopi; & Parochi, in quorum locum sunt Pastores hodierni electi. Chokier. *d. loc.*

5. Pedell.

Pedellus, præco, lictor, apparitor. Vox hæc derivata nonnullis videtur à βδάλλω, mulgeo, sugo, quod hisce hominibus pertrequens esse ajunt.

At non dubium est, quin à Gallico *Pedau*, vel *Pedeau* descendat: semper enim ubi Diphtongus *au* invenitur, ibi olim litera l. ponebatur, quæ nunc omittitur: ut *aulne* ab ulna, nunc *aune*, &c. Et est ergò Pedellus, quasi cursor, Rectori à pedibus existens. Ego *de Academ. fol. 217.*

6. Peinlich.

Quandò quæstio est de causa criminali, von einer peinlichen Sache/ so Leibsstraaff auff jhr hat / appellare non licet: ubi verò talis quæstio deest, ibi etsi criminaliter agatur, pro mulcta fortè fisco applicanda, tunc appellatio admittenda erit: nam, ut constitutioni locus sit, oportet omnes ejus qualitates verificari, Ioh. Andr. *in cap. 1. de homicid. in 6.* Clarus, *in prax. crim. quæst. 85. vers. ubi agitur.* Supplicaturus igitur pro appellatoriis processibus super mulcta, vel parti vel fisco propter causam civilem, quæ nec pœnalis, nec criminalis sit, so weder pein- noch leibsträfflich/ applicanda, secundum Petr. Frider. *de process. libr 1. cap. 9. num. 21.* observare debet, ne verbis constitutionis, daß peinlich wider jhne procedirt seye/ utatur, & ita narratis credendo, processus denegentur.

Verbum criminaliter apud Latinos latiùs patet, quàm apud Germanos Peinlich: Hoc enim semper pœnas corporis afflictivas & similes importat; illud non itidem, vide Frider. *d. loc. num 22. &c.* & omninò Dn. Matth. Stephan. *in proœm. constit. criminal Caroli V.* Imp. ubi quæritur an illa vox peinlich / solummodò ad eas pœnas pertineat, quæ corporis afflictivæ sunt, an verò etiam ad alias extendatur leviores, & Cothman. *Academ. responsf. 1. num. 191. & seqq* adde me, *de appellat. cap. 7. num. 4.*

7. Peinliche Frag/ Tortur.

Frequens & usitatum medium, quo in publicis maximè & atrocioribus criminibus, à reis, qui fugere ferè & delicta pernegare solent, veritas extorquetur, existit Tortura: ea nùm cum Theologicis, & politicis principiis pugnet? haud absque ratione, dubitare aliquis posset. Sapientissimus sanè Legislator Iehova Deus, tale medium nullibi aperuit in Sacrosanctâ Scripturâ. Ex quo Wilhelmus Zepperus, *lib. 5. Legum Mosaicar. forens. explanat. cap. 10.* ut & Antonius Prætorius, *tract.* von Zauberey. *folio. 179. &c.* ac novissimè Iohann. Grevius, *in suo Tribunali reformato. lib. 1. cap. 4. fol. 71. &c.* improbant violentas hasce quæstiones, quæ si tàm necessariæ essent, ut sine illis justitia administrari, judicia criminalia exerceri, aut etiam veritas elici non posset; haut immeritò multorum animos admiratio subit, quid rei sit, quod ille criminum acerrimus ultor, eorumq; prudentissimus indagator, in eâ præsertim politiâ, ubi cum pertinaci, duræque cervicis populo res illi fuit, tantum adminiculum & præsidium, non jusserit adhiberi.

Nec Populus solùm Israëliticus

Tormenta illa ignoravit; sed & in Aragoniæ Regno, aliisque adhuc locis, per judicem in delictis imponi non posse Torturam, Gomesius attestatur. *tom. 3. resolut. cap. 13. à pr.*

Et Angli etiam non adprobant hodiè eandem, Grevius *dict. cap. 4. fol. 80. &c.* Thomas Smithus, *lib. 1. de Republ. Anglorum. cap. 27.*

Ethnicum & Tyrannicum Tormentorum videtur esse inventum, omnis charitatis & commiserationis, quæ sontibus etiam, & reis, suo modo debetur, expers. Non quod nihil protsùs ab Ethnicis usurpatum, usurpare liceat Christianis: Sed vel eo nomine, inquisitionis hæcce ratio, nonnullis eò magis est suspecta; cùm Tyranni inprimis ad suam tuendam dominationem eâ utantur, ejusque ideò inventionem Nimrotho, Tyrannorum primario & primo, Polydorus Vergilius assignat, *lib. 2. de rer. inventor. cap. 3.* Quid si Torturam Tyranno, adhùc crudeliori, quis adscribat? Antiocho nempè Epiphani, qui hinc etiam Epimanis cognomen, in Ecclesia est sortitus. De eo namque scribit Iosephus. *lib. de Imperio rationis*, jussisse illum in medium protrahi, & Sacrilegis carnificum manibus, pium quendam Machabæum atrociùs distendi, qui etiam manus illi post tergum ligarint, crudeliùs verberârint, mole pedibus appensâ illigârint, rotæ innexuerint, & in gyrum circuli porrexerint, ut solutis hinc indè visceribus, venisque distentis, dolores ipsius & venæ crescerent in immensum.

Instrumenta, modusque torquendi, vel nomine solo horrenda sunt, & detestanda. De equuleo solùm dicam: Hunc Hieronymus Magius, *in libro, quem de Equuleo Constantinopoli, post Cypriam cladem captivus scripsit*, existimat, ligneam fuisse arcam, quatuor pedibus insistentem, fundoque carentem, quæ utrinque tympana & funes capiebat, quibus manus, pedesque sontium protraherentur, non sine magno totius corporis dolore. Equuleum alii fidiculas à fidibus appellant: sicut enim illæ claviculis & pectinibus tenduntur; ita fidicularum tormento, torquendi distendebantur. Ac alios insuper cruciatus patiebantur; flagris nempè cædebantur, laminis ignitis ustulabantur, & ungulis ferreis cutis eorum laniebatur.

Alia tormentorum genera refert Dn. Bocer. *de tortur. cap. 5. n. 20. &c.* Grevius *d. cap. 4. fol. 48.* & torquendi quasi artem profitetur Paris de Puteo, *in tract. de Syndicat §. Tortura. verb. repetit. fol. 961.* Et solebant quoque Illyrici ac Macedones, vino æquè ac tormentis elicere arcana, Tubero *de temporibus suis, lib. 6. fol. 145.*

Et certè tàm varii sunt torturæ modi, tàm exquisitus est ille dolor, quem sustinent eam sustinentes, ut gravior esse dicatur pœna, quàm ab-

abscissio manus utriusq; , *Novell. 134. cap. fin.* Vndè Cassiodorus, *lib. 3. var. Epist. 46.* gratiùs est, inquit, spem citæ mortis expetere, quàm tormentorum crudelia sustinere, inter supremas enim anhelantis angustias, votum est potiùs perire, quàm vivere. Quia detestabilis sensus pœnarum, excludit dulcissimæ salutis affectum. Indè & Seneca *de benefic.* misericordiæ genus est, ait citò occidere, quia tormentorum ultimum finem secum affert: acerbissima verò crudelitas est, quæ pœnam trahit. Et *ad Lucilium Epist. 22.* nemo tàm timidus est, ut malit semper pendère, quàm semel cadere: Vndè facilius reperiuntur, qui se ultrò mori offerant, quàm qui dolorem patienter ferant, ut ex Iul. Celso refert Lucas de Penna, *in l. quotiens. C. de dignit. lib 12.*

Tormentorum etiam ratio impugnatur ex eo: quia multi se admisisse confessi sunt, quod tamen ab aliis perpetratum, res ipsa docuit nimis serò. Et vicissim tanta quorundam in tormentis perferendis duritia & obstinatio est, ut exquisitissimis etiam cruciatibus, ad confessionem impelli non potuerint, scelerum illorum, quorum tamen reos fuisse, vel tùm constitit, vel veritas, temporis filia, posteà manifestavit. Cujus generis exempla Valer. Maximus *lib. 8. cap. 4.* Alex. ab Alexandro *lib. 1. gen. dier. cap. ult.* Fulgosius *libr. 8. cap. de quæstionib.* Richter. *axiom. œcon. 217.* & Grevius *1. cap. 5. fol. 128. &c. & lib. 2. cap. 4. fol. 304. &c.* referunt quamplura. Inter quæ egregium sanè illud est, cujus D. Hieronymus meminit, *in Epist. ad Innocentium, tom. 1. fol. m. 234.* Mulier à marito adulterii cum adolescente accusata, dùm torqueretur, constanter crimen semper negavit. Iuvenis autem eam adulterâsse dicebat, tormentorum impatiens, quod non patrârat, falsus est patrâsse; atque ob eam rem ambobus à Consule, in quo rigoris plus, quàm justitiæ erat, morte damnatis, prodigio veritas detecta fuit. Iuvenis enim mẽdax, gladio percussus, caput semel ictus amisit: Septies autem cùm fœmina gladio percussa esset, non cæsim modo, verùm etiam jugulo punctim petito, ferrum retrò ab ejus carne, veluti à silice, semper resiliit, præterquàm in extremo ictu, post quem, pro mortuâ ut sepeliretur, elata fuit. Sed tamen pòst viva inventa, curato vulnere: cùm demùm judicio absoluta esset, verum est inventum.

Quàm constantes olim fuerint Christiani in fidei suæ professione, vel ipse Plinius Iunior testatur, *Epistol. 97.* ubi ait: nihil cogi posse dicuntur, qui sunt reverâ Christiani: idque verissimum esse comprobant Ecclesiasticæ Historiæ auctores cuncti. Ac de mirabili constantia veterum Martyrum, qui nec tormentis crudelissimè lacerati, fateri volue-

runt,

runt, quod alii prætensi hujus criminis obnoxii sint. Videri potest Eusebius *hist. 5. cap. 1.* Sed fuerunt tamen nonnulli, qui acerbitate suppliciorum vel territi, vel victi, humani aliquid patiebantur. De utrisque illustris locus est S. Martyris Cypriani, *serm. 5. de lapsis.* Ac de prioribus quidem sic inquit: Eadem est illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis Præceptorum cœlestium radicibus nixos, & Evangelicis traditionibus roboratos; non præscripta exilia, non destinata tormenta, non rei familiaris damna, & corporis supplicia terruerunt. Explorandæ fidei præfiniebantur dies: Sed qui seculo se renunciâsse meminit (respicit certè hîc Cyprianus, ad formulas Baptismi, quibus baptizandus renunciat seculo, ejusq; pompis) nullum seculi diem novit, nec tempora terrena jam computat, qui ęternitatem de Deo sperat.

De posteriore genere, ita idem sanctissimus & gravissimus Scriptor. Queri de tormentis potest, qui per tormenta superatus est, & excusationem doloris obtendere, qui victus est in dolore: potest rogare talis & dicere: certare quidem fortiter volui, & Sacramenti mei (ita appellat Baptismum, in quo Sacramentum, seu jusjurandum Deo præstatur) memor donationis ac fidei arma suscepi; sed me in congressione pugnantem cruciamenta varia, ac supplicia longa vicerunt: stetit mens stabilis, & fides fortis, & cum torquentibus pœnis, immobilis diù anima luctata est: sed cùm durissimi Iudicis recrudescente sævitiâ, jam fatigatum, nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in colluctatione deseruit, infirmitas visceris deseruit: nec animus, sed corpus in dolore defecit.

Sunt & qui noxii licet, & taciturni tamen existunt in tormentis. Sambicus quispiam Eleus unà cum Sociis aliquot, non paucas apud Olympia æreas statuas concîdit, vendiditque. Deindè majora etiam ausus, Dianæ Præsidis diripuit Templum. At ille mox comprehensus, dùm socios prodere recusat, annum perpetuum exquisitis cruciatibus est dilaceratus, inter quos etiam animam efflavit. Atque hinc vulgò nata fuit parœmia: *Patitur graviora Sambico.* Erasmus *in adag. graviora Sambico.*

Ac refert Botero, *1. detti fol. 88. b.* de quodam Mediolanensi quæstionibus subjecto, qui dixit: *Io stimo meglio l' esser tormentato mille volte nella braccia, che una volta nella gola.* Melius judico millies in brachiis torqueri, quam semel in gula. Quod & narrat Marsilius, referente Delrio, *5. disquisit. Magic. sect. 9. fol. 106.*

Quin & teste Paride de Puteo, *in tract. de Syndicat. verb. tortura. vers.*

 tortu-

tortura gravior. solent Advocati indurare corda reorum, & dicere clientulis carceratis, qui timent torqueri: melius est semel in torturâ pendere, quâm semper in furcâ stare: & de his solet esse Scholâ in carceribus, ut Andr. de Isern. dicit. *in constit. Regni.* & solent dicere torquendis: quid enim si haberes brachia fracta, nonne sustineres Medicum aptantem ossa cum dolore: quid enim si dolore iliaco vexateris, nónne perferres: quid enim si Podagram haberes, nónne sustineres dolorem, aut te occideres, &c.

Sunt & quorum ex confessionibus nil certi colligere licet, quemadmodum de Fratre Iunipero, *in antiquitat. Franciscan.* quas Philippus Bosquierus vulgavit, *cent.3 cap.22.* refertur, qui à Tyranno cujusdam Castri (cui Nicolaus nomen erat) captus, statim positus in equuleo crudeliter trahitur, ac toto corpore dissipatur: & sic interrogatus quis esset, respondit se esse maximum peccatorem. Interrogatus si vellet prodere Castrum? & se esse maximum proditorem, & omni bono indignum, respondit. Interrogatus, si volebat subulâ occidere Nicolaum, & Castrum ejus succendere? Respondit, se hæc & majora facturum, si Dominus permisisset. Statimque condemnatur: ut primò per Villam ad caudam equi, usque ad patibulum traheretur, ut ibi per collum suspenderetur. Ipse verò nullam excusationem opposuit, nec ullam Tristitiam demonstravit. Tandem quidam ad locum Fratrum ejusdem loci currens, rogavit Guardianum, ut veniret ad quendam proditorem statim suspendendũ; qui nec de confessione, nec de salute animæ suæ, nec de morte corporis sui videbatur curare, ut ipsum ad confessionem induceret. Motus verò zelo bonus Guardianus, ad ipsum festinanter accessit: & cum appropinquasset, fratremque Iuniperum cognovisset, haut difficulter à Tyranno illo impetravit, ut frater hicce innocentissimus dimitteretur, ajuntque Tyrannum adjecisse: verè scio, quod nunc appropinquat finis malorum meorum, & vitæ corporalis, ex quo istum sanctum (quamvis ignoranter) tàm crudeliter, & sine culpâ tribulavi: Deus me amplius non sustinebit, quoniam moriar malá morte, quod & paulò post accidisse constat.

Inveniuntur etiam, qui, cùm scelus aliquod capitale admiserunt, vel antequam subjiciantur quæsti[illegible], vel intereà dum torquentur, quorundam vel Scripturâ vel pr[illegible] verborum, consequi sibi videntur, ut & tacere possi[illegible], & nihilominus [illegible] tire. Id quod tàm [illegible] sib[illegible] persuasum habe[illegible], [illegible] fu[illegible] qu[illegible] hac fiducia fieti, ul[illegible] se t[illegible]m carceri, tùm etiam [illegible] erint quæstionum Maleficium vulgò Taciturni[illegible] o-

can-

eant. Delrio *lib. 5. disquisit. Magicar. sect. 9. fol. m. 109 &c.* Paris de Puteo, *tract Syndicat. §. Torturæ. vers. tortura gravior. fol. m. 951* Dn. Bocer. *tr. de tortur cap. 5. num. 42 & 44.* Wecker. *de secret lib 15 cap. 24* Guill. Boucher *libr. 2. des Serees, cap. 14. fol. m. 62. &c* novissimè & latè Böckel. *disquisit. 6 num 31.*

Diabolus enim, cujus interest scelera non puniri, sed indies accumulari, tales in malo confirmat, nec solùm obstruit organa vocis, ne loqui possint, verùm gravi etiam opprimit somno, ut nec audiant interrogata, nec sentiant tormenta. Interim tamen his illi penduli verbis ac versibus perquàm *ἀπάτως* utuntur:

Imparibus meritis tria pendent corpora ramis
Dismas & Gestas, in medio est Divina potestas,
Dismas damnatur, sed Gestas ad astra levatur.

Sunt, qui Prophetæ illud ructent: Eructavit cor meum verbum bonum, veritatem nunquàm dicam Regi. Et testatur clarissimus IC. Paulus Grilandus, se aliquoties in facto comperisse, ut torturæ applicati & elevati dormiebant capite declivo, ac si jacerent in lecto, absque ulla penitùs lamentatione aut clamore, & ad [illegible] cordiæ erant tam quàm statua marmorea, ac dùm elevabantur à principio dicebant quædam verba submissa voce, deindè silebant, ut dormitientes. Nonnunquàm etiam per alias maleficas, quantumcunque remotas, maleficio silentii ligantur tormentis applicati: Prout malefica quædam, dicente Sprengero, *quæst 15.* in Inspruch jactare solebat, quod ubi ad minùs filum ex vestimentis alicujus detenti haberet, tantum efficere posset, quod quantumcunque tormentaretur, etiam usque ad mortem, nihil fateri posset.

Tormenta rem fragilem & fallacem esse, patescit: ex eo: quia illa gubernat dolor; & natura cujusque tùm animi, tùm corporis moderatur: & ut Cicero pro P. Sylla ait, regit quæsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustiis, nihil veritati loci relinquatur. Sic & idem Cicero *2. Rhetor.* dolori credi non debere putat; quòd alius alio recentior sit in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum, quod denique sæpè scire, aut suspicari possit, quid Quæsitor velit audire: quod cùm dixerit, intelligat sibi finem futurum doloris. Idem *in Partition.* sæpè etiam quæstionibus resistendum est, quod & dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persæpè sunt, morique maluerint, falsum fatendo, quàm verò inficiando dolere: multi etiam suam vitam neglexerunt, ut eos, qui his chariores, quàm ipsi sibi essent, liberarent. Alii autem, aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu suppli-

cii, aut mortis, vim tormentorum pertulerunt. Alii ementiti sunt in eos, quos oderunt. Pertinet huc responsum Vlpiani, qui *in l. 1. §. quaestione. 23. ff. de quaestionibus*, ita scribit: Plerique patientiâ sive duritiâ tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tantâ sunt impatientiâ, ut quodvis mentiri, quàm pati tormenta velint. Ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verùm etiam alios comminentur.

Singulare illud lumen & ornamentum Ecclesiæ, non Africanæ magis, quàm universalis S. Augustinus; abhorrere se à fidiculis, eculeis, &c. non obscurè nec uno in loco profitetur. In *epistol. 159. & seq.* laudat Marcellum Tribunum, quod horrenda facinora Donatistarum eruerit, non extendente eculeo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flamis, sed verberibus virgarum.

Intolerabile, plangendum, rigandumque, si fieri posset, fontibus lachrimarum, idem S. Augustinus ait *lib. 19 de Civitat. Dei. cap. 6.* quod cùm propterea Iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, idem fiat per ignorantiæ miseriam; ut & tortum & innocentem occidat; quem torserit, ne innocentem occideret. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa susti- nere tormenta; quod non commisit, commisisse se dicit. Quo damnato & occiso, utrum nocentem, an innocentem Iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocentem nesciens occideret, torsit, ac per hoc innocentem, & ut sciret, torsit, & dùm nesciret, occidit.

Consimilia ferè *ibi* addit Scholiastes, Ludovicus Vives, vir judicii magni. Nos ait, sic torquemus homines, ne insontes moriantur, ut magis eorum nos misereat, quàm si morerentur: usque adeò graviora sunt sæpè tormenta, quam mors. An non frequentes quotidie videmus, qui mortem perpeti malint, quàm tormenta? & fateantur fictum crimen de supplicio certi, ne torqueantur. Profectò carnifices animos habemus, qui sustinere possumus gemitus & lacrimas tanto cum dolore expressas hominis, quem nescimus sit ne nocens.

M[illegible] ich. [illegible]. Trochaica & Iambica, hîc referri debent, proverbiorum loco usurpata.

Quaestione vera, falsa quaestione idem
erua.
Saepe ficta, saepe falsa, quaestio om[illegible]
exprimit.
Mentitur [illegible] dolorem [illegible] pati ne-
quit.
Mentitur [illegible] dolorem [illegible] po-
test.
Tam falsa quam vera, eli[illegible] trux
quaestio.

Mi-

Michaëlem Montanum, Nobilem Gallum, Virum certè prudentissimum, Magnus ille Lipsius *in epistolis cent. 2. epist. 41.* adeò commendat, ut inter septem Græciæ sapientes eum referat, aut si quid sapientius sit illis septem. Hic verò *lib. 1. des essays. cap. 5.* ita scribit: *C'est une dangereuse invention, que celle des Gehennes, & semble que ce soit plustost un essay de patience, que de verite. & celuy, qui les peut souffrir, cache la verité, & celuy, qui les ne peut souffrir.* Id est: Periculosa inventio est illa eculei & quæstionum, adeò ut videatur magis exploratio patientiæ, quàm veritatis. Æque enim is qui sustinere & perferre tormenta potest, & is, qui non potest, veritatem celat.

Prætor actus ex metu gestos pro nullis habet, ac utique rescindit: vix autem gravior est cruciatus, quàm qui per tormenta & quæstiones, corpori infertur. Neminem item teneri semet prodere, naturalis & civilis ratio prodit. Hincque positiones, delictum sive crimen respondentis quæ continent, pro irresponsalibus habentur, easque mediante quoque juramento negari posse, communis schola tradit. Fulvius Pacianus *d. probat. lib. 1. c. 7.* Hinc & *caus. 15. quæst 6. can. 1.* sancitur, quòd quoquo modo per metum, fraudem, aut vim extortæ scripturæ, ad nullum præjudicium vel nocumentum scribentis debeant valere: quodq; omnis confessio, quæ fit ex necessitate, fidem non mereatur, & pessimum sit, de suspicione aut extortâ confessione, unquam judicare.

Quod si torturis omissis, scelera & flagitia multa in occulto manere, neque in apertum proferri quis causetur: Huic non meis, sed Chrysostomi & Augustini verbis respondere lubet. Ita enim Chrysostomus *homil. 46. ad Pop. Antioch.* Nec ab omnibus, inquit, hic exigit Deus, ne resurrectionem desperes, & judicium desinas expectare, quasi omnes hic reddant rationem. Nec rursum omnes abire permittit impunitos, ne rursùm omnia providentia carere putes. Verùm & punit, & non punit. Et in quantum punit, ostendit, quod hic punitos, & illic rationem exposcat. In quantum autem non punit, facit, ut credas, quod est aliquod post præsentem peregrinationem tremendum Tribunal. Augustinus verò, *lib. 3. contra Epist. Parmeniani cap. 2.* dicit: misericorditer corripiat homo, quod potest. Quod autem non potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat atque lugeat, donec aut Deus desuper emendet & corrigat, aut usque ad messem differat eradicare zizania, & paleam ventilare. Quod licet ille proferat de Disciplina Ecclesiastica loquens, ad publica tamen supplicia, scelerumque pœnas, rectè transferri videtur.

Quamvis autem Quæstiones & Tormenta, haut eo nomine commendanda esse putem, quod Padagra inveterata, quandoque per eam sanata fuit, cujus experimenti sat violenti duo exempla Fabricius refert, *observ. Chirurg. cent. 1. observ. 79.* Sed justum tamen & rationi conveniens, ac etiam Reipublicæ utile esse, tormenta quandoque adhiberi, uno ore Iureconsulti fatentur omnes, approbant etiam mores, Legesque gentium ferè cunctarum, & id pariter quotidiana experientia manifestum reddit; ne scilicet delicta remaneant impunita, quæ cùm regulariter occultè perpetrentur, vix ea per aliam inquisitionem protrahi in lucem, aut veritas cognosci posset. Sicque occasio delinquendi aperiretur. *Gomes. tom. 3. var resolut. cap. 13. a princ.* Farinac. *quæst. 4. a princ.* Petrus Ærodius, *lib 9. rer. judicatur. tit. 10.* Dn. Bocer. *de tortur. cap 1. num. 6.* Hering. *de fidejuss cap 10 n. 440. &c.* Parthenius Litigiosus. *libr 2. cap. 8. num 7 & seq.* Philipp. Steinhausen, *[illegible] parat. ff de quæstionib. nu 2. & seqq.* Hincque etiam Theologorum com[illegible] esse, attestatur Ma[illegible] *[illegible]fit Magic. 5 section. 8.* [illegible] Puteo nom[illegible] [illegible] anda esse tormenta inhuman[illegible] & cru[illegible], qui sine timore Tor[illegible] posset Mundus in Pace sta[illegible] qui oderunt peccare mali, formidine pœnæ. *tract. de Syndicat §. Tortura. vers. de repetitione. num. 6. fol. m. 961.*

Sanè si nullo planè dolore aut cruciatu, veritas extorquenda, sed testibus & præsumptionibus, perpetuò intédum esset, necessariò sequeretur, aut sceleratos ad supplicium esse trahendos, etiam nullâ eorum propriâ confessione accedente: aut ex centum flagitiosis vix unum esse puniendum: siquidem & rectè qualificati testes, rarò admodùm haberi possunt, cum adulteria & gravissima alia scelera sine testibus committantur, & omnes homines ita sint comparati, ut suâ sponte scelus nullum confiteantur, quod morte piandum esse sciant. Quæ autem futura esset hominum vita, & qualis Reipublicæ cujusque Status, si ex multis flagitiosis unus aut alter solùm, ad debitam pœnam raperetur, reliqui, quorum scelera vel juratis testibus, vel ipsorum propriâ confessione probari non possent, impunè dimitterentur, nemo non videt: cùm scilicet id ad flagitia iteranda, & pro nefaria libidine, in alios grassandum, non fenestram solùm, sed & fores patentes præberet. Hincque S. Isidorus Pelusiota: Cum sapiens, inquit, veritatis inventum habeas multiplicem tormentorum machinam, timore ad judicium utere: quandoquidem Divina Lex, improbis te constituit terrorem. *lib. 1. Epist. 116.*

Et

Et Quintilianus Senior, *declam. 307. propè fin.* difficile eſt, ait, contra dolorem ægris durare corporibus; & facile eſt, integro ſenſu perferre, quam ſemel indueris perſuaſionem. Ideò ars inventa eſt, illæ torquent nocturnæ cogitationes, illa recordatio præteritorum, illa expectatio futurorum, illa eſt quæſtio gravis, cùm vulnera cæduntur, cùm perſuaſum eſt animo, nullum eſſe finem tormentorum.

Et acutè conjicit Michaël Montanus, *lib. 2. des eſſais. cap. 5* conſcientiam ſcelere gravatam vix parem eſſe doloribus ferendis, innocentiam magis fortem eſſe. *Ie penſe*, ait, *que le fondement de ceſte invention, vient de la conſideration de l' effort de la conſcience. Car au coulpable il ſemble qu' elle ayde à la torture pour luy faire confeſſer ſa faute, & qu elle l' affoibliſſe & de l' autre part, qu elle fortifie l' innocent contra la torture.*

Eleganter Carolus Philippus Hattron *in pietate & Regno. fol. 270.* Fatentium quidem in eculeo, cauſſa eadem dolor, haut animi immorſus: ſed ſequi dolorem credita admiſſi conſcientia, & his ſimul inflecti ſilentium. Firmiores qui innoxii; quibus & ſi idem cruciatuum ſenſus, nihil tamen eſt cur pœniteant unà, ſed his veritas ſubſidio conſtantiæ.

Innocens, Deoque Vindici innocentiæ fidens, cum Galeatio Vbaldo Peruſino, *alloquior. lib. 2. fol. 102.* dicere poteſt: Adeò non diffugio, depoſco hoc certamen, in quo ſpero conſtanti tormentorum perpeſſione, inſigni tolerantià perſtare, atque omnem vim tormentorum frangere, & tàm patienter ferre, quam eos inferre: arietem quidem rupem me habebunt. Acerrima virtus eſt, quam ultimò neceſſitas excutit, & plus impetus, major conſtantia penes miſeros eſt. Et plus conſtantiæ, major conſolatio ejus recordationis. Membra cùm dolebunt, cònſtantia & innocentia ſuccurrent doloris ejus cauſa: ſentiam quidem, atque etiam dolebo: Senſum enim hominis, quæ virtus exuit? tamen, ut navis, quæ maria ambulat, parte infimà, & vili ea attingit, cætera extat & eſt in alto. Sic ego decurram per hæc tormenta optimà illà parte; *id eſt*, animo ſublevatus & quaſi

——*Puppi Palinurus ab alta.*

Hæc meditamenta mea, vel internæ imaginationes ſunt, quibus me munio & animo:

Animo valenti corpus ægrotet licet.

ac ſine arrogantià in omnem eventum inſtruo.

Quo me fata trahent, virtus ſecura ſequetur.

Et quamvis in Veteri T. ſtamento ignotæ, vel non uſitatæ fuerint Torturæ: alia tamen ferè cõſimilia media uſurpabantur; & ſortes in dubiis & occultis maleficiis, quorum authores ignoti

ignorabantur, adhiberi solitas scimus, Iosl. 7. *vers.* 14. 1. Samuel. 14. *vers.* 36. Ionæ *cap.* 1. *vers.* 7. Sic tùm etiam mirabilis exploratio adulterii usitata erat, per potionem amaram, *Num. cap.* 5. *vers.* 13. &c.

Cui propè similis erat Statua Veneris in urbe Constantinopolitana, indè à temporibus Magni Constantini usque ad Iustinum Imperatorem extans, cujus meminit Nicolaus Alemannus *in notis historiæ secretæ Procopii. fol.* 83. Ad quam Virgines, ait, vitii suspectæ cùm accederent, siquidem illibatæ essent, securè discedebant; at verò corruptarum statim vestis reducebatur, patefactis pudendis. Nuptis etiam fœminis, quæ clandestinis adulteriis se fœdâssent, idem planè accidebat, ipsæque statim rem fatebantur.

Æquè mirum est, quod refert Estienne de Lusignan, *in description. Insulæ Cypri. cap.* 14. *fol.* 64. *b.* Nicosiæ nempe lapides fuisse duos, intra quos rei se sistere cogebantur, factum de quo erant inculpati, negantes, tuncque eos sua sponte, ita nocentem constrinxisse, ut veritatem profiterentur. *Il y avoit aussi une Eglise Grecque en la mesme Ville aupres des Chartreux, qui s' appelloit Arcomose, c'est a dire, Prince du serment, en laquelle estojent deux pierres de marbre, où l'on mettoit ceux, qui ne vouloient confesser la verité. & lors, si celuy qui y estoit mené, estoit coulpable, ces deux pierres se serroient d'elles mesme, & sans aide d'homme, petit à petit, jusques à ce que le patient eust confessè la verité.*

In vetustâ illâ Iudaica Republicâ simplicitas & ingenuitas major erat, utpote in quâ homines unius naturæ ac gentis, uniusque Religionis conformiter vivebant, atque adeò in eâ minor rerum confusio erat. Indèque Instituta Populi illius, non adeò accommodata sunt ad Respublicas temporum horum, quibus & malitia & in omne scelus, decuplò major libido, & ubi in unâ, non dico Regione vel urbe, sed oppido, Vico & Pago cohabitabant homines gentium diversissimarum, atque adeò etiam ingeniorum & morum. Ita ut omninò Iustitiæ administrandæ, flagitiorumque deprehendorum in tantâ rerum, quæ nunc in mundo est, confusione, multò difficilior ratio sit, quàm erat in Iudaica Politiâ. Keckerman. *disp. Pract.* 32. *quæst.* 4.

Et Angli, qui aliàs tormentis carere dicuntur, ea tamen Catholicis, qui Majestatis Criminis suspecti erant, adplicabant, ut refertur *in libello*, qui Iustitiæ Britannicæ titulum præfixum habet, *ad fin.*

Et sanè si regulas nostrorum Iurisperitorum, & Rerumplicarum sapienter informatarum instituta observemus, vix est ut tortura injustitiæ vel crudelitatis accusari queat. Barthol. Keckerman. *dict. disp. pract* 32. *quæst.*

quæst. 4. dùm nempè tradunt, confessioni extortæ minimè credendum, nec regulariter torturam adhibendam esse, nisi prius constet de corpore delicti, putà hominem interfectum, furtum vel simile delictum perpetratum esse, Menoch. *arb. centur. 2 cas. 269. num. 4.* Cod Fabrian. *lib. 9. tit. 21. defiait. 17.* Quod si olim Romani obiervassent, non falsum ob tormenta dixisset servus ille, cujus Valer Maximus, *lib. 8. cap. 4.* mentionem facit, qui accusatus occidisse Alexandrum T. Fannii servum, eo nomine tortus à Domino, admisisse id facinus constantissimus assevcravit, itaque Fannio deditus, supplicio affectus fuit: parvo dein tempore interjecto, Alex. ille, cujus de nece creditum erat, sospes redijt domum.

Si id quondam etiam Tubingenses nostri observassent, haut famam suam prostituissent, si modo vera sunt, quæ de iis Ludovicus Gilhausen *in arb. Crim. cap. 6. part. 7. num. 7.* & Godelmannus *de Lamiis, lib. 3. cap. 10. num. 4.* referunt, in hunc modum: cùm duo adolescentes mechanicam artem exercentes, peregrè proficiscerentur, redijt unus brevi domum, cum alterius vestitu invicem permutato. Parentes & cognati absentis, statim ex vestimentorum mutatione, filium a redeunte interfectum colligentes, illum apud ejus loci Iudicem, homicidii accusant. Hic statim accusatum absque ulteriori inquisitione, in carcerem conjicit. Et cùm factum accusatus constanter negaret, torturæ subjicitur, ubi præ nimio cruciatu, se socium interfecisse, vestimenta ejus abstulisse, suaque in hospitio consumpsisse, fatetur. Quare tandem condemnatus, rotæ imponitur, ubi vitam cum morte piè commutavit. Præteritis aliquot diebus, socius itineris, salvus & incolumis reversus est. In hujusque rei perpetuam memoriam, & iniquissimæ condemnationis signum, ibidem in Templo, effigies hominis rotæ impositi, Saxo incisa, & Magistratui facultas, tùm cognoscendi, tùm definiendi, in causis Criminalibus adempta est, nec licet ei absque Decreto Facultatis Iuridicæ quempiam condemnare.

Quamvis autem ego Puer adhuc, consimilia ferè, à Majoribus meis audiverim recenseri; planè tamen persuasum mihi est, effigiem illam hominis impositam Rotæ, in Templi nostri fenestris extantem, Martyris cujusdam, & quidem Georgii effigiem esse: nam parilem planè & alibi apud Catholicos, me vidisse recordor.

Confessio porrò violenta verisimilis esse, & tales quoque circumstantias, quæ nòn absonæ sunt, continere debet. Hincque Tertullianus *in Apologet.* cùm dixisset; Leges præscribere, ut confessi damnentur mox tamen addit; non esse sola con-

fessione contentos Iudices, sed & consequenter exigere qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, &c.

Insuper quæstioni ut locus sit, indicia aliqua perpetrati à reo delicti, præcedere debent. Menoch. *arbit. lib. 1. quæst. 84.* Oportet enim Iudices nec in his Criminibus, quæ publicorum judiciorum sunt, ad investigationem veritatis, initium sumere à tormentis: sed argumentis primùm verisimilibus, probabilibusque uti. *l. milites. 8. C. de quæstion.* Et talia itidem indicia necessaria sunt, quæ credibilia, seu verisimilia dici possunt, quæque nostri proxima appellant. Menoch. *lib. 2. cas. 270. num. 13. &c.* **Peinliche Halsgerichts Ordnung/** *art. 20.* **Daß ohne redliche Anzeig niemandt soll Peinlich gefragt werden.** Hincque est, quod Dd. nostri tradunt, si reus, non sufficientibus indiciis præcedentibus, sit tortus, quòd ex solâ suâ confessione condemnari non possit, etiamsi millies, ac etiam judicialiter sit ratificata. Mynsing. *centur. 5. obs. 23.* Farinac. *lib. 1. pract. Crim. tit. 5. quæst. 37. n. 10.*

Modus item tormentorum, non à qualitate solùm & conditione personæ, Menoch *2. cas. 271.* Sed & à momento ac gravitate indiciorum pendet. **Peinliche Halsgerichts Ordnung/** *art. 58.* Hincque certos Torturæ gradus faciunt Interpretes, quos explicat Grillandus *tract. de Quæstionb.* Clarus §. *ult. quæst 64.* Ac subindè non tormenta, sed terror & metus tormentorum decerni à Prudentibus Iurisconsultis solet, Langlæus *semestr. 9. cap. ult.* Quem modum etiam Veteres Romani non ignoraverunt. Duo egregia exempla T. Livius memorat, alterum. *libr. 10. dec. 4.* de Xycho, verba hæc sunt: Adductus primò Xychus, ita negare inconstanter, ut parvo metu admoto, paratum Indicem esse appareret: conspectum tortoris, verborumque non sustinuit, ordinemque omnem facinoris, ministeriique sui exposuit. Alterum est *lib. 27.* dum refert, unum ex Numidis à Muliere Campana detectis, quod ad Annibalem Romanorum hostem detulissent, constanter negasse factum: deinde cùm intellexisset vocari, pararique tormenta, statim confessum fuisse. Extat etiam apud Tacitum *lib. 15.* de Natali & Scenino egregium exemplum, his verbis scriptum: Accitus Natalis & Sceninus diversi interrogantur, quisnam is sermo, quâ de re fuisset, tùm extorta suspicio, quia non congruentia responderant, inditaque vincula, & tormentorum aspectum ac minas non tulere.

Monet etiam Petrus Gregorius Tholosanus *Syntagm. lib. 48. cap. 12 n. 25* à Iudicibus novâ tormentorum genera non adhiberi debere, ea tamque Phalaridis alicujus esse, non Christiani. Consentit Gomez *var.*

res. 3. cap. 13. numer. 5. ubi addit: clamandum esse contra Iudices severos & crudeles, vanam & inanem gloriam affectantes, & propter hoc majora officia in Republicâ appetentes, qui nova genera tormentorum miseris reis imponunt, & à jure præscriptum modum excedunt. Idemque vult Parthenius Litigiosus, *lib. 1. cap. 14. num. 32* ubi tractat von dem Dänischen Mantel / Spannischen Kappen / Englischen Jungfraw / Braunschweigischen Stifeln / ꝛc.

Iura etiam nostra tale moderamen tormentorum præscribunt, ut reus verisimiliter remaneat salvus & illæsus, nec vitam aut membrum principale perdat. *l. quæstionis modum. ff. de quæstion.*

Et merito Parthenius Litigiosus invehit in Iudices Larvatos, stupidosque; intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus, miseros captivos lacerantes: imò pastis cruore luminibus, ut fera, quæ gustatum semel sanguinem semper sitit, sæpè numero tormenta duplicari jubent.

Suntque in jure nostro prodita remedia diversa, quibus iniquè tortis, contra Iudicis aut Magistratus, vel fraudem vel errorem & ignorantiam succurri solet, de quibus Matthias Stephani. *ad Constitut. Crimin. Caroli V. art. 20.*

Et quamvis socii Criminis de consciis & participibus interrogari aliquando possint, si nempè de probando scelere agatur, quod sine sociorum ope admitti ab unico homine nequivit, Ianus Langlæus *semestr. lib. 9. cap. 1.* Sed durum tamen videtur, ut, quod in Galliis fit, jam ad mortem condemnatus, ordinariè & extraordinariè; ac ut cadaver torqueatur, ad complices prodendos. vid. Codic. Fabrian. *lib. 9. tit. 21. defin. 12. & 16.*

Confessioni verò in equuleo (aut cùm in oculis equuleus esset) expressæ, fides non aliter est habenda (ut damnari ex ea reus possit) quàm si is rursùm post aliquod temporis intervallum, procul à tormentis interrogatus, perstiterit in eàdem. Langlæus *semnstr. lib. 9. cap. 2.* Nec tamen longius tempus ei dandum esse, ni intervertendæ veritatis, quam fuerit confessus, rationes comminiscatur, monet Anton. Faber. *in Cod. libr. 9. tit. 21. defin. 18.*

Detestandi inprimis sunt ii, qui more Tyrannorum, etiam tormenta adhibent pro pœnâ, ut ait Tertullianus *apologet. cap. 2.* cui ibidem meritò absurdum videtur, quod Christiani torti fuerunt, non ad confitendum, sed ad negandum. Indè idem ad Scapulam, Præsidem Carthaginensem: Quid amplius, inquit, tibi mandatur, quàm nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta revocare? Videtis ergò, quomodo ipsi vos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeò confite-

fitemini innocentes nos esse, quos damnare statim ex confessione non vultis. vid. Cujac. *14. obs. cap. 34.*

Et extant etiam aliæ veterum Christianorum querelæ, de neglecto juris ordine & judiciorum. Iustinus *in apolog. Cyprian. contra Demetrium.* Arnobius *lib. 8.* Lactantius *lib. 5.*

Illicitis quoque generibus tormentorum, aggrego rationes superstitiosas; qualis est probatio per frigidam aquam: illud Diaboli inventum, nec pacto implicito cum eodem carens: dum enim homines scire volunt occulta, per modum nec à jure permissum, nec naturalem rationem habentem, Diabolus accurrit, & manus porrigit adjutrices. Zieritz *ad Constitut. Crimin. Caroli V. artic. 20.*

Sic etiam, si sub brachio torti chartulæ sortilegæ, vel similia deprehendantur, ulterior tortura decerni quidem potest; Cod. Fabrian. *libr. 9. tit 21. defin 3.* Sed tamen magicas cæremonias atque superstitiosas, in tortura adhibendas esse, rectè Delrio negat *libr. 5. disquisit. Magicar. sect 9. fol. m. 113. &c.* Nonnulli (verba sunt Grillandi) dixerunt, quod adversus conjurationes & maleficia taciturnitatis reperiantur remedia quædam, quæ diversis precibus conficiuntur. Ex quibus dicunt, quod omnes ligaturæ & maleficia hujusmodi dissolvantur, & reus gravissima tormenta & cruciatus patiatur in corpore. Verùm malum, per æquè malum pelli non decet. Pariter haut torturæ adesse Confessionarium debere, Delrio *lib. 6. disquisit. Magic. cap. 1. sect. 3 fol. m 358* tradit.

Rectè etiam hodiè fit, quod testes non ut olim, torquentur, quod tamen fieri posse, si sit varius vel vacillans, ac negans se interfuisse negotio, cui constat eum adfuisse, adhuc Paris de Puteo concedit *in sæpe alleg. §. tortura. vers. testis.*

Ac tandem quamvis Iudex pro investigandâ veritate, & maleficio inveniendo debeat esse subtilis indagator, interrogando etiam de circumstantiis remotis, fingendo se velle facere quod non vult, *arg. c. afferte. extra de præsumpt.* ubi Salomon ait, afferte gladium, &c. fingens velle puerum dividere, &c. vulgò subtilem diligentiam cognitionis vocant. Non debet tamen ille artibus usuri, quas approbare videtur Paris de Puteo. *in tract. de Syndicat. verb. tortura. vers. & advertendum.* ubi scribit: quædam Domina detenta erat, ex causa, quia dicebatur, quod fuerat mortem viri machinata, & nil poterat probari, Regens fecit eam ad se evocari secretè in Camera, & dixit, quod volebat eam habere in suam, & finxit eam osculari, & cùm ea ratiocinando & pollicendo liberationem, extorsit confessionem de homicidio viri, quæ deindè fuit decapitata. Etiam alii extorserunt confessionem

nem ab inquisitis in cœna pollicendo liberationem, promittendo, quod nullum eis nocumentum inferret, & humaniter cum illis loquendo: & hæc per dicta jura. Ac addit, esse hujusmodi persuasiones magis aptas ad extorquendum confessiones, quàm chorda. Sed vide Langlæum *lib. 4. semestr. cap. 2. fol. 187.* ubi etiam hoc tractat, an liceat subdolè captare rei confessionem. Et pertinet huc tractatio de æquivocatione, de qua Delrio *lib. 5. disquisit. Magic. Sectio. 10. fol. m. 122. &c.*

Verùm de Torturis vid. Cavalcan. *de brachio Regio, part. 3 per tot.* Matth. Steph. *d. offic. Iudic. lib. 9. cap. 11. & seqq. multis.*

8. Pest.

Exempla aliquot pestis horrendæ, habet Goclen. *de peste. f. 2.* qui idem mentionem fecit Pestis, quæ solùm oves necat. *fol. 62.* Quomodo dignoscatur terram vel aerem esse corruptum, Idem *fol. 148.* docet.

Post strages Pestes evenire, memorat Quercet. *de peste. fol. 43.* & vide eundem de signis prognosticis. *cap. 4. fol. 79. & cap. 7. de causis. fol. 98. & fol. 125. etiam cap. 6. per tot.* Politicorum præservationes habet itidem *fol. 195.* De peste vide Mercurialem, & Andr. Denzel. *tract. sing.* Item Matth. Vntznerum *in antidotar. pestilentiali.* multa etiam habeo ego, *in tract. d. vita & morte.*

An Dominus, Rex &c. possit de peste epidemia infectos, seu suspectos, ipsis inauditis & indefensis, de suis domibus ejicere, & bona eorum mobilia, in quibus pestis de facili conservari solet, ut sunt lecti, pelles & his similia, comburi mandare, Peguera, *decis. 8.*

Vsus esse nonnullas Civitates, ex Privilegio hoc jure, tradente Marquardo Frehero, *in parerg. lib. 2. cap. 2.* ut in condendis Testamentis, Testes non necesse haberent in conspectum Testatoris convenire, ibiq; confectioni, recitationi & consignationi Testamenti interesse: sed satis esset, subscriptiones ab illis & signacula ubicunque addi: puta ad domum misso Testamento, patet *ex l. 11. C. de testam.* Est id quidem contra juris observationem: idem tamen Impp. *in l 8. C. d t.* concesserunt fieri tempore pestis, timore, ut loquuntur contagionis, quæ Testes deterrere solet, quò minùs ad eos accedant, quos decumbere, & Testamentum meditari audiunt, statim suspicantes, peste eos laborare: adeò, ut difficile sit pestilentiâ grassante, Testes & Signatores invenire, qui testaturis adsint. Remiserunt igitur pestis tempore Imperatores Testibus, ne necesse habeant ad Testatorem accedere, vel Testatoribus potius, ne necesse habeant Testes in conspectum suum cogere & convo-

cii, aut mortis, vim tormentorum pertulerunt. Alii ementiti sunt in eos, quos oderunt. Pertinet huc responsum Vlpiani, qui *in l. 1. §. quæstione. 23. ff. de quæstionibus.* ita scribit: Plerique patientiâ sive duritiâ tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tantâ sunt impatientiâ, ut quodvis mentiri, quàm pati tormenta velint. Ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verùm etiam alios comminentur.

Singulare illud lumen & ornamentum Ecclesiæ, non Africanæ magis, quàm universalis S. Augustinus; abhorrere se à fidiculis, eculeis, &c. non obscurè nec uno in loco profitetur. In *epistol. 159. & seq.* laudat Marcellum Tribunum, quod horrenda facinora Donatistarum eruerit, non extendente eculeo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed verberibus virgarum.

Intolerabile, plangendum, rigandumque, si fieri posset, fontibus lachrimarum, idem S. Augustinus ait *lib. 19. de Civitat. Dei. cap. 6.* quod cùm propterea Iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, idem fiat per ignorantiæ miseriam; ut & tortum & innocentem occidat; quem torserit, ne innocentem occideret. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quàm diutius illa sustinere tormenta, quod non commisit, commisisse se dicit. Quo damnato & occiso, utrum nocentem, an innocentem Iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocentem nesciens occideret, torsit: ac per hoc innocentem, & ut sciret, torsit, & dùm nesciret, occidit.

Consimilia ferè *ibi* addit Scholiastes, Ludovicus Vives, vir judicii magni. Nos ait, sic torquemus homines, ne insontes moriantur, ut magis eorum nos misereat, quàm si morerentur: usque adeò graviora sunt sæpè tormenta, quàm mors. An non frequentes quotidiè videmus, qui mortem perpeti malint, quàm tormenta? & fateantur fictum crimen de supplicio certi, ne torqueantur. Profectò carnifices animos habemus, qui sustinere possumus gemitus, & lacrimas tanto cum dolore expressas hominis, quem nescimus sit ne nocens.

Monasticha illa Trochaica & Iambica hîc referri debent, proverbiorum loco usurpata.

Quæstione vera, falsa quæstione idem eruas.

Sæpe ficta, sæpe falsa, quæstio omnia exprimit.

Mentitur is, dolorem qui pati nequit.

Mentitur is, dolorem qui pati potest.

Tam falsa quàm vera, elicit trux quæstio.

Mi-

Michaelem Montanum, Nobilem Gallum, Virum certè prudentissimum, Magnus ille Lipsius *in epistolis cent. 2. epist. 41.* adeò commendat, ut inter septem Græciæ sapientes eum referat, aut si quid sapientius sit illis septem. Hic verò *lib. 1. des essays. cap. 5.* ita scribit: *C'est une dangereuse invention, que celle des Gehennes, & semble que ce soit plustost un essay de patience, que de verité. & celuy, qui les peut souffrir, cache la verité, & celuy, qui les ne peut souffrir.* Id est: Periculosa inventio est illa eculei & quæstionum, adeò ut videatur magis exploratio patientiæ, quàm veritatis. Æque enim is qui sustinere & perferre tormenta potest, & is, qui non potest, veritatem celat.

Prætor actus ex metu gestos, pro nullis habet, ac utique rescindit: vix autem gravior est cruciatus, quàm qui per tormenta & quæstiones, corpori infertur. Neminem item teneri semet prodere, naturalis & civilis ratio prodit. Hincque positiones, delictum sive crimen respondentis quæ continent, pro irresponsalibus habentur, easque mediante quoque Iuramento negari posse, communis schola tradit. Fulvius Pacianus *d probat. lib 1. c. 7.* Hinc & *caus. 15 quæst 6. can. 1.* sancitur, quòd quoquo modo per metum, fraudem, aut vim extortæ scripturæ, ad nullum præjudicium vel nocumentum scribentis debeant valere: quodq; omnis confessio, quæ fit ex necessitate, fidem non mereatur, & pessimum sit, de suspicione aut extortâ confessione, quenquam judicare.

Quod si torturis omissis, scelera & flagitia multa in occulto manere, neque in apertum proferri quis cauetur: Huic non meis, sed Chrysostomi & Augustini verbis respondere lubet. Ita enim Chrysostomus *homil. 46 ad Pop. Antioch.* Nec ab omnibus, inquit, hic exigit Deus, ne resurrectionem desperes, & judicium desinas expectare, quasi omnes hic reddant rationem. Nec rursum omnes abire permittit impunitos, ne rursùm omnia providentiâ carere putes. Verùm & punit, & non punit. Et in quantum punit, ostendit, quod hîc punitos, & illic rationem exposcat. In quantum autem non punit, facit, ut credas, quod est aliquod post præsentem peregrinationem tremendum Tribunal. Augustinus verò, *lib. 3. contra Epist. Parmeniani cap. 2.* dicit: misericorditer corripiat homo, quod potest. Quod autem non potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat atque lugeat, donec aut Deus desuper emendet & corrigat, aut usque ad messem differat eradicare zizania, & paleam ventilare. Quod licet ille proferat de Disciplina Ecclesiastica loquens: ad publica tamen supplicia, scelerumque pœnas, rectè transferri videtur.

Quamvis autem Quæstiones & Tormenta, haut eo nomine commendanda esse putem, quod Padagra inveterata, quandoque per eam sanata fuit, cujus experimenti sat violenti duo exempla Fabricius refert, *observ. Chirurg. cent. 1. observ. 79.* Sed justum tamen & rationi conveniens, ac etiam Reipublicæ utile esse, tormenta quandoque adhiberi, uno ore Jureconsulti fatentur omnes, approbant etiam mores, Legesque gentium ferè cunctarum, & id pariter quotidiana experientia manifestum reddit; ne scilicet delicta remaneant impunita, quæ cùm regulariter occulte perpetrentur, vix ea per aliam inquisitionem protrahi in lucem, aut veritas cognosci posset. Sicque occasio delinquendi aperiretur. *Gomes. tom. 3. var. resolut. cap. 13. a princ.* Farinac *quæst. 4. a princ.* Petrus Ærodius, *lib. 9. rer. judicatur. tit. 10.* Dn. Bocer. *de tortur. cap. 1. num. 6.* Hering. *de fidejuss. cap. 10 n. 440. &c.* Parthenius Litigiosus. *libr. 2. cap. 8. num. 7 & seq.* Philipp. Steinhausen, *in parat. ff de quæstionib. un. 2. & seqq.* Hincque etiam Theologorum communem sententiam esse, attestatur Martin. Delrio, *disquisit. Magic. 5 section. 8.* [illegible] nam natim [illegible] bit: n[illegible]da esse tormenta inhumana & crudelia, quia sine timore Tormentæ non posset Mundus in Pace stare, [illegible] qui a oderunt peccare mali, formidine pœnæ. *tract. de Syndicat §. Tortura. vers. de repetitione. num. 6. fol. m. 961.*

Sanè si nullo planè dolore aut cruciatu, veritas extorquenda, sed testibus & præsumptionibus, perpetuò utendum esset, necessariò sequeretur, aut sceleratos ad supplicium esse trahendos, etiam nullâ eorum propriâ confessione accedente: aut ex centum flagitiosis vix unum esse puniendum: siquidem & rectè qualificati testes, rarò admodùm haberi possint, cum adulteria & gravissima alia scelera sine testibus committantur, & omnes homines ita sint comparati, ut suâ sponte scelus nullum confiteantur, quod morte piandum esse sciant. Quæ autem futura esset hominum vita, & qualis Reipublicæ cujusque Status, si ex multis flagitiosis unus aut alter solum, ad debitam pœnam raperetur, reliqui, quorum scelera vel juratis testibus, vel ipsorum propria confessione probari non possent, impunè dimitterentur, nemo non videt: cùm scilicet id ad flagitia iteranda, & pro nefaria libidine, in alios grassandum, non fenestram solùm, sed & fores patentes præberet. Hincque S. Isiodorus Pelusiota: Cum sapiens, inquit, veritatis inventum habeas multiplicem tormentorum machinam, timore ad judicium utere: quandoquidem Divina Lex, improbis te constituit terrorem. *lib. 1. Epist. 116.*

Et

Et Quintilianus Senior, *declam. 307. propè fin.* difficile est, ait, contra dolorem ægris durare corporibus; & facile est, integro sensu perferre, quam semel indueris persuasionem. Ideò ars inventa est, illæ torquent nocturnæ cogitationes, illa recordatio præteritorum, illa expectatio futurorum, illa est quæstio gravis, cùm vulnera cæduntur, cùm persuasum est animo, nullum esse finem tormentorum.

Et acutè conjicit Michaël Montanus, *lib. 2. des essais. cap 5* conscientiam scelere gravatam vix parem esse doloribus ferendis, innocentiam magis fortem esse. *Ie pense*, ait, *que le fondement de ceste invention, vient de la consideration de l' effort de la conscience. Car au coulpable il semble qu' elle ayde à la torture pour luy faire confesser sa faute, & qu elle l' affoiblisse: & de l' autre part, qu elle fortifie l' innocent contra la torture.*

Eleganter Carolus Philippus Hattron *in pietate & Regno. fol. 270.* Fatentium quidem in eculeo, caussa eadem dolor, haut animi immorsus: sed sequi dolorem credita admissi conscientia, & his simul inflecti silentium. Firmiores qui innoxii; quibus & si idem cruciatuum sensus, nihil tamen est cur pœniteant unà, sed his veritas subsidio constantiæ.

Innocens, Deoque Vindici innocentiæ fidens, cum Galeatio Vbaldo Perusino, *alloquior. lib. 2. fol. 102.* dicere potest: Adeò non diffugio, deposco hoc certamen, in quo spero constanti tormentorum perpessione, insigni tolerantiâ perstare, atque omnem vim tormentorum frangere, & tàm patienter ferre, quam eos inferre: arietem quidem rupem me habebunt. Acerrima virtus est, quam ultimò necessitas excutit, & plus impetus, major constantia penes miseros est. Et plus constantiæ, major consolatio ejus recordationis. Membra cùm dolebunt, constantia & innocentia succurrent doloris ejus causa: sentiam quidem, atque etiam dolebo: Sensum enim hominis, quæ virtus exuit? tamen, ut navis, quæ maria ambulat, parte infimâ, & vili ea attingit, cætera extat & est in alto. Sic ego decurram per hæc tormenta optimâ illâ parte, *id est*, animo sublevatus & quasi

——*Puppi Palinurus ab alta.*

Hæc meditamenta mea, vel internæ imaginationes sunt, quibus me munio & animo:

Animo valenti corpus ægrotet licet.

ac fine arrogantiâ in omnem eventum instruo.

Quo me fata trahent, virtus secura sequetur.

Et quamvis in Veteri Testamento ignotæ, vel non usitatæ fuerint Torturæ; alia tamen ferè cõsimilia media usurpabantur, & sortes in dubiis & occultis maleficiis, quorum authores igno-

ignorabantur, adhiberi solitas scimus, Ios. 7. vers. 14. 1. Samuel. 14. vers. 30. Ionæ cap. 1. vers. 7. Sic tùm etiam mirabilis exploratio adulterii usitata erat, per potionem amaram, *Num. cap. 5. vers. 13. &c.*

Cui propè similis erat Statua Veneris in urbe Constantinopolitana, indè à temporibus Magni Constantini usque ad Iustinum Imperatorem extans, cujus meminit Nicolaus Alemannus *in notis historia secreta Procopii. fol. 83.* Ad quam Virgines, ait, vitii suspectæ cùm accederent, siquidem illibatæ essent, securè discedebant; at verò corruptarum statim vestis reducebatur, patefactis pudendis. Nuptis etiam fœminis, quæ clandestinis adulteriis se fœdassent, idem planè accidebat, ipsæque statim rem fatebantur.

Æquè mirum est, quod refert Estienne de Lusignan, *in description. Insul. Cypri. cap. 14. fol. 64. b.* Nicosiæ nempè lapides fuisse duos, intra quos rei se sistere cogebantur, factum de quo erant inculpati, negantes, tuncque eos sua sponte, ita nocentem constrinxisse, ut veritatem profiterentur. *Il y avoit aussi une Eglise Grecque en la mesme Ville aupres des Chartreux, qui s'appelloit Arcomose, c'est a dire, Prince du serment, en laquelle estoient deux pierres de marbre, ou l'on mettoit ceux, qui ne vouloient confesser la verite: & lors, si celuy qui y estoit mené, estoit coulpable, ces deux pierres se serroient d'elles mesme, & sans aide d'homme, petit à petit, jusques à ce que le patient eust confessé la verité*

In vetustâ illâ Iudaicâ Republicâ simplicitas & ingenuitas major erat, utpote in quâ homines unius naturæ ac gentis, uniusque Religionis conformiter vivebant, atque adeò in eâ minor rerum confusio erat. Indèque Instituta Populi illius, non adeò accommodata sunt ad Respublicas temporum horum, quibus & malitia & in omne scelus, decuplò major libido, & ubi in unâ, non dico Regione vel urbe, sed oppido, Vico & Pago cohabitabant homines gentium diversissimarum, atque adeò etiam ingeniorum & morum. Ita ut omninò Iustitiæ administrandæ, flagitiorumque deprehendorum in tantâ rerum, quæ nunc in mundo est, confusione, multò difficilior ratio sit, quàm erat in Iudaicâ Politiâ. Keckerman. *disp. Pract. 32. quæst. 4.*

Et Angli, qui aliàs tormentis carere dicuntur, ea tamen Catholicis, qui Majestatis Criminis suspecti erant, adplicabant, ut refertur *in libello*, qui Iustitiæ Britannicæ titulum præfixum habet, *ad fin.*

Et sanè si regulas nostrorum Iurisperitorum, & Rerumplicarum sapienter informatarum instituta observemus, vix est ut tortura injustitiæ vel crudelitatis accusari queat, Barthol. Keckerman. *dict. disp. pract. 32. quæst.*

quæst. 4. dùm nempè tradunt, confessioni extortæ minimè credendum, nec regulariter torturam adhibendam esse, nisi prius constet de corpore delicti, putà hominem interfectum, furtum vel simile delictum perpetratum esse, Menoch. *arb. centur. 2. cas. 269. num. 4.* Cod. Fabrian. *lib. 9. tit. 21. definit. 17.* Quod si olim Romani observassent, non falsum ob tormenta dixisset servus ille, cujus Valer. Maximus, *lib. 8. cap. 4.* mentionem facit, qui accusatus occidisse Alexandrum T. Fannii servum, eò nomine tortus à Domino, admisisse id facinus constantissimus asseveravit, itaque Fannio deditus, supplicio affectus fuit: parvo dein tempore interjecto, Alex. ille, cujus de nece creditum erat, sospes rediit domum.

Si id quondam etiam Tubingenses nostri observassent, haut famam suam prostituissent, si modo vera sunt, quæ de iis Ludovicus Gilhausen *in arb. Crim. cap. 6. part. 7. num. 7.* & Godelmannus *de Lamiis, lib. 3. cap. 10. num. 4.* referunt, in hunc modum: cùm duo adolescentes mechanicam artem exercentes, peregrè proficiscerentur, redit unus brevi domum, cum alterius vestitu invicem permutato. Parentes & cognati absentis, statim ex vestimentorum mutatione, filium à redeunte interfectum colligentes, illum apud ejus loci Iudicem, homicidii accusant. Hic statim accusatum absque ulteriori inquisitione, in carcerem conjicit. Et cùm factum accusatus constanter negaret, torturæ subjicitur, ubi præ nimio cruciatu, sesocium interfecisse, vestimenta ejus abstulisse, suaque in hospitio consumpsisse, fatetur. Quare tandem condemnatus, rotæ imponitur, ubi vitam cum morte piè commutavit. Præteritis aliquot diebus, socius itineris, salvus & incolumis reversus est. In hujusque rei perpetuam memoriam, & iniquissimæ condemnationis signum, ibidem in Templo, effigies hominis rotæ impositi, Saxo incisa, & Magistratui facultas, tùm cognoscendi, tùm definiendi, in causis Criminalibus adempta est, nec licet ei absque Decreto Facultatis Iuridicæ quempiam condemnare.

Quamvis autem ego Puer adhuc, consimilia ferè, à Majoribus meis audiverim recenseri; planè tamen persuasum mihi est, effigiem illam hominis impositam Rotæ, in Templi nostri fenestris extantem, Martyris cujusdam, & quidem Georgii effigiem esse: nam parilem planè & alibi apud Catholicos, me vidisse recordor.

Confessio porrò violenta verisimilis esse, & tales quoque circumstantias, quæ non absonæ sunt, continere debet. Hincque Tertullianus *in Apologet.* cùm dixisset, Leges præscribere, ut confessi damnentur mox tamen addit; non esse sola con-

fessione contentos Iudices, sed & consequenter exigere qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, &c.

Insuper quæstioni ut locus sit, indicia aliqua perpetrati à reo delicti, præcedere debent. Menoch. *arbit. lib.1. quæst.84.* Oportet enim Iudices nec in his Criminibus, quæ publicorum judiciorum sunt, ad investigationem veritatis, initium sumere à tormentis: sed argumentis primùm verisimilibus, probabilibusque uti. *l. milites. 8. C. de quæstion.* Et talia itidem indicia necessaria sunt, quæ credibilia, seu verisimilia dici possunt, quæque nostri proxima appellant. Menoch. *lib. 2. cas. 270. num. 13. &c.* **Peinliche Halsgerichts Ordnung/** *art. 20.* **Daß ohne redliche Anzeig niemandt soll Peinlich gefragt werden.** Hincque est, quod Dd. nostri tradunt, si reus, non sufficientibus indiciis præcedentibus, sit tortus, quòd ex solâ suâ confessione condemnari non possit, etiamsi millies, ac etiam judicialiter sit ratificata. Mynsing. *centur. 5. obs. 23.* Farinac. *lib. 1. pract. Crim. tit. 5. quæst. 37. n. 10.*

Modus item tormentorum, non à qualitate solùm & conditione personæ, Menoch *2. cas. 271.* Sed & à momento ac gravitate indicio [illegible]um pendet. **Peinliche Halsgerichts Ordnung/** *art. 58.* Hincque certos Torturæ gradus faciunt Interpretes, quos explicat Grillandus *tract. de Quæstionb.* Clarus §. *ult. quæst 64.* Ac subindè non tormenta, sed terror & metus tormentorum decerni à Prudentibus Iurisconsultis solet. Langlæus *semestr. 9. cap. ult.* Quem modum etiam Veteres Romani non ignoraverunt. Duo egregia exempla T. Livius memorat, alterum. *libr. 10. dec. 4.* de Xycho, verba hæc sunt: Adductus primo Xychus, ita negare inconstanter, ut parvo metu admoto, paratum Iudicem esse appareret conspectum tortoris, verborumque non sustinuit, ordinemque omnem facinoris, ministeriique sui exposuit. Alterum est *lib. 27.* dum refert, unum ex Numidis à Muliere Campana detectis, quod ad Annibalem Romanorum hostem detulissent, constanter [illegible]sse factum: deinde cùm intellexisset vocari, pararique tormenta, statim confessum fuisse. Extat etiam apud Tacitum *lib. 15.* de Natali & Scenino egregium exemplum, his verbis scriptum: Accitus Natalis & Sceninus diversi interrogantur, quisnam is sermo, quâ de re fuisset, tùm extorta suspicio, quia non congruentia responderant, inditaque vincula, & tormentorum aspectum ac minas non tulère.

Monet etiam Petrus Gregorius Tholosanus *Syntagm. lib. 48. cap. 12 n. 25.* à Iudicibus novà tormentorum genera non adhiberi debere, ea namque Phalaridis ac cujus esse, non Christiani. Consentit Gomez *var.*

res. 3. cap. 13. numer. 5. ubi addit: clamandum esse contra Iudices severos & crudeles, vanam & inanem gloriam affectantes, & propter hoc majora officia in Republicâ appetentes, qui nova genera tormentorum miseris reis imponunt, & à jure præscriptum modum excedunt. Idemque vulg. Parthenius Litigiosus, *lib. 1. cap. 14. num. 32.* ubi tractat von dem Dänischen Mantel / Spannischen Kappen / Englischen Jungfraw / Braunschweigischen Stifeln / etc.

Iura etiam nostra tale moderamen tormentorum præscribunt, ut reus verisimiliter remaneat salvus & illæsus, nec vitam aut membrum principale perdat. *l. quæstionis modum. ff. de quæstion.*

Et merito Parthenius Litigiosus invehit in Iudices Larvatos, stupidosque, intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus, miseros captivos lacerantes: imò pastis cruore luminibus, ut fera, quæ gustatum semel sanguinem semper sitit, sæpè numero tormenta duplicari jubent.

Suntque in jure nostro prodita remedia diversa, quibus iniquè tortis, contra Iudicis aut Magistratus, vel fraudem vel errorem & ignorantiam succurri solet, de quibus Matthias Stephani. *ad Constitut. Crimin. Caroli V. art. 20.*

Et quamvis socii Criminis de consciis & participibus interrogari aliquando possint, si nempè de probando scelere agatur, quod sine sociorum ope admitti ab unico homine nequivit, Ianus Langlæus *semestr. lib. 9. cap. 1.* Sed durum tamen videtur, ut, quod in Galliis fit, jam ad mortem condemnatus, ordinariè & extraordinariè; ac ut cadaver torqueatur, ad complices prodendos. vid. Codic. Fabrian. *lib. 9. tit. 21. defin. 12. & 16.*

Confessioni verò in equuleo (aut cùm in oculis equuleus esset) expressæ, fides non aliter est habenda (ut damnari ex ea reus possit) quàm si is rursùm post aliquod temporis intervallum, procul à tormentis interrogatus, perstiterit in eàdem. Langlæus *semnstr. lib. 9. cap. 2.* Nec tamen longius tempus ei dandum esse, ni intervertendæ veritatis, quam fuerit confessus, rationes comminiscatur, monet Anton. Faber. *in Cod. libr. 9. tit. 21. defin. 18.*

Detestandi inprimis sunt ii, qui more Tyrannorum, etiam tormenta adhibent pro pœnâ, ut ait Tertullianus *apologet. cap. 2.* cui ibidem meritò absurdum videtur, quod Christiani torti fuerunt, non ad confitendum, sed ad negandum. Indè idem ad Scapulam, Præsidem Carthaginensem: Quid amplius, inquit, tibi mandatur, quàm nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta revocare? Videtis ergò, quomodo ipsi vos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeò confite-

nem ab inquisitis in cœna pollicendo liberationem, promittendo, quod nullum eis nocumentum inferret, & humaniter cum illis loquendo: & hæc perdicta jura. Ac addit, esse hujusmodi persuasiones magis aptas ad extorquendum confessiones, quàm chorda. Sed vide Langlæum *lib. 4. semestr. cap. 2. fol. 187.* ubi etiam hoc tractat, an liceat subdolè captare rei confessionem. Et pertinet huc tractatio de æquivocatione, de quâ Delrio *lib. 5. disquisit. Magic. Sectio. 10. fol. m. 122. &c.*

Verum de Torturis vid. Cavalcan. *de brachio Regio, part. 3 per tot.* Matth. Steph. *d. offic. Iudic. lib. 9. cap. 11. & seqq. multis.*

8. Pest.

Exempla aliquot pestis horrendæ, habet Goclen. *de peste. f. 2.* qui idem mentionem fecit Pestis, quæ solùm oves necat. *fol. 62.* Quomodo dignoscatur terram vel aerem esse corruptum, Idem *fol. 148.* docet.

Post strages Pestes evenire, memorat Quercet. *de peste. fol. 43.* & vide eundem de signis prognosticis. *cap. 4. fol. 79. & cap. 7. de causis. fol 98. & fol. 125. etiam cap. 6. per tot.* Politicorum præservationes habet itidem *fol. 195.* De peste vide Mercurialem, & Andr. Denzel. *tract. sing.* Item Matth. Vntznerum *in antidotar. pesti'entiali.* multa etiam habeo ego, *in tract. d. vita & morte.*

An Dominus, Rex &c. possit de peste epidemiâ infectos, seu suspectos, ipsis inauditis & indefensis, de suis domibus ejicere, & bona eorum mobilia, in quibus pestis de facili conservari solet, ut sunt lecti, pelles & his similia, comburi mandare, Peguera, *decis. 8.*

Usus esse nonnullas Civitates, ex Privilegio hoc jure, tradente Marquardo Frehero, *in parerg. lib. 2. cap. 2.* ut in condendis Testamentis, Testes non necessè haberent in conspectum Testatoris convenire, ibiq; confectioni, recitationi & consignationi Testamenti interesse: sed satis esset, subscriptiones ab illis & signacula ubicunque addi: puta ad domum misso Testamento, patet *ex l. 11. C. de testam.* Est id quidem contra juris observationem: idem tamen Impp. *in l. 8. C. d. t.* concesserunt fieri tempore pestis, timore, ut loquuntur contagionis, quæ Testes deterrere solet, quò minùs ad eos accedant, quos decumbere, & Testamentum meditari audiunt, statim suspicantes, peste eos laborare: adeò, ut difficile sit pestilentiâ grassante, Testes & Signatores invenire, qui testamentis adsint. Remiserunt igitur pestis tempore Imperatores Testibus, ne necesse habeant ad Testatorem accedere, vel Testatoribus potiùs, ne necesse habeant Testes in conspectum suum cogere & convo-

care, his verbis: *Testes enim hujusmodi morbo oppressu* (ita legendum est, secundum allegatum Freherum, *dict. loc.*) *jungi atque sociari remissum est.* vid. Dn. Bullæum *in periculis Academ. discurs.* 3. & disp. 3. ad Ius Municipale Würtemb. ex adversariis fratris mei. *th.* 32.

An autem fœminæ in tali Testamento admittantur, vide Fr. Sousam. *ad l. fœmina.* 9. *d. Reg. Iur. part.* 2. *numer.* 23 *&c.* Peregrin. *decis.* 80.

9. Petschafft / Pitschier / Pitschier Ring.

Petschafft idem est ac Sigillum, de quo *infrà verb.* Sigill.

In Scripturis vetustis reperitur, Betschaden: ita enim in literis armorum, vulgò Wapenbrieff / familiæ Lebzelterorum ab Imperatore Friderico Anno 1474. datis, §. vnd Meinen: ibi: die obgenanten Wapen vnd Kleinot haben / führen / vnd der in allen vnd jeglichen ehrlichen / vnd redlichen Sachen vnd Geschäfften / zu Schimpff vnd zu Ernst / auch in Sigeln / Betschaden vnd Kleinoten gebrauchen sollen. Quod verbum Betschadeß in confirmatione Rudolphi, §. vnd sich deß alles: ibi, Insigeln / Petschafften / Kleinoten / &c. mutatum in Petschafften / ab antiquo verbo *Pittacium*, apud Petronium, ibi: Amphorarum cervicibus *Pittacia* erant affixa, cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum centum: *id est*; Indices sive tituli amphoris & doliis affixi, Vini Patriam, & ætatem significantes. Bornitius *de Instrum. lib.* 1. *cap.* 20. Deindè Glossarium ait, πιτάκιον, brevis, Pittacium. Martin. *in Lexic. Philolog.* Vndè verisimilior & facilior contractio Petschafft / & translatio ad annulum signatorium, sive aliud Signaculum. Reperitur etiam vox *Pistacium* in antiquis constitutionibus passim apud Goldastum, quod σφάλμα Scriptorum esse videtur. Pittacium enim non Pistacium, Græco respondet, πιτάκιον, nisi quis putet usu S. in T. mutatum fuisse. Hæc Bornitius, *in tract. d. Instrum.*

Annulli Signatorii, apud Vopiscũ Sigillaricii, vulgò Pitschier Ring vocantur, quibus Testamenta, aliæque tabulæ signantur, quibus etiam veteres pecunias depositas, & domi suppellectilem, omnemque penum obsignabant.

Annulum autem talem, cuivis habere licuit, etiamsi jus aureorum annulorum consequutus non fuisset, cujus usus varius & apud veteres, ut modò dixi, maximus erat. Nam propter multitudinem servitiorum, reclusa omnia obsignataque à Dominis tenebantur, sicque à rapinâ, ut ait Plinius, vendicabantur.

Vndè plus annulis, quàm animis hominum credi, queritur Senec. *lib.* 3.

libr. 3. de benefi. cap. 15. vide Arum. *Exercit. Iustin. fol. 117.*

Horum annulorum characteres sive sculpturæ, Teste Marq. Frehero, *in parerg. lib. 1. cap. 20.* olim non ut hodiè, erant gentilitiæ vel familiares, sed pro lubitu cujusque factæ, & plerunque aliquid occultæ significationis habentes. Sic namque Pomponius, ut refert Plutarchus in Pomponio. Leonem tenentem ensem, & aliàs auctore Dione, quemadmodum & Sylla, Trophæa tria in annulo sculpta habebat. Galba canem ex prorâ navis caput inclinantem, eodem Dione Auctore, Plinius Secundus Quadrigas. Seleucus Rex signaculum annuli habebat anchoram nauticam, ut Clemens Alexandrinus I I I. Pædagogicus refert, quod ipse natus in femore nævum anchoræ similem habuisset: Iustino teste *lib. 15.* Apud Ægyptios autem Æliano authore, fortissimus quisque Scarabæum sculptum gerebat: quia id sine fœmina animal est.

Circa hos annulos valdè notabilis est Lex Solonis apud Laërtium, referente Frehero, *d. l. & cap. Non licere annulario ejus annuli, quem vendidisset, vel faciendum conduxisset, sigillum sive exemplar retinere.* Forsan eam ob causam, ne aliqua fabricandi falsi occasio relinquatur.

Et hi annuli Signatorii non veniunt ornamentorum nomine: quia non ornandi corporis causâ, sed ad serios usus, & quasi fidei pignus sunt comparati. *l. argumento. 15. § ornamentum. ff. de aur. arg. leg. arg. l. 79. ff. de verb. sign.* Nec computantur inter utensilia, prout voluerunt Wittebergenses, ut patet ex Sentent. Pistoris, *quæst. 32. lib. 1.* Sed inter res hæreditarias, per *supra* allegatos textus.

10. Pfalburger.

Civis ille, qui priùs domicilium retinet ejus Civitatis, cui adscriptus est, falsus Civis esse perhibetur, & nomine Germanico vetusto Pfalburger nominatur. Cujus vocabuli notatio quæ sit, in obscuro est. Quidam putant incolam, qui non est Civis, dici Pfalburger / der zwischen seinen vier Pfälen sitzt. Freherus falsum Civem eo significari existimat. Nonnullis in locis vocantur Pactburger / quod non absolutè, sed sub certo pacto, unter einem gewissen Pact oder Geding / Cives sint, aut sub certa & denominata pensione annua vel censu, aut ad certum tempus, ut vult Iacob. Werner. Killinger. *tr. de Gauerb. discurs. 3. num. 88.* Quod verum esse non putat Dn. Draco, *de jure & origine patricior. cap. 3. fol. 244. num. 21.* Resistit enim Scopus prohibitionis, non recipiendorum Pfalburgeriorum: qui Civibus pactitiis non obstat. vide Dracon. *d. loc.* & Arum. *ad*

Aur.

Aur. Bullam. cap. 16. fol. m. 267. & seq. vide me, *de jure civium. fol. 48. & de nat. popul. fol. 64.*

11. Pfalentz/ Pfaltz

Würdt communiter pro Palatio genommen: indè Pfaltzgraff / Comes Palatii. Hinc & Pfalentz-Gericht/ singularis est species jurisdictionis, ferè ad causas feudales restricta. vide me, *de Comitib. num. 8.*

Varro, *4. d. Lingua. Lat.* Quartæ, inquit, Regionis Palatiū. Quod ad id Palantes cum Evandro venerant; aut quod Palatini, qui & Aborigines, ex agro Reatino, eo in loco, qui appellatur Palatium, consederunt. Martin. *in Lex. Philolog.* Palatium appellativè, est augusta ..., Basilica, Prætorium, Pallast / pro quo ante 2.. annos dicebatur Pfallentz, domus Regia, quâ voce & Græci diù sunt usi. Meursius *in Glossar. v. παλάτιον.* Palatinus ad Palatium pertinens, & indè omnes in aula officium habentes, ita dicebantur Echeman. *2. c 6. 9. 13.*

Et talia Palatia in Civitatibus nonnullis erant: In usque Cæsares, vel Palatini jus dicebant: Indè quandoque sumitur Pfaltz / pro Curiâ Iudiciali, ut Argentinæ. Ios. Nolden. *d. stat. nobil cap. 8. numer 153 &c.* Sic Treveris ædificium est, nunc Archiepiscopalis domus, & der Pallast vocatur: quod erat olim sub Regibus Francorum, & diù posteà, Palatinorum Comitum sedes. Freher. *ad Ausonii Mosell. fol. 123.* Et Goslaria nominata fuit ein Pfaltz-Statt / quod in ea Imperatorum Curiæ solerent consedi ibi. Pomarius *in Chron. Magdeburg.* Henning. Arnisæus, *de Majestate. libr. 2. cap. 4. num. 15. fol. m. 322.* Eodemq; intuitu Palatia, quæ sunt ædes Imperatori consecratæ, *l. un. C. de Palat.* in Civitatibus Regalib. annumerantur, *cap. un. quæ sint regal.. 2. Feud. 56* ibi Palatia in Civitatibus consuetis. Quasi nemini liceat inhabitare Regia Palatia, præter ipsum Principem, habentem Regalia. *l. nulli. C. de offic. Rect. Provinc.* vid. Dn. Martin. Mager. *tract. de advocat. armat. cap. 2. num. 57.*

12. Pfaltzgraffen

Hi nunc Principum ordini non adscripti solùm, sed & Ducibus multis superiores sunt, atque ita Comites Palatini, vulgò Pfaltzgraffen / olim Palatii vel Curiæ Cæsaris Iudices sive Præfecti erant, Richter deß Kaiserlichen oder Königlichen Hofs. Vorcholt. *de feud. cap. 5. num. 34.* Nunc Cammerer oder Hofrichter dici possunt.

Hodiè Comites Palatini sunt & dicuntur, qui de Principatu, seu regione eâ, quæ in Palatinatum, Die einer Pfaltzgraffschafft ... investiti sunt, Reinking. *libr. 1. d. regim. secul. & Eccles. cap. 13. num. 18.* Ita in Ger-

Germania Comites Palatini ad Rhenum, magna præeminentia fulgent, ac dignitate Electorali sunt decorati, primasque inter seculares Electores tenent. Marq. Freher. *in tract. de origin. Palatin* vide König. *part 1. in theatr. polit. cap. 36. num. 33. & seqq.* Vb. Thom. Leodium, *in Annal. lib. 1.* & me *de Comitib num. 8.*

Iudicem & ephorum Imperii Palatinum esse, innuere videtur Aurea Bulla. *cap. 5.* Quod munus communi Principum voluntate ac consensu primùm Rudolpho Comiti Palatino Rheni collatum circiter Annum Domini M C C L. Ita scribit Georgius Alt, Noribergensis in Chronic. Bey diesen Zeiten machten etlich deß Reichs / vnd besonder die Geistlichen Chur-Fürsten von mancherley Zweifelhafftigkeit wegen / wider König Albrechten Bündnus vnd Verschreibung mit einander. Den beschuldigten sie / daß er Adolphen seinen Herrn / in einem Krieg vmbgebracht hät. Deßhalb er der Königlichen Ehre vnwürdig were. Darumb setzeten die andern fürnehmsten Fürsten Teutscher Nation / Hertzog Rudolphen Pfaltzgraffen bey Rhein / zu einem Richter deß Römischen Reichs / also / daß er hinfüro zu künfftigen Zeiten auß seiner Dapfferkeit dasselb Ampt volführen solt: auff daß die Römische König bewegt würden / nichtit Vleis oder Schelenung würdiges im Reich fürzunemmen / dardurch sie der Römischen Königlichen Höhe vnwürdig geschätzt werden möchten.

Sed hoc officium fuit personale, & industria personæ electa; nec eà conditione, quà Rudolphus id adeptus, ad posteros translatum fuit.

Conradus Palatinus Rheni diem clausit extremum An. 1195. Dignitas cum tota ditione beneficio Cæsaris cessit Henrico Saxoni: qui ab eo tempore titulo Ducis Saxoniæ & Palatini Comitis ad Rhenum nunquàm non in literis usus est. Vidi innumeras ab eo scriptas: vidi Ottonis Imp. ad An. 1206. in quo eodem modo ipsum salutat. Neque aliter agit auctor magni Chronici Belgici *p. 221.* Dn. Meibomius *in histor. d. Henrico Leone. fol. 40.*

De jure & Privilegiis Comitum Palatinorum Cæsareorum, qui Comites sunt sine Comitatu. vid. Arum. *3. fol. 39. & multu seqq.* & me *de Majest fol. 200*

13. Pfandlehen.

Feudum pignoratitium, Pfand-Lehen / eo modo constituitur, si Dominus in investitura confiteatur, se hoc feudum Vasallo pro certa pecuniæ summa concessisse, ita, ut sibi liberum sit, resoluta pecunia redimere, Zasius *in Epitom feud p 12. num 23 & seq.* Schrader. *de feud. p. 2 c. 4. n. 57. & seq* Fichard. *vol. 2. consil. 7. num. 5.*

Frider. Martin. *de jur. cens. cap. 1. num. 187.* vid. Goth. Anton *disp. feudal. 1. thes. 7. lit g & fol. 95. lit. f.*

Concipiuntur ferè sub hac forma: Also / daß wir noch unsere Erben / noch jemands anders / die benante Stätt / Schloß / etc. von jhm noch jhren Leibs-Erben / daß Söhne seyn / für und für nicht lösen / noch sie davon entsetzen noch bringen sollen noch wollen. Doch also und mit solchem Geding / ob dieselben N. von N. ohne eheliche Leibs-Erben / daß Söhn weren / für und für mit Tod abgiengen / daß dann dieselbe Stätt / Schloß / Herrschafften / etc. all und jeglich mit solchen jhren Zugehörungen widerumb an uns / oder ob wir nicht weren / an ander unser Erben ledeglich und gantz ohn alle Losung / Rehrung unnd Bezahlung fallen sollen / ohn aller ander jhrer Erben und menigliches von jhren wegen Irrung und widersprechen: als sie sich dann deß gegen uns und unsern Erben / verschriben haben. Und wir und unsere Erben wöllen darinn jhre gnädige Herren sein / und sie dabey für Anspruch handhabē / schützen und schirmen / getrewlich und ungefährlich / sie sollen auch uns / und darnach unsern Leibs-Erben / daß Söhne seyn / ob wir die gewunnen für und für und niemands mehr mit denselben Stätten / Schlössern und Herrschafften / gehorsamb und gewärtig seyn / und uns die zu allen unsern Notturfften offen halten / uns vñ die unsern, die wir darin schaffen / darinn und darauß zulassen / und darinn zuenthalten / wider meniglich / niemandt außgenommen / doch in unser selbs Costen unnd Zehrung / unnd ohn jhren mercklichen Schaden / auch alles getrewlich unnd ohne Gefehrde.

An in feudo pignoratitio fœminæ succedant? Et æquè benè rigore Iuris inspecto, fœminas excludendas putat Knichen. *de vestit pact. p. 1. cap 3. n. 256.* Rosenthal. *cap 2 conclus. 77. num 5* etsi de consuetudine Germaniæ contrarium statuat, de qua attestatur Zas. *part. 12. num. 24.* Gail. *2. observ. 159. n. ult.*

14. Pfandschilling / Pfandschafft / Pfandsweiß.

Licet verba Pfandschilling / Verpfendung / & similia, ad Iuris quidem intellectum redacta, pignus denotent, Arum. *lib. 2. decis 5. num. 74. in fin.* Verum cùm proferuntur eo modo, in quo interpretatio tam Iuris, quam usus communis loquendi haberi potest, tum potius accipienda erit interpretatio communis intellectus, quàm Iuris. *l. stipulatio ista. 38. §. hac quoque. 7.* ibi Bart. *ff. d. V. Obl.* Roman. *cons. 4. n. 6* Secundum eamque Germaniæ consuetudinem, emptio venditio cum pacto de retrovendendo, vulgari modo appellatur Pfandschilling. Zas. *cons 12 num. 11.* Wesenbec. *consil. 2. n. 91.* Consil. Acad Ingolstad *tom. 4. inter consil Illustr. JC. cons 12.* Arum. *d. l. num. 75*

Estque

Estque Pfandung/propriè in Germania venditio cum pacto de retrovendendo. vid. Georg. Everh. *1. conf. 54. num. 45. qui num. 48. & seqq.* differentias inter emptionis & pignoraticium contractum recenset, ac *numer. 77.* ait, non obstante ulla præscriptione, redimi posse, ut & *conf. 60. eod. vol.* ac quoque vid. *vol. 2. consil. 10.*

Verba etiã Verpfändung/Pfandschilling/Widerkauff synonima, vocesque eadem significantes sunt. Vndè benè dicit Zasius *d. consil. 12 n. 11.* quod ex usu loquendi inter nomen venditionis, ubi immobilia cum pacto retrovendendi venduntur, & nomen pignorationis non fiat differentia, sed alterum pro altero usurpetur, Arumæus *d. decis. n. 79.*

Qui tenet Castrum per contractum pignoraticium, vulgò Pfandschafft/is facit fructus suos, nec computantur ei in sortem, secundum consuetudinem Suevіæ, & ferè totius Alemanniæ generalem, ut testatur Mattin. Vran. *vol. 2. consil. 56. num. 5.* Sicut enim consuetudo potest novam speciem contractus inducere, ut eleganter voluit Angel. *in §. lex itaque. in auth. de non al. col. 2.* ita etiam consuetudo potest contractum approbare. Bald. *in l. per diversas. Cod. mand.* Nam etsi quis faciat actum, qui communiter existimetur, licet in veritate non esset licitus utpote qui à sapit usurariam pravitatem, tamen non est censendus usurarius, secund. Bart. *in l. qui sit. fugitivus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. Edict.*

Vide etiam Matth. Coler. *conf. 27. & seqq.* ubi multa de tali contractu habet, præsertim *conf. 31.* quis probare debeat pertinentias ac limites talium oppignoratorum bonorum: & quomodo ab aliis immixtis sint separanda.

Antiquitus sæpè territoria per antichresin alicui ita consignata fuerunt, daß man dise Stätt/Veste/ꝛc. all/noch jhr keines besonder/von dem Anleiher/noch seinen ehelichen Söhnen/die er jetzunder hat/oder noch künfftiglich gewinnet/nicht lösen solle/noch wölle.

Wann aber er/oder sie eheliche Söhn mit dem Todt abgange/vnd jhr keiner im Leben mehr ist/so sollen vns seiner Söhn Erben/oder sie Söhn oder Töchter der Losung statt thun vnd gehorsamb seyn/wann wir das an sie begehren: doch also/daß wir die vorgenandte Pfand zu vnser Hand lösen/vnnd sollen auch sie niemand anders gönnen zu lösen/noch eins ohne das ander nicht lösen/vnd wann wir auch also die Losung thun wollen von seiner ehelichen Söhn Erben/so soll die Losung beschehen vmb die genandte Summ Gelts/ꝛc. vnd sollen auch die Bezahlung thun an der Stätt einer N. oder N. in welcher sie wollent. Wer auch ob der vorgenandt N. oder sein Erben/der vorgenandten Schloß

eins oder mehr wolten versetzen / daß mögen sie wol thun / doch vns / vnsern Brüdern vnd Erben / an vnser Losung vnschädlich / in der Weiß / als vorgeschriben stat.

Dictio Pfandsweiß est composita, & idem sonat, ac si dicat quis, ad exemplum vel similitudinem pignoris, sed tamen non verum pignus significat. vid. Baptist. Cæsar. *in Consil. Illustr. ICC. part. 2. cons. 67. num. 29.* & *consil. ultim. num. 44. part. 3.*

15. Pfandung/

De his vide præjudicia Cameralia: verb. Pfandungen. Item Gail. *lib. sing.* & multa apud Schwanmann *in observat. Cameralib.*

16. Pfarr/Pfarrkirch.

Es haben die Bischöff / vel qui loco Ordinarii sunt, Fug vnd Macht / auß einer Pfarr / vmb erheblicher Vrsachen willen / zwo zumachen / etiam invitis Patronis, si justa causa ejusmodi divisionem suadeat, Azorius *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 12* ubi Dd. *in c. ad audientiam. 3. de Eccles. ædif.* & Concil. Trident *sess. 21. cap. 4 de reform. alleg.* Et tunc wann auß einer Pfarr zwo gemacht / quid Iuris? vid. Tholosan. *d. benefic. c. 15. n 3.*

Cum dividitur Ecclesia utriusque manet idem Patronus. Tholosan *dict. loc. cap 17. fol. 131.*

Dismembratio tamen regulariter fieri non debet. Marta. *decis. tom. 6. §. Ecclesia cap 31.*

Qui fructus decimales percipit, quomodo teneatur ad Ecclesiæ reparationem. Marta *decis. tom. 6. §. Ecclesia. cap. 20. & seq.*

Wer alsdann dem Pfarrern sein Stipendium augiren müsse. Concil. Tridentin. *sess. 21 d. reformat. c 7.*

Die jenige Parochiæ, so den Bisthumben / Gottshäusern oder andern piis locis incorporirt werden / pflegen keine veros aut proprie dictos Parochos, sondern nuhn Vicarios zuhaben / welche nicht investirt werden / sondern mit den beneficiis ut vocant manualibus versehen / vnd ad nutum amovibiles sein. vid. Azor. *in Instit. Moral. part. 2. lib. 3 cap. 1. vers. quinto dividitur beneficium. & cap. 26. qu. 12. & seq.*

Institutio enim jure communi ad Episcopos spectat, ut defendit Panorm. *in c. 1. de Instit.* quanquam jure speciali etiam aliis competere possit, *c. cum venissent. 6 d. tit.* Azor. *d. p. 2. lib. 6. quæst. 2.*

17. Pfenning.

Vocem Pfenning / vel à voce pecunia, vel à Pfandung / quasi Behandung / ab apprehendendo, & crebriore usu dictum putant.

Ein Frantzösischer dicker Pfenning ist würdig sechs vnd ein halben Batzen

gen / thun 26. Creutzer Böhemischer 11. Albus, 6. Pfenning Oberreinischer: 8. Groschen / 8. Pfenning Meißnischer: vnd zweilffthalben Schilling / Lübecker- vnd Magdeburgischer Wehrung. Iacob. Aleman. *in palæstr. Consultat. consult. 8. quæst. princ. 1. part. 37.*

Ein Lothringischer oder Cardinaler dicker Pfenning / ist würdig sechsthalben Batzen / thut 22. Creutzer Böhemischer 9. Albus, 7 Pfenning Oberrheinischer. 7. Groschen/4. Pfenning Meißnischer vnd 10. Schilling Lübecker- vnd Magdeburgischer Wehrung. Alemannus *dict. loc. partit. 38.*

Von der Pfenning Valor, Wehrschafft / Außgab vnd Müntzen / multa habet Alemannus. *consult. 8. quæst. princ. 1. partis. 47.*

18. Pfenningmeister / Oberster Pfenningmeister.

Inter Majores officiarios exercitus, refertur Quæstor & Custos ærarii Castrensis, der obriste Pfenningmeister: qui pecuniam ad bellum necessariam conquirit, conquisitam asservat & erogat. Reinhard. König. *in theatr. polit. part. 3. cap. 10. sub num. 4.* Hodiè Commissarii dicuntur.

19. Pfleger / Vormund / Gerhaber / Pflegvatter / Pflegvogt / ꝛc.

Tutores à tuendo appellantur: quia Pupillum tueri & defendere debent. §. *Tutores. 2. Inst. l. 1. § 1. ff. d. tutel. l. 1. ff. de minorib.* Nam Tutor iure Pupilli tunc Domini loco habetur, cùm tutelam administrat, non cùm Pupillum spoliat. *l. qui fundum. 7. §. si tutor. 3. ff pro emptore.* Italis dicitur *Difensore del Pupillo.* Gallis *Tuteur*, Germanis, ein Pfleger / Vormund / Gerhaber / Pflegvatter / Pflegvogt / Trewhalter / Trewhänder / Monper: quod ultimum valdè usitatum. est ad Rheni tractatum, & videtur à Gallis sumptum, ut Monper / sit quasi *Monpere, hoc est*, Pater meus. Dn. Ioachimus Cluten. *diatrib. Iustin. 14. lib. 1. th. 4.* Sed mox infrà aperiam derivationem magis forsan congruentem. Sed propter multiplices, & consuetas Tutorum fraudes, Alberic. de Rosate, Spiegel. *in Lexic. verb. tutela. & verb. Tutores.* & Ant. Piagg. *tract. de tutel qu 1 nu. 3:* putant, Tutores dictos, quasi *Tollitores.* Plena sanè est talium exemplorum vetustas. Paul. Montan. *de tutel. cap. 7. n. 7. & seqq.* nec nostro seculo desunt. Hinc Maximilianus Imperator eos, qui tali essent ingenio rapaci, festivè vocare solebat Gerrhaber / addita Patriæ voci litera R. Nam Austriaci Tutores Gerhaber vocant: sic & aliis Vormund / propter abusum, per ἀντίφρασιν vocatur, quasi vor dem Mund: unde Germani nostri, die Vormünder machen es offt also / daß den Nachmunden nichts viel vbers-

 bleibt.

bleibe. vide me, *d. success. & elect. Regim. cap. ult.*

Variis ergò rationibus Pupillorum indemnitati, prospicit jus nostrum.

Inprimis Tutor Inventarium conficere tenetur. Idque si non fiat, defertur contra eum, Pupillo Iuramentum in litem. Plotus *d. in lit. jur. folio 50. sub num 31.* Sed contra Tutoris heredes deferri non posse, censet Anton. Monterus, *decis 11.* nisi lite cum Tutore contestata.

Tutor salarium petere nequit, licet interdùm Iudex ei aliquod, occasione operarum futurarum, constituere possit. Monterus. *decis. 29.* Mundeburdis vel Mundiburdium, tuitio, Momberdye. Dicebatur & Mamburgium & Mandiburgium.

Tutor quandoque ipse Mundiburdis dicebatur, Leg. Ripuar. *tit 37. §. 3.* Si quis ingenuam puellam vel mulierem, quæ in verbo Regis vel Ecclesiastica est, seducere præsumpserit, sine Parentum voluntate de Mundiburde abstulerint, LX. solidis culpabilis judicetur. Vndè puto Curatores contractè dici Monper.

Mundium, tutela, Mund/M. Gold. *Leg. Alemann. tit. 52. §. 2.* Si autem vivi sunt, non sunt illius, qui eos genuit, sed ad illum priorem Maritum Mundio pertineat.

Notat Amerp. vocem Mundium sæpè occurrere in Legibus Longobardicis, & plerunque significare tutelam: undè Mondualdi. Item Vormunden/Mundlin/voces planè Germanicæ.

Selpmundia, sui juris, extra tutelam. Leg. Longob. *tit. 83.* Nullæ Mulieri liberæ, sub regni nostri ditione, legis Longobardorum viventi, liceat in sui potestatis arbitrium, id est, Selpmundio vivere, nisi semper sub potestate virorum, aut certè Regis debeat permanere, à Selb & Mundig. Sed de voce Mund/vide Bignon, *in not. ad formulas Marculfi. fol. 504. 506 528.* Dn. Meibomium, *ad hist. Henr. Leonis. fol. 33.* & me, *tr. d. fæderib. fol. 54.*

De Tutela etiam & Cura, integer extat tractatus, opusculis meis juridicis insertus.

20. Pflegrechnungen.

Veteri quidem consuetudine receptum est, quemlibet Tutorem librum rationum, expensis tamen Pupilli conscribere debere, in quo omnia data & accepta, reditus, expensas, & quæcunque administravit, clarè & sigillatim describere teneatur: ita, ut omnia in eo singulariter de die in diem, tàm respectu ejus, quod recipitur, quàm ejus, quod expenditur, inserantur. Quod quidem ideò factum est, ut ex eo veritas vel falsitas elici possit, vel ut contra eum probari possit contrarium, juxta *l. app.*

l. apparitores. C. de exact. tribut. l. 1. § officio. ff. de tutel. & ration. distrahend. l. si quis ff. de condit. & demonst. Nicol. Ianua, *de privat. Scriptura. lib. 4. tit. de libris Tutorum, Curatorum,&c. num. 2.* Qui & *num. 3.* dicit: hæc in genere minimè poni debere observandum: adeò, ut si omnia non ponantur ita clarè, vel ponantur tantùm quidem in genere, respectu eorum, quæ non fuerint posita, vel fuerint posita, vel fuerint in genere, absque tempore, causa, die, mense & anno, & personarum atque locorum nominatione, jurare poterit in litem contra eum, quippè, qui talem librum confecerit, ita, ut ex ipso Iuramento res & rerum quantitas, pretium, æstimatio, fructus & redditus contra ipsum Tutorem vel Curatorem, qui ad confectionem talis libri rationum tenetur, probentur recepti, & demùm generaliter contra talem in litem jurare poterit, perindè, ac si nullum librum confecisset: prævia tamen semper Iudicis taxatione. Cravett. *de antiquit. temp. §. limitatur. 4. num. 44.* Petr. Montanus, *tract. de tutel. cap. 32. reg. 8. num. 1.* Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 208. num. 19. & seq.* rationem dicens hanc: nam rationum perplexitas idem efficit, ac si non essent confectæ, cùm quid factum sit, discerni minimè possit.

Libri rationum quatenùs probent, consulendus Nicolaus Ianua, *d. loc. fol. 724. num. 6. & seqq.*

21. Pflicht/ Aidspflicht.

Dubitatur, quem sensum habeant illa præcepta, quæ plerunque injunguntur subditis à Magistratibus, qui juramento obedientiam promisere, his quidem verbis sub pœna præstiti juramenti: bey Aidespflicht. Cujus quidem Clausulæ satis constat hanc significationem esse, quod id præcipiatur, sub pœna perjurii, nempè, quasi dixerit quis: hoc tibi præcipio sub juramento mihi præstito, ita, ut si non feceris, perjurus sis; Setser. *d. juram. lib. 1. cap. 16. num. ult. f. 111.* Sicque sensus hujus locutionis est, sub pœna *præstiti juramenti*, id est, sub pœna, quæ debet ei imponi, qui juramentum violaverit. Unde Genitivus ille præstiti juramenti non stat, ut loquuntur, intransitivè, *id est*, sub pœna, quà est præstitum juramentum: ut notat Covarruv. *in repet. c. quamvis § 7. p. 1. relect. in fin.* quo in loco scribit: omnia manda a Rectoris Universitatis alicujus, ut intersint Scholastici alicui congregationi, non esse ita strictè accipienda, etiamsi fiant sub pœnà præstiti juramenti; quasi mandator ipse voluerit ita vocatos, ad perjurii crimen obligare, si non fecerint, quod eis mandatum fuerit.

fuerit. Etenim præsumendum est, attentâ piâ mandantis intentione, quod in his communibus congregationibus, quæ præsertim magni ponderis non sunt, tantum voluerit ad memoriam juramentum revocare, ne per contemptum omittant subditi obedire ejus præceptis, non tamen, ut perjurium ab iis committatur, quod maximè est observandum, ne passim temerè per jurii reus damnetur: etiamsi omisit facere quod superior mandaverit. Quod & cautum est Statutis Academiæ Tubingensis.

22. Pflugdienst.

Ad operas rusticales, Pflugdienst/ (quas præstare tenentur ii, qui ex agris equos aut boves aratores alere possunt, qui & indè vocantur Außspanner/ Pferdner/ Ackerleut/ rc.) ferè pertinent, frumenta, ligna, vina & si quæ alia Dominis proveniunt, in ædes dominicas convehere, agros fimo stercorare, serere, arare, rastro planare, fœnum, cæterasque fruges in horreum Domini vehere, die Garn zu den Jagten führen/ currus & bigas ad quamcunque vecturam rerum necessariarum præbere. Ritter *de Homag. cap. 7 num. 149.* Sed hæc dijudicanda sunt ex usu, & temperari debent Christianæ charitatis melle. Hisce autem servitiis, ut species contradistinctæ, opponuntur Hand- oder Hapendienst: quas operas die Taglöhner/ so keine Pferdt haben/ præstare coguntur.

23. Pfründt.

In multis locis usurpari solet, ut certam pecuniæ summam à privato accipiat fiscus, eique vel alimenta vel pensionem (interdùm usuris vulgaribus majorem) ad dies vitæ concedat, vulgò Pfründtkauff. Lather. *de censu, lib. 3. cap. 23. num. fin.*

24. Platz/ Placitum.

Placitum apud Francogallos olim diversimodè sumebatur. Vno modo pro conventu Procerum, Regni vel Imperii tàm speciali, quàm generali: ubi nempè de communibus Provinciæ vel Civitatum rebus tractabatur: à Germanico nimirùm vocabulo Platz/ *id est*, loco designato ad conventum. Knichen. *de jure territor. cap. 4. num. 48.* vide Mager. *de advoc. armat. cap. 3. num. 274. & seqq.*

Secundo accipiebatur Placitum pro foro & judicio. Tertio interdum ponitur placitum pro ipso decreto. Quartò denique Placiti vox interdùm usurpata legitur pro ipso litigio seu controversia, liteve judiciali. vid. omninò Dn. Mager. *d. l. num 27[illegible]. & multis seqq.*

25. Polen.

In Polonia non absoluti Principes, au ho-

authoritate Rex præfulget, sed super bello, pace, fœderibus & rebus Status, demùm statuit consultis totius Regni Nobilibus. Itaque si horum quamplurimos Principi suo Legatus amicos reddiderit, id spei fovere contingat, quod dùm corona hujus Regni non hæreditario, neque successionis jure defertur plerunque exteris, ad eam sic Legati Dominus aut hujus amicus (siquidem Interregnum fuerit, aut novus Rex eligendus) facilius assumatur. Nolunt enim Poloni nobiles Regem ex incolis, & sibi æqualibus constitui, qui ipsus per se imbecillior existeret, affiniumque ambitione tyrannidem fortè induceret, vicinis Turcis nimiò notam.

Primus à Rege, dignitate præeminet Cancellarius: Legatorumque postulatis vacat, qui alternis vicibus, nunc ex equitibus, nunc è literatis constituitur. Si quandò ex equitibus, plerunque in expeditionibus militaribus Aula abest. Ordines Regni duo sunt: Senatorum & Equitum, qui junctim ad Comitia conveniunt: & illi quidem loco digniores, ast non auctoritate. Senatorius quoque ordo, utpotè per Regem adscitus, quicquid Rex probat, facilè approbat: Nobilium verò deputati liberius votum, suffragiumque promunt, quibus Donum & Libertas Patriæ suprema Lex & Spes est Marselaer. *in suo Legato, lib. 1. cap. 30. in. fol. 132.* Adde de Statu Poloniæ Regni, me, eosque auctores, quos laudo, *tract. de statu Reip. mixto. fol. 226. & seq.* Inprimis etiam Polonica Statuta.

26. Politici.

Politicus quis verè sit, ac de multiplici hujus vocis abusu, dixi *in præcognitis Politicis, fol. 84. & seq.*

Notanda etiam sunt, quæ habet Caspar Ens, *in parte altera Morosophiæ. fol. 274.* Ad prudentiam, ait, quod attinet, consistit ea in moderatione seu regimine Civitatum atque Imperiorum, ut & singularum familiarum, *id est*, tum in publicarum, cùm in privatarum rerum benè ordinata dispositione: ut scil. procurentur ea, quæ utilia, declinentur verò, quæ nocitura sunt. Id genus homines vulgò Politici nominantur, qui nimis quam sapiunt, dum illos sapientes, qui scil. Dei cognitioni & rerum Divinarum speculationi intenti sunt, ab Imperiorum seu Rerumpublicarum administratione excludendos putant. Quasi verò non idem Prudens esse possit, qui sapiens. Sed toto cœlo errant. Quamvis enim non ignorem, imperia (quod Politicorum coryphæus Cosmus Medices dicere solebat) Pater nostris, seu superstitiosa quadam sapientia non administrari: a nimine tamen, quàm à Divinæ sapientiæ perito minus consilium peti posse existimo. Sed magna hic prudentia opus est, ne in ejus-

 modi

modi homines incidamus, qui non Veri & Boni scientia, sed suis ipsorum præter omnem rationem conceptis opinionibus ducantur. Sed & mirum est, quam sæpe Politici, *id est*, Mundum sapientes homines, in consiliis suis aberrent: maximè desipientes, ubi maximè sapere se putant. Unde fit, ut multa non emendanda peccent, ac sepositis Deo ac Religione, & se & alios perditum eant.

Res quidem eo jam rediit, ut pro Politico habeatur, qui tam sua, quàm aliorum vitia dissimulare, in Religionis negotio cōnivere, & aliis, præsertim superioribus, assentari in omnibus possit, nullo interim alio fine proposito, quàm ut & divitias, & honores consequatur, & sic quietè ac delicatè vivat. At qui hæc contemnunt, pro stultis reputantur: Sed ô miseri? Hi quidem faces ardentes, vos merus fumus estis. Contemnuntur à mundo pii ac simplices: sed à Deo magnifiunt. Mundus id tantum colit atque adorat, quod in speciem dives, potens atque pulcrum est: Sed Deus interna considerat. Quod mundo vile est ac despectum, à Deo probatur, ac supra nubes exaltatur. Quis mundanorū hominum, in stultorum numero non habet eos, qui pro veritate quidvis perferre ac pati non dubitant. Quid Politicus ille Satrapes ad B. Apostolum Paulum: *Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam convertunt.* Ad quæ Paulus: *Non insanio, optime Feste: Sed veritatis & sobrietatis verba loquor.* Festus quidem, quia arcana, quæ docebat Paulus, non intelligebat, eo Paulum pro stulto habebat, uti & mundus omnia, quæ nihil mundani sapiunt, stulta reputat. Verè divina sapientia, cujus fundamentum est spiritus regeneratus, & firma in Deum fiducia, Mundo nihil aliud est, quàm mera stultitia. Sed verè sapiens est, cui propter Deum mundus vilis est; multumq; ue scit, cui modus exitium evadendi exploratus est. Soli meo judicio isti sapiunt: cæteri utcunque sibi sapientes videantur, nō desipiunt modo, sed & insaniunt. Christianæ sapientiæ summa in sui ipsius consistit contemptu. Si quis omnes scientias perfectissimè calleat, parum sciverit, si seipsum ignoraverit. In externis positus, seipsum non novit: ac quasi domi peregrinatur. Beatus qui ad modum à Deo præscriptum sapiens esse laborat, spreta carnis sapientia. Una Divinæ sapientiæ gutta, melior est mundanæ sapientiæ Oceano. Mundus felicitatem divitiis & honoribus metitur: juxta illud: *Beatum populum dixerunt, cui hæc sunt.* At Christus Salvator noster eandem in paupertate, non temporali quidem, sed spirituali collocat, inquiens: *Beati pauperes spiritu.*

Lubet etiam addere, quæ habet R. P. Couzen. *in præfat. dedicat. historiæ Abissini Regis.* Pierique ... bi-tran-

trantur, eos, qui Philoſophiæ, Iuriſprudentiæ, Theologiæ arcana controverſa, ſublimiaque ingenio complexi ſunt, jam ad gerendam Remp. danda Conſilia, negotia tractanda, obeundas Legationes, demerendos animos belli paciſque munia eſſe idoneos: falluntur illi & fallunt. In Philoſophiæ ſubtilitatibus multa docentur, Theologis, Iuriſperitis, Medicis neceſſaria; Politico etſi ex remoto cōducentia, nō tamen ſufficientia. Experientia etiam docuit, ſæpè Theologorum profundiſſimos gubernandis Eccleſiis eſſe impares: aliud eſt namque intellectu ad ſupera evecto, in rerum Divinarum contemplatione verſari, aliud eſt, hominem animal moroſum, mutabile, verſutum, tectum, pervicax regere. Neque huic tantæ rei ſola peritia Iuris par eſt, alii fines litium ſunt & controverſiarum, alii communis humanitatis, legum publicarum, fœderum, ſocietati humanæ. Singularibus igitur præceptis, inſtitutiſque regina ſcientiarum continetur, quæ aliis imperat politicè. Nam eorum dementiam, qui ſine ſtudio, multa cogitatione, magiſtriſque, ſe Politicos eſſe naturali quadam naturæ felicitate arbitrantur, jam olim Socrates & Xenophon damnarunt.

Duo porrò hominum genera ſunt, qui Politici à vulgo habentur. Primi Politici non ſunt, & eſſe creduntur ſtultiſſimi: qui affectatus geſticulationibus, veſtium cultu, crurum flexu, urbanitate verborum, artifice adulatione, locis, temporibus, perſonis, ſeſe novi vertumni accommodant. Ardeliones illos vocat IC. gravis, & Gnathones: rebus ipſis jactantiam, atque animi levitatem produnt, ipſi ſeſe admirantur, demeruiſſe ſe alios, & mirè Politicos exiſtimant: aliud Prudentium eſt judicium, Thyrſo dementiæ percuſſos non ambigunt: Delitiæ illæ ceremoniarum, & plus nimiò affectata urbanitas, non modo Principibus, ſed privatis etiam faſtidita, gratia & favore, quem quærit, per ineptias excidit, contemptumque parit. Nec mirum: etiam gnathones comicos, cum ridicula iterant, theatra nauſeant. Nunquàm laudare deſinam morum Civilitatem, ac ſuadere: at in illo motuum & ſermonum artificio civilem prudentiam ponere, imprudentis eſſe judico.

Perniciosius alii ſe in Politiam inferunt, & nomen illud damno Reip. uſurpant, latiſſimeque graſſantur, Cives Eccleſiæ & Regni in fraudem inducunt. Civilem doctrinam eſſe occultiſſimam artem profitentur, Cereris & Mithræ arcanis perſimilem, ſecretiſſimo energemate ſervari Remp. ac Principem. Sic Trojam ſimulachro Minervæ, Romam ancilibus, Ægyptum Alexandri corpore tutam fuiſſe. Cùm myſteria illa exquirimus, ut in illis ſuis initiis, præ-

ſtigiſque gentes, ita hi quoque Pſeudopolitici ad infanda deflectunt: pro virtute ſimulationem, atque adeo vitia ipſa docent. Nunquàm tàm fœlix ævum fuit, ut tales deeſſent, verùm avorum memoriâ abominatam ſectam illuſtravit Nicolaus Machiavellus.

27. Pollet.

Boleta, litera ſecuri paſſus vel tranſitus.

Boletarius, qui literas paſſus ſcribit, Magiſter Boletarum.

Bolla Italis eſt bulla, & bollare ſigillare, ut ſupra *in v.* Bull. Hinc dicta boleta, epiſtola ſigillata.

28. Portugaleſer.

Die alten Emanuel Portugaleſer/ mit dem doppelten Creutz/ halten an feinem Gold/ 23. Karat/ eylff Grän/ gehen auff die Marck ungefehr ſechs und drey Viertel Stuck: und iſt deren jedes Stuck / jetzo würdig ein unnd zweintzig Thaler. Alemannus. *in palaſt. conſult. conſult. 8. quæſt. princ. r. partit. 22.*

29. Poſt / Poſtmeiſter.

Poſtæ ſunt equi publici, per vias publicas diſpoſiti, quibus qui præſunt, magiſtri Poſtarum, vulgo Poſtmeiſter vocantur. Hi non tantum ſummam utilitatem præbent iter facientibus, literaſve alicubi mittentibus, ſed etiam non parvum vectigal Fiſco inferunt, & præter omnes has utilitates etiam ad ſecuritatem Reipublicæ plurimum faciunt. Nihil enim magis poteſt eſſe è re Principatus alicujus, quàm ſi Princeps quid in quocunque ejus angulo geratur, probè exploratum habeat. Ioach. Cluten. *in Syllog. rer. quotid. concl. 22. lit. b. ad fin.* Inde etiam regalibus accenſentur.

Hinc cum An. 1579. Dux quidam Germaniæ poſtas generales in Belgium & Italiam diſpoſuerat, hoc ipſum ab Imperatore pro ſuæ Majeſtatis juris tuitione ſeverè fuit interdictum. Arnold. Clapmar. *de arcan. rerumpublic. lib. 1. cap. 21. circ. fin.* Et magiſtro poſtarum officium ab Imperatore confirmatum fuit An. 1596. & 1597. reliquis privatis & Civitatum curſoribus Metzgerpoſt und Nebenbotten/ generali Imperatorio diplomate ſublatis. Cluten. *d. loc. lit. C.* adde Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib. 2. cap. 1. numer. 110. & ſeqq.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 13. num. 42.*

30. Poſtulirter Biſchoff.

Exiſtunt, inquit Cuchus *in Inſtit. Iur. Can. lib. 1. tit. 9. à prima.* [illegible] dum Viri, quorum optimæ [illegible] gno uſui eſſent Eccleſiæ, vel [illegible] terarum doctrina magnus rerum [illegible], & morum vitæque integritas [illegible] al-

aliquid in eis desideratur, quod impedimento est, ne Ecclesiis præfici possint: quapropter ne hac causa Ecclesia viris idoneis careat, compertum est, ut hosce viros Collegium utilitatis publicæ gratiâ, ab Antistitibus sibi Prælatos dari petat: quæ res jure nostro Postulatio vocatur. Ita enim antistites hujusce rei causâ aditi, egregiis eorum, qui postulantur, moribus & disciplinis moti postulationem admittent, si eis ita videbitur. Post quod (ut evitetur circuitus, & Ecclesiarum dispédium) alia electione vel confirmatione Postulatus non indigebit, sed omne Ius consequetur, non secus ac si electus & confirmatus fuisset. Sed vid. Cuchum *d. loc. per tot.* ubi, apud quem fieri debeat postulatio? Qualis esse debeat Postulatus, & alia huc pertinentia tradit.

Hincque in Episcopatibus, ubi Religio Catholica est mutata, Episcopi, qui vel maritati sunt, vel aliam similem ob qualitatem, haut eligibiles, Postulati Episcopi, vel Administratores, vocari solent.

31. Prælat.

Propriè & strictè Prælati dici merentur, qui beneficia majora, ut Pontificatum, Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, Abbatiam, &c. possident, non verò Rectores Ecclesiarum. vid. König. *in Praxi Polit. part. 1 cap. 37. num. 3.*

In negotiis imperialibus hodiè ii tantùm Antistites Ecclesiastici hac voce comprehenduntur, qui licet immediatè Imperio subjecti, partim etiam Principum titulo sint decorati, jus tamen suffragiorum singuli in solidum, ac par Principibus non habent, sed universi unius solummodò Principis sustinent. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 10. num. 7. &c.*

Prælati Regulares sunt Ordinarii suorum inferiorum, habentes jurisdictionem à jure divino, quemadmodum & Episcopi. Vndè opinione Doctorum, sicut & Episcopi omnia illa possunt in suos, quæ Papa in universam Ecclesiam, nisi jure Ecclesiastico in aliquibus casibus prohibeantur.

Provinciales, utpotè assumpti in partem sollicitudinis Apostolicæ, habent jurisdictionem quasi Episcopalem in utroque foro jure communi & ex Privilegio, quam exercere possunt ubique, cùm non habeant territorium, licet multò decentiùs fit, illam in conventibus suæ Provinciæ exercere. Hæc tamen jurisdictio respicit tantùm regimen: nam ad Pontificalia minimè se extendit. Quamvis in plerisque majorem habeant potestatem, quàm Episcopi: verbi gratia, quoad absolutiones & dispensationes. Emanuel Rodericus. *in compendio quæstion. regular. verb. jurisdictio.*

32. Pranger / Halßeisen.

Pro qualitate delicti, interdùm delinquens ad postellum condemnatur, daß er eine Viertheil oder halbe Stund an das Halßeisen solle gestelt werden. Quod postellum ad quam jurisdictionis speciem referendum sit, licet nonnulli dubitent, Mynsinger. *resp. 16. num. 29. & seq.* Tamen cùm criminosus ob publicam utilitatem cum maxuma sui ignominia, multitudini & maximæ hominum frequentiæ publicè exspectandus exhibeatur; rectè sanè ex Zasii sententia; Postellum ad merum refertur imperium. Bidembach. *in quæst. nobil. quæst. 7.* allegans Gylm. *tom. 2. part. 3. tit. 10. voto. 2.* Illudque probant. Ego *tr. d. jurisd. Imp. Rom. in consil. eid. tractatui subjuncto. f. 92.*

33. Primariæ Preces, Panißbrieff.

Primariarum precum in Ecclesiis Germaniæ Privilegium bullatum se vidisse, testatur Specular. *lib. 4. p. 3. de præbend. & dign. §. restat. num. 7.* Ex [illegible] ipso, Imperatori non dari potestatem conferendi, sed facultatem faciendi unum recipiendi, ait Iohan. Andr. *in addit. ibid. ad lit. H.* vide Boer. *decis. 32. num. 1.* Bursat. *consil. 126. num. 29. & seq.* Gail. *2. observ. 155. num. 7.*

Primariæ Preces an hodiè locum habeant in Reformatis Episcopatibus, vide Consilium Schvvanmann *observationib. Cameralib.* annexum.

Concessio primariarum precum, cum nominatione subsecuta, adimit facultatem collatori, & reddit affectam præbendam, vid. Stephan. Gratian. *tom. 3 discept. forens. cap. 478.* ubi adhuc alia de primariis precibus tradit.

Indultum primariarum precum, cum Scholiis Iohan. à Chokier. vid. *in Trismegisto Canonicali*, Wolffg. Sigism. à Vorburg. *fol 504. &* Buxtorff. *ad A. B. tit. 65.* Freher. *ad P. d. Aud'o. fol. 179.* me *de Majest. Ecclesiast. f. 121.* Et habebat quoque Augusta jus primariarum precum: quod apparet ex diplomate, relato ad fin. *tr. mei de Magistratib. & Censorib.*

34. Primogenitur.

An in bonis Comitatuum & majoratus, succedere debeant primogeniti solùm integrè, & absque diminutione & divisione dignitatis, & bonorum. vid. Pegueram. *decis. 113.*

An per hæc verba, apposita in institutione majoratus: quod hæreditare debeat majoratum filius major, qui superstes erit tempore mortis ultimi possessoris, censeatur exclusa repræsentatio nepotis, ex filio primogenito prædefuncto: ita, ut in successione majoratus in dicto casu veniat

fiat ei præferendus filius secundogenitus superstes? Disquirit Peguera. *decis. 114.*

An fœminæ non extantibus masculis ejusdem lineæ & gradus, succedant in bonis majoratus, vel regiarum dignitatum jure primogenituræ, exclusis masculis remotioribus. Et quid si hujusmodi bona majoratus, vel regiarum dignitatum sunt feudalia? tradit Peguera. *decis. 115.*

Sed de primogenitura multa habet Molina, *tr. sing.* & alter Molina, *in tr. d. de just. & jure:* Nobiliss. item Goldastus, *in suo semore.* Et ego *tr. d. success. & elect.*

35. Privilegien.

In Supplicatione pro impetranda Citatione, ad videndum se incidisse in pœnas contempti Privilegii, requiritur, ut Supplicationi inferatur, dolo malo, & ex proposito contra Privilegia esse commissum. Deindè reo convento Privilegia legitima esse insinuata. vid. Richwin. *in formulari. fol. 622. &c.*

Præterea & hoc requiritur, ut Privilegia sint justè & legitimè Cameræ insinuata aut si non sint insinuata, ipsa originalia Supplicationi adjungantur. Transumptis enim, quandò insinuatio non præcessit, hoc casu non creditur vide Gail. *1. observat. 1. numer. 2. & 3.*

Et sic tria requisita, ad obtinendos processus contra violatores Privilegiorum pertinent. (1) Insinuatio Privilegii Cameræ & parti facta (2) Originalis transmissio (3) Definitio doli.

Privilegia dare, est juris Majestatis, & perinet ad summam Legum ferendarum potestatem. Privilegium enim nil est, nisi Lex privata. Ego *de Majest fol. 149.*

Et de Interpretatione Privilegiorum, consule Schrader. *consil. 23.*

Aliud autem est esse exemptum, aliud privilegiatum: vide Meichsner. *tom. 2. lib. 1. fol. 846.* & vide me, *tr. d. Statu mixto. cap. 6.* ubi quandò Privilegia Statum mixtum faciant. Sanè nullus ferè pagus est, qui non Privilegia jactet: Et ferè nil frequentiùs est, quàm prætextu Privilegiorum, rebelliones palliare, Et pertinet hûc: quod Privilegia non præsumantur, sed probari debeant. Gryphiand. *de Insul. cap. 31. ad fin.* vide etiam mea delibata, ubi de revocatione Privilegiorum. *fol 30. & 43* & Matth. de Afflict. *decis. 128.*

36. Probst.

Præpositi vocabulum (qui à præponendo sic dicuntur) generale est, & prædicatur de omni, qui Ecclesiæ vel aliis præest, Cujac. *ad l. 2. C de excus. mun.* Sed usus obtinuit, eum solummodò sic vocari, qui quandam prio-

prioritatis curam super alios gerit. *Per c. quamvis. de V. S.* Præpositus nobis dicitur, qui Græcis Oeconomus, hoc est, qui Proventus Ecclesiasticos administrat, & secundum Episcopum plebi præest. Dn. König. *in theatr. polit. part. 1. cap. 37. num. 12.* Horumque jurisdictio ordinaria est in Canonicos & Clericos suæ Ecclesiæ, quos delinquentes & rebelles compescere potest. *cap. irrefragabili. 13. de offic. ordin.* König. *dict. loc. num. 14.*

37. Profeß thun.

Professio facit Monachum, non habitus: quomodo autem sit facienda professio, & quibus vestibus uti debeant Religiosi, vide Franciscum Vivium, *dec. Neapolitan 345.*

38. Profoß / Oberster Feld Profoß

Nobis in bello est rerum capitalium Præfectus & Iudex. Hic justitiam administrat, delinquentes coërcendos tradit Præfectis justitiæ inferioribus: Securitati itinerum prospicit, & ne quid in transitu rapiant milites. Reinhard. König. *in theatr. polit. part. 3. cap. 10. sub num. 4.*

Derivatur à Præfecto vel Gallico *Prevost.*



39. Prophecey.

Es hat allweg denen gefehlt / so den Jüngsten Tag oder andere eventus außrechnen wollen / ut docui ex Auctore Fasciculi temporum, in dem Anhang deß Campanellæ ad finem. ubi de vanitate harum prædictionum succinctè tracto. Et videndus hàc de re Camerarius. *1. medit. hist. cap. 41.* Sic cùm impenderent Imperio Romano Barbari, multi præsagiebant tempus adesse Antichristi, Mundiq; finem. Camerar. *d. loc.* vide Majolum, *tom. 1. late de oraculis, &c. fol. 472. &c. & colloq 2. f. 501. & fol. 507.* notabilia habet, quomodo cavendæ sint deceptiones.

Omnibus ferè seculis accidisse videmus, ut impendentibus magnis mutationibus, novi Prophetæ putativi prodeant, vide me, in appendice Campanellæ. Et tales etiam hîc Tubingæ fuerunt olim, de quibus extat Henrici Bebelii carmen in Asophum Pseudoprophetam, in opusculis folio 16. Et inter hos Ios. Bartus Mathematicus & Pseudopropheta eminebat, contra quem invehit d. Bebelius *ibidem fol. 77. b.* qui tandem in exilium actus fuit, d. Bebel. fol. 80. Carmina addere lubet, in memoriam illius boni viri, cui Academia Tubingensis, imò litteræ elegantiores restitutæ multùm debent..

In Asophum Pseudopropheten:

Desine

Desine falsidica vulgum seducere Lingua
O Asophe. Occultum non tibi Dii referant.
Allatras Populum gaudens miranda profaris
Vt sis conspicuus, famigerumq; decus.
Et nisi mentita est Scriptura Theologis cuncta,
Iudicium extremum dicis abesse brevi
Declamas publicè mendax & pseudoprophetes:
Vt sis de Cœlo præcipitatus heri
Imperium senas intra Germania fortis
Perdet Olympiadas, fronte severus an. &c.

In Iosbartum Mathematicum & Pseudoprophetam:

Si Iosbarte potes superum dignoscere mentes
Consilia, & noris tristitiæq; Stygis
Cumanæ, ut vulgus perhibet, secreta Sibyllæ,
Nosti Tiresiæ vaticinata simul:
Grandinis ipse furor segetis populator opimæ
Tempore, quo immineat nimbiferiq; Noti
Vitiferos colles quæ sit pressura pruina,
Bella Ducum narras tristia quæq; ferens.
Si tàm sanctus ades, qui cum Dii nocte loquuntur,
O Iosbarte precor, dicere pauca velis,
Cur tam claudus eas? cur tam infirmasq; columnas
Corporis, augurio non reparare potes.

In exilium Iosbarti Pseudoprophetæ.

Quàm benè conveniunt tecum Iosbarte sacrorum
Fata Prophetarum, conditioq; eadem
Gens Hebræa suos multùm sine crimine Vates
Persequitur, sic te nec favor ullus habet.
Hi tamen occisi insontes, tu crimine plenus
Vrbe Tubingensi pelleris ecce procùl.

Sanè omnibus seculis even[illegible], ut magnas clades & mutationes præcesserint ejusmodi Prophetæ.

Sic Euripides in Helena:

Certè res Vatum aspexi,
Quàm improbæ sint & plenæ mendaciorum.

Sic Pseudoprophetæ perdiderunt Iudæos. Baron. *An. Chr. 72 num. 4.* Ac ferè, qui prædictionibus confisi, decepti, & debellati fuerunt.

40. Protestation.

Vide latè, de hâc materiâ tractan-

tem Bolognetum, *ad l. non solum. §. morte. ff. de nov. oper. nunc.*

41. Protestirende Stände.

Cum Anno 1529. Spiræ novum fieret Decretum, quo usque ad Concilium destinatum, non sua cuique Religio permittebatur: huic, solenni interpositâ protestatione, nonnulli Principes restiterunt, usque mox, primi aliquot nominis Civitates sese adjunxerunt. Indeque origo nominis Protestantium (der Protestirenden Fürsten vnd Ständ) non solùm in Germania, sed et apud exteras quoq; gentes, celebre atque pervulgatum est, descendit. Sleidan. *lib. 6.* & Cœlestin. *in historia Comitior. tom. 2. folio. 194.*

42. Protocoll.

Protocollum est subitanea annotatio rei gestæ, seu prima concinnatio, & raptim confecta Scriptura, quæ summam solummodò rei complectitur, Ioach. Mynsing. *ad tit. de fide Instrum. cap. 1. num. 29.* & usum habet in confectione instrumentorũ Notarii; *Novell. 44. cap 2.* vel continet primam delineationem Instrumenti, vulgò das Concept / so noch nicht mundirt. Vnde illud, quod ex Protocollo describitur, aut etiam extenditur in formam solennem cum suis Clausulis consuetis, transsumptum vulgò dicitur: Bald. *in rubr. C. de fide Instrum.* & ita in mundum redigitur. Quod mundum, quandò impletum, absolutumq; fuerit, tùm demùm Vires habet, id est, cum Instrumenta in mundum recepta, subscriptionibus partium vel tabellionis confirmata fuerint, *l. 17. C. de fide Instrum.* Bornitius *de Instrum. libr. 2. cap. 3.*

Protocollum in judiciis nullam facit fidem, quamvis ex eo Notarius Instrumentum authenticum, & validum deducere possit. vide Mynsing. *de fide Instrum. c. 15. fol. 63. num 6. &c.* Nisi quandò Protocollum habeat omnia, quæ originale requirit, putà subscriptionem Notarii & appositionem Signi Notariatus, Tempus & Locum: Tùm quod instructio thematis prælecta [& coram partibus & testibus explicata fuerit, &c. Bornitius *d. loc. lib. 3. cap. 4.* quem vide.

43. Proviantmeister

Ita vocatur annonæ Præfectus, qui rei frumentariæ præest: Curatque qua ratione commeatus advehi possit, & quam commode distribui. Reinhard. König. *in theatr. polit. part. 3. cap 10. sub num. 4.*





1. Quartiermeister/Oberster Quartiermeister.

AD supremum metatorem sive mensorem (vulgò Obersten Quartiermeister) spectat Castrorum positio, valli & fossæ destinatio, mansionum & tentoriorum in Castris designatio Reinhard. König. *in theatr. polit. part. 3. cap. 10. sub numer. 4.*

2. Quinquennell/Anstandsbrieff.

Princeps potest concedere debitori dilationem, seu literas induciales ad annum interim non solvendi debitum, ut notatur *in l. quoties C. de precib. Imp off* quandoque ad quinquennium. *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Ego *d. Majest. fol. 155.*

Moram autem ultra quinque annos concedere nequit, ut tenet Castrens. *in l quoties. in fin. C de precib. Imp. off.* Hocque videtur innuere text. in Const. Imp d. An. 1548. tit. Von verdorbnen Kauffleuten. §. Daß jhnen. Cum ejusmodi concessio sine gravi partis præjudicio non fiat. *l. 2. C de prec Imp.*

Est tamen differentia inter istas dilationes in modo procedendi. In prima enim, quæ est annalis, sufficit jurare ipsum debitorem, eam impetrâsse pro urgenti sua necessitate, sine fraude, nec erit opus aliâ probatione, nec audiri debent Creditores oppositum probare volentes; cùm tamen in quinquennali necesse sit, ut probet, se adeò necessitate premi, ut debitum ipsum exolvere nequeat. Nicolaus Ianua, *tract de privat. Scriptur. lib 3. tit. de annalib. & quinquennalib. dilationib. num. 6.* Qui idem *numer. seqq.* de illa quæstione: An in ista annali sit præstanda cautio à debitore de solvendo in fine ipsius dilationis? tractat.

An durante hac dilatione usuræ currant. vid. Moller *4 semestr. cap 7.*

Eoque fine Induciæ hujusmodi indulgentur debitoribus obæratis, ne quotidianis & molestissimis exactionibus tàm miserè excrucientur, ipsique de commodâ solutione interim cogitandi tempus habeant, de quib. *in d. l. quoties.* Cùm enim talis moratoria præscriptio non auferat Creditori jus suum, sed differat tantummodò. *d. l. quoties.* & in mora modici temporis non vertatur magnum præjudicium: Ideò Creditoribus pendente illâ dilatione, contra tale Privilegium aliquid attentare non permittitur. Val. Franc. *de fidejussor. cap 3. num 151.*

Et licet debitor intra concessum quinquennium de debitis non debeat incarcerari, arrestari vel quo-

cunque modo molestari: Tamen ab eo, quo Creditores securiores reddantur, cautio idonea præstanda erit. Non enim aliter valere debet moratorium rescriptum, nisi idonea super debiti solutione præstita sit fidejussio. *l. universa. C. de precib. Imp. offer.* Id fit eam ob causam, ne debitor bona, quæ adhuc salva reperiuntur, intermedio tempore prodigaliter consumat, vel planè profugus fiat, & sic Creditores suos fraudet: Trentacinq. *tit. de solut. resol. 1. num. 6.* Guid. Pap. *decis. 109. num. 2.* wurmser. *1. pract. obs. tit. 28. obs. 12.*

Et hujusmodi literæ etiam sine peccato, & honestate Iustitiæ concedi possunt, concurrentibus præcipuè magnâ difficultate, nec non solutionis faciendæ impossibilitate. Anton. Tessaurus, *decis. Pedemont. 186. nu. 3.* ubi subdit, Senatum ita cēsuisse. Sancivit quoque Carolus V. in Comitiis Augustanis. *d. An. 1548.* in der Policeyordn. *fol. 23.* hasce Inducias ab Imperatore vel Principe, non nisi duobus concurrentibus concedendas esse. Nimirùm: (1) Vt debitor quinquennale impetraturus, sub testimonio Magistratus, sub quo domicilium habuit, manifestè doceat, facultatum suarum jacturam se fecisse. (2) Deindè non sua culpa, sed casu fortuito id factum esse. Vndè non facilè subveniendum erit Mercatoribus fallitis, & banccæruptoribus, qui suo vitio & luxu bona abluguriverunt, aliosque fraudulenter in inopiam præcipitârunt. Den mutwilligen Banckerotirern und Falliten/ die nicht auß unversehenen zugestandenen Unfällen oder Schaden / ins Verderben kommen / sondern auß Muthwillen/ zu vielem Pracht und dergleichen zum Falliment seynd gerhaten. Dn. Hering. *de. fidejuss. cap. 5. num. 103. &c.*

An dilatio concessa principali debitori ad solvendum, medio hujuscemodi literarum induciarium, prosit suis fidejussoribus in Supplicatione non nominatis? Negatur per communem Dd. traditionem, *ad l. quoties. C. de precib. Imper.* & *l. filiusfam. §. stipulatus sum. ff. de V. O.* Quia nimirùm exceptio hæc, quæ respicit personam debitoris, cui miserationis causâ indulgetur, ad evitandam cessionem bonorum, ut concludunt Interpretes, *in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* non egreditur ejus Personam: Ianua. *d. tract. fol. 608. num. 3. & seq.* Quia etiam exceptiones, quæ Personæ cohærent, non transeunt ad fidejussores, nec eis prosunt regulariter. *l. exceptiones. ff. de except. l & fidejussor. de re judic & l. 1. C. de fidejussorib.*

Sic in simili videmus, quod beneficium concessum debitori principali, non prodest fidejussoribus suis. *l. Si fidejussor.* ubi gl. Br. & Alex. *ff. de re jud.* Brunus *in tract. de cess. bonor. quæst. 25. 4 quæst. princ. un. 1. & q. 6. num. 8. ejusd. 4 quæst. princip.* Tale nam-

namque Privilegium moratorium Personæ cohæret, igitur fidejussorem non concernit, sed ab ipso debitum statim exigi posse, volunt Dd. *per cap. Privilegium de R. I in 6.* Dec. *in l. omnib. causis. n. 6.* Cagnol. *n. 8. de R. I.* adde Valentin. Francum, *de fidejuss. cap. 3. nu. 148. & mult. seqq.* videatur Nicolaus Ianua, *suprà d. loc. fol. 609. n. 6. & seqq.* Qui & *fol. 611.* quærit: An inferior à Principe, possit concedere moratoriam dilationem, &c.

Etsi, qui literas dilatorias solutionis à Principe impetraverunt, durante illo tempore, pro debito arestari non possunt. arg. *l. quoties. C. de precibi Imp. offer.* & notat in termini. Iean. Papon. *lib. 10. arrest. Gall. tit. 9. des respites & quinquenels* dicens, in Senatu judicatum fuisse, quod hoc verum sit, etiamsi dictæ literæ nondum fuerint interinatæ, si modò Citatio intervenit: & hoc propter reverentiam Principis. Sed hoc inquit, non impedit, quò minùs processus procedat contra impetrantem similes literas, si modò solutio non urgeatur. Et notat etiam alia quædam similia, *in tit. præc. des lettres d' estat.*

Ratio suprà dictorum est, quod dictum est, quod dilatione pendente nihil innovandum, nec attentandum sit, *per l. sive pars. C. de dilat.* quod verum est, nisi pendente termino debitor, cui talis facta fuit dilatio, fugere vellet. *l. ait Pretor. §. si debitorem ff. de his, quæ in fraud. Cred.* Item nisi sit alius articulus, super quo non est data dilatio: nam cùm d[illegible]tur dilatio ad unum articulum, pote[illegible] procedi super alio. *l. generaliter. §. hic autem C. de reb. cred.* dummodò sit separatus, non connexus, alias secùs. *c. super eo. extr. de appellat.* Sed vide Vitalem de Cambanis, *in tract. Clausular. Clauf. Nihil novari securitate pendente. m. fol. 114. & seqq. & Clauf. seq.*

Literæ quinquennales, & omnia Privilegia sive rescripta moratoria solutionum, non habent locum in debitis ex causa delicti. secund. Guil. de Cuneo. *ad l. 6. ff. quod cum eo, qui in al. potest.* & facit *l. si rer. ff. de re jud.* vide Petrum Costalium, *part. 3. adversarior. ad d. l. 6. ff. quod cum eo. & l. si de dote. 84. ff. de jur. dot.*

Dilationes moratoriæ (quæ ideò sic dicuntur, quia exactionem & petitionem creditorum morantur, *id est*, retardant, impediunt, differunt & ad finem usq; induciarum suspendunt) contra debita opificum & mercenariorum (Tag oder Tidlohn schlechter Handwercksleut) qui quotidiano sudore & opera, se suosque alere, ac sustentare solent, non facile concedendæ: cùm eorum debita non solùm de jure divino privilegiata sint; *Levit. 19. v. 17. Deut. 24. v. 14 & 15. Matth. 10. v. 10.* Sed etiam ferè omnibus in locis, aliis Creditoribus, tanquàm magis privilegiati præferuntur. Köpen. *decis. 28. num. 12. libr.*

 vide

vide Consult. Saxon. *tom 3 part. 3. quæst. 105.* Rebuff. *ad Const. Regn Gall. lib. 2 tract de liter. dilat. arg. 1. gl. 1. num. 26.*

Iidem huic concessioni locus non erit, in debitis juratis: quia Principis dispositio generaliter loquens, non extenditur ad casum, in quo intervenit Iuramentum. Natt. *cons. 233. n. 1. libr. 1.* Afflict. *decis. 5.* ubi testatur, semper sic judicatum esse. adde Menoch. *de arbit. jud quæst. cas 203. n. 14. & seq.* Coler. *in processs executiv. part. 1. cap. 4. num 16.* Tessaur. *decis. 186.* Rol. à Valle, *consil. 31. num. 13. & seq. volum. 2.*

Quod etiam de eo casu intelligi volo, si debitor huic beneficio expresè renunciavit. Constat quippè, quemlibet favori pro se introducto renunciare posse. *l. 69. de R. Iur. l. pen C. de pact.* Sic enim Mulier potest renunciare beneficio SCti Vellejan. *l. ult. §. pen. ad SC. Vellej.* Sic minor potest omittere restitutionem in integrum, si sit læsus. *l. si judex. ff. de minor.* Vndè absurdum videtur Imperatori nostro Iustinianeo, redire ad hoc, cui quis renunciandum putavit. *l. Si quis. 11. C. de reb. credit.* Nec concedit redintegrari id, quod semel est renunciatum. *l. 7. vers. ex quacunq. C. de condict. insert.* Et hæc regulariter, quæ dicta sunt; procedunt, nisi Princeps ad petitionem obærati debitoris dispenset, & in rescripto expresè juramenti vel renunciationis faciat mentionem, quod scilicet non obstante juramento & renunciatione, literarum moratoriarum tenor observari debeat. Præsertim cum relaxatio juramenti seculari etiam Principi competat, quod & maximè apud nos obtinet; cùm Cameræ Imperiali à Cæsareâ Majestate & Imperii Statibus concessa reperiatur in der Cammerg. Ord. *p 2. tit.* von Relaxation der Aid.

Præterea ejusmodi literæ ad Ecclesiastica vel pia loca non sunt porrigendæ. *l. 43. de relig. & sumpt. fun.* Ecclesiæ enim favor magnus est, cui vis etiam commodo publico anteferendus. Marta *de Iurisd. Eccles. part. 4. c. 171. nu. 7.*

Nec ad debita fiscalia. *l. nec damnosa C. de precib. Imper offer.* Schönborner. *lib 5. polit. cap. 26.* Rebuff. *ad constit. Regn. Gall. lib. 2. tr. de lit. dilat. n. 17.* Nemo enim quid fisco vel juri damnosum postulare debet Et Reip. necessarium est, ut quàm citissimè debita fiscalia exigantur. *l. 5. C. de princip. Novell. 17. cap. 7. §. 1.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. n. 12. & seq.* Et hanc conclusionem communi calculo receptam esse, testatur Cuch. *de lit. dilat. n. 45. & seqq.* Nisi Princeps speciali clementiâ motus, fisci sui remittere velit privilegium, & pinguiorem debitoris expectare fortunam. *l. 45. § 10. ff. de iur fisc.*

Nec extenduntur ad debita pupillaria. Quia fiscus, Ecclesia & pupillus,

pillus, quoad concessa privilegia æquiparari solent. *c. 1. de in integr. restit.* Anton. Faber. *in Cod. tit. 9. defin. 20. num. 10.* Nisi pupillus de suis medio tempore se alere & sustentare possit.

Nec ad debitum ex venditione eduliorum & rerum comestibilium, in pleno, quod ajunt, foro mercatuque venalium. arg. *l. 2. de nundin.* Rebuff. *de lit. dilat. nu. 45.* Hocque publica exigit utilitas, ne necessarium hocce eduliorum commercium impediatur, & homines fame pereant.

Debitor item contra creditores futuros, id est, eos cum quibus post impetratum rescriptum contraxit, hasce literas opponere nequit, arg. *l. Aurelius. §. 2. ff. de liberat. & solut.* Sed vid. Cuch. *d. loc num. 101. & seq.* Privilegia enim semper de iis casibus intelligenda, de quibus tempore concessionis cogitatum fuit. Coler. *de process. executiv. p. 1. cap. 4. n. 14.*

Nec contra depositi repetitionem, idque propter exuberantiam bonæ fidei à deponente habitam erga depositarium. Et rectè. Depositi enim causa ut in pluribus aliis., *l. 7. §. 2. & 3. ff. deposit.* ita & in hoc casu privilegiata censetur. Siquidem res deposita ad arbitrium deponentis domini sine ullâ morâ & quàm celerrimè est restituenda. *l. 11. C. deposit. l. 1. §. 22. & §. 45. ff. eod.* Reliqua vide in disp. hac de re singulari, *tom. 7. Basileens. Dispp.*

3. Quittung.

Apocha nihil aliud est, quàm Scriptura facta à Creditore debitori data, quâ sibi ab ipsomet debitore solutionem factam esse, profitetur, quæ & vulgò dicitur Quittantia, Quittung / à Gallico verbo *quitter*, quod idem est ac liberare, einen loß vnd ledig zehlen. Vtrumque à quiete. Vndè etiam *quietatio* vocari solet: quasi reddat quietum debitorem: Est enim solutæ pecuniæ professio. *l. ult. §. lites. ff. de condict. indeb. l. qui tabulas. 27. §. apocha. ff. de furt. l. plures apochas. 19. C. de fide Instrum.*

Et non tàm inducit solutionem, quàm probationem. *l. 40. in fin. ff. de solut.*

Notandum autem est, Quietationes generales esse captiosas, teste Magon. *decis. Lucens. 9. num. 35.* & captiosam liberationem interpretationem prudentum meritò fregisse, tradit Petr. Rebuff. *de famulor. salar. gl. 5. num. 2.* Has ipsas tamen Quietationes in actionibus universalibus aut generalibus vel maximè operari, dicit Göden. *consil. 61. num. 13.* per text. *in l. tres fratres.* & ibi Paul. de Castr *ff. de pact.* vide Andr. Schæffer. *pract. quæst. part. altera. quæst. 15. per tot.*

Verba Quietationis, quamvis genera-

neralia, extendi non debent ad casum, qui iniquitatem in se continet. vide Gravett. *consil. 221.*



1. Rappen.

Rapp est nummus minutus in locum Pfenningi succedens, à Corvis, Freiburgensium insignibus, quos ipsi primi authores imposuerunt, dictus; & licet postmodùm Basilienses & aliæ Respublicæ sub suis insignibus percusserint eosdem, tamen primum nomen mansit. Hansman. *de re monetar. inter dispp. Basil. tom 2. th. 5. sub lit. f.*

2. Raub.

Vide Bökel. *in Visionib. disquis. 9. quæst. 6.*

Non solùm ipsi principales deprædationis rei puniuntur, sed & qui iis ullâ ratione opem præstiterunt, *l. 1. ff. de receptat. l. 1. C. de his, qui latron. occultar.*

Non verò in pœnâ decernenda, rei à grassatore ablatæ quantitas & valor in considerationem venit: cum *artic. 126. Const. Crim.* hocce non determinet, sed generaliter & indistinctè loquatur. Sicque in Galliis grassatores, qui viatori etiam tantillum pecuniæ in viâ regiâ extra urbes vi armatâ extorquent, ultimo supplicio affici, idemque moribus Mediolanensium, receptum esse, utpotè, qui vel ob unum nummum aureum, pœnam mortis usurpent, notat Bodinus *lib. 2. de Rep. cap. fin.*

Prædones, non Latrones sunt, qui nefariè hominem bonis spoliant, citra ejus internecionem, *l. capitalium. 28. §. grassatores. 10. ff. de pœn.* Damhaud. *in prax. crim. cap. 102. n. 11.*

Es würdt aber in gemein von den Rechtsgelehrten dahin geschlossen/ das jenige/ so sich zuvor wol gehalten/ vnd nur ein einig mal zu dergleichē Angriff sich verlaiten lassen/ nicht gleich an dem Leben zustraffen seyen: quodque de jure communi, qui semel tantum hoc delictum commiserunt, non ultimo supplicio afficiendi, sed vel in metallum damnandi, vel in Insulas relegandi sint, expressus est textus *in l. capitalium. §. grassatores. ff. de pœn.* ibi: grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur, utique si sæpius atque in itineribus hoc admiserunt. Cæteri in metallum damnantur vel in Insulas relegantur: idemque tenet gl. *in d. l. capitalium. §. famosos. in verb. grassati sunt.* ibi: nam si semel, veniam meretur à furca. Probatur etiam per text. *in l. 3. in fin. Cod. de episc. aud.* ibi: ut remissionem veniæ Crimina, nisi semel commissa, non habeant: est & eundem in sensum

sensum alia gloss. *in d* §. *famosos. in verba furca. in vers. aut palam & in vers. ut posset dici.* ubi habetur, quod si semel tantum quis sit grassatus, tenetur L. Iulia de vi publica, & non debet furca suspendi: assensum etiam præbet Ludovic. à Peguera *decis. 40. n. 7. & seqq.*

Sicque itidem Matthias Stephani, *ad Constit. Crim. Caroli V. art. 127.* scribit, non solere grassatores ultimo supplicio & pœnâ mortis puniri, nisi omnia & singula ista concurrant, ut scil. & cum ferro aggrediantur & spoliare instituerint, & sæpius, adeoque in itineribus hoc admiserint. *dict. l. capitalium.* Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 24. def. 7. n. 3.*

vnd auch jhre Erben haben sollen vnd müssen jmmer vnd ewiglich / für ein recht Edel Erblehen von dem Heiligen Reich / als die Brieff sagendt / die die vorgenandten vnsere Herrn von Helffenstein / von dem vorgeschriebnen vnsern Herrn / dem Römischen König / vnd von allen Chur-Fürsten hondt / vnd die wir alle gantz vnd gerechte von Wort zu Wort verhöret / vnd gelesen haben. Nun haben wir angesehen den rechten redlichen Fürsatz vnsers obgenanten Herrn deß Römischen Königs / vnd auch aller Chur-Fürsten / vnd daß sie die Gaube / vnd das Leihen / mit allem Rechten wolgethun möchten / davon haben wir alle / Arm vnd Reich gehuldet / denselben vnsern Herrn von Helffenstein / vnd allen jhren Erben / für vnsere rechte Herrn / vnd haben auch alle Arm vnd Reich der vorgenandten Statt zu Giengen / williglich vnd vnbezwinglichen zu den Heiligen gelehrten Aidt geschwohren / mit auffgebotnen Fingern / daß wir vnd alle vnsere Nachkommen / dieselben vnsere Herrn von Helffenstein / vnd all jhre Erben haben sollen jmmer vnd ewiglichen / für vnser rechte Herrn / vnd daß fürbaß niemand kein Recht zu vns haben solle / dann sie / noch sollen auch fürbaß niemandt erkennen für vnser recht Herrn / dann sie allein vnd all jhr Erben. Dieser Sach aller seynd Gezeuge / die Edlen vnsere Gnädige Herrn / Graff Ludwig von Oetingen / Graff Vlrich von Würtemberg / Hertzog Friderich von Theck / Graff Wilhelm von Kirchberg / vnd der Veste Ritter Herr Bumn Güsse von Brentz / die alle / bey allen diesen vorgeschriebnen Sachen / den offtgenandten vnsern Herrn von Helffenstein / vnd allen jhren Erben / von vns vnd allen vnsern Nachkommen steht vnd gantz beleibe / vnd nimmer vberfahren werdt / geben wir diesen Brieff versiegelt / mit vnser Statt zu Giengen Insiegel / das offentlich daran hanget / der geben ist zu Giengen / An S. Paulus Abend / als er bekehrt wardt / da man zahlt / von Gottes Geburt M. CCC. darnach in dem LIV. Jar.

Mentio autem meritò fit consensus Electorum: Etenim jam Anno 1216. in Curiâ seu Comitiis Principum, Herbipoli habitis, sancitum fuit, quod non liceret Imperatori aliquem ex Statibus Imperii alienare: tuncque omnium consensu ac sententia rescissa est permutatio quædam, per Fridericum II. facta. Hund. *in Metropoli Salisburgensi, tom. 1. fol. 200.*

Vicissim multæ Civitates Principibus olim parebant, quæ posteà ad Imperium pervenerunt, reservatis tamen quibusdam juribus, veteribus Principibus ibidem competentibus. Episcopi etiam ferè ubique jurisdictionalia quædam, in Civitatibus, quarũ Episcopi erant, habebãt: ut de Ratis-

Ratisbona videre licet apud Hund. *d. tom. 1. fol. 220. &c.* Item *fol. 238. &c.* a: *fol. 267.*

Civitates Imperiales (vel expressis Cæsarum Privilegiis, vel præscriptione hominum memoriam excedente, vim & effectum Privilegii ex certâ scientiâ concessi obtinente) Iurisdictionem, quam olim Imperatores per Præfectos Imperiales (vulgò Reichsvögt) explicare solebant in Vrbibus suis, tàm quoad causas, quàm quoad personas quæsitam habent; eandemque, quam Principes, Comites & Barones, in Provinciis suis potestatem obtinent: hoc ipsum nuncupatim stabiliente Paurmeistero *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. nu. 17.* & Dn. Martin. Mager. *de Advocat. armat. cap. 6. num. 189.*

Das Amman-Ampt in den Reichs-Stätten hat dem Kaiser gehört / solches ist auch nachgehendts auff Fürsten / Graffen vnd Herrn kommen. Also hat etwann das Amman-Ampt zu Biberach / die Steur vnd das Amman-Ampt zu Buchow denen von Helffenstein gehört.

Civitates Imperiales tempore Caroli V. ferè Democratiæ formam præ se ferebant, quæ cum seditionibus obnoxia essent, eam prædictus Imperator post bellum Smalcaldicum in Aristocratiam convertit, non tamen ubique.

*

26. Reichssteur.

Reichssteur/Reichsanlag/Reichshülff / est Collecta Imperialis, quæ ad utilitatem totius Imperii, universis, qui ei subsunt, indicitur. Gail. *libr. 2. obs. 53.* Vt est Turcica collecta, Türckensteur / Türckenhülff / Römerzug / quam collectam jura feudalia & Iustinianea appellant extraordinariam Collationem, ad felicissimam expeditionem Numinis Cæsarei exhibendam. *tit. quæ sint regal. lib. 2. feud. l. 2. C. de quib. munerib. vel præstat.* Indicitur etiam collecta ad conservandum Imperii Regimen, zu Erhaltung deß Reichs-Regiments. Hancce Collectam Imperialem, die Reichssteur / solus Imperator Romanus, & non nisi consentientibus Imperii Statibus imponit. Hinc & in Imperii Recessibus, plerunque hæc clausula apponitur; vnd haben wir vns mit jhnen / auch sie hinwider mit vns verglichen.

Vor Zeiten haben die Römische Kaiser durch bestelte Officialn von allen mittelbaren Vnterthanen der Reichs-Stände die Steur ohne Mittel selbst / an jetzo aber durch die Stände von jhren Vnterthanen / wie solches in Sachen Teutschen Meisters / contra Oetingen berhürt ist apud Meichsnerum, *tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 64. fol. 630.* Ruland. *de Commissar. p. 4. libr. 2. cap. 6. n. 65.*

*

27. Reichstag.

De Comitiis, vide Berttram apud Arum. *1. discurs. 9.* Dn. Goldast. *Bohem. fol. 435.*

Circa den Außschreiben zum Reichstag / sciendū est, quod præter locum & diem etiam causæ habendorum Comitiorum in iis exprimi debeant, eo scilicet fine, ut vocatus velut in antecessum maturè de illis deliberare, ac Legatos suos, si quos missurus est, eò plenius, cautiusque instruere queat. Et aliàs regulare est, ac de cuivis citationis natura, ut præter nomen citantis & citati, diem & locum, causæ quoque in eâ fiat mentio. Gail. *1. obs. 51.* Quanquàm etiam Imperator non rogandi, sed cogendi in modum literas eas ad Status emittat; quia tamen magna juris Comitiorum pars ad eos quoque pertinet, æquum & libertati Germanicæ congruum est, ut verbis compellantur non adeò imperiosis. Hinc ab antiquâ vocandi formâ, quæ quandam jussionis duritiem præ se ferre videbatur, posteriori tempore fuit recessum. Et cùm Cæsares vetustiores verbo gebieten / heissen / befehlen / ut in reformatione Friderici III. Anno 1442. & im Außschreiben auff den Reichstag zu Augspurg. Anno 1530. Carolus V. uterentur; Iuniores suam ad Comitia citandi auctoritatem non sine maxuma insigni clementiæ laude, blandiori alloquio nunc temperant. vide Berttram apud Arum. *vol. 1. de Comitiis disc. 9. th. 20.* ubi addit: Idcircò magis existimaverim, nec Imperatori quicquam de suâ Majestate decedere, si ita Status ad Comitia vocet, ut non tàm citare, quàm rogare videatur; nec Statuum Iura, Privilegia aut libertatem imminui, si venire jubeantur pro Imperio.

28. Reichsvogt / Reichsvogtey.

Vor Alters / in gemein / haben nicht nur die Clöster ihre eigne Advocatos, Vögt vnd Castenvögt; Sondern auch die Reichs-Stätt ihre sonderbare Præfectos Imperiales, Reichsvögt / Reichs-Schultheiß vnd Reichs-Amman gehabt; Welche in Namen Kaiserlicher Majestät die Iustitiam, oder doch den Blutbann der Orten distinctè administrirt vnd verwesen (massen solches vor andern Petrus Pythæus *lib. de Comitibus Champagniæ* schön erclärt / vnd nachfolgender auß jhm gemachter Extract zuerkennen gibt / à quo non multùm abludit Knichen. *de sublim. territ. jure cap. 4. num. 302. cum seqq. multis.*) daß es auch also insonderheit / vor viel hundert Jaren mit dem Stifft vnd der Statt Lindaw eben dergleichen Beschaffenheit ereiget: In dem hochermeldtes Stifft / nach seiner erstlichen durch Graff Adelbert (denn etliche von Buchhorn /

horn/etliche von Bregentz/etliche von Rorbach nennen) beschehener Fundation bey Kaiser Ludwig deß Andern Zeiten/auff einen Castenvogt/vnd vnter andern dahin (besag seines ersten Anno 866. datirten Privilegii) ist befreyet worden/daß vber Ecclesias ejus Curtenses, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones, sich niemandts Richterlichen Ampts/ dann deß Closters Advocat oder Castenvogt annemmen; Welcher auch in dem Jahr zwey mahl Gericht halten/jedoch vber zwölff Pferd nicht mit sich bringen/ vnd von den Gerichts Gefällen/den dritten Theil/ die vberige zwen Theil aber ein Fraw Abbtissin einsäckten soll.

Ea autem, quæ huc pertinent, & apud Pythæum habentur, Gallicè refert Erasmus à Chokier. *tract. de advocat. feudali quæst. 1. num. 9.*

Quæ jura olim habuerit ein Reichsvogt/ patescit ex duobus privilegiis Rudolphi I. datis Civibus de Lindogia Anno 1274. & seq. ubi inter alia habentur: Vt nullus Iudex publicus, Dux vel Comes, aut quilibet ex Iudiciaria potestate, ipsos super possessionibus juri forensi suæ Civitatis subjacentibus, & aliis causis secularibus seu Civilibus quibuscunque, possit vel audeat constringere; nec coram alio quàm Advocato, vel suo substituto in Palatio Dn. Abbatissæ, & eâ præsente teneantur querelantibus respondere, nec Advocatus, nec Dux, Comes vel alter ratione judicii cujuscunque, in aliquem Civium prædictorum in causis, quæ coram Advocato vel suo Substituto sunt in Palatio Abbatissæ tractandæ, possit vel audeat proscriptionis sententia fulminare. Præterea, si proprius sive suus alicujus in possessione libertatis in d. Oppido, tanquam Civis diem clauserit extremum, cujus status detegatur Domino tertia pars rerum nobilium cedet, si naturales hæredes superstites videbuntur. Si non, medietas rerum mobilium Domino assignetur. Præterea si homo Advocatitius in prædicto oppido tanquam Civis domicilium habuerit, Advocato nullum personale servicium tenebitur exhibere. Ipso autem Advocatitio homine diem extremum claudente, Ecclesiæ, ad quam spectavit, quicquid juris ipsi Ecclesiæ in defuncto, vel in hiis, quæ suæ condicionis fuerunt, competit, dabitur sine dolo. Adhæc, quicunque aliquod prædium ad forum prædicti oppidi pertinens, quocunque titulo per unius anni & diei spacium, pacificè & quiete, sine reclamatione seu interruptione legitima possederit, reclamante in Provincia existente, illud prædium inantea pacificè possidebit. Si quis etiam à suis parentibus, sine naturali hærede migraverit ab hac luce, ejus hæreditas devolvetur ad patrem vel matrem.

Si autem parentes non existunt, tunc hæredes proximi ex paterna seu materna linea procedentes, succedent defuncto.

Et in altero Privilegio sequentia leguntur: Promittimus itaque dictis Civibus munere genere specialis, quod nos Advocatiam nobis & Imperio attinentem, quæ vulgariter dicitur Castfogit, nunquam alienabimus, obligabimus, aut commutabimus. Volentes idipsum à nostris successoribus inconvulsum perpetuitate temporis observari. Item statuimus, quod nullus Iudex publicus, nec Dux, nec Comes, nec quilibet ex judiciaria potestate, ipsos super possessionibus juri forensi, ipsorum Civitati subjacentibus, & in aliis secularibus causis quibuscunque, nisi coram Advocato, vel suo Iudice substituto, in Palatio Dn. Abbatissæ, & præsente Dn. Abbatissa poterit aliquatenus convenire. Præterea proscriptio Advocati, Ducis, Comitis vel alterius Iudicis ratione judicii cujuscunque ipsorum Civium intrare non debet, vel attingere Civitatem. Ipsorum etiam Civitas tali jure & libertate uti debet, videlicet, quod quicunque extraneus servilis conditionis à prædictis Civibus recipitur in Concivem, si idem per spacium unius anni, sine impetitione vel repetitione Domini sui in dictorum Civium Civitate commoratur, ita si ipsum Dominus scit in oppido residentem, deinceps liber & solutus ab omni servicio sui Domini penitus permanebit. Si autem ab eodem Cive recepto, servitium à suo Domino postulatur, ita tamen si infra terminum illius primi anni convincitur, de jure ad servitutem pertinente, quicquid Advocato de ipso nomine servitii dabitur, Dominus in tertia parte penitus contentus esse tenetur. Insuper si proprius alicujus Domini convictus ad servitutem, in sæpe dictorum Civium moritur Civitate, Domino tertia pars rerum mobilium cedet, ita si carnales hæredes esse videntur, si non, tunc Domino medietas mobilium assignatur. Item, si aliquis homo Advocatitius in ipsorum Civitate est residens, Advocato de sua persona, aliquod servicium facere non tenetur, si autem idem homo Advocatitius, viam carnis ingressus fuerit, universæ Ecclesiæ, ad quam spectare videtur, quicquid juris eadem Ecclesia in ipso vel in hiis, qui sunt ejusdem condicionis, habere videtur, dabitur sine dolo. Nullus etiam Miles nec Monachus prædium aliquod in Civitate prædictorum Civium, hæreditario jure acquirere poterit, nec tenetur. Et si aliquod prædium alicui Cœnobio, vel aliis personis Religiosis dabitur propter Deum, infra terminum unius anni vendere tenentur, quod si facere neglexint, ex tunc proprietas ejusdem prædii ad hæredes proximos tradentis.

dentis succedet liberè & quietè. Quicunque etiam puer cum rebus propriis à suis parentibus separatus, sine carnali hærede de hac luce emigrabit, eadem hæreditas in patrem vel matrem cadet evidenter. Si autem ibi parentes esse non videntur, tunc in proximum hæredem, sive ille sit ex parte patris, sive matris, de jure cadet hæreditas antedicta.

29. Religion/ Religions-Fried.

Ob jedem vngemittelten vom Adel freystehe/einen frembden Glauben anzunemen: Er habe gleich die hohe oder nur die vogteyliche vnd nidergerichtliche Obrigkeit? Bidembach. *quæst. nobil. 3.*

Ob bey den Landsässen vnd vngemittelten vom Adel/ ein Vnterschied mit dem Exercitio Religionis zumachen: daß die Landsässen allein für jhr Person das Exercitium treiben? oder solches gleich wie vngemittelte Ritterschafft in jhren Kirchen/Schulen vnd Gebieten frey anrichten können oder möchten. vide Bidembach. *quæst. 4.*

Ob ein gefreyter vom Adel befugt/ die Religion zuendern/ Er habe gleich vor oder nach auffgerichtem Religions-Frieden/ den ein oder andern Glauben gehabt? vide Bidembach. *quæst. 5.*

Da ein Fürst vnd einer vom Adel nicht eines Glaubens: Ob sie in einem gemeinen Flecken oder Dorff die Vnterthanen zu jedes Glauben zwingen? Oder auff den Fall jhres widersetzens/ dieselbe vertreiben könten? Vnd die Vnterthanen zuweichen schuldig seyen? vide Bidembach. *quæst. 6.*

Religio generale est, & includit omne id, quod contra conscientiam fit. Quoties igitur fit prohibitio, ne turbentur Augustanæ Confessionis homines in sua Religione, omne prohibitum censetur, propter quod conscientia minùs libera redditur.

Cùm itaque Iurisdictio Ecclesiastica quoad Religionem, Conscientiam & Ceremonias Personarum Augustanæ Confessionis suspensa sit. §. damit es wider Augspurgische Confessions-Religion/Glauben vnd Bestallung der Ministerien. Sequitur utique & in causis Matrimonialibus, respectu eorundem suspensam esse: siquidem ubi nulla Diocœsis, ibi nulla ampliùs Iurisdictio spiritualis. Et sub istis verbis: Religion/ Glauben/ Kirchen-Gebrauch (quamvis in specie non facta mentio causarum matrimonialium) putantur easdem inclusas, ex identitate rationis, & causæ finalis pacis Religionis: quæ utrobique eadem est. Quia Legis ratio in uno casu, sicut in alio obtinet, non dicitur Lex extendi ad casum, sed dicitur istum casum comprehendere, tanquàm genus suam speciem.

Præterea aliæ atque alia est Reli-

gio, quoad matrimonia apud Augustanæ Confessionis asseclas, quàm apud Catholicos, cùm illi pro Sacramento nequaquàm matrimonium reputent, & aliis Legibus dijudicent hasce causas.

Habent enim Status Augustanæ Confessionis suas speciales ordinationes Ecclesiasticas, vulgò **Kirchenordnung** / quibus annexæ sunt ordinatioues matrimoniales, **Eheordnung** / ubi disponitur de matrimoniis, de consensu Parentum, de gradibus, &c.

Quodque Mandata super Constitutione Pacificatæ Religionis impetrari queant, si Episcopus citet quendam subditum reformatæ Religionis, multis probat Reichwein. *in formular. fol. 162. & seqq.*

Ob in einer Reichs-Statt möge ein Gesatz gemacht werden / daß keiner zum Burgerrecht gelange / er bekenne sich dann zur Augspurgischen Confession?

Item, **wann in einer Reichs-Statt beeder Religionen vblich / ob die Catholische offentliche Processionen / Item, offentlich vnd sollenniter zu den Krancken zugehen / zugestatten? welches in der Donawertischen Sach gestritten worden.** Et vix putaverim impediri posse tales Processiones, cùm qui antecedens concedit, necessariò consequens permittere censeatur. Sed de jure Civitatum Imperialium, congessi quædam ego, *in tr. d. Monarchia, fol. 58.*

Turcæ observatores strictissimi sunt suæ Legis, & tamen tolerant planè contrarias Confessiones amplectentes. *Les Turcs sont moins scrupuleux, que les Grecs, & que beaucoup d'autres nations. Ils permettent que les Grecs Chrestiens facent leurs prieres sur la terre sellée en leur presence, & eux mesmes aßistent & aident aux Grecs.* Bellon. *1. cap. 29.*

Et les Turcs mesmes, qui dominent sur toutes les contrees, qu' avons susdictes, aux Coloieres font grandes aumosnes pour la bonne vie & grande observation des ceremonies, qu'ils maintienent. Idem. *1. cap. 35.*

L'Alcoran est si estroictement gardè, que si quelque Turc avoit mué une seule lettre, ou changè le stile, ou un accent, la loy commende, qu'il soit lapidé des l' heure mesme. Tous Turcs ont le Alcoran susdict en si grande reverence, qu'ils le baisent & l'embrassent & jurent per luy, comme per Dieu, &c. Idem *3. cap. 3.*

De diverses sectes, qui sont survenies entre les Mahometistes, sur le fait de leur Religion, & le moyen qu' ils sont usé d'y pourvoir. Idem *3. c. 4.*

Nul Chrestien n' est fait Turc par force, mais s'il veut de son bon gre se faire Turc, il en est beaucoup mieux estimè. Ceux, qui sont faits

faits Turcs par force, comme qui pour sauver leur vie se sont faits Turcs, n'en seront pas tant estimez. Ceux qui blasphement & disent injures à Mahomet, doivent mourir; mais la loy les absout, s'ils se veulent rendre Turcs. Idem. *c. 28.*

Que les Turcs en toute fortune prononcent ce Mot: Alavara, id est, Dieu aidera. Parquoy estimans leur fortune predestinee, sont hazardeux à tous perils, sur mer, sur terre & aux combats, vide de hac re Aulæ Turc. *part. 1. & Bell. 3. cap. 21.*

Omnia quidē plena Deo sunt, &c. sed plurimum valet ad metum delinquendi etiam præsentiam Religionis urgeri. Symmach, *1. Epist. 40.*

Inprimis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maximè ad virtutem excitare putāt, metu mortis neglecto. Cæsar. *lib. 6. de bell. Gallic.*

Religionis zelus primum medium authoritatis seu obedientiæ Turcicæ. Tarduccius. *fol. 235.*

In Germania Religio à Carolo Magno per Saxoniam, & post à Saxonicis Imperatoribus per Slavonicas Provincias: Pomeraniam nempè, vicinasque Regiones, vi & bello propagata fuit. Quâ de re videri potest Albinus in der Meißnerischen Chronic. *tit. 11.*

De Religione tandem multa habeo, *in tr. de jurib. Majest. Ecclesiast. & tr. d. informat. educat. &c. fol. 33. & usque ad fin.*

30. Renovatur.

Von der Renovatur hat Herr Jacob von Ramingen / so wol als von der Registratur ein nutzliche Erinnerung außgehen lassen / vnd daselbst vnter andern gesetzt: So will erstlich die Notturfft erfordern / zubedencken vnd zuberhatschlagen / was man allerdings renoviren lassen wölle. Primò. Ein Fürstenthumb oder ein gantze Landschafft / oder ein Graffeschafft / vnd also ein Provintz / vnd also ein gantzes Territorium alicujus Provinciæ, oder sonst ein Herrschafft vnd Dominium, oder ein einzechtigen Flecken / oder sonst ein einzelig Gut. Secundò. Herrlichkeiten / oder allein Reditus sive proventus, oder sie beede. Tertiò. Oder sonst aliqua Iura.

Soll ein Provincia, oder ein gantze Landschafft / ernewert werden / alsdann ist insonderheit zubedencken / vnd warzunemmen / was ein Provintz / oder ein solche Landschafft / allerdings für Regalien vnd Iura, de jure communi aut consuetudine, hab vnd haben möge vnd solle: Vnd dann / was für Herrschafften / Stätt / Schlösser / Bürge / Bürgställ / Dörffer / Weiler / vnd Höfe / mit volkomnem Dominio, Item, was denn solcher Provintz vnd Landschafft / mit dem Eigenthumb zugethan / Item / vnd was daran Lehen seye.

Soll

Soll sonst ein Herrschafft ernewert werden / würde abermals von nöten seyn / zubedencken vnd warzunemmen / was für Regalien / von Recht oder Gewohnheit / oder ex speciali concessione, solche Herrschafft haben seye / oder haben möge. Item / was für Iura Incorporalia, vnd dasselbig de Iure communi, oder abermals ex quadam consuetudine, aut ex speciali concessione, aut præscriptione longissimi temporis, aut ex aliquo contractu, vel pacto, aliove justo Titulo.

Darnach / Ob solche Herrschafft / ein freye Eigenthumbliche Herrschafft / oder ein Lehen / oder ein Pfandtschafft / einem Widerkauff vnderworffen seye / etc.

Tertio. Was für Bona zu solcher Herrschafft gehören / derselben zugethan oder annectirt / was darunder eigen / vnd dann was Lehen. Item / was nicht mit dem Eigenthumb / noch weniger der nießlichen Gerechtigkeit / Sondern allein ratione aut meri, aut mixti, aut simplicis Iurisdictionis, aut modicæ cohercitonis, oder sonst alicujus praeminentiæ, Vnd also allein der Obrigkeit / oder sonst einer Herrligkeit halben der Herrschafft vnderworffen sey. Item / da das Gut allein mit dem Eigenthumb zugethan / oder auch das utile Dominium darzu gehörig.

Quarto. Was solche Herrschaffe für Bona habe / so andere besitzen / nützen / vnd niessen / Aber ihr deßhalben vnd darvon / auch was Recht oder Gerechtigkeit zuthun / oder zugeben schüldig vnd pflichtig. Item / was vñ welche vnder denselben in feudum concessa, & quale feudum, cujusque naturæ. Item / was darunder für bona Emphytheotica, Was darauß für Canones & servitia præstirt werdẽ / vnd ja werden sollen. Vnd dann / quæ Partiariis aut Colonis distributa sunt. Item, quæ ad aliquod tempus concessa, locata atque conducta sunt.

In jetzt erzehltem allem vnd jedem / muß sich ein jeder Herr / der jhme will einige Land oder Herrschafft erneweren lassen / bey jhme selbst gefasset machen.

31. Rentcammer.

Ærarium Civile, quod inservit expensis administrationis Civilis, tempore Pacis, Rentcammer vulgò vocatur. Quod principaliter, in omni Republica instituendum est. Desiderat enim inprimis Politia Civilis, quæ totius Reipublicæ administrationem togatam complectitur, expensas innumeras in personas & res conferendas, puta Magistratus, Iudices & alios Officiales, in Legatos, in Ædificia publica, Circos, Theatra, Pa-

Palatia, Pontes, Vias publicas, Mœnia, Muros, Turres, Aquæductus. vide Iacobum Bornitium, *in tract. de ærariis reditibus, libr. 10. cap. 3.* & me, *de ærar. paßim.*

32. Rentgülden.

Rentgülden appellatur in Comitatu Mansfeldico id, in quo precium Cupri impensas in eo factas, excedit. Moller. *ad Constit. Saxon. part. 3. const. 25. num. 7.*

33. Repressalien.

Repressaliæ seynd vnd heissen auff Teutsch Vheden/oder Pfandungen der Güter vnd Personen/ als da einer für den andern/vnd eines Gut für deß andern Gut gefangē vñ verhafftet würde. text. *in cap. 1. de injur. lib. 6.* Bart. *hoc tract.* ubi dicit, Repressaliæ conceduntur propter injustitiam alicui factam in aliquâ Civitate, non subdita concedenti repræsalias. Lignag. *in tr. de repress. part. 4. 2. part. pr. quæst. 10.* Si per viam juris non potest conveniri, alias secùs, ubi tradit licitè posse concedi repressalias contra Magistratum Civitatis, pro injustitiâ alicui facta. Sed vide Parid. de Puteo, *in tract. de Synd tit. de offic. Syndic. vers. Quidam de Regno. per tot.* Et ideò, eandem rationem habent, quæ bellum: nam & ibi innocens subditus punitur, & damno afficitur, propter Principem nocentem. vide me, *de Majest. fol. 170.*

Repressaliæ, quæ & pressalia apud Isern. & Afflict. *in Constit. Neapol. tit. de pressaliis puniend.* Cujac. *in l. un. C. ut null. ex vic.* ab Italico *presa*, quod capturam sonat, derivantur, vel à reprimendo, quod iis aliorum injustitia reprimatur. Petr. Frider. *de process. cap. 46. num. 4. lib. 1.*

An Vasallis unius Regis, liceat ad ulciscēdas injurias, sibi in alienis Regnis illatas, personas & bona dictorum alienorum regnorum pro aliorum noxa capere, repressaliis propriâ authoritate utendo, si concluditur, quod non, qua pœna puniantur capientes. v. Peguer. *decis. 11.*

Pfanden / arrestieren / kümmern oder auffhalten / soll niemands Person / Hab oder Gut / vmb frembder Sachen oder Schuld willen / er habe sich dañ darfür verpflichtet. Geschicht es aber / so verwürcket der / so es thut oder thun läßt / sein Spruch vnd Forderung gegen dem Hauptschuldner/ vnd muß dem Gepfändten / arrestierten / kümmerten oder auffgehaltenen daß jenig/so er jhme abgetrungen/vierfach erstatten / *Nov. ut non fiat pignor. pro al. auth. sed omninò C. ne ux. pro marit.* Pfeil. *consil. 38. in pr.*

De Repressaliis, vide Augustin. Seidenmelzer apud Arumæ. *tom. 2. discurs. 8.*

An Repressaliæ jure defendi queant? ac quis concedere possit? contra

quos item concedi possint? & denique quæ sint justæ causæ repræsaliarum, vid. apud Arumæ. Quir. Cubachium *tom. 4. discurs 25. 26. 27. & 28.* Item Grotium. *de Iure belli. 3. c. 2.* R. P. Ludov. Molin. *d. just. & jur. tr. 2. disp. 121.*

Olim autem in Germania, ubi diffidationes, die Vehden/ vnd Selb Gericht noch im Schwang gegangen/ auch kein gemeiner Landfried auffgericht: gewesen; quælibet Civitas contra alteram ejusmodi repressalias concedebat: Vt passim in der Speyrischen Chronick Christoph. Lehemanni apparet.

34. Rhein

Germaniæ notissimus Fluvius, non à puritate, quasi adulterinos detestaretur & mergeret liberos, ita vocatur, sed vom rinnen/ sive Græco ῥέω. Hincque multorum locorum terminatio est Rohn/ sive Rhen; ut Beyren/ bey dem Rhon/ ad fontes sive scaturiginem. Blaubeyren/ oppidum Würtembergicum, ad fontes Blavii fluminis (ita à colore cæruleo dicti) situm: quasi bey der blawen Rohn. Et Pagus ex opposito in Montis jugo collocatus, appellatur Jennenbeyren/ id est, ultra sive trans fontes. Jennen enim sive Jenet/ Jenseidts/ est ultra vel trans.

***

35. Revision.

Revisio est remedium extraordinarium, quo in Camera læsis, ex quadam benignitate, per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii, ad id Deputatos, succurritur. Binder. *h. tract. conclus. 1.*

Cùm revisio sit extremum refugium, nullumque amplius supersit remedium, juxta §. Im Fall. *tit. 53.* facit *l. si quis adversus. 5. C. de prec. Imp. offer.* quàm cautissimè profectò in eo procedi, ac omnia quàm deliberatissimo fieri debent animo. Binder. *d. loc. conclus. 19. num. 1. & seq.* Ne igitur Revisores quid temerè, vel contra partem, vel contra Cameram statuant: operæprecium, summeque necessarium est, ut tàm Acta quàm diligentissimè perlegant ac revideant, quàm etiam rationes sententiæ ab Assessorib. assignatas, exquisitissimè & perfectissimè examinent atque ponderent, per text. *d. tit. 53.* §. Vnd darauff. & §. Vnd sollen. Quo si justas eas ac legitimas compererint, sententiam priorem confirmare, sin minus, & ex injustis & frivolis causis sententia lata appareat, eam retractare queant. arg. d. §. Vnd darauff. & §. Vnd sollen. Sententiam namque, si benè judicatum constiterit, Revisores confirmabunt: Si malè, retractabunt: Si verò partim malè, partim benè, eandem reformabunt. Sed v. Binder. *in allegata conclus. n. 3 & seqq.*

In

In quibus casibus Revisio denegandà, & an denegata repeti possit. v. *decis.* Alvari Valasci *tom. 1. cons. 51.*

Revisionis temeritati, necessariò succurrere coactũ fuit Cameræ Imperialis Iudicium inclutum, singulari Senatusconsulto. De cujus validitate & intellectu, sequens agit discursus.

Daß solch Senatusconsultum, kein Krafft haben thue / möcht auß folgendem geschlossen werden.

Erstlichen / ist *in part. 3. tit. 53. in pr.* dieses Hochlöblichen Cammergerichts-Ordnung / & ita lege publica, heilsamblich gesetzt / wa einige Parthey hinführter vermeindt / daß sie durch Cammerrichter vnd Beysitzer beschwerdt / auch vnrechtmässig vnd nichtige Vrtheiln wider sie gesprochen vnd eröffnet / derohalben gedächte vmb reformation / vnd besserung solcher Vrtheil anzuhalten / daß derselbigen Parthey solches zuthun zugelassen seyn solle.

Vbi inprimis vox hæc, einige Parthey / probè notanda venit, utpote respondens voci quæcunque, quæ planè est Vniversalis. *l. cum quid. ff. de reb. credit.* ita ut extendi debeat in infinitum. Iohann. Gœddæus *inter consil. Marpurg. consil. 28. num 175. vol. 1.* Eaque dictio suam propter generalitatem, ad improprios quoque casus trahi solet, Dd. *in l. unic. §. cogniturum. ff. de quæst.* Hoc itaque remedium Revisionis admodùm salubre, summique Principis & Statuum Imperii authoritate concessum atque stabilitum, indifferenter & omnes omninò litigantes, qui se per sententiam aliquam Cameralem læsos esse putant, tanquàm ad sacram, quod ajunt anchoram, confugere possunt, omni prorsùs obstaculo, remorâ, atque impedimento procul amotò.

Vnd obwol fürs Ander in dem Abscheid deß 57. Jahrs §. Wie wol ferrner Innhalt / ꝛc. In gleichem auch Anno 59. in dem Augspurgischen Reichs Receß. §. Gleicher gestalt in Fällen / allerhandt Mittel geordnet vñ vorgeschrieben / dardurch temerè susceptis Revisionibus begegnet werden möchte; So ist jedoch allwegen darbey gesetzt / daß für vnd an sich selbst / den Partheyen an jhrer Revision oder Syndicat, nichts benommen / auch solche Mittel jhnen in keinen Weg abzuschneiden seyen / ꝛc.

Drittens / könden nicht weniger auß dem Deputations Abschied zu Speyr in Anno 1600. auffgericht §. als auch Streit fürgefallen / ꝛc. & *duob §. §. seqq.* allerhand vnwidertreibliche Behelff genommen / vnd damit behauptet werden / daß die Revision keiner Parthey / bevorab à Iudice à quo abzuschlagen / oder selbiger / num Revisioni deferendum sit, zu cognosciren habe. Dann daselbsten (1) wolbedächtlich / communique scitu geordnet / dz pendẽte revisione mit der execution

cution nicht zuverfahren / sondern damit inngehalten werden soll. Cùm itaque revisio ipso Iure suspendat sententiæ executionem, effectumque habeat non solum devolutivum, sed & insimul suspensivum, sequitur Iudicem à quo, statim post factam Revisionis petitionem, manus habere ligatas, nec porrò vel exequendo vel cognoscendo, an deferendum sit, consimilive aliâ ratione aliquid attentare posse. Nam & cognoscere solum, num debeat revisio admitti, antecedens quoddam & præparatorium est executionis. Vbi autem prohibitum est consequens, inhibitum etiam censetur antecedens, quandò præsertim à se invicem necessariam dependentiam habent; non secùs atque à remotione generis, destructoque principali, subsequitur ritè remotio speciei, atque destructio accessoriorum. Quodque certa quadam re prohibita, videatur interdictum omne illud, per quod ad istam pervenitur, probant vulgò nostri Dd. per *c. nam Concupiscentiam. extra de constitut. §. quia tamen Inst. d. vi bon. raptor. l. oratio. ff. de sponsal.* Matth. Stephani *in dialect. Iur. lib. 2. loc. 26. n. 9. & seqq.*

Facit hûc, quod in casu, ubi appellatio effectum non devolutivum tantum, sed & suspensivum quoque parit, tunc non ulla ratione liceat aliquid attentare. Covarruv. *pract. quæst. 23 num. 7.* Roll. à Vall. *consil. 77. incip. Viso. num. 20. &c. lib. 2.*

Inngleichem ist (2) auch auß angezognem Speyrischen Deputations Abschied zuvernemmen / daß bey damaliger Deputations Versamblung / zwar auff Mittel vnd Weg gedacht worden / damit Hochlöbliches Cammergericht / mit denen bißhero zu sonderer Vernachtheilung der Iusticien / vnd deroselben execution / indifferenter ohne allen Vnderschied gesuchter Revisionen / nicht so vielfältig molestirt / vnd beschwerdt werde: Jedoch solche biß zu gemeiner decision Kais. Majestät vnd gemeiner Stând außgestelt / auch weiter nicht geschlossen / dann das ein jede Parthey / welche revision suchen will / parte adversa petente schuldig seye / das Iuramentum Calumniæ entweder in der Persón / oder durch ihren hierzu gnugsamb Gevollmächtigten Anwaldt / Vor Herrn Cammerrichtern / Præsidenten vnd Beysitzern zulaisten. Eo itaque Iuramento præstito, pro petitâ revisione præsumi debet, nec eam ideò Iudex à quo pro frivolè interpositâ reputare, sed indifferenter, & omni absque discrimine petitas revisiones admittere necesse habet.

Weil bevorab (3) in eben diesem Deputations-Abschied / statuirt / das in causis Mandatorum, de relaxando captivo, & decretorum alimentorum, die Revision / keinem zuverwaigern /

gen / aber gleichwol pendente revisione, die aufferlegte Parition de relaxando captivo, auff Anerbietung vnd Leistung gebürlich gnugsamer Caution / erfolgen / vnd der Gefangen erledigt / wie auch in Sachen decretorum alimentorum, effectus sententiæ nicht suspendirt / sondern mit der Execution vnverhindert verfahren werden solle.

Wann dann allein in causis Mandatorum de relaxando captivo, decretorumque alimentorum, non obstante ipsorum insigni favore, nil item periculo illo impediente, quod post moram recuperari vix potest, die Executio statt haben mag / & quidem ipsâ nihilominùs revisione salvâ: als ist wolfolglich zuschliessen / daß in cæteris Mandatorum causis, minori præsertim favore dignis, ac inprimis in eo casu, da die Gegentheil ein vnverantworlich lucrum prætendiren / weder gefangen ligen / oder gesuchte namhaffte Summa Gelts / zu jhrer täglichen Vnterhaltung benötigt seyn: Noch weniger die Revision abzustricken / ullo vé prætextu zuverhindern. Cùm si admittatur aliquid in casu, ubi ratio est fortior atque major, illud idem non prohitum censeri queat, ubi ratio militat minor. *per jur. vulg.*

Weil auch einig vnd allein / in nächst erwehnten beeden Mandat-Sachen / de relaxando scilicet captivo, & decretorum alimentorum der effectus executivus sententiæ nicht suspendirt / als ist dahero vnwidertreiblich zuverhalten / das vorgenomne revisio, in allen andern Mandat-Sachen / die Vrtheiln vnd Paritori-Bescheid / eorumque executionem, remoriren / auch den Herrn Richtern à quo, von allen weitern / der außgeschriebnen Revision nachtheiligen Processen / kräfftiglich innhalten vnd verhindern thue.

Constat enim, quod ut exceptio in casibus exceptis Regulam vitiare solet, ita eandem in casibus non exceptis firmet. *l. 1. ff. d. R. I. l. in his. l. quod verò. l jus singulare. ff. d. legib. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. d. pen. leg.*

Et obtinet hic vulgata illa Reg. locum: quod exclusio unius, alterius inclusio existat. *l. 21. C. de procurat.*

Et quod uno casu seu specie est prohibitum, censeatur in genere permissum: & contrà, in specie concessum, in genere prohibitum, videatur *dd. jurib.*

Vnd deme zuwider / soll ex adverso allegirt vermeintes Senatusconsultum, Crafft dessen / von den bekandtlichen Schulden keine Revisiones an diesem Hochlöblichen Kaiserlichen Cammergericht statt haben oder angenommen werden sollen / kein einige Hinderung schaffen.

Dann erstlichen noch starck gezweiffelt werden möcht / ob dieses Löblich Kaiserliche Cammergericht

 durch

durch einig Senatusconsultum oder andere Verordnung/ das beneficium revisionis benemmen/ vel saltem ullâ ex parte restringiren könne. Angesehen/ per jam suprà allegatas Imperiales & publicas, sæpeq; repetitas Leges, einem jetwedern/ welcher per sententiam aliquam Cameralem beschwehrt / selbiges beneficium indefinitè, generaliter & indifferenter gestattet würde.

Nunc autem negare haut ullus potest, neminem adimere Statib. posse, quod Lege generali, communique Ordinum sponsione, & loco item singularis beneficii introductum invenitur.

Et ut in Imperio Romano Legum ferendarum potestas, Cæsaris, Ordinumque communis esse reputatur, Franc. Burckhard. *in tr.* von der Freystellung. *lib. 3. cap. 14.* Lehmann in der Speirischen Chronic/ *lib. 7. cap. 124.* Paurmeister. *lib. 2. de jurisdict. cap. 2. num. 50. &c. num. item 63. ac multis seqq.* Ita pariter Legibus derogare, easque non nudè interpretari, sed simul novum quasi jus interpretando constituere, nemini alteri licet, nisi qui Leges ferre potest. *l. 1. l. pen. & l. ult. C. de ll. l. 35. d.* R. I. Martin. Becanus *in Scholast. Theolog. tit. de legib. cap. 6. quæst. 4.* Donell. *1. in comment. 13.* Illustr. Enenckel. *tractat. de Privileg. lib. 2. cap. 2. num. 14.*

Sicque Decreta etiam Visitationum publicare, dubia Cameræ decidere, ac similia facere, junctim Cæsari, Ordinibusq; in Legibus Imperii nostri Fundamentalibus adscriptum invenitur. Denais. *in jur. Camer. §. Cæsaris Ordinumq; communia.*

Et quamvis *in l. non ambigitur. 9 d. lib.* Senatus jus facere posse, dicatur, id tamen omninò aliter haut est intelligendum, quàm, si interveniat auctoritas superiorum, vel ita ferant Leges Reipublicæ Fundamentales. Quin imò, nec olim inscio Principe id facere potuerat Senatus, sed deliberationes præcedebant cum Principibus institutæ, ipsorumque Principum orationes, quibus explicatis totius rei circumstantiis, quod justum, utile ac honestum Reipublicæ foret, ostenderunt; Senatumque rogârunt, an sic constituere placeret. Bellon. *supputat. jur. 4. cap. 5. num. 5.* Et sic pleraque Senatusconsulta, quorum mentio fit in jure nostro, Imperatorum temporibus facta fuisse, adnotat Muretus *ad d. l. 9.* Sed præcedente ejusmodi Oratione Imperatoris. Brisson. *selectar. antiquit. 16.*

Licet item Stylus à judice induci possit; tamen is solùm respicere debet ordinem procedendi, qui & tùm demum valet, si de modico præjudicio agatur. Cravett. *d. antiquit. temp. part. 4. num. 36.*

Neque Stylus respicit decisionem causæ, sed ordinem procedendi, versaturque solùm circa ea, quæ judici arbitraria existunt. Alex. *cons 63. §. viso*

su themat. n. 9. &c. lib. 2. Sique & is juri contrarius esset, vel à superiori confirmari, vel à judice, Legis condendæ potestatem habente, induci debet, aliàs non valet. Grammat. *consil. 1.* quod est post decis. *num. 20. & seq.* latè & per discursum Ioseph. Ludovic. *decis. Lucens. 36.*

Es scheinet aber in allweg/ das vorangezogne Senatusconsultum non de processu, ordinevè judiciario cōcipirt/ sondern die merita causæ principalis cocernire/ auch den gemeinen Ständen ein sonder höchste vnerdultenlich præjudicium, vnd gantz weitschweiffende Consequentz zuziehen / oder in sich halten thäte/ wann besonders wie ex adverso geschicht/ man selbiges so weit extendiren/vn dahin deuten wolte/ut nempè in potestate,arbitrioque Iudicis,qui partem semel gravavit,& cujus ideò gravamen porrò etiam metuitur, debeat esse situm, an Revisio publicâ & inviolabili Imperii Lege cuilibet concessa, admitti deberet vel denegari? Maximè cùm Iudex, qui sententiam tulit, eam tanquàm proprium ingenii sui partum amare, defendere atque fovere, vicissim indignè ferre censeatur, remedia illa cuncta, ad ejusdem sententiæ eversionem quæ tendunt.

Besonders solt sich diß Orts so wol der Herr Iudex, als die Parthey selbst damit ersättigen lassen / was in den Reichsschlüssen vnd Ordnungen ad evitandam calumniam,quæ quandoque in frivolè petenda Revisione committi solet, introducirt / oder eingeführt zubefinden; daß nämblich der jenigen Parthey / so ein Revision suchet / das Iuramentum malitiæ deferirt werden kan/sie auch andere Schäden vnd Vngelegenheit / in eventum die vorige Vrtheil confirmirt / zugewarten hat.

Es solte nicht weniger der Gegentheil sich billich schewen / also operosè zubestreiten / daß deß Herrn N. zu N. Gnaden/tot Consiliariis,fide,candore, & rerum experientia præclarissimis stipata, frivolè, calumniosè, & ita contra conscientiam ein Revision fürzunemmen sich vnternemmen thue.

Gesetzt aber/daß widerig angezognes Senatusconsultū für vñ an jme selbsten gültig / so wer es doch auff gegenwertigen Fall / vnd auff diese mit ihren sonderbaren bekandten Vmbständen limitirt vnd qualificirte Sach / in keinen weg zuziehen. Dann einmalen solches anderst nicht/ dann secundum illos notos terminos juris, Interpretumque nostrorum traditiones auffzunemmen vnd zuverstehen/ ubi quæritur, an & quatenùs Iudex à quo, appellationi, quam adversarius frivolam esse intendit, deferre teneatur vel possit.

Etenim Supplicatio (seu Revisio) in locum appellationis succedit, & cum ea ambulat pari passu. Nam extra

extra differentias jure scriptas, Statuta in causâ appellationis, habere quoque locum in causâ Supplicationis, asserit Rebuff. *In tractat. de Supplic. quaest. 11. in fin. per l. fin. §. cui consentaneum*, C. *de temp. appell.* ubi Angel. & Salic. à Rebuff. *in d. tit.* relati. Et gloss. *fin. in fin. l. un.* C. *de sent. Praefect. Praet.* quam gl. ab omnibus approbatam esse, testatur Ferr. Montan. *de Supplicat. cap. 3 in fin. & cap. 2. in fin.* Vndè ab appellatione ad Supplicationem licitè argui posse, sentit Capyc. *in decis. suis.* cùm nempè procedant à pari, & Supplicatio in locum appellationis succedat, ejusque naturam assumat. Rol. à Vall. *consil. 94. nu. 4. 11. & 12.* ubi adhuc alios allegat.

Nunc autem solennis & concors est traditio nostrorum Dd. cunctos Iudices appellationem, quae intra statos, deputatosq; dies offertur, omnibus modis suscipere teneri, *Nov. 126. cap. fin. in pr.* adeò, ut dicere ausint, appellationem etiam Diabolo concedendam esse. Paris. *consil. 28. incip. ad resolutionem. num. 11. lib. 4.* simulque ei, qui non defert provocationi, de facto quandoque resisti possit. Lancellott. *d. attent. part. 2. cap. 12. ampl. 20. cap. ult. num. 216. &c.*

Nec unquàm appellationem esse denegandam, ubi vel in facto aut in jure, de aequitate causae dubitare quis possit, pro communi venditat Soarez. *in commun. opin. lit. A. num. 221.*

Et quamvis illud etiam receptum inveniatur, cùm in notoriis appellatio prohibita sit, nec proindè frustratoriae vel moratoriae provocationi, quaeq; inconsultâ audaciâ processit, deferendum esse. *l. ejus qui 4. ff. d. appell. recip.* Bart. *in l. 1. § interdùm. ff. à quib. appell. non lic.* Heig. *quaest. 10. num. 44.*

Quamvis item & hoc vulgò dicant, convicto ac confesso, appellationem denegari. *l. 1. & t. t. ff. l. un.* C. *d. confess.* Guid. Papae. *decis. 339.*

Attamen & uno ore omnes tradunt, ad appellationis obstaculum cōvolare posse etiam eum, qui contra suam confessionem, causam probabilem adducere potest. Clarus. §. *fin. quaest. 94. numer. 1.* Covarruv. *pract. quaest. 23. num. 5. vers. secunda conclusio.*

Nec item confessio pro clara & liquida habetur, si aliquam recipit disputationem vel dubitationem, Lancellot. *d. attent. part. 3. cap. 24. quaest. 1. num. 71. & seqq.* Aut si saltem confessio revocetur, & illa pro erronea allegetur, ut tradit Sigism. Scaccia. *d. appell. quaest. 17. limit. 4. nu. 47.* ubi de communi attestatur.

Iudici item incumbit, ex justitiae & necessitatis opinione, recipere potiùs appellationem, quàm ex injustitiae aut temeritatis suspicione rejicere eandem: cùm multa dicantur notoria, quae talia non sunt: providendum-

dumque ideò sit, ne quod dubium est, pro notorio habeatur, *cap. consuluit. 14. extr. d. appell.*

Ex quo etiam fundamento Scaccia, *d. limit. num. 90.* porrò evincit: debere Iudicem in dubio flectere arbitrium pro admissione appellationis. Maxumè cùm nihil ita notorium sit, quin adversus id aliqua excusatio competere præsumatur. Nevizan. *consil. 37. num. 29.* qui allegat Curt. *consil. 21. col. 11.*

Sic & pariter notorium haut suos operatur effectus, quandò aliquid allegatur, quod illud obfuscare possit. Lancell. *part. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 54. & ibid. lim. 9.* ubi addit: licet dicatur à notorio non appellari, & propterea non dari attentata; attamen à declaratione notorii appellationem esse; talique provocatione stante, si fiat executio, non minùs eam vitio attentatorum laborare, quàm si simus in alio casu appellabili, ex quo data appellatione, regulariter resultat effectus suspensivus, qui solet causare attentata. Iason. *in consil. 187. col. 6. vers. facio aliam conclus. libr. 2.* Consentit Scaccia. *d. limit. 4. num. 65.*

Ita similiter via executiva non habet locum, quando Instrumentum sollemne & guarentigiatum aliquo modo est offuscatum, ut post Bald. *in l. 2. C. de except. rei jud. & in l. 1. ff. de leg. 2.* tradit Blanc. *in tr. d. compromiss. in 4. qu. princ. sub. num. 2. col. 3. vers. ex Instrumento. circ. fin* inferendo ibi, quod etiam super Instrumento guarentigiato possit peti fieri compromissum, quando illud ex aliquâ causâ offuscatur.

36. Reut.

Latinè, excisum est nemus: Hinc & hodie dicimus **außreuten / wann ein Wald oder wüster Ort gesäubert / vnd zum Baw gerichtet würdt.** Sic Bruschius *de Monaster. in Michaëlis Campo fol. 86.* Reut, Riet & Rode, dicuntur Germanis plerunque illa loca, quæ prius sylvestria, postea in agros conversa sunt, quorum magna est in Germania, olim planè sylvestri multitudo. Sic hodie **Barreüt / Reutlingen / etc.**

37. Rewkauff.


Conventio pœnalis in contractu emptionis venditionis, propter pœnitentiam adjecta (vulgò **Reükauff**) an valeat? Et quod hæc conventio quoad venditorem valeat, minus dubium est, propterea quod alias ex dispositione Iuris venditor, si contractum ex procacia & temeritate quadam non servat, nec rem tradere velit, ad interesse teneàtur; præsertim si facultatem rei tradendæ non habet. De emptore magis dubitari potest: quia Hartman. Pistor. *observat. 8. nu. 5. & seq.* in terminis tradit, quod ejusmodi pœnæ adjectio, in

casu, ubi emptor contractui non staret, nec pretium exsolveret, tanquam in fraudem usurarum facta, non valeat, atque ita à Scabinis Lipsiens. ib. pronunciatum esse testetur.

Verùm cum prædicta theorica, quod scilicet adjectio pœnæ in obligationibus dandi, censeatur facta in fraudem usurarum & non valeat, obtineat tantum in contractu mutui, & non etiã in aliis contractibus. Cumq; Emptor & venditor sint correlativa, in quibus idem judicium & eadem disciplina obtinet, &c. Ideòque hæc conventio pœnalis etiam quoad emptorem meritò valet: prout hæc omnia latius deducit, & textibus authoritatibusque quamplurimis probat Matth. Berlich. *decis. 43.*

38. Risen.

De gigantibus & Pigmæis. v. Torreblancam, *in dæmolog. f. 295. &c.* Bolduc. *d. Ecclesia ante legem. 1. c. 7. & 9. ac lib. 3. c. 3.* Scriban. *in orig. Antuerp. f. 63. &c.* Majolum. *lib. 1. f. 56.* Claude Verdier. *lib. 7. c. 1.* & me *tract. de Rep. curanda. f. 118.* ubi disquiro, an nunquam fuerint gigantes. De ossibus Gigantum vastissimæ magnitudinis, in Sicilia repertis, v. Iac. Pontanum. *vol. 3. bellar. Syntagm. 1. n. 31.*



39. Ritter / Ritterorden / zu Ritter schlagen.

Militaris virtutis est, pro Patriæ mortem bellicam honestè oppetere. Cic. *libr. 1. off.* Cum non tam Parentibus, quam Patriæ nati simus, & data paritate terminorũ, quis potius Patiæ quàm Parentibus succurrere atque obedire debeat. Decianus *respon. 82. num. 15. & seq. vol.* Hoc autem inprimis Equiti incumbit. Glossa Iuris Saxonici *lib. 1. art. 20. in princ.* ibi: Ein Ritter soll schwöhren den Aid / daß er den Todt nicht förchten wolle / zubeschirmen Wittwen vnd Waisen / vnd da es sich zubeschirmen gebürt. E contrà multos nobiles jacturam dignitatis fecisse, quod ob flagitium timoris ac fugæ, hostibus loca munita dederint, notavit Werner Gebhard. *lib. 1.* Fürstlicher Tischreden *cap. 29.*

Regulariter verò Eques nemo nascitur, sed creatur, vel ab ipso Rege vel Regis exercitus Præfecto: idque aut ob bellicam virtutem, aut Prudentiam. Ego *de Majest. fol. 185. & de jure Civium. f. 103.* Flexis enim genibus, educto gladio leviter in humero percutitur, Princepsque his verbis Gallicè affatur: *Soiu Chevalier au nom de Dieu.* Quæ forma Equitis creandi in Anglia, Saxonico tempore, his verbis, qui tum vixit, ostendit. Ignulphus: Qui militiæ legitimæ consecrandus esset, vespere præcedente,

dente, apud Episcopum, Abbatem, Monachum vel Sacerdotem, contritus de peccatis confessionem faceret, & absolutus orationibus deditus in Ecclesia pernoctaret, in Crastinum rem sacram auditurus, gladium super altare offerret, & post Evangelium, Sacerdos benedictum gladium militis collo cum benedictione imponeret; & communicatus sacris Christi Mysteriis denuò legitimus miles permaneret. Nec omninò sub Normannis inibi exolevit. Scribit enim in Polycratico Iohannes Sarisberiensis: inolevit consuetudo solennis, ut eâ ipsa die, qua quisque militari cingulo decoratur, Ecclesiam solenniter adeat, gladioque super altare posito, & oblato, quasi celebri professione facta, se ipsum obsequio altaris devoveat; & gladii, id est, officii sui jugem Domino spondeat famulatum. Tunc enim ad ornamentum præter gladium, cingulum & calcaria aurata accesserant, undè Milites & Equites Aurati hodiè vocantur. Nec dubito, quin hic mos à vetustissimis Germanis descenderit; apud quos authore Tacito, primus honor Iuventæ, Scuto frameâque, à Principe ornari: antè enim domus pars videbantur, sed jam Reipublicæ.

Et faciunt hûc, quæ habet Dn. Ios. Nolden. *de stat. nobil cap. 6. num. 66. & seqq.* ubi scribit: Mos creandi Equites à priscis temporibus hodiè longè recessit. Olim enim erat præmium fortitudinis. At hodiè Reges & Principes Equestris ordinis jura, promercalia faciunt, & tanquam sub hastæ auctionatu pstituunt. Cornel. Agrippa *de vanit. scient. cap. 80. de nobil.* Bodinus *de republ. libr. 3. cap. 8.* Geben noch Brieff vñ Sigel darüber/ Münster. *lib. 3. Cosmograph. cap. 22.*

Ita ut reverâ cum Ant. Guevara. *lib. 3. horolog. Princ. cap. 31. circ. fin.* dici possit, Patres gladium capulo apprehendisse, filios illum mucrone accipere. Quia promiscuè hodie fiunt Equites, non ex nobilitate tantum, sed Mercatores etiam, quibus vix gladius unquam vagina vacuus visus. Sleidan. *libr. 2. comm. circ. fin. fol. m 50.* Petr. Bellin. *de re milit. part. 7. tit. 3. num 41. & seqq.* ubi ait, se vidisse in Cancellaria Caroli V. etiam Salis venditores, mediantibus 25. vel circiter aureis nummis, impetrare hunc honorem. Imò multi eò insaniæ redeunt, ut emant titulos & vendant terras. Quibus meritò Boccalini *part. 1. ragguagl. 49.* dat beneficia in jure concessa minoribus, prodigis & furiosis. Ita in Gallia tempore Catharinæ Medices (quam pbrosis titulis prostituit Herm. Kirchner. *de Leg. lib. 1. cap. 5. n. 22.*) militaris torques dicitur aptatus indignissimis quibusque. Vndè descendit veriverbium Gallorum, *L' ordre de France c est un*

collier de toutes bestes. Seu ut Itali dicunt: *una Canezza à ogni una bestia.* Thuan. *lib. 13. histor.*

Probè notanda est differentia, quæ antiquitus in Westphalia observabatur inter nobiles, ut ex antiquis Instrumentis apparet hoc modo: **Wir Johann von N. Ritter / vnd Henrich der Knappe bekennen hiemit / &c.** Qui enim reipsa dignitatem Equitis Aurati legitimè adeptus erat, **der zu Ritter geschlagen ware /** vocabatur eo nomine **Ritter**; Qui verò vir armipotens erat, quem nos **Rittermässig** nominamus, vocabatur Armiger, **ein Wapener** / *Escuyer*, **Edelknecht**. Iuniores v. **die Junge Gesellen** / nominati sunt **Knaben** / à Græco *νήπιος* puer, addito κ fit *κνήπιος*. Nolden. *d. l. n. 72.* Reinec. *in histor. Oriental. tom. 1. lib 3 c. 35.* Et hoc liquidò constat ex literis, olim ad Pontificem scriptis, uti ponit easdem Blarer. *in tract. ad l. diffam. c. 2. num. 12.* cum subscriptione:

Iohannes de Trota, *Eques Auratus.* Ioh. Morsaim, Heinricus Bock, Armigeri.

Vsitatissimum fuit, ut Nobiles, aliique ex Militibus primariis, pridiè prælii, vel paulò ante prælium ineundum, ensè stricto ter in caput percuterentur, ut animosiores fierent; & ita Equites Aurati designarentur. Hoc faciebant etiam quandoque Episcopi. Wigulejus Hund *in Metropoli Salisburgensi tom. 1. f. 22.*

De Equitibus auratis præterire non possum, inquit Oldendorp. *in tract. de except. tit. de jure singulari. m. fol. 538.* id quod doctissimus quidam Interpres Cornelii Taciti tradit. Quæ verba inquit, cum perpenderemus, nuper in mentem nobis venit, quem Equitem Auratum Latine vocamus, olim **ein Dritter** dictum, ob duos adjunctos Equites: quemadmodum pluribus verbis illic Pausanias vetustum morem explicat, quem hodieque Franci observant: deindè verò **Ritter** / litera D. expuncta.

Eques autem auratus nuncupatur, quod Romæ olim aureis annulis à plebe distinguerentur Equites, sicut & nunc aureis calcaribus, phalerisq; utuntur. Erant enim in Romana Republ. tres ordines: Senatorius nempe, Equestris, & plebejus. Idem Oldendorp. *in tract. de action. class. 5. de actionib. beneficiariis. f. mihi. 740. vers. Equites.*

Geistliche Ritter an in feudis succedant? vid. Goth. Anton. *disp. 6. thes. 9. lit. g.*

Erant & **Halbritter.** Crusius *p. 3. lib 6. c. 18. fol. 364.*

Morem initiandi milites, & ordinis militaris regulam, v. in magno Chron. Belgico quod Wipponi est junctum. *p. 244.*

In vita quoque du Chevalier Bayard. Gallicè conscripta, *in addit. folio 450.* egregia multa de juramento Equitum habentur. De Equitibus mili-

militum S. Sepulchri, v. Chronicam Ord. S. Francisci, observantiæ strictoris. *fol. 743.*

40. Ritterrecht.

Von dem Schlesischen Ritterrecht extat *tract. singularis.* Inibi enim habent veri Nobiles, die jhre Ahnen deduciren können / sondere Freyheit: auch sonderbare Außträg / vermittelst dero jhre Streit erörtert werden.

41. Ritterschafft / Mannschafft /

Vocabula illa sunt nomina collectiva, comprehendentia non solùm singulares sive particulares Nobiles, sed etiam ipsam universitatem Nobilium. Sic quoque & illa verba, die von der Ritter oder Mannschafft / comprehendunt non tantùm singulares personas, verùm etiam ipsam universitatem sive collectionem Nobilium. Schrader. *consil 23. num 40. vol 2.* Sicut hoc satis secundum eundem *d. l.* probatur, tùm per gl. *cap. cùm in nul is verb. quidam alii. de rescript. in 6.* ubi dicitur: Rescriptum impetratum contra homines talis loci, ita accipiendum esse, ut vigore illius rescripti, nō tantùm homines singulares illius loci, sed etiam universitas illorum hominum in jus vocari possit. Tùm quia à pari procedunt, sive in aliqua dispositione fiat mentio Nobilitatis, sive illorum, qui sunt de Nobilitate: uti hoc satis probatur per id, quo Dd. tradunt, quos refert Schrader. *d. loc.* à pari procedere: sive in aliqua dispositione fiat mentio Perusinorum vel Florentinorum, sive illorum de Perusio vel de Forentia. Dispositio enim indefinitè loquens de civibus, non tantùm de hominibus singularibus, sed de ipsa Civitate, ut universitate intelligitur. *l. Civib.* & ibi Bart. & Socin. *ff. de reb. dub. l. Lucius. §. Civib. ff. de leg. 2.* adde Schrader. *sup. alleg. loc. num. 41 & seqq.*

42. Römer Zinßzahl.

Indictio (ab indicendo dicta) capitur dupliciter, uno modo pro onere seu munere subditis indicto, per Principem vel Imperatorem: seu ut definit Alciatus, *l. inter publica. d. V S.* esse, quod edicto Principis subditis indicitur, ut plurimùm certam quantitatem non complectens: & hoc modo non accipitur hic. Et initio quidem indictiones illæ fiebant, prout publica necessitas vel utilitas postulabat. Sed posteà cœperunt esse anniversariæ. Altero vero modo sumitur pro spacio illo temporis, quod erat trium lustrorum, scilicet trium quinquenniorum, quod idem est, *l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati.* quo exigebantur hujusmodi indictiones seu munera. Et Speculator. *§. 2. col. 2. vers. post annos & col. seq.*

de edit. Instrum. dicit, fuisse inductum tempore Romanorum, quibus solvebatur primo lustro seu quinquennio ferrum pro fabricandis armis militibus. Secundò, argentum pro stipendiariis militibus. Tertiò, aurum ærario deputandum, pro Republica conservanda, & secundum nonnullos pro simulachris constituendis; quib. quidem lustris finitis, finita erat Indictio, & de novo incipiebat. Bertazol. *de Clauf. Instrum gloss. 4.* Ab illa igitur indictione ita introducta, introductum fuit, ut Notarii in Instrumētis apponant annum ipsius indictionis, seu ipsam Indictionem, denotantem annum ipsius, prout *Indictione quinta*, scilicet quinto anno Indictionis, quæ semper reperiri potest, dividendo annos Domini per numerum quindenarium, & addendo tres, quia tertia agebatur indictio tempore Nativitatis Christi, & ita habetur Indictio, quod ex his versibus positis per Speculator. *suprà dict. loc.* facilè cognoscitur, cùm inquit:

Si per quindenas Domini diviseris annos,
His tribus adjunctis, Indictio certa notatur.

Addit gloss. *in cap. inter dilectos, de fide Instrum.* alium, scilicet:

Si nihil excedit quindena Indictio erit.

Indictio si per Notarium erroneè & corruptè fuerit apposita, quid juris? & an ubique consuetudo sit, ut apponatur. vide Bertazol. *dict. loc. gloss. 4. Clauf. 1. per tot.*

Certum enim aliàs est, nisi consuetudine aliter receptum sit, quod omissione Indictionis, vitietur Instrumentum. *auth. ut præpon. nom. Imp. in princ. & in §. quantum verb. auth. quib. mod. nat. leg. eff. cap. interdictos.* ubi gl. & Dd. *extr. de fide Instrum.* Natta. *consil. 47. in princ. lib. 1.* Ruin. *conf. 23. lib. 4. n. 4. in verf. nō obst.* dicit, etiam vitiari Instrumentum, quamvis Notarius reliquerit spacium pro indictione apponenda, ac quandò Notarius scripsisset Indictione, & nihilominùs non poterit Indictionem supplere, & Ruin. *dict. consil. num. 2.* ait, vitiari Instrumentum, quamvis ex annis appositis in Instrumento, possit dignosci Indictio, eâ ratione, quia Indictio requiritur pro substantiâ. Hanc opinionem dicit communem Ioseph. Ludovic. *decis. 13. num. 37.* quam ut magis communem sequitur Covarruv. *libr. 2. var. resolut. cap. 12. num. 7.* ubi pleniùs hanc materiam tractat. & dicit Natta, *d. consil. 47. num. 4.* quod Princeps de potestate ordinaria, non possit supplere vitium Indictionis; si tamen de consuetudine omissio Indictionis non vitiaret Instrumentum, consuetudo, de quâ vide Bertazol. *d. clauf. gloss. 4. Cl. 1.* illa faceret valere Instrumenta absque appositione Indictionis. Felin. *in cap. inter dilectos. numer. 32. extr. de fide Instrum.*

Simi-

Similiter, si dubitetur de errore annorum Domini, & de Indictione, præsumendus est magis error in Indictione, quàm in annis Domini. Covarruv, *d. loc. in fin. cap.* Dec. & Cagnol. *ad l. si librarius. ff. de R. I.* Ludov. *d. decis. num. 40.*

Non verò illa probatur Baronio *Anno Christi, 312.* quæ ab emendatore temporum (Ioseph. Scaligero, *de emend. temp. lib. 5.*) excogitata est de inventione Indictionis opinio, dùm ait: ab exhibitione munerum quinquennalium Imperii Constantini, usque ad vicennalia, statuta periodo annorum quindecim, esse numerum Indictionum inventum. Nam cùm ipse falso nitatur fundamento, dùm putavit, hoc anno celebrata esse quinquennalia Constantini, quem jam septimum Imperii annum inchoâsse vidimus, cùm Maxentium debellavit: totam superædificatam structuram æquè corruere, necesse est. Atque utinam tàm facile esset de istis vera statuere, quàm falsa destruere. Adjiciemus tamen, quæ nobis interdùm contigit ex conjecturis opinari.

Inprimis igitur explosis iis, quæ à quibusdam recentioribus de Indictionum exordio, jam ab ipsis Augusti temporibus absque aliquâ testificatione feruntur (Quid enim, ut alias rationes taceam, quod Censorinus egregius author, qui longè ante hæc tempora scripsit, dùm exactè agit de antiquis omnibus, quæ in usu fuissent annorum Supputationibus, Indictionum nullam prorsus facit mentionem) assentimur & nos, non ante annum 312. eas ad annorum numerum consignandum inventas esse: tùm quod nulla de iis apud externos ante Constantini tempora mentio habeatur, & apud Ecclesiastica monumenta prima mentio reperiatur in Concilio Romano sub Iulio Papa, qui Silvestro successit, & apud S. Ambrosium in Epistola ad Episcopos Æmiliæ Provinciæ: tùm quòd ex Græcis fastis exploratum reddatur, sub dicti anni Coss. cœptas numerari Indictiones Constantianas.

Sed quânam ex causâ usuvenerit, ut ejusmodi quindenus inventus sit numerus, ad annos sub Indictionis nomine supputandos, id verò præcipuè investigãdum relinquitur. Sanè, ut quindecim añorum periodo aliqd cœptũ absolveretur, & in tabulas publicas referretur, nullam aliam apud antiquas hujus temporis memorias rationem reperire licuit, nisi stipendia militaria, cum qndenis emeritis, miles honestâ missione, concessa capitationis immunitate, si vellet, solutus militia abire posset: si nollet, majoribus Privilegiis augeretur.

*

43. Ro-

43. Römerzug/Heerfahrt/ Heerzug/Böhemischzug/ Ungarisch Zug/ rc.

Von dem Römerzug / sequentia leguntur im Sächsischen Lehenrecht. *artic. 8.* Wann die Teutschen einen König kiesen / und er dann gen Rom ziehet/zu der Weihung/so seynd pflichtig sechs Fürsten mit jhme zuziehen/die die ersten in deß Reichs Chure seynd: der Bischoff von Meintz / der von Trier / und der von Cöln / und der Pfaltzgraff von dem Rhein / der Hertzog von Sachsen / und der Marggräff von Brandenburg / durch das / daß dem Bapst wissentlich werde deß Königs Rechte kehre. Auch soll damit ziehen ein jeglich Mann mit seinem Herren/der deß Reichs Lehengut von jhme zu Lehen hat / oder soll die Fahrt lösen mit dem zehenden Pfundt deß Zinses/ den er järlichen von jhme hat.

Sed hâc de re; qui plura scire cupiat, adeat Freherum, *in differtat. sing.* vom Römerzug. addatur Carpzov. *in Capitulat. Cæsar. cap. 8. num. 8.* Dn. Goldast. *de Böhem. lib. 2. cap. 15.* Gothofred. Anton. *disputat. feudal. 7. thes. 6.*

44. Rosencreutzer.

Injustitia, defectus charitatis, iniquitas, fœnus, & similia vitia, quàm altas in animis hominum nostri seculi, egerint radices; aperuit depravatio rei Monetariæ, quæ præcedentibus proximè annis invaserat Germaniam, & ad iniquissimas, inhonestasque planè pactiones & postulationes, adigit etiam eos, qui saltem civiliter pbi videbatur. Sed vanitatem, monstrosasque opiniones in intimis hominum mentibus latentes, palàm ostendit figmentum Fraternitatis Roseæ Crucis; quod horrendum magis an ridiculum fiet, ambiguos verè censentes relinquit. Et tamen infiniti fuêre, qui fucum (vix jocum dicere ausim) non animadverterunt: innumeri, qui spes suas inanes eo foverunt: non pauci, qui ultrò & scriptis hasce inanitates defenderunt, suamque fidem & operam, Fratribus hisce Vtopianis obtulerunt. Quæ cuncta evidens præbent Argumentum, quam facilè sit hæreses, etiam monstrosas propagare; Germaniamque imò Europam prægnantem esse multis dogmatibus, bonis legibus, contrariis & verè Antichristianis.

45. Rosennobel / Schiffnobel.

Die alte Rosennobel halten in feinem Golde 23. Karat / zehen und ein zweitel Grän / gehen in die Cölnische Marck dreissig Stuck / haben nach der Nider-Sächsischen Craises letztern Valvation 75. Batzen/thut 5. fl. Oder 4. Thaler/ 4. Groschen / 4. Pfenning Meißnischer : und Fünffgulden 13. Schilling/ 9. Pfenning / Lübeckischer

Mag-

vnd Magdeburgischer Wehrung. Iacob. Alemann. *in Palæst. consult. consult. 8. quæst. princ. 1. partit. 23.*

46. Roßkauff.

Venditor equi, redhibitoriâ in factam actione, pro omnibus vitiis equi internis, & non adparentibus conveniri potest. Videlicet, si equus sit calcitrosus. *l. bovem. 43. vers. undè quidam. de ædil. edict.* Item, si lunaticus aut phreneticus sit, vulgò Kollerendt. *l. 1. §. apud Vivianum. 9. in fin. d. t.* Item, si ita pavidus schew/ sit, ut semetipsum turpet & eripiat. *d. l. bovem* Item, si transjungi non possit. *l. ædiles. 38. §. quæsitum est, 8. sæp. d. l.* Transjungere; autem secundum Speckhan. *quæst. jur. centur. 1. qu. 18.* est jugalium loca mutare, quadrigæ locum mutare, temonarium facere, qui præcedere solitus sit, vel dextrum facere, qui sinister esse solebat vel contra. Item, si sit retrogradus, stettig. Specul. *t. de rescind. vend. §. & nunc dicendum. num. 2.*

Ac denique si habeat superossa, vel gallas. Specul. *d. l.* Speckhan. *alleg. quæst.* Vbi dicit, de jure Saxonico, venditorem equi de tribus tantùm teneri viciis, (1) quod non sit retrogradus, daß er nicht stettig seye/ (2) quod cæcitate latente vel invisibili non laboret, daß er nicht staarblindt seye/ & (3) quod non sit scabiosus, daß er nicht haarschlechtig seye. Coler. *de process. part. 2. cap. 1. num 71. & seq.*

Sed hoc ex consuetudine variatur, vnd seynd etlicher Orten gewisse vnd allein 4. Mängel/ darunter die Cæcitas auch nicht gerechnet würde.

47. Rotweilisch-Gericht/

De eo vide Præjudicia Cameralia, verbo Rotweilisch Gericht. Item Paurmeister, & Matth. Stephani, *in tractatib. de Iurisdictione.* Inprimis autem Commentaria Wehneri, in die Rottweilisch Hoffgerichts Ordnung; quæ tantæ auctoritatis, in ipsa etiam Aula Cæsarea sunt, ut S. S. Cæsa. Majestas, cùm nuper certis quibusdam personis reformationem hujus Dicasterii commisisset; ea commentaria, quasi loco manuductionis sequenda esse, injunxerit.

48. Ruckbürge.

Fidejussor succedaneus, sive surrogatus vocatur is, quandò primus fidejussor alium rursus dat fidejussorem, quem vulgò vocamus Ruckbürgen/ arg. *l. si plures. 3. §. planè. pen. ff. de administr. & per. tut. l. quicunque. 3. C. de fund. rei privatæ* indè fortassis, quod fidem non satis habentes, primo fidejussori, alium succedaneum eligimus, qui non solùm primi fidem

fulciat quasi, verùm etiam ad quem regressum habeamus, si fortè primus ad inopiam redigatur. vide omninò Hering. *de fidejuss. cap. 4. num. 48. & & mult. seqq.*

Et licet aliqui, præsertim Schneidevvin. *in §. in omnib. 1. num. 6. Instit. de fidejuss.* Gail. *2. obser. 27. num. 13.* inter fidejussorem indemnitatis (de quo infra in verbo Schadloßbürgen) & fidejussorem succedaneum, nullam faciant differentiam, sed pro uno eodemque accipiant: tamen quod verè hi duo inter se differant, liquidò constat ex eo, quod non omnis fidejussor fidejussoris sive succedaneus, sit fidejussor indemnitatis: cùm ille etiam ab initio in solidum obligari possit: hic verò in id tantum teneatur, quantò minùs à debitore Creditor consequi potest. Speckhan. *cent. 3. quæst. 32. class. 1.* Sed vide Forner. & Gœddæum, *ad l. h. si ita stipulatus. 150. ff. d. V. S.* Hering. *de fidejussor. cap. 4. num. 62.* Interim tamen non negatur, etiam pro primo fidejussore, alium fidejussorem intervenire posse, qui quidem non solidum, sed indemnitatem tantùm promittat. Speckhan. *d. loc. m. fol. 374. num. 6. in fin.*

49. Ruge/ Ruggericht/ Rugraff.

Rügen heist so viel bey den alten Teutschen / als agere, accusare, damnare, unico verbo judicare, ereigen/ vermelden / fürbringen vnd anzeigen/ auch nach Verhörung beeder Theil/ vnd fleissigem nachforschen / erörtern vnd urtheilen: Dahero auch Rugravius genant/ nicht als per Comes, wie es der alten teutschen Spraach vnd Rechtens vnerfahrne außlegen / sondern κατὰ συνηγορ., quasi Rugegravius, das ist/ Gericht-Graff/ vnd allen Circumstantien nach/ muß Ruggraff gewest seyn / quasi quidam Advocatus aut Procurator Imperatoris vel Regis, durch den/ oder in welches Namen die Fiscalische Sachen vnnd Büssen / in den jarzeitlichen Gerichten accusirt vnd fürgebracht worden/ ut in pœnas Legibus sancitas condemnarentur. Dn. Griphiander *tract. de Weichbildis Saxon. cap. 71. num. 7. & seq.*

Apud Saxones, Scultetus ut vocant, maleficii, corporis pœnam afflictivam inferentis, judici territorii hæreditario, deme die Erbgericht zustehen/ ubi delictum perpetratum est, indicare tenetur. Landrecht. *libr. 3. art. 19.* & illam denunciationem, ut & nos, in vernacula lingua vocant das Rügen. In quibusdam locis ex vulgo, ad quævis delicta, etiam minima deferenda, quidam deputantur, quos vocant Rügemeister. Quandò verò ex officio quis denunciare tenetur, ut apud multos populos usu venit, & pecunia, quo minùs delicta & crimina deferat, corrumpi se patiatur, Simoniam committere dicitur

in

in cap. nemo. extr. de Simon. Luc. de Penna, *in l un. C. de Irenarch.* Quod autem in officio constitutus, delinquens, seipsum deferre debeat, affirmat Menoch. *de arb. jud. quæst. cent. 2. cas. 323. num. 15.* & vide die Würtembergische Lands-Ordnung/daselbst von dem Ruggericht viel gehandlet würdt. Adde etiam me, *tract. de Censura.*

Quid verò dicendum de reo criminis, qui seipsum prodit, an à crimine absolvendus? Negant Rebuff. *super constit. tom. 2. in tract. de famul. Salar. gl. 10. num. 10.* Bayard. *in addit. ad Iul.* Clar. *lib. 5. pract quæst. 27. n. 7.* Bart. *in l. 3. §. si ex stipulatu. ff. ad Syllan. & in l. 4. §. si tibi in fin ff. de condict. ob turp. caus.* ubi addit Historiam de Famulo quodam, qui die Sabbathi, cum aliis sibi junctis criminis participibus Iudæum una cum filiis se interfecisse denunciat, illâ spe fretus, se præmium quingentorum aureorum, quod delatori erat constitutum, consecuturum esse; sed deceptus, pro præmio ipsi laqueus contigit.

Aliter tamen in jure civili constitutum videtur, idq; per text. *in l. un. C. de famos. libell.* præsertim, cùm Reip. expediat, crimina non manere occulta. *l. eum qui. 18. §. fin. ff de injur. & fam. libell.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 1. num. 2.* qui contrarium recenset exemplum de Cæsare Augusto, qui decies sestertiûm se illi daturum, qui Coracotam latronum principem in Hispania vivum ad se duceret, publicis edictis fidem fecit; Coracota re exploratâ & compertâ, spontè se Augusto Cæsari sistit, asserens, seipsum latronum Ducem esse, quare, ut Cæsar ipsi præmium promissum numeret, petiit: Cæsar ne publicam fidem & securitatem fregisse diceretur, pecuniam illam delatori constitutam, numerari jussit, & impunè Coracotam dimisit.

An quilibet subditus teneatur denunciare maleficium in ædibus suis commissum? vide Modest. Pistor. *part. 2 quæst. 61.*

Vtrùm sciens delictum committendum, teneatur illud revelare in foro exteriori & interiori. vid. *qu. 18.* Flores Diez.

Sed de delatoribus, eorumq; præmiis, & quandò ob non probatam delationem excusari mereantur, vid. Menoch. *libr. 2. arbitrar. cent. 2. casu. 198.*

50. Ruten Außhawung.

Solet quandoque pro sceleris admissi qualitate, reus publicè per Carnificem virgis castigari, et würdt mit Ruten außgehawen. Quæ virgarum castigatio meto adscribitur Imperio Iacob. d. S. Georg. *de feud. v. cum mero. num. 5.* Gylm. *tom. 2. part. 3. tit. 10 vot. 2 in caus. NN. ab N. contr. D. NN. n. 20 f. 235.*

Et descendit sine dubio à flagellatione, supplicio illo servili, quod à fustigatione, virgisque differebat. Marcellus Donatus *in dilucidationibus in T. Livium. f. 45.*

Grãdis & infamis est pœna fustigationis, quãdo ex turpi causâ irrogatur. *l. ictus fustium ff. de his qui not. infam.* Vndè patet, quod hæc pœna, quæ infamis est, & fustigatum plerunque infamat, nõ nisi vilibus personis, minimè nobilibus soleat imponi. *c. 26. quæst. 5. c. contra Idolorũ.* Romanus *singul. 667.* Iosf. Ludovic. *decis. 1. nu. 23.* Quodque ista pœna sit gravis, dignoscitur ex hoc, quia si quis ad fustigationem condemnatus fuerit, vel ut Mitrâ dehonestaretur in publico, nisi fuerit constitutus in carceribus, Procurator pro eo non admittitur, quemadmodum pro condemnato in pœnam relegationis: pro quo secundum magis communem opinionem, Procurator admittitur. de qua re per Menoch. *in tract. de arbitr. Iud. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 41.* ubi dicit, quod pœna ista, ex eo, quod infamat, æquiparetur morti, quem vide.

Daß fürterhin in dem Hertzogthumb die Straff der Rhuten Außstreichung abgestelt / vnd die delinquenten zu gemeinen Bäwen vnd Arbeiten anzuhalten (quod & *in tr. d. pœnis & de ærario*, ego jam olim consultum esse reputavi) ist auß nachfolgendem Fürstlichen Befelch zuvernemmen.

Von Gottes Gnaden / Johann Friderich / Hertzog zu Würtemberg / rc.

Vnsern Gruß zuvor: Liebe Getrewe / Wir seynd in allweg gemeindt / der lieben Iustitz in vnserm Hertzogthumb vnd Landen / jhren gestrackten Lauff zulassen / ja / bey zunemmenden Lastern die Straffen (zu mehrerm Ernst gegen den delinquenten / auch andern zu abschewlichem Exempel) zuschärpffen / Wir haben aber hierinnen mehrmalen die Gedancken gefaßt / ob nicht in denen Fällen vnd Verbrechungen / so nicht gäntzliche eusserste Tods Straff auch sich haben / sondern da die Maleficanten bißhero in die Hand deß Nachrichters zu Fustigation vnd Ruten außstreichen / Ohren abschneiden oder dergleichen / mit Vrtheil vnd Recht erkent / an statt solcher Leibsstraffen / andere Pœn zu befinden / dardurch der Iustitz dannoch ein Benügen geschehen / vnd die Verbrecher nichts desto weniger jhrem verschulden gemäß / büssen thäten: in Bedenckung / wann der Nachrichter einmal an einem Sünder vnd delinquenten Hand gelegt / demselben kein Mittel mehr vbrig / sich vnd die seinige bey den Handwerckern redlich zuernehren / seitenmal selbiger aller Orten geschihen / auffgetriben / vnd dardurch fast gemüssigt würdt / daß er dem Diebswesen widerumb nachhengen / vnd endlich gar dem Strick zutheil wer-

werden muß. Da hingegen/wann andere Straffen gebraucht/welche nicht durch deß Nachrichters Hand exequirt / vnd dardurch die Verbrecher nicht in zeitliche Schand / neben verliehrung aller Ehren gerahten / sondern wann einer noch vnder Biderleuten geduldet würdt / als dann noch eine Hoffnung sein köndte / es möcht ein solcher Sünder sich ettwan bessern/ vnnd widerumb zu ehrlicher Handthierung oder Handwercken greiffen/ sich vnd die seinige weiter mit Ehren zunehren.

Vmb welcher Vrsachen willen/ vnd bey vorlauffenden sonderbaren beweglichen Vmbständen (als vns ettwan angelangt) der verständige Richter manchsmal selbsten gern ein solche Straff sehen vnd wünschen mögen/ darbey der Sünder sein Vnrecht gebürlich büssen/ vnd dannocht (bevorab wann obgemelter massen noch besserung bey jhme zuhoffen / oder selbiger zuvor sich böser Thaten sonsten nie beflissen) deß Nachrichters Hand entgehen/ auch zeitlicher Schand vnd vnwiderbringlicher Verlust seiner Ehren (Inmassen bey dem Ruten außstreichen vnd Ohren abschneiden geschicht) endeübrigt seyn köndte.

Dieweil auch sonsten vberhäuffte Verbrechungen (sonderlich bey den Wildbrett Schützen / vnd andern die sich auffs Faullentzen legen/ vnd durch die verbottene Mittel jhre Nahrung suchen) vorgehen thun / welche mit peinlichen Rechten bißhero nicht angesehen / sondern andern zum Exempel ettwan mit langwüriger Gefängnus abgestrafft worden. Warbey aber offtermals Vns / wann der Verbrecher sein Atzung selbsten zubezahlen nicht vermöcht / grosser vergebenlicher Vnkost auffgeloffen / neben dem in Zeit derselben wehrender Thurn Straff/ Weib vnd Kinder daheimen Mangel gelitten / der Verbrecher aber / sonderlich wann durch die Statt Knecht er so viel erpracticiert / daß jhme Wein in die Gefängnussen gelassen / der Thurn bey jhnen nicht mehr für ein Straff / sondern als ein Rhu von der Arbeit (darzu sonsten der Mensch erschaffen) gehalten worden / dardurch die Verbrecher für sich selbsten wenig gebessert / andere es zu keinem Exempel oder Abschewen gezogen / weniger dem publico hierdurch geholffen werden ;. hieneben auch Wir befunden / was für grosse Vngelegenheiten durch die freche Landrecken / vnd gesunde Bettler / Herrnlose Gartende Knecht vnd deregleichen Gesünd / Vns / auch den Communen / armen Cästen / vnd privat Personen zugezogen worden :: derenthalben dann Wir nach Mittel zugedencken anlas haben / wie auch selbiges abzuschaffen / dergleichen Gesünd zur Correction gebracht / zur Arbeit angehalten / vnd das Land von solchem gereinigt werden möge. In Erwegung dessen alles / vnd damit die Vbelthaten / die nicht eusserste Todt

Straff auff sich haben / dannoch mit scharpffem Ernst angesehen / die jenige aber / bey denen noch ein Hoffnung zur Besserung / nit gar vnehrlich / sondern nach gebürender Abbuß / hernach widerumb vnter Biderleuten geduldet werden / auch die / so durch langwürige Gefängnus nur mürb vnd faul gemacht / jhre Zeiten in Geschäfften zuzubringen / genötigt / nicht weniger das vmblauffend müssig vnd straiffend vnnutz Gesünd zur Arbeit angehalten werden: so seyen wir bedacht / zur Correction solcher Straffbarer Gesellen / (darunder wir auch die Prodigos vnd Verschwinder / bey denen alle gesuchte Gradus vnverfänglich / nicht weniger vngeratene vnartige Kinder / an denen jhrer Elter Zucht nichts helffen / noch einige Besserung bey jhnen zuhoffen seyn will / gemeindt haben wöllen) ein Mittel ernstlicher Straff anzustellen / welches bißhero bey vielen wol bestelten Landen / Stätten vnd Herrschafften / mit Nutzen practicirt / vnd dardurch mancher vngerahtner Mensch / widerumb zum Nutzen gebracht worden / daß namblich selbige ad operas publicas angehalten / darinnen in Springen vnd Eysinen Banden / so lang zuschaffen / biß jeder sein Verbrechen nach bewandtnus desselben / wie auch seyn Atzung / vnd was seinet wegen sonsten auffgeloffen / gäntzlich abgebüßt.

Damit nun diß in Sachen / so durch ordenlich peinlich Recht zuerörtern / zu effect gerichtet / so stellen wir euch (den Richtern) anheimb / in denen Fällen vnd delicten / da das Leben nicht verwürckt / in Erkandtnus dahin bedacht zu seyn / ob die delinquenten nach Beschaffenheit jhres Verbrechens / Alters / vnd hievor geführten Wandels / auff ein zeitlang nach Bezahlung jhrer Atzung (da sie selbige zuerstatten vermögen) ad operas publicas zu condemniren: da alsdann (du Amptmann) die Vrtheil vor der publication zu vnser Cantzley vberschicken / auch in welche Gebäw selbige zuschlagen? vnd wie sie dahin zubegleiten? Bescheidts erwarten sollest.

Belangend aber die jenige Verbrecher / als Wilderer / Prodigos, vnd andere dergleichen / darvon oben Anregung beschehen / so nicht rechtlich beklagt / sonder wider welche wir ex officio procedieren mögen: solt du Amptmann auff vorgehende Erkundigung vnd gefänglichs annemmen derselben / jhr Verbrechen nach gnugsamer jhrer Anhör / die Sach mit guten Vmbständen / neben Vermeldung jhres Alters / LeibsCräfften vnd Beschaffenheit / hievor geführten Wandels / derselben Prædicats vnd Vermögens / in vnser Cantzley gelangen lassen / vnd darüber fernern Bescheids gewarten. Hieran geschicht Vnser Meinung. Datum Stuttgardt / den 12. Septembris, A. 1627.

51. Rungen vnd gewunnen/

Hierunter ist nicht gehörig / quæ quis à patre, deque bonis paternis durante matrimonio accepit, non quidem titulo hæreditatis, sed donationis, attamen contemplatione futuræ hæreditatis: quoniam hæc ad instar hæreditatis obtinent, ejusque vice funguntur, sive eodem sunt jure, conditione ac naturâ. per text. express. *in l. si non mortis. ff. de inoff. testam.* Neque enim pro acquisitis habentur, quæ aliàs quoque ex successione erant obventura, Iohan. Fab. *in proœm Inst. in pr. num.7.* Vndè infert Boër. *in consuet. Bituric. tit. d. constumes cõcern. les mariages. §.2. col.2. vers. & dicuntur.* quod donatio facta à parente alteri conjugum, cui aliàs successurus erat donatarius in re donata, non censeatur conquæstus, & quod ideò alius conjunx partem in eâ non habebit. Idemque tradit Iohan. Saison. *in consuet. Turon. tit. 22. art. 1. verb. communaulte des biens.* & Chass. *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 2. verb. & acquests. num. 4. & 5.* Nicol. Val *de reb dub. tract 13. num 2.* dicens, quod constante matrimonio donatum est, venire in communionem, exceptis parentibus in recta linea, veluti à patre vel matre.

1 Regula est, neque in pactis dotalibus, neq; in ullo statuto, ubi disponitur, quod bona constante matrimonio acquisita inter Conjuges sint communicabilia, contineri illa, quæ opera & industria tantùm alterutrius, non utriusque acquisita sunt. Iohann. Lopez. *d. lucr. Mar. cap. 5. num. 8. & cap. 9. num 62.* Segura *de lucr. Mar. numer. 158.* Sanz Morquech. *d. bon. divid. lib. 2. cap. 11. num. 15.* Anchar. *consil. 102 num. 34.* Nicol. Everh. *consil. 135.* Gail. *2. observ. 78. num. ult.* Wesenb *par. ff. de Rit N. num.6.* Peck. *de testam. Conjug. lib. 2. cap 2. num. 1.*

Quorum opinio confirmatur ex natura communi societatis, quæ simpliciter inita est, in qua communicantur ea tantùm, quæ ex lucro & quæstu, non quæ aliundè obveniunt. *l. coiri. 7. & seqq. ff. pro Soc.* Vndè etiam ea, quæ per donationem inter vivos, vel alio titulo lucrativo quæsita sunt, ad adquæstus conjugales pertinere, communiter negant Dd. *in loc. supr. alleg.* & Sanz Morquech. *d. lib. 2. cap. 15. num. 18. & seq.* Garf. *de acq conjug. num. 101. & multis seqq.* præcipuè *num 144.* Frid. Sol. *de bon. const. matr. acquisit. quæst. 9. num. 9. 10. & 19. in fin.*

Sed alii dissentiunt, & dicunt, quâcunque ratione acquisita communicari, etiam donata & hæreditates: & ajunt, quod verba gewinnen/ acqrere, seu lucrari, generalia sint, & quo dvis augmentum patrimonii significent, sive ex causa lucrativa sive onerosa id: acce-

accedat. Idem enim est acquirere, quod lucrari, *cap. ex transmissa. de decim.* junct. *cap. Pastoralis. eod.* Ancharan. *consil. 102. num. ult.* Quis verò magis lucrari dici potest, quam qui titulo lucrativo rem consequitur.

Neque hoc novum in hujusmodi Statutis & consuetudinibus: cùm etiam nonnunquàm per hæreditates acquisita communicentur, ut not. Nicol. Everhard. *consil. 135.* Et nomine acquisitorum venire, per donationem inter vivos & mortis causa, legatum, hæreditatem, testamento extranei (cui scilicet non eramus ab intestato successuri) delatam acquisita, nisi specialiter excepta inveniantur, tradunt Chassan. *ad consuet. Burg. rubr. 4 §. 2. verb. & acquests. num 4.* Papon. *arrest. libr. 15. tit. 2. arr. 16.* Nicol. Valla *de reb. dub. tr. 13. num. 2.* qui, *d l.* respondet *ad d. l. coiri. 7. ff. pro Soc.* quod scilicet illa locum habeat in conventionali societate, & quæ quæstus causa inita est: Secùs autem sit in ejusmodi societate, quæ à lege municipali & moribus introducta est, omnium scilicet bonorum, mobilium & immobilium quæsitorum, quæ juri communi non convenit, Covarr. *tom. 1. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 6.* Garsf. *d. expens. cap. 13. nu. 14. & de conjug. quæst. num. 31.* Wesenb. *de R. N. num. 6.* Gail. *d. obs. 79. nu 9.* Et in multis, à Societate conventionali differt, ut præter supra cit. notat Sanz. Morquech. *d. cap. 15.* Ideoque ex Statuto, & consuetudine, ac pactis contrahentium potiùs, quàm jure communi, ejus natura indaganda est, Garsf. *d. l. num. 32.* Ioh. Lopez. *d. lucr. mar. cap. 6. num. 1. 18. 19.* ubi lucra ex qualicunque causa, & quomodocunque acquisita, communicari tradit. Constat tamen constanti Dd. qui de acquæstu conjugali scripsère, traditione, bona per donationem, legatum, aliamvé causam lucrativam à parentibus & aliis cognatis constante matrimonio à conjuge, qui iisdem ab intestato succedere potuisset, quæsita, pro hæreditariis, adeoq; incommunicabilibus haberi. Vti præter allegatos tradunt Papon. *d. arrest. 16. & lib. 17. t. 3. arr. 19.* Nicol. Valla. *de reb. dub. tr. 13. num 2.*

Sed vide de acquisitis conjugum, *tr. singulares* Suárez, Lopez, Seguræ. *& disput. 3. ac 4 ad jus Würtemb.* ex adversariis Fratris mei, piè defuncti, excerptas.



1. Saalrecht:

De Lege Salica, vide Rauderis. *dec. 41.*

Salica, dicitur Lex Aulæ; vel de terra Fiscali, sive Aulica concepta. vide me, *de success. & elect. fol. 131. & c.* adde les Antiquitez. d. Paris. *fol m. 200.*

200. Isaac. Pontan. *orig. Francic. cap. ult. & lib. 6. cap. 17. fol 509.* Item Anton. le Pippre *cap. 124. des intentions.* qui novissimè L. Salicam, fœminas à successione Regiâ arcentem, contra impetitionem Iacobi Majeri, Historici Belgici defendit. Et hoc tamen addit; eos Principes, qui filias suas Galliæ Regibus despondent, etiam in suis Regnis eandem Legem firmare debere.

2. Sachen.

Vocabulum Sach/begreifft allerley Burger-vnd peinliche/gerichtliche vñ ausserhalb Gericht streitende Sachen/darumb einer mit dem andern kan jrrig vnd streitig seyn oder werden. Vocabulum enim *causa*, generale est, tàm ad civilia, quàm ad criminalia pertinens, tàm ad judicialia, quàm ad extrajudicialia, tàm ante contestationem litis, quàm pòst, secundum gloss. & comm. Dd. præsertim Alciatum. *vers. 40. in l. causas vel lites. C. de transact.* Et est in tantum generale, ut apud Rhetores tria illa causarum genera, comprehendant omnes, quæ in mundo occurrere possunt, controversias. Gerichtliche Acten der Statt Braunschweig Huldigung betreffendt. *part. 2. fol. m. 45. nu. 53.*

3. Sachs.

Cultelli nostra lingua dicuntur Sachs. Gregorius Turonensis. *lib. 4. histor. cap. 51.* Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgò Scramsaxos vocant, infectis veneno, maleficati à Fredegunda Regina, cùm aliam causam se gerere simularent, utraque ei latera feriunt, Gothfridus Viterbiensis, *in Pantheo. part. 17.*

Ipse brevis gladius apud illos Saxa vocatur,
Vnde sibi nomen Saxo peperisse notatur.

Lipsius *cent. 3. Epist. ad Belg. Epistol. 44.* Ex vetustissimo Psalterio LatinoGermanico Scharsachs/novacula rasoria. Lindenbrogius *in glossar. ad LL. veter. Germanor.* Schersax novacula, in glossario Latino Germanico Sachs.

Indè vulgare apud Saxones, Sassen/id est, novacula cæsariem radere. Meibom. *ad Witechind. fol. 44.*

Alii Saxones derivant vom Sitzen/sic Holtzsassen/die im Holtzwohnen/v. Reineccium, *de Saxonum Originib.* Adde Albini Meißnische Land-Chronic, *in Appendice, fol. 392.* ubi de Etymologia hujus vocis, item von der Sachsen Ankunfft/vnd ihren Sitzen in Germania weitläufftig gehandlet würdt. Qui idem, *d. lib. tit. 16.* pluribus tractat: Wie die Chur-vnd Hertzogthumb Sachsen/von den Hertzogen zu Sachsen/Westphalen vnd Engern auff die Marggraffen zu Meissen gelangt/wie auch diese Chur von einem Geschlecht auff das ander kommen. Tit. item 17. subjungit, & exemplo-

Xxxx rum

rum adductione probat, daß das Hauß zu Meissen vnd Sachsen/ sich allweg gegen den Römischen Kaisern wol verhalten.

4. Sachsenrecht.

De jure Saxonico multa jucunda, & scitu non indigna habet Dn. Iohan. Griphiander. *in tract. de Weichbild. Saxon. paßim. præsertim cap. 37. & multis seqq.* Ac de origine, progressu & utilitate juris Saxonici, singularem Orationem, quam in Academia Ienensi publicè habuit, tractatui suo de processu executivo præmisit Matth. Colerus.

Apud Iohannem Heroldum & Fridericum Lindenbrogium extat Lex Saxonica, octodecim capitulis distincta. Wippo, *in vita Conradi Salici Imper.* Saxonum Legem crudelissimam vocat, sine dubio, quod in ea usitata & crebra capitis pœna. Apparet autem scriptam Saxonibus jam ad fidem Christi conversis: nam de præcipuis anni festis ibi mentio, & irrogatur capitis pœna sacrilegis & perjuris.

De juris Saxonici recentioris, quod Speculi titulo circumfertur, compilatoribus, disputat Crancius *Saxon. lib. 2. cap. 21.* negans Carolum Magnum Speculi auspicem esse, & id quidem rectè.

Adamus Bremensis, *lib. 2. cap. 19.* affirmat, Haroldum Danorum Regem miraculis clarum, Leges Saxonibus tradidisse. Verba ejus hæc sunt: Certissimum verò est, eum tàm nostro populo, quàm Transalbianis, & Fresonum genti, Leges & jura constituisse, quæ adhuc pro tanti authoritate viri servare contendunt.

Tempore Friderici Barbarossæ in veteri Saxonia jus Susatense viguit, quod Henricus Leo novæ Vrbi Lubecæ, in suam potestatem redactæ, usurpandum tradidit. Poëta anonymus:

Iam fratres & quasi una gens
Tùm sub judicibus, quos Rex imponeret ipsis,
Legatisq́; suis, permißi Legibus uti
Saxones Patriis & libertatis honore
Hoc sunt postremo sociati fœdere Francis,
Vt gens & populus fieret concorditer unus,
Ac semper Regi parens æqualiter uni.

Adamus Bremensis, *libr. 1. cap. 7.* Omnibus, qui resistere solebant, profligatis, & in suam potestatem redactis, ea conditio à Rege proposita, & ab illis suscepta est, ut abjecto Dæmonum cultu, relictisque Patriis Ceremoniis, Christianæ fidei Sacramenta susciperent, & Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur. vide Heig. *1. quæst. 8.*

Iuri

Iuri Saxonico, an & quatenùs deferendum, vide Scnæffer. *part. ult. quæst. 14.*

Ius Saxonicum in Silesia maximè olim viguit, und seynd die Urtheiln zu Magdenburg geholet worden / biß Anno 1545. solche Statt in Kaiserliche Acht kommen / eâque occasione Ferdinandus I. solches verbotten / und die Parthenen nacher Prag gewiesen. Schickfus in der Schlesischen Chronic. *lib. 3. cap. 22.*

5. Saalbuch.

Liber, cui bona censualia & census inscripta sunt, barbarè æstimum: Germanicè appellatur ein Saalbuch / à Sala, hoc est, aula seu Basilica, quod in eo prædia, quæ Aulæ Regiæ censum præstant, sint descripta. Ioann. Aventinus *Annal. Bojor. lib. 4. in pr.* Fridericus Martini *de censib. c. 1. num. 14.*

6. Saltzpfann.

De Sale plura lectu haut indigna, refert Stephan. Gratian. *tom. 1. discept. forens. cap. 179.* vid. Halograph. Ion. Tölden. & Lexic. Alchimiæ Rolandi *f. 410.*

Salinæ, vel in publico vel in privato sunt loco. Illo casu publicæ sunt, atque ad superiorem spectant, tàm proprietatis, quam fructuum ratione. Hoc casu ad privatos pertinent, salva tamẽ vectigalium de iis præstatione, fisco facienda. Et hoc de veteri jure Romano. Ita Salinariæ annonæ privatæ vectigal impositum primò omnium à Lysimacho in Thracia, sed quod memorabile Athenæus refert, naturâ id quasi refugiente, salinas statim exaruisse, & remisso vectigali, rursus prodiisse. Ab Anco Marcio & Limo Censore, qui Salinator indè vocabatur Romæ. In Galliâ à Philippo Lõgo. In Germania olim Iudices peculiares Salinis p̃fecti erant, quos nominabant Saltzgraven. Postmodum cum omnia habendi cupido excrevisset, privatis in totum ademptæ, fisco regio addictæ, & inter regalia numeratæ sunt. Hinc est, quod Salinæ speciali quadam gratia à Carolo IV. Electoribus collatæ, & hodiè non nisi permissu superiorum, ab Imperatore causam habentium, possidentur.

Salis mineram & usum faciendi Alberti I. Imp. Vxor Elisabetha, filia Meinhardi Comitis Tyrolis & Goriciæ, ac Ducis Carinthiæ Cõradini soror ex matre illustrissima, magni & acuti ingenii fœmina, Hallis propè Gmünden in superiori Austria, invenit: omnibusque Monasteriis de Sale in Austria providit, Dei dono non ingrata.

Ioannes Alberti Ducis Brunswicensis frater, primus operam impendens Salinæ Luneburgensi, novam illi venam aperuit, longè ea quàm quæ pridem fluxerat, uberiorem

Anno Chr. 1269. & prospere opus in ejus cessit manibus. Et his Salinis multi Monasteriorum Abbates & Prælati vitam ducere consueverunt. Eas pòst Luneburgenses violenter usurparunt, propterea à Nicolao Pontifice Max. & Friderico 3. Imp. Augusto damnati fuerunt. In Italia Iacobus Dondus Medicus & Mathematicus Patavinus ex aquis Aponi, Sal coagulare primus docuit, ut ex 1900. libris aquæ, una Salis conficeretur, circa annum Christi 1370.

Excellentiores in Europa sunt in Comitatu Burgundiæ, in urbe *Salins*, ubi altissimum Sal coquitur, ex quibus ingens & vix credibilis provenit reditus, quotannis 300000. libras excedens. His vix cedunt Salinæ Saxonicæ Hallenses, quæ inter cæteras Germaniæ postremæ non sunt. Hæ ab Ottone Imperatore Archiepiscopatui Magdeburgensi concessæ, atque sic Iuris Episcopalis effectæ sunt. Dein rursus ab Archiepiscopis Capitulo Magdeburgense id ratificante, eædem Civibus Hallensibus partim in feudum concessæ, partim verò Mensæ Archiepiscopali destinatæ: hac lege, ut certam quotam ex illis reditibus Archiepiscopis pendant, vulgò vmb die Außläuffe/ quæ tamen minuitur & Episcopo decedit, si lignorum inciderit caritas; residuum autem ut sibi servent. Hoc Archiepiscopus Ernestus An. 1479. Constitutione ita stabilivit, ut singuli ejus successores in Capitulatione Archiepiscopali jurare teneantur, se Salinas hasce mensales aliis, quàm Civibus Hallensibus non concessuros. Ita Salinarum Dominium manet Archiepiscopo, ut quæ tanquam bona Mensalia omnem respuunt alienationem, nec Dominio alterius possunt subjici, usus earum saltem subditis liberaliter conceditur.

Salinæ an & quatenus regalibus annumerentur, vid. Consil. Marpurgensia *vol. 1. cons. 9. à pr. &c.* de Salinis adde *Heig. lib. 1. quæst. 14.*

7. Salvaguardia.

Violans securitatem Principis, eo ipso committit crimen læsæ Majestatis, *l. 1. §. majestatis ff. ad L. Iul. majest.* Sicut de Salvaguardia in specie concluserunt Iean Papon. *lib. 5. arrest. tit. 7. de saufconduits & enfrainte d'iceux.* Paul. d. Castro *consil. 324. num 9. vol. 1.* Guid. Pap. *decis. 418 numer. 1.* Cacheran. *decis. 88. n. 16.* modò tamen dolus verus adsit.

8. Sampt/ sampt vnnd sonderlich.

Dictio unà, sampt/ conjungit sequentia cum immediatè præcedentibus: & talis est hujus vocabuli natura, ut magis extrema conjungat, inter quæ est posita, quàm si esset posita copula, ut tradit Bart. *in l. Gallus. §. qui-*

§. *quidem recte.* ubi & Ias. *num. 14. ff. de lib. & posthum* & probatur *in l. fin.* ubi Ias. C. *de Impub.*

De Cl. sampt vnd sonderlich. vide Mod. Pistor. *p. 3. qu. 118 n. 4.*

In Fidejussionibus autem, aliisque obligationibus, ubi plures in solidum obligantur, adponi solet: Einer für all / vnd all für einen. Iuncta renunciatione omnium beneficiorum, quæ solidam duorum correorum obligationem impediunt.

9. Samptlehen.

Verbum Samptlehen / licet dupliciter possit intelligi, vel quod feudum sit commune, & sit communis agnationis; vel commune, id est, simultaneum, quod simul plures de eo investiuntur. Tamen propius est communi usui loquendi apud nos Germanos, ut hoc verbum intelligatur & exponatur de feudo toti agnationi communi, ut testatur Iohann. Fichard *consil. 8. num. 13. vol. 1.* allegans Henning. Goden. *sub. rubr. de fe. d. num. 16.*

10. Schaden vnd Vncosten.

Pactum, quo debitor in Instrumento obligationis promittit, si constituto tempore non solverit debitum, quod tunc super damnis & interesse, velit stare juramento, vel simplici & nudæ etiam assertioni ipsius Creditoris, daß dem Gläubiger ... Schaden vnd Vncosten / wie er dieselbe mit blossen Worten / mit oder ohne Aidt würdt angeben / sollen erstattet / vnd daß seinen schlechten Worten soll geglaubet werden / an & quatenus validum existat? quæque remedia competant debitori adversus Creditorem iniquas expensas & damna injusta petentem, wann der Gläubiger den Schaden zu hoch vnd vbermässig angibt? vide Speckhan. latè hâc de re agentem, *cent. 3. quæst. 29. class. 1.* Beust. *ad l. jusjurandum quod ex conventione. pag. 235. & seqq. de jurejur.* Schneidew ein. *de success. lib. num. 10.* Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 19. num. 118. cum mult. seqq.*

Appellatione damni, Germanicè Schaden / non comprehendi videtur interesse: cùm longè aliud sit damnum pati, & lucrum non capere. Hardevvig. Dassel. *consil. 29. libr. 1. num. 18 & seq.* Sciendum tamen est, quod in condemnatione der Schäden / veniant tantùm damna intrinseca, puta in expensis Procuratorum, Advocatorum, Notariorum & similium, qui in judicio versantur. Veluti, si propter absentiam, litis causa, furtum passus sim, quod me præsente factum non fuisset, aut si proficiscendo litis causa in itinere damnum aliquod, vel jacturam rerum mearum patiar, puta, quia incidi in latrones,

vel naufragium feci, vel correptus morbo impensas ægritudinis feci, hæc damna in condemnationem non veniunt, neque mihi sunt resarcienda: quia non sunt damna intrinseca ejusdem litis, sed extrinseca sive extra litem; quia per aliud accidens, separatum à lite veniunt, adeoque nec officio Iudicis comprehenduntur, per tradita Dn. Matth. Stephani, *tr. de offic. judicis lib. 6. cap. 5. num. 13.* qui idem, *num. seq.* secùs esse dicit, si damna sint personalia: ut quia propter assistentiam litis non potui exercere artem meam: nam ista non sunt extrinseca à lite; ideoque judicem ejus damni in condemnatione rationem habere debere.

11. Schädlich / Unschädlich.

Clausula salvo jure tertii, literis feudalibus inserta, ejus efficaciæ, virtutisque est, quod cuilibet jus suum, quod in illis bonis feudalibus, quis habere posset, reservat, nullique per illam infeudationem ullum præjudicium vel detrimentum inferri possit, Schrader. *consil. 48. num. 30. volum. 2.* Matth. de Afflict *in cap. 1. num. 30. & seq. qui successores ten.* Licet porrò d. Clausula in literis Investituræ expressè non reperiatur, nihilominùs tamen omnes literæ feudales vigore juris, in se hanc interpretationem habent, quòd in illis subintelligatur hæc Clausula, quodq; Princeps feudum concedens vel Investituram faciens, non censeatur voluisse præjudicare juri tertii. Schrader. *d. loc. num. 31.* Alex. *consil. 3. lib. 5.* Dec. *consil. 185. num. 11. & consil. 468. num. 26.*

12. Schadloßbürge.

Fidejussor indemnitatis dicitur, qui sese obligat ad id, quod Creditor à Debitore servare nequiverit; vel qui in subsidium promittit, quantò minùs à principali exigi potest. *l. si ita fuero. 6. ff. de novat. & deleg. l. tutor pupilli. 19. §. quid ergò. 4. ff. ad SC. Vell. l. si fidejussores. 7. ff. de fidejuss.* vel qui in reliquum non exolutæ quantitatis accedit. *l. in fraudem fisci. 45. §. si principalis. 11. ff. de jur. fisc.* Et vulgò indè dictus est Schadloß-bürge / quod cautio ipsius damnum avertere debeat. arg. *l. Aliud est. 71. §. ult. ff. de V. S.*

Fidejussor hic antequàm reus principalis excussus fuerit, conveniri haut poterit: Idque naturâ obligationis magis, quam beneficio fidejussionis receptum est: cùm inprimis constare debeat, quantum à principali consequi possit Creditor, ad hoc, ut indemnitatis promissio locum habeat; adeò, ut ne quidem mediante juramento, huic beneficio rectè renunciari possit, prout est verior & communior Interpretum sententia; tùm quod juramentum sequatur naturam

turam ejus actius, cui adjicitur; tùm etiam, quod juramentum appositum in aliquo contractu, omnes conditiones, subauditiones & limitationes, quas habet contractus, cui adjicitur, accipiat. vid. Gail. *l. 2. obs. 27. n. 13. & 23.* Fachin. *lib. 3. controv. 15* Calvin. *in lex. verb. fidejussor indemnitatis.* Speckhan. *cent. 3. Class. 1. quest. 32. fol. 373.*

13. Schalck.

Schalcus, Servus, Minister. Indè Gottschalck/ Servus Dei, Marschalck/ Servus Equorum, Schalck in der Kuchin. Sed quia Servorum fraudulentia & calliditas, ubivis frequens erat, tropicè Schalck/ pro callido sumebatur. Indeq; *Schalcum*, est damnum fraudulenter datum.

14. Schalt-Jar.

Ein Schalt-Jar oder Tag/ secundum Barth. Scheræum: In der Teutschen Sprachschule. *m. fol. 204.* hat denn Namen vom einschallen/ das ist/ einkommen/ einfallen/ darzwischen gesetzt werden/ auß Vrsachen/ daß wegen der 6. vbrigen Stunden/ in einem jeden Jar/ jmmer im vierten Jar ein Tag mehr würdt/ als sonst in andern Jaren: nämblich/ der 24. Februarius, Sexto Calend. Martii. Dahero er Bissextilis genant/ dieweil man dise Wort (Sexto Calend Martii) muß zweymal zehlen/ nach den Versen:

Bissextum Sexta Martis tenuere Calendæ:
Posteriore die celebrantur festa Matthiæ:
Math Math dicatur, sed festum non variatur.

Das ist/ der 24. Tag Februarii, muß in einem Schalt-Jar zweymal im Calender gesetzet werden/ also/ daß der erste 24. Tag Febr. seye der Schalt-Tag/ der ander 24. Tag aber seye der Tag Matthiæ deß Apostels.

De annis bissextilibus, & quòd in Medicina, visitationeque acidularum, planè nulla eorum habenda sit ratio, cùm res sit merè positiva, accuratè agit Dn. Melchior Sebitzius, *in tract. de Acidulis. sect. 1. dissertat. 10. num. 16. & seqq. fol. 271. &c.*

15. Scharpffrichter.

De Carnifice, & an apud omnes populos sit infame ejus officium, vide Lips. *in excurs. ad Tacit. 2. Annal. folio 504.* Pontanum. *part. 3. Bellar. fol. 754.* & me *de nobilit. fol. 106.*

An puniendi sint illi, die einen Nachrichter vmbbringen oder beschädigen/ wann er nicht recht richtet? vid. Aleman. *palastr. cap. 9.* Et Historiam recentem, ubi similem ob causam, carnifex & ejus uxor occisi fuerunt, refert Merc. Franc. *tom. 11. fol. 531.*



16. Schei-

16. Scheiden.

Vox Scheiden/plurium est significationum. Nam & transigere, litem componere, rem aut fundum dividere, vel discernere limites significat, ut nulli Germanicæ Linguæ perito obscurum esse potest. Iohan. Gœdd. *inter consil. Marpurg. volum. 1. consil. 26. num. 121.* Sic Abscheidt/pro recessu, Entscheidt / pro Sententia, Schicht vnd Scheidung/pro divisione bonorum: Scheiden / pro eo, quod est in concordiam redigere, item Scheidt / pro limite dicitur: Gœdd. *d. loc.* Vndè ubi vox multiplicis significationis in Statuto, vel quâ aliâ dispositione occurrit, pro re subjecta, eique magis apta accipi debet. arg. *l. ejus causas. ff. de condit. & demonstr.* Surd. *consil. 179. num. 52 & consil. 198. num 22.* ita, ut evitetur juris communis correctio, Surd. *consil. 245. num. 11.* minusque præjudicetur; Idem *consil. 352. num. 19. & seq.* vel absurditas removeatur, utpote quæ potissimùm in Statutis vitanda. Gœdd. *d. loc. num. 122. & seqq.*

17. Scheling.

Verbum Scheling / æquipollet verbo controversia, vel saltem verbo lis. vide Gerichtliche Acta der Statt Braunschweig Huldigung betreffendt / *part. 2. consil. 4. num. 73.*

18. Schelm.

Cypræus *in tract. de jure Connub. cap. 13. numer. 4.* à vocabulo Schild/ Scuto, deducit vulgare verbum Schelmen / quasi Schildnemmen/ qui scutum deseruerunt, secundum illud Taciti *de morib. German.* Scutum reliquisse, præcipuum flagitium. vid. Dn. Adam Keller. *de success. ab intest. tit. 15. n. 9.*

De Clausula, quâ debitores promittunt, se nisi debita vel promissa servaverint, scelestos, mendaces & infames esse velle, daß sie wollen vnredliche / verlogne vnd vntichtige leut seyn / wa sie nicht bezahlen. v. Hering. *de fidejuß. cap. 19. n. 140. &c.*

19. Schencken.

Verbum *dono*, quando respectu voluntatis testatoris ad institutionem adaptatur, institutio valida habetur. Iason. *in l. cum filiusf. n. 7. de leg. 1. per l. indignum. C. de testam.* quia verba impropriè potius sumuntur, quam ut pereat ultima voluntas hominis. *l. non aliter. in fin. de leg. 3.* ubi ait Papinianus, quod in causa Testamentorum ad verborum definitionem non semper sit descendendum: Cum homines plerunque abusivè loquantur, nec propriis utantur vocabulis: nec oportet quæri, cum quo de supremis quis loquatur; sed quo voluntatis intentio dirigatur, *l. cum Pater. §. donationu.*

tionis. in fin. ff. de leg. 2. Majer. *de testam. lib. 1. tit. 5. num. 16.*

20. Schergen.

Lictores, factæ violentiæ antagonistæ, in omne servile obsequium projecti, & pudoris profligati homines (quos Hispani *Merinos & Alquaziles*) Itali *Sbirri*, Galli *les Sergeans* vocant, quos Romani olim vocarunt, qui ex cohorte Prætoris fuerunt, nos appellamus Häscher/Menschen-Fänger / ꝛc. die alsobald Hand anschlagen. Resistentem, ne capiatur, an occidere possint? vid. Guil. Böckel. *disquis. 9. num. 4.*

21. Schilling / doppelt Schilling.

Vox Schilling / quâ utimur quotidie, est nomen ponderis & quantitatis. In auro enim Schilling 20. pars aurei est: in argento tertia pars semunciæ sive Lothonis. Quæ portio Romanis sextula fuit dicta. Et quivis solidus vel Schilling habet 12. obulos. Pro certo quoque nummo sumitur tam in auro, quam argento. In auro solidus vel Schilling/tempore Iustiniani adæquavit 2. Thaleros, uti notat Tilemannus Friessen. In argento sumitur regulariter pro certo nummo in 12. partes divisibili. Horum nummorum 20. faciebant libram. Variè fuit solidus argenteus computatus, semper tamen habuit suam certam ligam, nec in sola imaginatione consistit.

Notatio nominis Schilling traditur diversa. Freherus putat Schilling dici quasi Siliquam. Ita n. antiquitus fuisse vocem illam scriptam. Siliqua namque Romanis erat unciæ pars quarta. *l. 21. §. filium. ff. de ann. leg. auth. sed hodie. C. de Episcop. & Cler. auth. adhac C. de usur. l. 2. & 3. de eo qui pecul. in damn.* Tilemannus à Schellen / hoc est, Klingen / quod tinnitum ederet, vel à schiden/Schidling/quasi Schide-Pfenning.

Solidus, licet de solido aureo, quando de jure profertur, intelligatur: tamen secundum consuetudinem de solido minuto, *hoc est*, monetæ minutæ accipitur. Bart. *in l. quotiescunq. num. 1. C. de suscepior.* Et æstimatur duodecim nummis antiquis Magdeburgischer Wehrung / vel sedecim novis, die Gäng und Gäb seynd / darvon man Bier und Brot kauffen kan. Gloss. Iuris Saxon. *lib. 2. art. 45.* ubi habetur: Solidum in terris Saxonicis dici ein Schilling Pfenning / qui contineat duodecim nummos antiquos vel sedecim novos Ioh. Schneidewein. *§. de pæna. 7. num. 17. Inst. de Injur.*

Sumitur quoque Solidus interdum pro grosso, quem vulgò vocant Baurgroschen / qui octodecim nummis Misnicis commutetur, Cöppen *decis. Iuris. 5. num. 14.* ubi notat, usu obser-

observari, ut pro solido, qui Germanicè ein Baur-Grosch appelletur, non duodecim nummi Misnici: sed antiqui, qui octodecim novis valeant, computentur: quippe die jetzige Schilling seynd am Schrott vnd Korn/in materia, am Silber/ den altē nicht gleich. Vndè solutio ad bonitatem intrinsecam, quæ tempore contractus fuit, facienda est. Modestin. Pistor. *consil. 27. numer. 41 51. & seqq. vol. 2*

Würtzburger/ Würtenberger vnd Badische Schilling/ deren 28. 60. Creutzer gelten/ gehen auff die Cölnische Marck 145. Stuck/ an feinem halten 8. Loth: würdt die feine Marck außgebracht vmb 10. fl. 23. Creutzer/ drey siben Theil eines Creutzers. Alemannus *in palastr. consult. consult 8. quæst. princ. 1. partit. 42.*

Sundische Schilling oder Sechsling/ deren 48. Stuck/ 60. Creutzer gelten/ gehen auff die Cöllnische Marck 187. vnd ein halb Stück/ vnd halten an feinem 6. Loth: Kombt auß der feinen Marck 10. fl. 25. Creutzer/ Idem, *ibidem.*

Deß Nidersächischen Creises Newe Müntz-Ordnung/ den 20. Ianuarii, An. 1610, in fin. ita ordinat: der einfachen Schilling/ sollen 306. Stück auff die Marck gehen: 14. Loth/ 4. Grān fein halten: vnd die Marck fein 12 fl. 11. Groschen/ vnd 3. Pfenning außbracht werden.

Die doppelten Schilling aber 153. Stück auff die Marck gehen: 14. Loth/ 4. Grān fein halten: vnd die Marck fein Silber/ auff 12. fl. 9. Groschen außbracht werden. Alemannus *alleg. loco.*

22. Schillinggüter.

Im Fürstenthumb Lüneburg seynd etliche Güter/ die heissen Schillinghawer/ die empfahet der Baur mit einem Schilling/ so kan man jhm auch mit einem Schilling darvon kündigen: wie er auch selbst den Hoff mit einem Schilling auffsagen kan. Es würdt aber nicht gern gestattet/ daß ein Baur/ deß Eltern auff solchem Hoff gewohnet haben/ vnd die Bürde deß Landes tragen helffen/ ohn Vrsach von dem Schillinghoff gekündt vnd gewisen werde. Wann er aber an Bezahlung der Zinß/ oder Laistung der Dienste säumig würde/ oder sich sonsten nicht recht hielte/ so mag die Abkündung wol geschehen. vid. Clamer. *in promptuario Iuris tit. 11.*

23. Schiltlehen

Interdum pro feudo sumitur Masculino, ut in tali Clausula:

Zu rechtem Mannlehen/ die wir vnd vnsere Manns-Lehen-Erben/ jetzt vnd in künfftiglich dermassen empfahen/ tragen vnd verdienen sollen vnd wollen/ nach Mannlehens Recht/ Sitt vnd Gewohnheit/ vnd als ein alt Vätter-vnd Schiltlehen.

Sed

Sed puto illud quoque sumi pro feudo nobili, daß einer so ein Schildgenoß bedienen muß. Est & *titulus* 4. *Feud.* 74. de Feudis Scutiferorum.

Hinc vulgata illa Clausula in feudis fœmininis, & transeuntibus ad hæredes quoscunque: Doch das vns/ vnd vnsern Erben / so es zu Fällen kompt / allwegen ein Lehemann der Wapensgenoß vom Adel seye / das Lehen vermanne/vnd vns thie/so viel ein Lehenmann seinem Lehen Herrn von Recht vnd Gewohnheit wegen thun soll / gegeben werde / ꝛc.

24. Schiltwachten.

Castris metatis, excubiæ circa eadem ponendæ, quæ sunt vel diurnæ vel nocturnæ, utrasque milites per vices subeant. Dux autem curet constitutos subindè visitari vigiles, eaque de causa tesseras militares in circuitione ab ipsis accipiat, quod Romanos sedulo observasse, dicit Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib.* 6. *cap.* 9. *sect.* 9. adde Schröder. apud Arumæ. *tom.* 1. *discurs.* 23. *de jure bellico. th.* 5. *lit. c.* Hi autem vigiles, si desides in suo officio deprehenduntur, capitali supplicio subjiciuntur, per *l. qui excubias. de re milit.* nec ulla est negligentiæ venia. Veget. *lib.* 3. *cap.* 5. Vnde quidam Epaminundam Thebanum laudant, quod cum in magno periculo vigilias circumiret, vigilem, quem dormientem invenerat, gladio transfixerit, adsetens, mortuum hominem inveni, mortuum reliqui. Francisc. Patricius *lib.* 9. *tit* 3. Hispani non mitiori negligentes afficiunt pœna, dum in statione dormientem, de muris vel Saxo, in quo excubat, præcipitant. Schröder. *d. loc.* allegans Ayalam *de jur. bell. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 3. Goteræ. *lib.* 1. *cap.* 37.

Monet autem alicubi Monluc, *en sa histoire*, non securas magis excubias esse, nec quæ è longinquo magis sentiant hostem; quâm si solo incumbant, auremq; applicent terræ.

25. Schirmbrieff.

Literæ illæ, quibus petitur executio, dicuntur Schirmbrieff/ quando in Iudicio Rotwilensi, &c. Beleutung/ hoc est, citatio per edictum, auch volgendes Anlaitung/seu immissio ex primo Decreto erfolgt/ vnd niemand erscheint/wirdt darauff Erlangtes Recht / welches Crafft hat der immissiion ex secundo Decreto, vnd darüber auch Schirmbrieff an die Obrigkeit gegeben/darunter die Güter gelegen / welche auch solche zu exequiren schuldig ist. vid. supra verb. Anlaitin.

Exinde Schirmherrn dicuntur Magistratus ii, qui à Iudicibus Consistorii Rotwilensis, & aliorum Tribunalium Provincialium, post latam in aliquem Banni sententiam, & immissionem ex primo & secundo De-

creto (quarum illam priorem, Anlaitun / hanc erlangt Recht vocant) pro executione facienda implorantur. Nam executores illi appellantur Schutz vnd Schirmherrn / *hoc est*, Einsatz-Herrn. Rotweilisch Hoffger. Ordnung. *p. 2. tit. 13.*

Deinde etiam Schutz vnd Schirmbrieff dicuntur protectionis privilegia, quæ ab Imperatore privatis etiam personis interdum dari consueverunt, quæ vulgò literæ salvæguardiæ dicuntur, daß sie / ihre Kinder vnd Güter in der Kaiserlichen Majestät / vnd deß Heiligen Römischen Reichs Schutz vnd Schirm seyn sollen. Hæ autem Salvæguardiæ literæ, Schutz vnd Schirmbrieff / interdum etiam assecurationis seu salvi conductus literæ sunt & dicuntur, quas in Aula Imperatoris facilè & sæpissimè, in Camerâ verò raro admodum & difficulter obtineri, testatur Magenhorst. *cent. obs. Cam. obs. 49.* In materia autem Iuris Advocatiæ, Schirmbrieff vocantur tabulæ protectitiæ, seu Patroni obligatio, quæ scripta capitula protectionis complectuntur. vid. Dn. Mager. *de advocat. armat. cap. 2. numer. 198. & seqq.*

26. Schlesien.

Sunt, qui Silesiam à *Slesa*, qui & *Elsa*, flumine deducant. Nonnemo sic dictam putat, quasi *Slusam* à Latino vocabulo *Clusa*, id est, Schluß / vel nostrate dialecto Schleuß / quod Germaniam claudat, velut præstructura quædam ac propugnaculum adversus Sarmatarum & Tattarorum irruptiones. Dubravius verò auctor est, à Bohemis Slavis sic primò nuncupatam, qui videntes Polonos, Misnicos, Pomeranos, Marchitas, & aliam miscellaneam turbam, illò velut inserpere, paulatimque irrepere, à serpendo *Slesitas*, nativo suo sermone appellare cœperint. Sudetes denique à Slavica voce Slezak / *id est*, Convena seu Advena, plausibili conjectura derivat. Cui convenire videtur *Slesazia*, itemque *Slesizia* appellatio in Slavorum monumentis. Dn. Goldast. *de Bohem. lib. 1. cap. 14. n. 3.*

Sed de hâc inclutâ Provinciâ, vide Curæum, & Henelium in Historiis particularibus. Ac etiam quædam habet Schifordegher, *in suis tractatib. ad fin.*

27. Schlösser.

Vide omninò Killinger. *de Ganerb. discurs. 2. & 4. &c.* & Iohan. Hering. *de Molendinis in Mantisa.* ac etiam me, *de jure Vniversit. fol. 226.*

Mediæ ætatis Scriptores Castrum pro oppido accipiunt, ut Castrum *Valentinianum*, Castrum *Gandense*, Castrum *Loven* & similia. Codex Donationum Auberti Miræi, *cap. 6. fol. m. 29.*

Vendens simpliciter & concedens rem, videtur concedere & vendere cum

cum cohærentiis suis. *l. via constitut. §. pen. & fin. ff. de servit. rustic. l. 2. & 3. ff. si serv. vend. l. & in Provinciali. C. de servit. & aqua. l. æde sacra. §. 1. ff. de contr. empt.* Ideò vendito Castro, videtur quoque vendita ejus Curia, & Iurisdictio cum omnibus pertinentiis suis. *l. 1. §. venditor. in pr. & §. fin. ff. de act. empt.*

Tamen vendito Castro, non veniunt Molendina, quæ sunt communitatis: quia solum censetur venditum Castrum cum jurisdictione, ipsi Castro vel Villæ cohærenti. Roman. *consil. 444.* Crotus *consil. 55. nu. 15.*

Aliud dicerem, si Castrum fuisset venditum cum omnibus suis juribus & pertinentiis, dummodò Molendina non essent privatorum, arg. text. cum gl. *in l. si adoptavero. ff. de prec.* ubi possessio & dominium omnium bonorum illius, qui arrogatur, transeunt in arrogantem sine ulla apprehensione.

Vendito autem territorio, an censeantur quoque relicta & vendita Castra, atque oppida illius territorii? Respondeo non censeri venditum esse Castrum: quia plurimùm inter se differunt Castrum & territorium, & unum non venire appellatione alterius, censent Bald. *in cap. 1. de Cap. qui Cur. vend. col. 4. num 7. & seq.* Alex *in l. 3. in princ. num. 27.* & ibi Aretin. *in fin. ff. de acquir. poss.* Conferunt dicta per Br. & alios, *in L. 1. circ. fin. ff. de jurisd. omn. jud.* Parif. *consil. 20. num. 58. lib. 1.* Gozadin. *consil. 5. col. 1.* Nam si appellatione territorii veniret Castrum, esset quasi dicere, quod accessorium trahat principale.

Sic & in simplici concessione & possessione alicujus Castri, non statim competit jus territoriale & superioritatis. Siquidem Castrum potest pertinere ad unum, & tamen suprema potestas ad alium. Carol. Molin. *ad consf. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 55. &c.* Ant. Peregrin. *in tr. de jur. fisc. libr. 1. tit. 2.* Non enim sequitur: Habet Castrum; Ergò etiam territorium vel jurisdictionem, Bidembach. *in quæst. nobil. 1. num. 22. & seq.* Hieron. de Monte, *in tract. fin. regund. cap. 78. num. 14.* Knichen. *de jur. Sax. verb. Ducum. cap. 4. num. 63.*

Castra, quæ Civitatibus non adjiciuntur, etsi merum Imperium non habeant, eam tamen habent Iurisdictionem, quam Civitatum defensores exercent, ut post Bart. tradit Obrecht. *de jurisdict. c. 6. num. 66.* Ea autem Iurisdictio *ex t. t. l. C. de Defensor. Civ. & t. t. C. de magistr. mun.* & cum mixto Imperio juncta est, *per Novell 8. & l. ult. de offic. ejus. l. 12. de jurisd.* Obrecht. *d. c. 6. num. 63.* quo tendit etiam Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 6.*

Iurisdictio Castri atque territorii in se una est incorporalis, ac per consequens indivisibilis. Oldrad. *consil. 121. num. 16.* Hinc jurisdictio in territorio pendet quidem ex jurisdi-

ctione in Castro, quasi ex capite, sicut aqua, quæ ex Castello deducitur, ex Castello pendet. Oldrad. *cons. 121. num. 15.* Sed econtrà omnibus in ore est, quod accessorium non influat in principale. Pacian. *de prob. lib. 1. c. 27. num. 23.* Ex quo consequitur, beneficium pago alicujus territorii concessum, ad Castrum ejus & ipsum territorium non porrigi.

28. Schmachsachen.

Si reus absolvitur, actorem non notari infamia, text. est, *in l. 3. Cod. de calumn.* Wurmser. *decis. 19. libr. 1.* Batt. *cons. 111.* ubi concludit, posse fieri reservationem honoris, licet reus absolvatur. Meichsner, *decis. 4. fol. 32. tom. 1.*

Non excusatur injurians, si referat audita. Quamvis enim tectus, attamen pestilens est detrahendi modus; cùm per hoc mussandi genus fama vires acquirat eundo, etiamsi animus injuriandi vel diffamandi abfuerit, (multò magis ergò si adfuerit) in eo quo quid dixerit, Marquard. Freher. *tr. de existimat lib. 2. cap. 9. n. 16. & seq. l. 15. §. 2. & 6. ff. de injur.* Verùm etiam is injuriarum tenetur, qui sub conditione solùm, verba injuriosa profert, text. *in l. conditio. 100 & l. 120. ff. de V. Oblig.* Hinc Zasius refert, se per hunc textum adversarium Advocatum refutâsse. Dn. D. Bocer. *class. 3. disp. 4. thes. 28. lit. d.*

Quod quidam dicunt, veritatem convicii injuriantem excusare, ad id requiritur, ut istud crimen reverà sit perpetratum, nec ante notum vel manifestum, aliàs enim non excusatur, prout tradit Andr. Gail *2. obs. 99.* Græven. *concl. 99. num. & seqq.*

De verbis, er hat mir das mein genommen, vide Vran. *volum. 3. fol. 301. nu. 2.* Vlmensi in Republica injuriarum tenetur, si quis ad quampiam dixerit, du schöne Fraw, vide Vran. *vol. 3. fol. 299. num. 37.*

De injuriis, vide meas disputationes, de hâc materiâ, quæ habentur, *vol. 2. dispp. Tubingensium.*

29. Schock.

Sexagena Marchica nova, Sexaginta grossis Marchicis: Antiqua triginta valet. Iohan. Cöpp. *quæst. jur. 26. num. 1.*

In Electoratu Saxonico, Sexagena argentea nova, ein newe Silberschock/ viginti grossis Misnicis: Antiqua verò ein Altschock/ viginti grossis Misnicis commutatur. Dem alten Schocken würdt gleich geachtet ein schwehre Schock/ vnd auff 20. Groschen Meißnischer Wehrung geschätzet. vide Alemanni *consultat. 8. quæst. princip. 1. partit. 45.*

Jedes Magdeburgisches Schock würdt gehalten vnd gesetzt auff 8. Schilling/ 4. Pfenning.

30. Schöp-

30. Schöppenbare Freye-Leut.

Schöppenbare Freye-Leut/Saxonis est, ein jeglicher Christenmann/ der zu einem Schöppen mag gekohren werden. Georg. Rotschitz. *in process crimin. art. 3. num. 3.* vid. Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 2 c. 4. fol. 367. &c.*

31. Schottland.

De Scotia, ejusque Statu Politico, multa habet Thomas Rosa, *in Idea virtutum Iac. bi Regis, &c.*

De ejus conjunctione cum Anglia, vide me *in præcognitis polit. f. 79. & d. Increm. Imper. fol. 48.*

32. Schrifftsassen.

Vsu in Electoratu & reliquis Saxoniæ Ducatibus, differentia nobilium mediatorum & immediatorum invaluit: Illos Amptsassen; Hos verò Schrifftsassen / seu Cantzleysassen/ vocare solent. Sunt autem die Schrifftsassen/ die/ so auff schrifftlichen Befelch und Bericht sitzen / und ihre Bestallung von Hofe haben: Als die Hauptleut / Superintendentes, Amptschösser vñ andere. Vel Schrifftsassii sunt, quibus Princeps aut Cancellaria (à quâ Cantzleysassen denominantur) imperitat. Knichen. *de jur. Sax. vers. Ducum. cap. 6. num. 23.* Caspar. Ziegler. *in §. Schrifftsaßii, in princ. num. 3.*

Duplex est Schrifftsassiorum, præ Amptsassiis prærogativa. Primùm, quòd hi Præfectorum cognitione subjiciantur, müssen zuvor bey ihren Amptleuten / beclagt und angehalten; Illi verò directò illustre judicium Curiale agnoscant, sollen gleich in erster Instantz vorm Hofgericht gerechtfertigt werden. Oberhofgerichts-Ordnung zu Leipzig. *rubr.* Wer vor das Oberhofgericht mag geladen werden. Berlich. *lib. 1. concl. 3. num. 7.*

Deindè, quod Amptsassii Schrifftsassium in Curiâ actione pulsantes, non nisi præstita satisdatione de expensis litis & reconventione admittantur, ut maximè bona immobilia possideant. Moller. ad. *Constit. Sax. 5. part. 1. num. 14.* Andr. Knichen. *de pact. vest. part. 2. cap. 5. num. 13.* Quod secùs est in Schrifftsassiis, qui nulla satisdatione arctantur. Iacobus Schultes. *obs. 22. num. 2* Berlich *d. loc. concl. 13. num. 5.* Sed vide Caspar. Ziegler. *in §. Schrifftsaßii. conclus. 2. num. 3 & seqq*, ubi hujus Conclusionis tres affert limitationes.

33. Schrott und Korn.

Bonitas monetarum intrinseca, in duobus consistit: in ligâ nempè (de quâ Budel. *1. cap. 8.*) seu pretiositate ma-

materiæ, & in pondere: nos Germani populariter agentes: Im Gehalt vnd Gewicht / vel im Schrott vnd Korn dicimus. Liga enim Germanicè nihil hîc aliud est, quàm Gehalt oder Korn. Etenim, quasi nucleus in cortice: ita in cupro est aurum vel argentum finum. Speciem Valentinianus *in l.1. C. de vet. num. pot.* vocat. Pondus verò Gewicht oder Schrott/ vom schrotten oder abschneiden. Hinc dicimus solutionem fieri debere secundum bonitatem intrinsecam, quæ fuit tempore contractus, hoc est, in Schrott vnd Korn/ wie sie dargegeben oder verschrieben. Budelius *de monet. lib. 1. cap. 7. num. 3.* Gail. *2. obs. 73.*

Intrinseca bonitas monetæ definitur & appellatur, quæ in numismatis proba materia & pondere justo consistit. *l. 1. in pr. ff. de contr. empt. l. 2. C. de veter. numis.* & nihil aliud est, quàm quod à monetariis Germanicè vocatur Schrott vnd Korn. Schneidevvein. *ad §. bonæ fidei nu. 33. Inst. de action.* Gail. *2. obs. 73. nu. 7.*

Extrinseca verò monetæ bonitas vocatur, quæ continetur numismatis æstimatione, valore, cursu & usu. Nos Germani appellamus den Werth der Müntz/ Schneidevvein. *d. §. bonæ fidei. num. 33.* Item, wie gäng vnd geb die Müntz ist. Fichard. *consil. 46. vol. 2.* Academia Lipsens. *cons. 27. inter consil. Modest. Pistoru. vol. 2.*

*

34. Schulden.

Vocabulum Schulde/ latissimè patet, & comprehendit omnia omninò debita, sive illa descendant ex contractu, sive ex delicto. *l. debitor. ff. de V. S. §. pen. Inst. de pœn. tem. litig. l. sed utrum. ff de petit. hæred. l. peculium. §. si ipse Servus. ff. de pecul. l. pen. C. qui manumitt. non poss. l. qui in fraudem. §. ex omni. ff. qui & à quib. l. si fideicommissaria. §. ne quis ff. eodem l. apud Iulianum in fin. ff. ex quib. caus. in possess.* Quinimò etiam eum, qui actione in rem conveniri potest, debitorem saltem largo modo dici, docet Bart. *ad l. dominium. C. quod cum. eo.* Dubium item non est, debiti appellatione comprehendi etiam illa debita, quorum respectu sive nomine actio in judicio instituta, & non modò ad litis contestationem, sed etiam ulterius processum est. Gerichte. Acta der Statt Braunschweig Huldigung betreffendt. *part. 2. m. fol. 62. num. 70.*

Nomina an sint computanda inter mobilia vel immobilia in successione Mariti in bonis uxoris? v. Modest. Pistor. *quæst. 124.*

Sub quâ jurisdictione, nomina, jura & actiones constitutæ sint, vide omninò Schultes. *pract. quæst. 40.*

35. Schuldigen/ Beschuldigen.

Vocabulum schuldigen/ idem est ac

ac convenire, reum facere, accusare, actione pulsare: dann dem Sachsen familiare ist / daß sie ein simplex, pro composito nemmen vnd setzen / &c. Braunschw. Acta, *part. 2. consil. 3. fol. 45. num. 54. & num. 228.*

36. Schultheiß.

Sculdasius, Schultheiß / Prætor, vel vom Schulden heischen / cùm is olim de debitis pronunciabat. vide me, *de Civit. Imperial. num. 3.* vel à *Scholat*, Hebraico, quod est imperavit. Leg. Longobard. *libr. 2. fol. 83.* Vt universali quidem populo, qui ubicunque justitiam quæsierint, suscipiat tamen à Comitibus suis, quam etiam à Gastaldiis seu Schuldasiis, vel loci Præpositis juxta ipsorum Legem, &c. Dicitur & Schuldais. Leg. Longobard. *tit. 20.* Si quis causam habuerit & Schuldais suo, causam suam dixerit, & ipse Schuldais justitiam intra quatuor dies facere neglexerit, si ambo Causatores sub uno Schuldais sunt, tunc componat ei, qui causam suam reclamavit, ipse Schuldais solid. VI. & Iudici suo sol. VI.

Comiti suberat Vicarius, qui in jure Saxonico Scultetus appellatur, ac primus ex Scabinis erat, sine quo judicium haberi non poterat, *artic. 59. lib. 1. artic. 52. libr. 3.* Landr. *artic. 18.* Scultasius dicitur, Germanicè Schultheiß / à Paul. Diacon *lib. 6. de gest. Longob. 8.* quasi qui debitum exsolvere jubet, pignoris captione & mulcta. Alicubi etiam Ammanus dicitur, sicuti Ambactia pro Præfectura aliqua apud Gallos accepta. Et Sculteria præfectura definitur, *in artic. 80. lib. 3.* Landr. Vt hæc Synonyma esse, intelligas. Licet Argentorati eo nomine etiam Consulatus denotetur Ammeister, quasi Magister populi, à Hebr. *Am* populus, aut quasi Ampt-Meister.

Alicubi Scultetus etiam Centenarius appellatur. Cùm tamen utriusque officia propriè diversa fuerint. Præerat enim hic olim Centenis, in quas singuli Comitatus distincti erãt. Dn. Griphiander, *de Weichbild. Sax. cap. 64. num. 1. & seqq.*

Schultheiß in Civitatibus Imperialibus fuit Vicarius, deß Reichs-Vogt.

37. Schuldthurn.

Quamvis jure civili contra debitorem non sit inchoandum à captura. *l. ob æs. 12. C. de ob. & act.* Sed servandus ordo præscriptus à D. Pio. *l. à D. Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re jud.* Et ex constitutione Constantini etiam pro debitis publicis, quis non possit carceribus mancipari. Carcer enim, inquit, Pœnalium, carcer hominum noxiorum est, *l. 2. C. de exact. lib. 10.* Attamen, quia decoctorum vel banccarottorum nunc magna est frequentia, carceribus pu-

blicis includuntur, werden auff die Schuldthürn gelegt. Val. Forster. *de jurisdict. part. 2. fol. m 425.* Constit. Saxon. *parte secunda. tit.* vom Schuldthurn. Ibi: Würde jemandt/ der in unsern Landen gesessen/ oder sich darinnen enthielte/ wer der auch were/ so viel auffborgen / die Leute vorsetzen/ oder in andere Weg schuldig werden/ daß alle seine Haab und Güter / nach ergangner Hülff / Execution und Excussion / zur Bezahlung nicht reichen und gnug weren / oder uber Vermögen sich in Bürgschafft einlassen/ und er möchte bey seinen Gläubigern kein Nachlassung erlangen / berhürte Gläubiger weren auch auff andere Weg nicht zubehandlen: So sol er auff begehren und ansuchen eines oder mehr der Gläubiger / in den Schuldthurn gelegt/ und also lang darinnen verwahrlich enthalten werden / biß daß er die Gläubiger befriedige/ oder sich sonsten mit jhrem gutem wissen und willen vertrage und abfinde. Und es soll jhme davon keine Abtrettung seiner Güter und Cession bonorum, so er ohne Bewilligung seiner Gläubiger thäte oder fürnemme / noch jchts anders entledigen oder zubefreyen haben.

Hicque carcer assignatur debitoribus pro custodia donec solvant, qui nihil aut parùm cum iis, de quibus suprà in v. Gefängnus/ dictum, commune habet: quia nec subterraneus, nec opacus est, ut hominum noxiorum, neque vel ipse pœnæ loco imponitur, neque ad pœnam vel pœnitentiam tendit, sed eo tantùm fine imponitur, ut tantisper hæreat reus in locis sive diversoriis, pro carcere deputatis, donec satisfaciat Creditori. Doctores hunc carcerem tædialem vocant, vide Speckhan. *cent. 1. quæst. 19. in fin.*

Quòd & in multis Civitatibus, præsertim ubi mercatura floret, fieri assolet.

38. Schupfflehen/

Prædia, quæ Rustici colunt, nec tamen jus aliquod hæreditarium, ad suosque hæredes transitorium inibi haben; in Suevia ita dicuntur. Weil die Erben darvon geschupfft werden/ und muß das Gut eins unter den Kindern widerumb von newem/ doch nur auff seinen Leib kauffen. Dicuntur etiam Fall-Güter: weil sie dem Herrn wider anheimbs fallen. Hæcque dominatum, quem vel Romani in Germaniam, vel Franci in Alemanniam induxerunt, resipere videntur vide me, *de Monarchia. fol. 20. & de trib. domest. societ. specieb. fol. 29.*

39. Schutz und Schirms-Verwandte/ Schutz und Schirmsherr.

Patronus dicitur, cujus tutelæ, Clientelæ, patrocinio & protectioni, Ecclesia,

clesia, Princeps, Comes, Civitas, vel alia universitas, superiorem recognoscens, liberamque suorum administrationem habens, se unà cum subjectis & fortunis subjicit, committit & commendat certo stipendio, salva pristina potestate, Iurisdictione, libertate & priore Domino, vulgò Schutz vnd Schirmsherr indigitatur. Speckhan. *cent. 3. quæst. 35. in pr. n. 2. Cl. 1.* Clientes autem exinde non subditi efficiuntur, sed dicuntur Schutz vnd Schirms-Verwandte. Gail. *lib. 2. obs. 54.*

Aliqui tamen Toparchæ, pro defensione, ad quam tenetur, monasteria & subditos sæpè supprimunt, pro patrocinio oppugnant, subterunt, spoliant, gravant, premunt, flagellant, personisque & rebus, Privilegijs & juribus Monasteriorum ubutuntur. Quam ob causam in odium à plerisquepro Schirmherrn / Stirmherrn vocitantur. vid. Keller. *de offic. Iurid. polit. libr. 2. cap. 11 fol. m 377. vers Advoca us.* adde Donawerwische notwendige Erinnerung. *part. 1. f. 10. & seq.* Primus quippe post protectionem gradus est invasio. Petr. Gregor. *de Republ. lib. 11. cap 11. nu. 6.* jusque protectionis respectivè & subjectionis & Iurisdictionis est initium. Petr. Frider. *de process. in Cam. cap. 14. numer. 4.* Idque passim detestantur historiæ, quà de re potest videri Maulius *de homag. tit. 11. n. 2.* Ziegler. *commun. conclus. §. Landsassii. n. 98.*

Imperatores nostri à Patriciatus officio jam functionem hodie obtinent, quod sint Advocati & Patroni Ecclesiæ Romanæ. vid. Dn. Dracon. *de origine & jure Patricior. lib. 2. cap. ult. num. 15. &c. f. 176. &c.*

Præterea constat, jus Patronatus sive protectionis Patrono in Clientes suos, tribuere nullam jurisdictionem: undè vulgò dici solet, Schutz vnd Schirm gibt kein Obrigkeit. Zas. *2. cons. 7. nu. 6. & 14.* Gail. *2. obs. 54. num. 1. & 3* Natta. *cons. 636. num. 96.* Sixtin. *de Regalib. cap. 14. num. 105.*

Vndè nec modum eis in religione præscribere, nec collectas imponere potest Wintzler. *de collect. cap. 21.* Gail. *2. obs. 54. n. 5.*

Aliud autem sunt Defensores, Schutzherrn / aliud Advocati sive Casten-Vogt. Illi ad defensionem assumuntur: hi Monasteria fundarunt, & in eorum Territorio sita cum sint, multa sibi jura, & plerunque territorialem superioritatem sibi reservarunt.

Defensionis dignitas sui natura Iurisdictionem comitatur: quia Iurisdictio propter defensionem subditorum inventa & constituta est; Atque ideò Ordinarius loci, in territorio suo, respectu generalis Iurisdictionis & jure Magistratus, non tantum subditos, sed etiam extraneos, à vi & injuria tutos, securos atque indemnes præstare tenetur. Petr. Frider. Mindan. *de proc cap. 14. num. 12. & 13. lib. 2.*

Est enim superioritas nihil aliud, quàm protectio, defensioque, ratione Iurisdictionis, seu gubernationis territorii universalis. Thom. Michaël. *d. jurisdict. thes. 44. sub lit d.* quæ ut aliis Statibus, ita etiam Civitatibus Imperialibus competit. Dn. Martin. Mager. *tract. de advoc. armat. cap. 3. num. 87.* Et hæc ordinaria protectio vi superioritatis competens, non solum ad rerum & personarum temporalium, sed etiam Ecclesiasticarum porrigitur. Mager. *cap. 5. n. 82. & seq. & cap. 9. num. 427.* etiamsi bona illa & personæ Ecclesiasticæ aliàs exemptæ, & superioribus subjectæ non sint: Mager. *cap. 8. nu. 447.* quia exempta loca & exemptæ personæ extraneis comparantur. Chokier. *de Iurisd. ord. in exempt. p. 2. quæst. 1. n. 6. & seq. & quæst. 17. n. 4. tom. 1.*

Hâcque ratione subditi non possunt se alterius subjicere protectioni: Dann hierdurch dem Landsherrn ein Eingriff beschicht.

De Advocatia Ecclesiasticorum, vide etiam Hospinianum *de Templis libr. 5.* Hotoman. *in Lexico feudal. verb. Advocatia.* Lehman. *lib. 2. Chron. Spirens. cap. 36. & lib. 5. cap. 108. folio item 358. 547. & 630.* Defensorem autem Monasteria pro lubitu sibi sumebant, sæpius etiam Fundatores Ius Advocatiæ haut sibi reservabāt, Acta Pfaltz contra Kaißheimb. *fol. 180.* Chron. Reicherspergense *f. 212. &c.* adde Bruschium *de Monasteriis in Vteuburen & Zwifalten.* Stengel *in Monasterio S. Crucis Donawert.* Miræum *in document. fol. 32. & 54.*

Defensio enim suscipiebatur in favorem Monachorum, & iterum poterat repudiari. Dn. Crusius *in annalib. part. 2. lib. 1. fol. 11.*

Quæ omnia tamen ex usu longævo & ex literis Fundationis sunt dijudicanda.

Sic sub Austriacorum Archiducum protectione, ratione Comitatus Tyrolis, Aquilegiæ, Brixiæ & Tridenti Episcopus est. Felix Fabri *lib. 1. de Suevia. cap. 5. item lib. 2. cap. 9. fol. 282. & cap. 7 fol. 272.*

In Episcopatibus Naumburg / Meissen / Merseburg / Electores Saxoniæ habent Ius Advocatiæ, quod simul importat territorialem Iurisdictionem, Hortleder *vol. 1. lib. 5.*

De Advocatia veterum, pulchre omniscius Barthius *in Adversariis. lib. 47. cap. 4.*

Sic Plinius Iunior creatus fuit Patronus Tyferni, etiam puer. *lib. 4. Epist. 1.*

Sic & Spirensium clientelam sæpe habebant Palatini, Lehman *libr. ultim. cap. 75. & cap. 119. & fol. 919.*

Zu Erfurt hat das Chur- und Fürstliche Hauß Sachsen den Schirm / von deß wegen die Statt järlich 1800. Goldgulden gibt / davon gebührt dem Churfürstlichen Hauß Sachsen der halbe Theil / der ander halbe Theil gehört wider in zween Theil / davon der ein

ein Theil den Weinmarischen / der ander halbe Theil aber / den Coburgischen gebührt.

De hoc Patrocinio, protectione, Clientela sive advocatia, ut barbarè vocatur, deque prima & antiquissima ejus origine, & quod moribus communi usu & consuetudine per totum Imperium Romanum recepta sit, & novissimis Imperii Recessibus approbata, atque adeò de universo jure ejus, vid. Bodin. *1. de Rep. cap.7.* Mager. *in tract. de Advoc. armat. per tot.* Petr. Gregor. *de Rep. lib. 11. cap. 11. n. 6.* Gail. *lib. 2. obs. 54.* Althus. *de Repub. c. 7. §. similes quoque.* Matth. Wesenbec. *consil. 48.* Rittershus. *in part. feud. libr. 5. cap. 2. quæst. 15.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 17.* Dracon. *de jure ac origine Patricior. libr. 1. cap. 6.* Ziegler. *in §. Landsaßii. §. 1. paßim.* Goth. Anton. *disp. feud. 1. fol. m. 33. lit. r.* Post quos plura addere, nil esset nisi actum agere. vide tamen etiam me *de fœderib. fol. 56. &c.*

Pertinet & subsequens Responsum ad materiam eandem.

Demnach hin vnd wider in Schwaben / etlich vnderschiedliche freÿ Adeliche Dörffer vnd Güter sich befinden / daselbsten ein Geist oder Weltlicher Stand deß Heiligen Römischen Reichs / die Schutz vnd Schirms Gerechtigkeit von Alters hero gehabt / auch etlicher Oerter deßhalber die Vnderthanen in Huldigung nemmen thue / hingegen aber deme vom Adel alle Iurisdiction zuständig ist: Als würde gefragt / ob diß Orts der vom Adel in seinem exercitio Religionis von dergleichen Schirmherrn molestirt / gehindert / oder jhme / wann er die Religion endern wolt / einiger Eintrag von Rechts wegen beschehen könde?

Auff diese Frag würde von Hermanno Esaia Rosacorb. *pract. forens cap. 29. ad fin.* recht geantwortet / quod Schutz vnd Schirm nihil tribuat ad effectum mutandi religionem, prout nec Ius Patronatus, nec investituræ aliquid hîc operetur: aliter enim & Iurisdictioni Ecclesiasticæ majori locum fore. Idque maximè obtinere debere, quando non agitur de mutanda religione, sed ea conservanda, quæ diu aliquo in loco obtinebat.

Weil auch im jenigen Bedencken / so hieoben *sub tit.* Freye vom Adel. zu finden / allgerait außgeführt / daß seiniger allein das jus mutandæ vel conservandæ Religionis habe / dem die Lands Obrigkeit oder sonsten omnimoda, universalisve Iurisdictio gebürt: Als folget hierauß vnwidersprechlich / quod hoc in casu protector Clienti suo, modum circa Religionem præscribere; vel ejus causa aliquid turbare planè nihil possit. Protectio enim illa, seu jus ut vocant, Advocatiæ, regulariter Iurisdictionem non tribuit. Nat'a *consil. 636. numer. 95. tom 3.* Gail. *2. obs. 54. num. 2. & seqq.* Schurpff. *cons. 7. Germ. Acad.*

conf. tom. 4. Wesenb. *consil. 5. part. 1.* Wehner. *verb.* Schirms-Verwandte. quam sententiam firmat *l. 7. de captiv. & postlim. reverf. ut & c. ex parte. extra de privileg.* Et conferunt huc, quæ dixi *in tract. de appell. c. 4. §. 5.* & etiam *in differt. de fœder. jur. cap. 5. n. 12.*

Hincque communis est traditio interpretum Iuris, haut ullum, per submissionem in protectorem, transferri aliud jus, quàm defendendi. Zas. *conf. 7. n. 6. & 14. vol. 2.* Caspar. Ziegler. §. *Landsassii concl. 1. numer. 82.* Indeque positi sub alicujus protectione, non ejusdem subditi dicuntur: nec etiam Clientes, Schutz-Vnderthanen vnd Schutz-Verwandte indigitantur. Inde quoque Advocatiâ, seu jure Clientelari, aut protectionis, sive ea sit simplex, sive administrationis inspectionem habeat adjunctam, territorii jurisdictio non probatur. Thom. Mich. *de Iurisd. concl. 55.* Diversumque etiam est tutelare jus, à Vogteja. Knichen *de territor. jur. cap. 4. numer. 98. &c.* Nec item territorialis potestas, die Landts-Obrigkeit/ exindè probari potest; licet dicantur die Oberste Schirmherrn. Ruland. *de Cōmiss. lib. 2. part. 4. c. 13. n. 12.* Vietor *de exempt. concl. 20.* ubi ex Natta refert, quod potius protectio evidens signum fiet, Iurisdictionis & superioritatis non cōpetentis. Quippe nam si peculiarib. pactis protectio impetratur, adparet, eam non competere ipso jure.

Sic etiam Dn. Martinus Magerus à Schönberg. *in absolutissimo suo tract. de advoc. armat. cap. 2. num. 235.* tradit, præter defensionem, eique annexa, modernis protectoribus plus juris haut competere, strictasque habere fimbrias, & ultra defensionis terminos extendi non posse. Quam eandem opinionem, quod sc. protectio, aut Advocatia nullam tribuat Patronis ac protectoribus imperium aut Iurisdictionem in Clientes, creberrimo tàm veterum, quàm recentiorum interpretum calculo approbatam ac receptam esse, idem Dn. Magerus attestatur, multisque rationibus probat, & contrariis sufficienter respondet. *cap. 12. num. 386. & multis seqq.* Qui ibidem *num. 434.* scribit: aliis non obstantibus impedimentis, vel concurrentibus cogendi causis, eos, qui sub aliqua protectione sunt, religionem conservare antiquam vel assumere novam, in Imperio tamen approbatam, quocunque tempore liberè posse.

Zu welchem Ende in dem Religion Frieden de An. 1555. der §. es soll auch kein Stand den andern/ ꝛc. allegirt zu werden pflegt/ weil er nämblich dahin gehet/ das die Schutz-vnd Schirms-Gerechtigkeit mit der Religion nichts zuthun haben solle.

Also seynd auch viel Reichs-Städt in

in der benachbarte Fürst Erb-Schutz/ welche doch ohn allen Zweifel immediatè dem Heiligen Römischen Reich subjicirt verbleiben. Inmassen dann auch sehr viel Clöster vnd Gottshäuser immediatè dem Heiligen Römischen Reich vnderworffen / die dannoch jhre Erb-Schutz-Herrn haben/ welches alles noch viel mehr / vnd von denen gesagt werden kan / ubi protectio illa ex pacto singulari Widerrüfflich ist. Obwol aber dises nicht ausser Acht zulassen/ daß etliche Iura protectionis ex singulari pacto, aliisque circumstantiis, pleniora seynd / vnd zumal ein subjectionem vnd respectivè Iurisdictionem nach sich ziehen.

Quippè, ut jurisdictio, omniaque ferè jurisdictionem aliquam seu Imperium & subjectionem redolentia jura, usu magis & consuetudine pro diversitate personarum & locorum variante, quàm certis juris regulis æstimantur; ita & hoc axioma, quo regulariter Advocatiam non tribuere jurisdictionem asserimus, perpetuum non est. Sunt enim quorundam Monasteriorum Advocati, quibus præter œconomiam & obventionum rationes, jurisdictio criminalis, & quandoque etiam civilis competit. Quo sanè in casu subliniorem hanc Advocatiam, Superioritatis jus tribuere, cùm Andr. Knichen. crediderim, *c. 4. de territ. jur. num 329. & multis seqq.* cui assensum præbet Waremund. *d. fæderib. libr. 1. cap. ult. num. 15.* & tetigi ego *diss. de jure fæder. cap. 5. num. 14.* Taliaque Monasteria Imperio territoriali, der Lands-Obrigkeit / quoad temporalia subesse, Statibusque Provincialibus aggregari, ac in eorum conventibus sessionem atque vota habere solent. Dahero auch sembliche Stifft vñ Clöster/ in Reichs-Anschlägen nit für sich gesetzt/ sondern zugleich mit den Stätt vnd Aemptern/ so dem territorio, ubi sita, incorporirt / wegen der Reichs-Hülff vnd Steur vertretten werden. Knichen. *d. loc.* Taleq; Ius Illustrissimus Princeps Würtembergicus in Monasteriis suo in Ducatu sitis, jam olim habuit, eoque nomine eorum reformationem suscepit.

Sicque Rosenthalius notat, *cap. 4. de feud. concl. 14. num. 4. lit. d.* pacto vel usu, Advocatiæ jurisdictionem accedere posse. Ita ferè semper Principibus in Cœnobia, sub eorum districtu sita, competit Advocatia, & una cum ea exercitium deß Blutbans/ inspectio œconomicæ administrationis, & temporalium aliorum: adeò, ut sine eorum consensu, Monasterii immobilia bona nequeant oppignorari vel alienari. Idque Ius Advocatiæ Cœnobiorum plerunque Principibus in territoriis suis, hâc sub formulâ verborum ab Imperatore concedi solet: Mit allen Prælaturen vnd Clöstern / deroselben Weltlichen Obrigkeiten / Schutzrechten vnd Advocatien. Wehner. *in observ. pract.*

1516.

verb. Vogtey. Inmassen dann / zum Exempel / die Kaiserliche Lehenbrieff / vber die Marggraffschafft Baden vnd Hochberg / ꝛc. vntern andern auch diese Clausulam haben: Mit Landen / Leuten / Clöster vnd Clöster-Vogteyen / Mann vnd Mannschafften / Lehen vnd Lehenschafften / Geist- vnd Weltlichen / Zwing vnd Bännen / ꝛc.

Auß gleichmässigen rationibus, die bißhero erwehnt / würde auch von der Iuristen Facultät zu Wittemberg / apud Frideric. Hortlederum, *tom. 1.* von Vrsachen deß Teutschen Kriegs. *cap. 12.* behauptet / daß die Chur- vnd Fürsten zu Sachsen sich der dreyen Bischoff vnd Bisthumb / Meissen / Merseburg vnd Naumburg (vber das / sie derselben Erbschutzherrn seynd) sich zumal jhre Lands-Fürsten achten / nennen vnd schreiben mögen. Et ibi inter alia scriptum invenitur: Licet (prædicti Episcopi) non recognoscant Principes (Saxoniæ scilicet) in totum, probari tamen potest, quod ipsi & Antecessores eorum nominârunt & recognoverunt eos für jhre Lands-Fürsten / vocaverunt quoque Principes, gratiores eorum Dominos, jhre Gnädigste Herrn. Item ultra tempus memoriæ hominum, gesserunt se in Ceremoniis Ecclesiasticis, quandò Principes fuerunt præsentes, pro eorum Capellanis: Passi sunt se uti pro Principum Consiliariis, item pro Legatis ad Reges & ad Principes. Obtemperaverunt item semper, cum eorum hominibus, Principum Statutis & Ordinationibus, pro bono ac etiam pacifico Statu Ducatuum editis & divulgatis, ac ipsis ad publicandum transmissis. Vocati etiam à Principibus, venerunt ad conventus eorum, tenueruntque locum Prælatorum, cum Abbatibus, tanquàm ad Ducatus pro ipsorum dominiis pertinentes.

Licet item habeant regalia ab Imperio; vias tamen publicas, per eorum dominia transeuntes, Principes habuerunt longissimis temporibus, & spectat ad Celsitudines eorum salvus conductus unà cum assecuratione. Principes item non permittunt Episcopis jus cudendi monetas, sed coguntur servare & admittere Principum monetas, & parere eorum Ordinationibus, concernentibus monetam. Mineralia quoque non permittuntur eis. Quæ omnia evidentissima sunt signa, argumenta & actus, coadunationem Episcopatuum & Ducatuum concludentes.

Itidem, quoties novi Episcopi sunt electi, semper requisiti sunt Principes Saxonici, ut electioni factæ velint consentire, & electum sibi commendatum habere, ut Ecclesiæ patroni, Principes & Advocati: Quæ prærogativa non competit, nisi Regibus & Principibus, in quorum Regnis & Ducatibus, Cathedrales Ecclesiæ sunt

sunt constitutæ, juxta c. cum terra, & ibi, quæ not. per Abb. de elect. *Hactenus illi.*

Auß welchem aber allem/ so biß anhero außgeführt/ zu verhoffter Genüge erscheinet/ daß/ ob gleich je zu Zeiten der Schutz vnd Schirm ein Obrigkeit/ vnd respectivè Subjection mit sich führt/ solches jedoch nicht regulariter & ex natura protectionis beschehe: Sondern in allweg von nöten seye/ das andere Actus jurisdictionales, à summové territorii jure dependentes, gleich damit hergebracht vnd geübet worden. Warvon in thesi nichts weiter gehandlet werden kan/ sondern in allweg mehrer Bericht von nöten seyn will.

Et confert huc, quod scribit Dn. Magerus, *cap. 10. num. 523. & seqq.* Semper annexam habere jurisdictionem Advocatiam, in territorii jure quæ sit radicata, aut si ex usu longævo seu præscriptione jurisdictio Advocatiæ adhæreat, vel eidem annexa reperiatur. Quæ tamen an in hoc vel illo pago obtineant locum, ex circumstantiis variis dijudicari debet.

Sic & Erasm. à Chokier. *in tract. de advocat. feudal. quæst. 28.* ubi quærit, an Advocatis competat merum & mixtum Imperium? *num. 2.* tradit: hæc omnia à Diplomate Advocatiali, aut temporis præscriptione dependent, & allegat Wames. *consil. 481. de jure patron. tom. 2.* Præscriptio enim ut & consuetudo, expressæ Investituræ æquipollet, ut tradit Andr. Knichen. *de sublim. territ. jur. cap. 5. num. 50.* Alioquin Advocatis merum, mixtumque imperium competere non solet, *tit. de feud. Guard. & Castaldiæ.* Nisi iis, tanquàm feudatariis jurisdictio sit demandata: Nam eo casu, merum mixtumque imperium concessum esse censebitur, veluti receptum communi Doctorum calculo testatur Card. Mantica, *de tacit. & ambiguis conven. part. 2. lib. 23. tit. 18. num. 17.* Quæ sunt verba Erasmi à Chokier.

Dises aber soll allhie vnangeregt/ ich nit lassen/ daß/ ob gleich die Schirms-Verwandte Vnterthanen/ ex moribus Iuramentum, quod Schirms-Pflicht vocant, præstare teneantur; nihilominùs tamen exindè Superioritatem vel Iurisdictionem minimè probari. Tale enim à Clientibus protectionis causa præstari solitum homagium, neque assecurationis neque fidelitatis juramentum dici posse, sed cum juramento, quod familiaritatis ratione, à Consiliariis Principum & similibus præstatur, aliquam habere cognationem, scribit *Dn. Magerus. c. 10 nu. 138. &c.*

Ac addit, *d. l.* Chokier: hoc per juramentum protectorem nullam Superioritatem vel Iurisdictionem in Clientes acquirere, veluti, nec Nobilis Imperii immediatus, Principis alicujus existens Consiliarius, in realibus & personalib. actionibus officium

Aaaaa ejus

ejus non concernentibus, Principi illi, cui à Consiliis est, quoad Iurisdictionem subjicitur, sed pro casuum contingentia vel in Camera Imperiali, vel coram Austrägis conveniendus est: eò quòd juramentum ultra jurantis intentionem operari non debeat. Consil. Marpurg. *15. nu. 360. vol. 1.* Sed ad jurantis consensum restringendum sit, Schrader. *de feud. part. 10. sect. 13. num. 47*

Sic etiam novissimè Iohan. Bruningus, *dissert. de homag. cōcluſ. 9 & 10. cap. 1.* refert: Clientes præstare homagium familiare ratione protectionis seu defensionis, innuens, ex eo nullum subjectionis vinculum enasci, eò quòd, ut & *subsequenti th. 13.* adseverat, non omne & quodvis juramentum, quod de fidelitate præstatur, Iurisdictionem ei, cui juratur, attribuat.

Et quod causa protectionis non habeat aliquod jus dominii, asserit Petr. Gregor. Tholosanus, *de Republ. lib. 11. cap. 11. nu. 6.* quemadmodum nec auxiliarii milites mercenarii, ideò Reipublicæ domini sunt, quod stipendio ad auxilium, & opem & protectionem ejus fuerint advocati.

Sed hæc cuncta dicta sunt salvo judicio prudentiorum, meliusque in jure publico versatorum.

40. Schweren/ Schwur.

Schwur dicitur, quod jurantes, suscipiant in se onus longè gravissimum, sie nemen ein schwer Ding auff sich/ dùm ad Cœli & Terræ, hoc est, ad [illegible]atoris & Creaturarum tribunal augustissimum & tremendum, in omnium & superarum & inferarum rerum velut præsentiâ constituti, universam naturam contra seipsos cient, atque sententiam planè horrendam pronunciantes, & naturæ beneficiis, ad hanc vitam necessariis, & Dei favore, conspectuque omnibus optatissimo privari se volunt: æternis verò cruciatibus & igni inextinguibili se devovent, si scientes fallant: Sie stellen sich für gehägte Bänck/ fällen selbst ein Urtheil/ und schreyen Zetter uber sich. Iacob. Ebertus, *in historia Iuramentorum, fol. m. 18. fac. 2.*

41. Schufft.

Nobilis Saxonibus vocatur Schufft: quæ appellatio usu παρεκβάσεως ignominiosa hodiè est, licet in sese honorifica sit. Descendere enim videtur ab Hebraico *Schophet*, quod judicem significat. Quæ certè vox eâdem adhuc notione apud Germanos, Belgosque usitata reperitur, Schöpffen/ Scheffen: nec aliundè Gallorum *Eschevins* deducuntur.

Dn. Iosias Nolden, *de Statu Nobilium. cap. 1. numer. 29.*

*

42. Schutz-Vogt-vnd Standgelt.

Gleichwie dem Malefitz vnd Herrn der Mitlern Obrigkeit / die gemeine Gebiet zuversorgẽ/*l. si in aliam.§.ades. ff. de offic. præsid.* auch die Geistliche Güter/ vnd in gemein durch die gantze Herrschafften auß / bey Recht vnd der Billichkeit meniglich zubeschützen/ Gewalt vnd Recht hat: So gebürt denselben auch / vnd sonst niemands das Schutz vnd Vogtgelt von den Geistlichen Gütern einzuziehen / auch ab den Jar-vnd Wochenmärckten das Standgelt einsamblen zulassen: ob den Kirchweihen den Schutz zuhalten/den Friede auffzuruffen/die Verbrecher zustraffen/ vnd alle davon fallende vnd diesen Stucken anhangende Emolumenta, gehören jhme allein zu.

43. Schwaben/Schwabenland.

Vetustorum Suevorum sedes nostra ætate tenent Sueci, Poloni, Livones, Borussi, Pomerani, Lusatii, Bohemi, Moravi, Saxones, Holsati, Dani, Misnenses, Thuringi, Hassi seu Catti & Franci. Basil. Faber. *in Thesaur. erudit. Schol.* Et quamvis tantum esset Suevorum Imperium, non erat tamen Dominicum aut παμβασιλικόν, sed confœderatum, in quo gentes propè innumeræ comprehendebantur, omnes Germanæ, ut Suevi ipsi à Monte Suevo sic dicti, vid Dn. Goldast. *de Bohem. lib. 1. cap. 5.*

Dicuntur autem ab aliis vom Schweben: propter frequentes transmigrationes.

44. Schweitzerland.

Suevi, Suebi, Suabi, Suevones, Suedi, Sueci, re & veritate sub eandem derivationem cadunt, eandemque gentem, licet in regionibus & locis diversis consedentem significant. Reinecc. *in Commentar. de Saxon. Origin. fol. 7.* Indè adeò est, quod Sueci, qui nunc *Suiceri*, Helvetiorum populus montanus & inalpinus, & à quo universa illa natio nomen est sortita, ut *Suecia*, *Suicia*, Schweitzerland appelletur, sese Suevos esse jactitent, ex Suecorum Regno in hasce alpes traductos, post multos alios, Dn. Goldast. *de Bohemia. lib. 1. cap. 5.*

De Helvetiorum libertate, vide meum Tractat. *d. Appellat. cap. 2. num. 6.*

45. Schwertmage.

Der nächste Freund Mannes halber / qui Latinis dicitur Agnatus, ut *Inst. de legit. agnat. tut. §. sunt autem agnati.* apud Saxones vocatur ein Schwertmage. Georg. Rotschitz. *in tract.* von Mitgifft. gerade/ꝛc. *art. 14. nu. 3.* Dann der Magen bedeut hie den Begriff vnd Vrsprung der Blut-Freunde; Wie sonst der Magen/ die

blicis includuntur, werden auff die Schuldthürn gelegt. Val. Forster. *de jurisdict. part. 2. fol. m 425.* Constit. Saxon. *parte secunda. tit.* vom Schuldthurn. Ibi: Würde jemandt / der in unsern Landen gesessen / oder sich darinnen enthielte / wer der auch were / so viel auffborgen / die Leute versetzen / oder in andere Weg schuldig werden / daß alle seine Haab und Güter / nach ergangner Hülff / Execution und Excussion / zur Bezahlung nicht reicheten und gnug weren / oder uber Vermögen sich in Bürgschafft einlassen / und er möchte bey seinen Gläubigern kein Nachlassung erlangen / derhürte Gläubiger weren auch auff andere Weg nicht zubehandlen: So sol er auff begehren und ansuchen eines oder mehr der Gläubiger / in den Schuldthurn gelegt / und also lang darinnen verwahrlich enthalten werden / biß daß er die Gläubiger befriedige / oder sich sonsten mit jhrem gutem wissen und willen vertrage und abfinde. Und es soll jhme davon keine Abtrettung seiner Güter und Cession bonorum, so er ohne Bewilligung seiner Gläubiger thäte oder fürneme / noch jchts anders entledigen oder zubefreyen haben.

Hicque carcer assignatur debitoribus pro custodia donec solvant, qui nihil aut parùm cum iis, de quibus suprà in v. Gefängnus / dictum, commune habet: quia nec subterraneus, nec opacus est, ut hominum noxiorum, neque vel ipse pœnæ loco imponitur, neque ad pœnam vel pœnitentiam tendit, sed eo tantùm fine imponitur, ut tantisper hæreat reus in locis sive diversoriis, pro carcere deputatis, donec satisfaciat Creditori. Doctores hunc carcerem tædialem vocant, vide Speckhan. *cent. 1. quæst. 19. in fin.*

Quòd & in multis Civitatibus, præsertim ubi mercatura floret, fieri assolet.

38. Schupfflehen /

Prædia, quæ Rustici colunt, nec tamen jus aliquod hæreditarium, ad suosque hæredes transitorium inibi habent, in Suevia ita dicuntur. Weil die Erben darvon geschupfft werden / und muß das Gut eins unter den Kindern widerumb von newem / doch nur auff seinen Leib kauffen. Dicuntur etiam Fall-Güter: weil sie dem Herrn wider anheimbs fallen. Hæcque dominatum, quem vel Romani in Germaniam, vel Franci in Alemanniam induxerunt, resipere videntur. vide me, *de Monarchia. fol. 80. & de trib. domest. societ. specieb. fol. 29.*

39. Schutz und Schirms-Verwandte / Schutz unnd Schirmsherr.

Patronus dicitur, cujus tutelæ, Clientelæ, patrocinio & protectioni, Ecclesia,

ælesia, Princeps, Comes, Civitas, vel alia universitas, superiorem recognoscens, liberamque suorum administrationem habens, se unà cum subjectis & fortunis subjicit, committit & commendat certo stipendio, salva pristina potestate, Iurisdictione, libertate & priore Domino, vulgò Schutz vnd Schirmsherr indigitatur. Speckhan. *cent. 3. quæst. 35. in pr. n. 2. Cl. 1.* Clientes autem exinde non subditi efficiuntur, sed dicuntur Schutz vnd Schirms-Verwandte. Gail. *lib. 2. obs. 54.*

Aliqui tamen Toparchæ, pro defensione, ad quam tenetur, monasteria & subditos sæpè supprimunt, pro patrocinio oppugnant, subterunt, spoliant, gravant, premunt, flagellant, personisque & rebus, Privilegijs & juribus Monasteriorum ubuntur. Quam ob causam in odium à plerisque pro Schirmherrn / Stirmherrn vocitantur. vid. Keller. *de offic. Iurid. polit. libr. 2. cap. 11 fol. m 377. vers Advoca us.* adde Donawertische nothwendige Erinnerung. *part 1. f. 10. & seq.* Primus quippe post protectionem gradus est invasio. Petr. Gregor. *de Republ. lib. 11. cap 11. nu. 6.* jusque protectionis respectivè & subjectionis & Iurisdictionis est initium. Petr. Frider. *de process. in Cam. cap. 14. numer. 4.* Idque passim detestantur historiæ, quà de re potest videri Maulius *de homag. tit. 11. n. 2.* Ziegler. *commun. conclus. §. Landsaßii. n. 98.*

Imperatores nostri à Patriciatus officio jam functionem hodie obtinent, quod sint Advocati & Patroni Ecclesiæ Romanæ. vid. Dn. Dracon. *de origine & jure Patricior. lib. 2. cap. ult. num. 15. &c. f. 176. &c.*

Præterea constat, jus Patronatus sive protectionis Patrono in Clientes suos, tribuere nullam jurisdictionem: undè vulgò dici solet, Schutz vnd Schirm gibt kein Obrigkeit. Zas. *2. cons. 7. nu. 6. & 14.* Gail. *2. obs. 54. num. 1. & 3* Natta. *cons. 636. num 96.* Sixtin. *de Regalib. cap. 14. num. 105.*

Vndè nec modum eis in religione præscribere, nec collectas imponere potest Wintzler. *de collect. cap. 21.* Gail. *2. obs. 54. n. 5.*

Aliud autem sunt Defensores, Schutzherrn / aliud Advocati sive Casten-Vogt. Illi ad defensionem assumuntur: hi Monasteria fundarunt, & in eorum Territorio sita cum sint, multa sibi jura, & plerunque territorialem superioritatem sibi reservarunt.

Defensionis dignitas sui natura Iurisdictionem comitatur: quia Iurisdictio propter defensionem subditorum inventa & constituta est; Atque ideò Ordinarius loci, in territorio suo, respectu generalis Iurisdictionis & jure Magistratus, non tantum subditos, sed etiam extraneos, à vi & injuria tutos, securos atque indemnes præstare tenetur. Petr. Frider. Mindan. *de proc cap. 14. num. 12. & 13. lib. 2.*

Est enim superioritas nihil aliud, quàm protectio, defensioque, ratione Iurisdictionis, seu gubernationis territorii universalis. Thom. Michaël. *d. jurisdict. thes. 44. sub lit d.* quæ ut aliis Statibus, ita etiam Civitatibus Imperialibus competit. Dn. Martin. Mager. *tract. de advoc. armat. cap. 3. num. 87.* Et hæc ordinaria protectio vi superioritatis competens, non solum ad rerum & personarum temporalium, sed etiam Ecclesiasticarum porrigitur. Mager. *cap. 5. n. 82. & seq. & cap. 9. num. 427.* etiamsi bona illa & personæ Ecclesiasticæ aliàs exemptæ, & superioribus subjectæ non sint: Mager. *cap. 5. nu. 447.* quia exempta loca & exemptæ personæ extraneis comparantur. Chokier. *de Iurisd. ord. in exempt. p. 2. quæst. 1. n. 6. & seq. & quæst. 17. n. 4. tom. 1.*

Hâcque ratione subditi non possunt se alterius subjicere protectioni: Dann hierdurch dem Landsherrn ein Eingriff beschicht.

De Advocatia Ecclesiasticorum, vide etiam Hospinianum *de Templis libr. 5.* Hotoman. *in Lexico feudal. verb. Advocatia.* Lehman. *lib. 2. Chron. Spirens. cap. 36. & lib. 5. cap. 108. folio item 358. 547. & 630.* Defensorem autem Monasteria pro lubitu sibi sumebant, sæpius etiam Fundatores Ius Advocatiæ haut sibi reservabãt, Acta Pfaltz contra Kaißheimb. *fol. 180.* Chron. Reicherspergense *f. 212. &c.* adde Bruschium *de Monasteriis in Vtenburen & Zwifalten.* Stengel *in Monasterio S. Crucis Donawert.* Miræum *in document. fol. 32. & 54.*

Defensio enim suscipiebatur in favorem Monachorum, & iterum poterat repudiari. Dn. Crusius *in annalib. part. 2. lib. 1. fol. 11.*

Quæ omnia tamen ex usu longævo & ex literis Fundationis sunt dijudicanda.

Sic sub Austriacorum Archiducum protectione, ratione Comitatus Tyrolis, Aquilegiæ, Brixiæ & Tridenti Episcopus est. Felix Fabri *lib. 1. de Suevia. cap. 5. item lib. 2. cap. 9. fol. 282. & cap. 7. fol. 272.*

In Episcopatibus Naumburg/ Meissen/ Merseburg/ Electores Saxoniæ habent Ius Advocatiæ, quod simul importat territorialem Iurisdictionem, Hortleder *vol. 1. lib. 5.*

De Advocatia veterum, pulchre omniscius Barthius *in Adversariis lib. 47. cap. 4.*

Sic Plinius Iunior creatus fuit Patronus Tyferni, etiam puer. *lib. 4. Epist. 1.*

Sic & Spirensium clientelam sæpe habebant Palatini, Lehman *libr. ultim. cap. 75. & cap. 119. & fol. 919.*

Zu Erfurt hat das Chur- vnd Fürstliche Hauß Sachsen den Schirm/ von deß wegen die Statt jährlich 1800. Goldgulden gibt/ davon gebührt dem Churfürstlichen Hauß Sachsen der halbe Theil/ der ander halbe Theil gehört wider in zween Theil/ davon der ein

ein Theil den Weinmarischen / der ander halbe Theil aber / den Coburgischen gebührt.

De hoc Patrocinio, protectione, Clientela sive advocatia, ut barbarè vocatur, deque prima & antiquissima ejus origine, & quod moribus communi usu & consuetudine per totum Imperium Romanum recepta sit, & novissimis Imperii Recessibus approbata, atque adeò de universo jure ejus, vid. Bodin. *1. de Rep. cap. 7.* Mager. *in tract. de Advoc. armat. per tot.* Petr. Gregor. *de Rep. lib. 11. cap. 11. n. 6.* Gail. *lib. 2. obs. 54.* Althus. *de Repub. c. 7. §. similes quoque.* Matth. Wesenbec. *consil. 48.* Rittershus. *in part. feud. libr. 5. cap. 2. quaest. 15.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 17.* Dracon. *de jure ac origine Patricior. libr. 1. cap. 6.* Ziegler. *in §. Landsassii. §. 1. passim.* Goth. Anton. *disp. feud. 1. fol. m. 33. lit. r.* Post quos plura addere, nil esset nisi actum agere. vide tamen etiam me *de foederib. fol. 56. &c.*

Pertinet & subsequens Responsum ad materiam eandem.

Demnach hin vnd wider in Schwaben / etlich vnderschiedliche freyAdeliche Dörffer vnd Güter sich befinden / daselbsten ein Geist oder Weltlicher Stand deß Heiligen Römischen Reichs / die Schutz vnd Schirms Gerechtigkeit von Alters hero gehabt / auch etlicher Orter deßhalber die Vnterthanen in Huldigung nemmen thut / hingegen aber deme vom Adel alle Iurisdiction zuständig ist: Als würdt gefragt / ob diß Orts der vom Adel in seinem exercitio Religionis von dergleichen Schirmherrn molestirt / gehindert / oder jhme / wann er die Religion endern wolt / einiger Eintrag von Rechts wegen beschehen köndt?

Auff diese Frag würdt von Hermanno Esaia Rosacorb. *pract forens cap. 29. ad fin.* recht geantwortet / quod Schutz vnd Schirm nihil tribuat ad effectum mutandi religionem, prout nec Ius Patronatus, nec investiturae aliquid hîc operetur: aliter enim & Iurisdictioni Ecclesiasticae majori locum fore. Idque maximè obtinere debere, quando non agitur de mutanda religione, sed ea conservanda, quae diu aliquo in loco obtinebat.

Weil auch im jenigen Bedencken / so hieoben *sub tit.* Freye vom Adel. zufinden / allgerait außgeführt / daß selbiger allein das jus mutandae vel conservandae Religionis habe / dem die Lands Obrigkeit oder sonsten omnimoda, universalisve Iurisdictio gebürt: Als folget hierauß vnwidersprechlich / quod hoc in casu protector Clienti suo, modum circa Religionem praescribere; vel ejus causa aliquid turbare planè nihil possit. Protectio enim illa, seu jus ut vocant, Advocatiae, regulariter Iurisdictionem non tribuit. Natta *cons. 636. numer. 95. tom 3.* Gail. *2. obs. 54. num. 2. & seqq.* Schurpff. *cons. 7. Germ. Acad.* cons.

cons. tom. 4. Wesenb. *consil. 5. part. 1.* Wehner. *verb.* Schirms-Verwandte. quam sententiam firmat *l. 7. de captiv. & postlim. reversi. ut & c. ex parte. extra de privileg.* Et conferunt huc, quæ dixi *in tract. de appell. c. 4. §. 5.* & etiam *in dissert. de fœder. jur. cap. 5. n. 12.*

Hincque communis est traditio interpretum Iuris, haut ullum, per submissionem in protectorem, transferri aliud jus, quàm defendendi. Zas. *cons. 7. n. 6. & 14. vol. 2.* Caspar. Ziegler. §. *Landsassii concl. 1. numer. 82.* Indeque positi sub alicujus protectione, non ejusdem subditi dicuntur: nec etiam Clientes, Schutz-Underthanen vnd Schutz-Verwandte indigitantur. Inde quoque Advocatiâ, seu jure Clientelari, aut protectionis, sive ea sit simplex, sive administrationis inspectionem habeat adjunctam, territorii jurisdictio non probatur. Thom. Mich. *de Iurisd. concl. 55.* Diversumque etiam est tutelare jus, à Vogteja. Knichen *de territor. jur. cap. 4. numer. 98. &c.* Nec item territorialis potestas, die Landts-Obrigkeit / exindè probari potest; licet dicantur die Oberste Schirmherrn. Ruland. *de Cōmiss. lib. 2. part. 4. c. 13. n. 12.* Vietor *de exempt. concl. 20.* ubi ex Natta refert, quod potius protectio evidens signum fiet, Iurisdictionis & superioritatis non cōpetentis. Quippe nam si peculiarib. pactis protectio impetratur, adparet, eam non competere ipso jure.

Sic etiam Dn. Martinus Magerus à Schönberg. *in absolutissimo suo tract. de advoc. armat. cap. 2. num. 235.* tradit, præter defensionem, eique annexa, modernis protectoribus plus juris haut competere, strictasque habere fimbrias, & ultra defensionis terminos extendi non posse. Quam eandem opinionem, quod sc. protectio, aut Advocatia nullam tribuat Patronis ac protectoribus imperium aut Iurisdictionem in Clientes, creberrimo tàm veterum, quàm recentiorum interpretum calculo approbatam ac receptam esse, idem Dn. Magerus attestatur, multisque rationibus probat, & contrariis sufficienter respondet. *cap. 12. num. 386. & multis seqq.* Qui ibidem *num. 434.* scribit : alius non obstantibus impedimentis, vel concurrentibus cogendi causis, eos, qui sub aliqua protectione sunt, religionem conservare antiquam vel assumere novam, in Imperio tamen approbatam, quocunque tempore liberè posse.

Zu welchem Ende in dem Religion Frieden de An. 1555. der §. es soll auch kein Stand den andern / ꝛc. allegirt zu werden pflegt / weil er namblich dahin gehet / das die Schutz- vnd Schirms-Gerechtigkeit mit der Religion nichts zuthun haben solle.

Also seynd auch viel Reichs-Stätt

in

an der benachbarte Fürst/Erb-Schutz/ welche doch ohn allen Zweifel immediatè dem Heiligen Römischen Reich subjicirt verbleiben. Jnmassen dann auch sehr viel Clöster vnd Gottshäuser immediatè dem Heiligen Römischen Reich vnderworffen / die dannoch jhre Erb-Schutz-Herrn haben/ welches alles noch viel mehr / vnd von denen gesagt werden kan / ubi protectio illa ex pacto singulari Widerrüfflich ist. Dabey aber dises nicht ausser Acht zulassen/ daß etliche Iura protectionis ex singulari pacto, aliisque circumstantiis, pleniora seynd / vnd zumal ein subjectionem vnd respectivè Iurisdictionem nach sich ziehen.

Quippè, ut jurisdictio, omniaque ferè jurisdictionem aliquam seu Imperium & subjectionem redolentia jura, usu magis & consuetudine pro diversitate personarum & locorum variante, quàm certis juris regulis æstimantur; ita & hoc axioma, quo regulariter Advocatiam non tribuere jurisdictionem asserimus, perpetuum non est. Sunt enim quorundam Monasteriorum Advocati, quibus præter œconomiam & obventionum rationes, jurisdictio criminalis, & quandoque etiam civilis competit. Quo sanè in casu subliniorem hanc Advocatiam, Superioritatis jus tribuere, cùm Andr. Knichen. crediderim, *c. 4. de territ. jur. num 329. & multis seqq.* cui assensum præbet Waremund. *d. fœderib. libr. 1. cap. ult. num. 15.* & tetigi ego *diss. de jure fœder. cap. 5. num. 14.* Taliaque Monasteria Imperio territoriali, der Lands-Obrigkeit / quoad temporalia subesse, Statibusque Provincialibus aggregari, ac in eorum conventibus sessionem atque vota habere solent. Dahero auch sembliche Stifft vñ Clöster/ in Reichs-Anschlägen nit für sich gesetzt/ sondern zugleich mit den Stätt vnd Aemptern/ so dem territorio, ubi sita, incorporirt / wegen der Reichs-Hülff vnd Steur vertretten werden. Knichen. *d. loc.* Taleq; Ius Illustrissimus Princeps Würtembergicus in Monasteriis suo in Ducatu sitis, jam olim habuit, eoque nomine eorum reformationem suscepit.

Sicque Rosenthalius notat, *cap. 4. de feud. concl. 14. num. 4. lit. d.* pacto vel usu, Advocatiæ jurisdictionem accedere posse. Ita ferè semper Principibus in Cœnobia, sub eorum districtu sita, competit Advocatia, & una cum ea exercitium deß Blutbans/ inspectio œconomicæ administrationis, & temporalium aliorum: adeò, ut sine eorum consensu, Monasterii immobilia bona nequeant oppignorari vel alienari. Idque Ius Advocatiæ Cœnobiorum plerunque Principibus in territoriis suis, hâc sub formulâ verborum ab Imperatore concedi solet: Mit allen Prælaturen vnd Clöstern / deroselben Weltlichen Obrigkeiten / Schutzrechten vnd Advocatien. Wehner. *in observ. pract.*

1116.

verb. Vogtey. Inmassen dann / zum Exempel / die Kaiserliche Lehenbrieff / vber die Marggraffschafft Baden vnd Hochberg / ꝛc. vntern andern auch diese Clausulam haben: Mit Landen / Leuten / Clöster vnd Clöster-Vogteyen / Mann vnd Mannschafften / Lehen vnd Lehenschafften / Geistl. vnd Weltlichen / Zwing vnd Bännen / ꝛc.

Auß gleichmässigen rationibus, die bißhero erwehnt / würdt auch von der Juristen Facultät zu Wittemberg / apud Frideric. Hortlederum, *tom. 1.* von Vrsachen deß Teutschen Kriegs. *cap. 12.* behauptet / daß die Chur- vnd Fürsten zu Sachsen sich der dreyen Bischoff vnd Bisthumb / Meissen / Merseburg vnd Naumburg (vber das / sie derselben Erbschutzherrn seynd) sich zumal jhre Lands-Fürsten achten / nennen vnd schreiben mögen. Et ibi inter alia scriptum invenitur: Licet (prædicti Episcopi) non recognoscant Principes (Saxoniæ scilicet) in totum, probari tamen potest, quod ipsi & Antecessores eorum nominârunt & recognoverunt eos für jhre Lands-Fürsten / vocaverunt quoque Principes, gratiores eorum Dominos, jhre Gnädigste Herrn. Item ultra tempus memoriæ hominum, gesserunt se in Ceremoniis Ecclesiasticis, quandò Principes fuerunt præsentes, pro eorum Capellanis: Passi sunt se, uti pro Principum Consiliariis, item pro Legatis ad Reges & ad Principes. Obtemperaverunt item semper, cum eorum hominibus, Principum Statutis & Ordinationibus, pro bono ac etiam pacifico Statu Ducatuum editis & divulgatis, ac ipsis ad publicandum transmissis. Vocati etiam à Principibus, venerunt ad conventus eorum, tenueruntque locum Prælatorum, cum Abbatibus, tanquàm ad Ducatus pro ipsorum dominiis pertinentes.

Licet item habeant regalia ab Imperio; vias tamen publicas, per eorum dominia transeuntes, Principes habuerunt longissimis temporibus, & spectat ad Celsitudines eorum salvus conductus unà cum assecuratione. Principes item non permittunt Episcopis jus cudendi monetas, sed coguntur servare & admittere Principum monetas, & parere eorum Ordinationibus, concernentibus monetam. Mineralia quoque non permittuntur eis. Quæ omnia evidentissima sunt signa, argumenta & actus, coadunationem Episcopatuum & Ducatuum concludentes.

Itidem, quoties novi Episcopi sunt electi, semper requisiti sunt Principes Saxonici, ut electioni factæ velint consentire, & electum sibi commendatum habere, ut Ecclesiæ patroni, Principes & Advocati: Quæ prærogativa non competit, nisi Regibus & Principibus, in quorum Regnis & Ducatibus, Cathedrales Ecclesiæ

sunt

sunt constitutæ, juxta c. cum terra, & ibi, quæ not. per Abb. de elect. *Hactenus illi.*

Auß welchem aber allem/ so biß anhero außgeführt/ zu verhoffter Genüge erscheinet/ daß/ ob gleich je zu Zeiten der Schutz vnd Schirm ein Obrigkeit/ vnd respectivè Subjection mit sich führt/ solches jedoch nicht regulariter & ex natura protectionis beschehe: Sondern in allweg von nöten seye/ das andre Actus jurisdictionales, à summové territorii jure dependentes, gleich damit hergebracht vnd geübet worden. Warvon in thesi nichts weiter gehandlet werden kan/ sondern in allweg mehrer Bericht von nöten seyn will.

Et confert huc, quod scribit Dn. Magerus, *cap. 10. num. 523. & seqq.* Semper annexam habere jurisdictionem Advocatiam, in territorii jure quæ sit radicata, aut si ex usu longævo seu præscriptione jurisdictio Advocatiæ adhæreat, vel eidem annexa reperiatur. Quæ tamen an in hoc vel illo pago obtineant locum, ex circumstantiis variis dijudicari debet.

Sic & Erasm. à Chokier. *in tract. de advocat. feudal. quæst. 28.* ubi quærit, an Advocatis competat merum & mixtum Imperium? *num. 2.* tradit: hæc omnia à Diplomate Advocatiali, aut temporis præscriptione dependent, & allegat Wames. *consil. 481. de jure patron. tom. 2.* Præscriptio enim ut & consuetudo, expressæ Investituræ æquipollet, ut tradit Andr. Knichen. *de sublim. territ. jur. cap 5. num. 50.* Alioquin Advocatis merum, mixtumque imperium competere non solet, *tit. de feud. Guard. & Castaldiæ.* Nisi iis, tanquàm feudatariis jurisdictio sit demandata: Nam eo casu, merum mixtumque imperium concessum esse censebitur, veluti receptum communi Doctorum calculo testatur Card. Mantica, *de tacit. & ambiguis conven. part. 2. lib. 23. tit. 18. num. 17.* Quæ sunt verba Erasmi à Chokier.

Dises aber soll allhie vnangeregt/ ich nit lassen/ daß/ ob gleich die Schirms-Verwandte Vnterthanen/ ex moribus Iuramentum, quod Schirms-Pflicht vocant, præstare teneantur; nihilominùs tamen exindè Superioritatem vel Iurisdictionem minimè probari. Tale enim à Clientibus protectionis causa præstari solitum homagium, neque assecurationis neque fidelitatis juramentum dici posse, sed cum juramento, quod familiaritatis ratione, à Consiliariis Principum & similibus præstatur, aliquam habere cognationem, scribit *Dn. Magerus. c. 10 nu. 138. &c.*

Ac addit, *d. l.* Chockier: hoc per juramentum protectorem nullam Superioritatem vel Iurisdictionem in Clientes acquirere, veluti, nec Nobilis Imperii immediatus, Principis alicujus existens Consiliarius, in realibus & personalib. actionibus officium

Aaaaa ejus

42. Schutz-Vogt-vnd Standgelt.

Gleichwie dem Malefitz vnd Herrn der Mitlern Obrigkeit / die gemeine Gebiet zuversorgē/*l. si in aliam. §. ædes. ff. de offic. præsid.* auch die Geistliche Güter/ vnd in gemein durch die gantze Herrschafften auß / bey Recht vnd der Billichkeit menniglich zubeschützen/ Gewalt vnd Recht hat : So gebürt denselben auch / vnd sonst niemands das Schutz vnd Vogtgelt von den Geistlichen Gütern einzuziehen / auch ab den Jar-vnd Wochenmärckten das Standgelt einsamblen zulassen : ob den Kirchweihen den Schutz zuhalten/den Frieden außzuruffen/die Verbrecher zustraffen/ vnd alle davon fallende vnd diesen Stucken anhangende Emolumenta , gehören jhme allein zu.

43. Schwaben/Schwabenland.

Vetustorum Suevorum sedes nostra ætate tenent Sueci, Poloni, Livones, Borussi, Pomerani, Lusatii, Bohemi, Moravi, Saxones, Holsati, Dani, Misnenses, Thuringi, Hassi seu Catti & Franci. Basil. Faber. *in Thesaur. erudit. Schol.* Et quamvis tantum esset Suevorum Imperium, non erat tamen Dominicum aut παμβασιλικον, sed confœderatum, in quo gentes propè innumeræ comprehendebantur, omnes Germanæ, ut Suevi ipsi à Monte Suevo sic dicti, vid Dn. Goldast. *de Bohem. lib. 1. cap. 5.*

Dicuntur autem ab aliis vom Schweben: propter frequentes transmigrationes.

44. Schweitzerland.

Suevi, Suebi, Suabi, Sueones, Suedi, Sueci, re & veritate sub eandem derivationem cadunt, eandemque gentem, licet in regionibus & locis diversis consedentem significant. Reinecc. *in Commentar. de Saxon. Origin. fol. 7.* Indè adeò est, quod Sueci, qui nunc *Suiceri*, Helvetiorum populus montanus & inalpinus, & à quo universa illa natio nomen est sortita, ut *Suecia*, *Suicia*, Schweitzerland appelletur, sese Suevos esse jactitent, ex Suecorum Regno in hasce alpes traductos, post multos alios, Dn. Goldast. *de Bohemia. lib. 1. cap. 5.*

De Helvetiorum libertate, vide meum Tractat. *d. Appellat. cap. 2. num. 6.*

45. Schwertmage.

Der nächste Freund Mannes halber / qui Latinis dicitur Agnatus, ut *Inst. de legit. agnat. tut. §. sunt autem agnati.* apud Saxones vocatur ein Schwertmage. Georg. Rotschitz. *in tract.* von Mitgifft. gerade/ etc. *art. 14. nu. 3.* Dann der Magen bedeut hie den Begriff vnd Vrsprung der Blut-Freunde; Wie sonst der Magen/ die

Speise vnd Darmung begreifft / vnd der Leber einen Vrsprung zum Geblüte gibet. Das Schwert aber zeiget den Mann an / als der es führet. Doch nennet auch das Weichbild / *artic. 26. in gloss* einen Schwertmagen den jenigen / der ein Vormunde vnd Verfechter seines vnmündigen Magens ist / vnd ein Schwert führet. Scheræus, in der Häußlichen Spraach schule. *in fol. 140.*

Magum autem antiquissimum verbum est, & significat domum, mansionem, aut etiam familiam. Serrarius *lib. 1. Moguntiac. cap. 4.* Hinc Neomagum, quasi Newheim oder Newhausen / & convenit cum Hebræo *Mahon*, aut Magum, ejusdem notationis. vid. supra verb. heim.

46. Sein.

Vocis Sein / *Sua*, hæc natura est, ut si ad rem cum aliis communem referatur, partem quotam designet, ac vim distributivæ particulæ habeat, eamque tantùm partem significet, quæ in eâ re loquentis vel disponentis ita propria est, etiamsi tertia vel vicesima fuerit, docente Bartolo, *ad l. servi electione. §. Labea.* Ibid. Iason. *num. 5. ff. de leg. 1.* Nam, si ita dictum sit: *Quæ mea est, quæ sua est*, & res illa non sit tota mea, non tota sua, tunc hanc particulam *mea, tua, sua*, distributivè positam censeri, ac si describeret partem quotativam, illam videlicet, quæ mea, quæ tua, vel quæ sua est, sive illa sit minima, sive magna. vide Iohan. Gœddæum, *inter Consil. Marpurg. vol. 3. consil. 26. num. 78. &c.*

47. Sl. Seiner Lehens-Gerechtigkeit / vnd männiglichen an seinen Rechten vnschädlich.

Clausulam hancce apponens, expressè protestatur & testatum facit, quod non tantùm in proprio ipsius jure, sed etiam in aliorum juribus, nullo modo sibi, aliisvè tertiis præjudicium facere velit, per text. *in l. si debitori §. 1. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. nec avus. C. de emanc. liber. &c.* vide Beatum, *in sentent. Saxon. contractib. folio 539. &c.*

48. Selbgericht.

Vtrum quandoq; Vasallus vel dominus, prætermissis actionibus, aliisve legitimis remediis, ad arma convolare, & deprædationis beneficio jus suum impunè promovere queant? Affirmativam tueri videtur Obertus *in cap. 1. de milit. Vasall. qui contumax. in fin. lib. 2. F. 22.* Schöner. *disput. feud. 8. thes. 60.* Et sic olim nil frequentius erat, quàm injurias ac lites privatas, bello & armis vindicare, ac extricare: bellumque justum reputabatur, modò indictum erat:

Das

Das Faustrecht/vulgò adpellitabant. Verùm abhorret ab hoc saluberrimæ moderni nostri Imperii Constitutiones, utpote, quibus judicia illa, quæ Selbgericht nostri appellitant, tanquam pestes Pacis publicæ perniciosissimæ admodum invisa sunt, Reichs Abschid/ de Anno 1495. 1500. 1522. 1555. 557. 1559. 1566. 1570. & postremò 1576. in quibus habetur firmissimum illud pacis publicæ vallum. vid. Gothofred. Anton. *disput. feudal. 13. in coronide.*

49. Selbsschuldner.

Certa est, & communis Dd. traditio, Fidejussoribus tria competere beneficia, ut notat Abb. *in cap. 2. num. 5. extra de fidejuß.* Primum est *beneficium ordinis seu excußionis.* Alterum *beneficium divisionis, seu Epistola D. Hadriani.* Tertium *cedendarum actionum.*

Quod ab beneficium ordinis attinet, sciendum, quod de jure Codicis creditor habebat electionem conveniendi primò vel principalem vel fidejussorem, *per l. non rectè & l. jure nostro 5. & l. reos. 23. C. de fidejuß.* Hodiè verò de jure novissimo Autheticorũ, tenetur creditor prius convenire debitorem, quàm fidejussorem conveniat; & si ordine turbato prius convenit fidejussorem, competit fidejussori exceptio ordinis seu excussionis, ut Creditor prius conveniat debitorem Principalem, eumque excutiat, er muß zuvor den Selbeschuldner/ ehe er den Bürgen beclagt / der Bezahlung halber ersuchen. Fidejussor enim non convenitur quamdiu debitor Principalis est solvendo. *auth. præsente. C. de fidejussor.*

Secundum, divisionis nempè beneficium est, quando sunt fidejussores plures, & unus convenitur, tunc is, qui de pluribus solus convenitur, petere potest per Epistolam D. Adriani, ut creditor compellatur dividere actionem, & à quolibet fidejussore suam partem contingentem petere, *l. fidejussor. 10. l. inter fidejussores. 26. C. de fidejuß.*

Beneficium cedendarum actionum est, quando creditor actiones sibi competentes contra fidejussorem, cedit fidejussori solventi. Cum enim fidejussor nullam habeat actionem contra fidejussorem, quia nulla est inter eos obligatio: idcirco fidejussore in solidum convento & solvente, poterit is à creditore petere sibi cedi actionem contra confidejussorem. *l. fidejussor. & l. fidejussorib. ff. de fidejuß.*

Hisce p̃cognitis, quæritur an fidejussor, qui se simul constituit principalem debitorem (quod sæpius fit) der sich als einen Bürgen und Selbsschuldnern verschreibet / debitum alterius suum proprium faciendo, possit se tueri beneficio ordinis seu excussionis? Omissis superfluis, & quæ

quæ in contrarium afferri possent, non attentis, respondeo, quod illud beneficium eo in casu, da der Bürge zumal Selbsschuldner ist/ fidejussori sit denegandum. Quia eo casu, is qui antea erat fidejussor, jam personam fidejussoris exuit atq; in ejus locum se ipsumet Debitorem cōstituit. Aliàs si hæc verba Selbsschuldner nihil oparentur, cur posita essent? Ac si non differunt invicem fidejussor simplex, & hujusmodi constituens: quid opus esset aliis atque distinctis nominibus? Indubitatum autem est, verba sic accipienda esse, ut aliquid operentur. *l. si qn. 109. in pr. vers. alioqui frustra. ff. de leg. 1. §. hac autem 2. ff quod quisque Iuris. l si stipulatus hii. 4. vers fructus. ff. de usur.* Rol. à Valle. *consi. 1. n. 123. cons. 55. num. 45. vol. 3* ubi scribit, quod in dispositione hominis, nullum verbum sine virtute operādi appositum censeatur. Et in Contractibus minimum verbum, Gail. *lib. 2. obs 28. n. 3.* nec unica syllaba virtute operandi destitui debet. *l. item veniunt. 20. §. Prator hac. 6. in fin. vers. aptanda. ff. de petit. hered.* Nam si hæc non strictè observaverimus, verba in contractibus captioni & ludibrio apponerentur, & essent non tam otiosa quàm odiosa, Cravetta *cons 272. numer. 7.* & membranæ frustrà occuparentur, gloss. *in cap. si Romanor. verb. membranas. distinct. 19.* Hieronym. Schurpff. *cons. 23. n 11. cent. 3.*

Hàc de quæstione, vide Val. Franc. *de fidejussor. cap 5. num. 189. & seqq.* Gail. *lib. 2. observ 28.* Borchold. *de transact. cap. 3.* Tessaur. *decis. 116.* Coler. *de process. part. 1. c. 10. nu. 254. & mult. seqq* Beust. *ad l. admonendi. n 305. ff. de jurejur.* Treutler. *vol. 2. disp. 28. th. 5. lit. D.*

25. Session.

De prærogativa Sessionis vulgavi Tractatum, qui videri potest. Et etiam Iohan. Bolognetus, *ad l. 3. ff si cert. petat.*

An Doctor nobilem præcedat? disquirit Arum. *4. disc. 32.* Et de prærogativa militis ac literati, extat consultatio Cl. Dn. Thom. Lansii singularis.

Quis majoris sit dignationis, titulus Comitis an Marchionis, quæri potest: Quod ad jus commune attinet, Marchio Comiti anteferendus esse, non dubitatur. Latè Boër. *tract. de auctor. magni Consil. 2. part. §. 1. num. 6.* nisi modò idem fuerit Comes simùl & Marchio, quia tùm præferendus est illi, qui altero tantùm titulo fuerit insignitus, per tradita Iason. *in l. re conjuncti. num. 18. ff. de leg. 1.*

Cæterùm, quod ad Hispanos pertinet, Comitis titulum præstantiorem esse, quàm Marchionis, certum videtur: Ferè enim ubique locorum Regiæ Leges loquendo, Comites Marchionibus anteponunt. Et cùm alias

alias sæpè reperire licet, *in l. 11. tit. 1. part. 2.* ratòque hic ordo pervertitur, ideòque sequendus, *l. quoties. ff. de usufruct.*

Quòd si Hispaniæ annales consulas, facilè comperies, Comitis titulum antiquissimum esse, Marchionis contra quàm recentissimum.

Quinimò quondam Comites Ducibus præstabant, uti ostendunt Acta antiquorum Conciliorum, quibus ita inscribi solitum erat: *Ella Comes & Dux*: *Fandilla Comes & Dux*. Teste Vasæo, *in Chron. Hispan. tom. 1. c. 22*, vide Parladorium, *rer. quotid. libr. 2. cap 13*.

De præcedentia Hispani & Galli, vide Majol. *in dieb. Canicular. fol. m. 1151.* & conscripsit hac de re, Tractat singular. Valdesius, ubi in genere multa de hâc materiâ habentur. Et hæc lis in causa fuit, ut Hispanicus Legatus, Tridenti separatim, nec apud alios Oratores sederet: Vt refertur *in subscript. Concil. Tridentini*. Ibid. etiam *sess. 2. ad fin.* habetur: quod sessio non debito loco, nemini debeat præjudicare.

Anno Christi 1608. in Comitiis Ratisbonensibus, ist den Chursächsischen Räthen die Instruction gegeben worden: Ob nicht der Session-Stritt auff ein vnparthenisch Loß zurichten/ oder gar einzustellen.

51. Setzlehen

Sic vocatur feudum conditionatum, seu conditionale, vide Gothofr. Anton. *disp. feud. 1. th. 7. lit. K.*

52. Sich selbs entleiben.

De iis, qui sibiipsis mortem inferunt, vide Böckel. *in visionib. disquisit. 6. num. 20.*

Vtrùm aliquis possit seipsum occidere, & quot peccata committat, qui seipsum occidit? vide Bonacinam, *de contract. & restitution. disput. 2. quæst. ult. sect. 1. punct. 5.* Adde R. P. Hier. Drexelii, *Æternitatis Prodromum. c. 2. §. 6. fol. 147.* ubi aliquot exempla contemptæ, sibique fortiter illatæ mortis refert; & tandem addit: Ergóne tantùm robur vanissimis hominibus fuerit in mortem, & Christiani Deo Adjutore freti trepident, concidantque animis? Non est malum mors, sed malum est mortis metus. Obsecro res ipsas examinemus, non umbras rerum. Si Senecæ credimus, Mors optimum Naturæ inventum, malorumq; omnium remedium est. Quid ergò ad extrema trepidamus? Excipiet nos magna & immortalis voluptas æterna. Invicti esse possumus, inconcussi non possumus. Transeundum est.

Eorum, qui semet necâssent, Tarquinius Priscus jussit corpora in crucem suffigi, Plinius *libr. 36. cap. 15.* sub Impp. amputata fontibus capita, in crucem sublata, Xiphilinus *in Severo*

vero de Nigro. Apud eundem & Herodianum *de Albino*, Plutarch. *de Cleomene.* jussisse Ptolomæum corpus ejus crucifigi, capitenus in culeum insutum. Et videtur moris fuisse, ut perditissimi quique, & maximè exosi parricidarum in morem, vel ante vel post supplicium culeo insuerentur. vid. Pontan. *in Attic. Bellar. vol. 3. cap. 286. fol. 260.* & me, *de vita & morte, fol. 100.* &c. ac *disp. de homicidio. thes. 4. &c.*

Farinacius tamen *de inquisit. qu. 11. sub num. 80.* tradit, de jure veram, magisque communem opinionem esse, cadaver eorum, qui seipsos occidunt tædio vitæ, non suspendi, vel in eos sæviri debere, sed tantùm Ecclesiastica sepultura privari.

Non licere semetipsum occidere, probat S. Augustinus, *1. de Civitat. Dei. cap. 17. 19. 20. 22. & seqq.* Montaigne. *2. des essais. cap. 3.* Aliter tamen Stoici censuerunt, vide Senecam, *Epistol. 12. 24. 58. in fin. 70. & 77.* Hocque suo exemplo comprobaverunt Brutus, Cleomenes, Cato, vide Plutarch. *in ipsorum vitis.* Eoque fine Demosthenes semper venenum circumferebat. Et Gymnosophistæ semet occidere, laudi ducebant. Lucan. *lib. 3. vers. 241.*

Quodque autocheiria jure civili licita sit, ait Dn. Vngepaur. *exercit. Iustin. 1. thes. 10.*



53. Siechen / Siechenhäuser / Sondersiechen.

In proclivi est, Constitutionem Curatorum leprosorii, susceptionem rationum ab ipsis reddendarum, nec non visitationem & inspectionem hujus Domus, &c. ad jus Superioritatis spectare. Administratio enim annexa est visitationi, & visitatio Iurisdictioni Ordinarii, per notata Nicol. Everhard. Iun. *consil. 1. num. 176. & seq. vol. 1.* Qui Ordinarius, quoad hospitalia laicalia (& sic multò magis leprosoria) est superior Laicus vel Dominus territorii, Alder. Mascard. *de Statutor. Interpret. concl. 1. num. 164. & seqq. multis.*

De Lepra autem nostrate, & nùm eadem cum Iudæorum, ac item cur hodiè minùs frequens & sæva sit? dixi quædam *in tract. de vita & morte, f. 78. & seq.* de lepra etiam vide Mercurial. *de morbis cutis. fol. 179.*

Leprosi dicuntur Sondersiechen / quia ab aliis ægrotis sunt separati.

54. Sigil.

Sigillum vel Signum (vulgò Sigil / Petschafft oder Pitschier) est character, *id est*, nota & forma, quæ imprimitur probationis & fidei causa. *cap. inter dilectos. de fide Instrum.* sive id fiat annulo signatorio, *l. 74. de V. Signif.* sive alio Signo & Sigillo. Variè enim homines signant, dummodò Si-

Signum illud, quo utuntur, habeat χαρακτῆρα, id est, formam, aut insculptam imaginem. *l. 22. §. 4. ff. qui test fac. poss. l 22 ff. de testib.*

Instrumentum quandò non est Magistratus publico, & ad negotia destinato Sigillo corroboratum, sed tantummodò Sigillum privatum habet appositum, tunc non habetur pro publico Instrumento, quo probetur veritas judicii seu actus, cujus meminit, sed tantum est privata scriptura, quæ probat quidem & operatur aliquid contra scribentem, sed contra tertium fidem non facit. Innoc. & Dd. *in c. 2. de fide Instrum.* Socin. *consil. 108 col. 3. vers. præterea. lib. 2.* Cravett. *cons. 46. nu. 5.* Eodem modo distinguit Menochius inter Sigillum publicum Magistratus, seu solitum, & ad negotia destinatum, & inter Sigillum privatum *libr. 2. de arb. Iud. quæstion. cas. 113. cent. 2.* quam distinctionem confirmant Felin. *in c. 3. de fid. Instr.* Spec. *tit. de probat. §. vlt. vers. decipere.* Bald. *cons. 464. num. 1. part. 1.* Hujus distinctionis certæ sunt rationes: nimirum quod sigilla privata facilius surripi, & ad fraudem faciendã, usurpari possint, quam Principum, magnatum, ac Civitatum sigilla publica, quæ idcirco magna sollicitudine custodiuntur. Panorm. *in c. post cessionem n. 5. extra de probat.* Wesenbec. *cons. 11. n. 36. & cons. 27. n. 12. per l. 2. §. ille autem C. de Lat. lib toll.*

Sigillorum ergo in jure duo sunt genera, alterum authenticum, quod fidem facit, ut sunt Sigilla Impp. Principum & similium Magnatum, quod Sigillum publicum dicitur à publico officio. Iudicibus enim tam ordinariis, quàm delegatis ad suorum actorum fidem Sigilli usus permittitur, tàm in citationibus quàm in aliis actibus substantialibus, cujus rei formam ponit Specul. *tit. de citat. §. jam de citatione. num. 2.* & ubi unus est judex, unicum Sigillum ponitur, si verò plures plura poni possint sigilla, sed unicum sufficere, dicit Specul. *d. loc.* Tessaur. *libr. 2. for. quæst. ult. numer. 10 &c.* Aliud est genus Sigillorum, quæ privata sigilla dicuntur, & illa scripturam non faciunt authenticam: quia Sigillum privatum non apponitur ad confirmandam scripturam, sed tantum in testimonium, & habet solam vim subscriptionis, latè Socin. *cons. 258. lib. 2. num 7.* Roman. *cons. 303. in fin.* Imo videtur Sigillum minus ponderis ad probandum, præsertim contra tertium habere, quia Sigillum per se nihil dicit, nihil loquitur, estque testis mutus & incertus Bald. *in titul. de Pac. constant. vers. Imperialis. n. 8.* Menach. *cas 113. in princ.*

Sigilla vel signa majoris securitatis causâ in Instrumentis adhibemus, iisque ea vallamus & munimus. Quippe quod veritas magis oculis, quam auribus infigatur. *§. fin. Inst. de grad. cognat.* Vnde plura Sigilla li-

 teris

teris appensa majorem & validiorem ꝓbationem faciunt. Gasp. Ant. Thesaur. *lib. 2. quæst. forens. qu. ult. n. 9.*

Et Sigilli appositio fit pro authenticanda & confirmanda fide actorum. text. & gl. *in c. pervenit de fidejussorib.* Sigilli namque appositio reddit scripturam authenticam & fide dignam Bl. *in l. bonæ fidei C. de jurejur.* inducitur q; totius scripturę approbatio, etiam alienæ, latè Gabriel. *comm. conclus. 1. de prob. concl. 4 per tot.*

Vt Sigillum indubitatum sit, necesse est, ut integrum & cognoscibile imprimatur. Canonistæ *in c. quod super his. de fide Instrum.* Vndè si signa turbata sunt, non videtur signatum. *l. 22. §. 3 ff qui test. fac. poß.* Menoch. *cas. 113. & præs. 57. libr. 2.* Covarruv. *pract. quæst. 22.* Anton. Gabriel. *conclus. 4. n. 23. lib. 1.*

Ex Sigillo apposito probatur, vel saltem præsumitur consensus ejus, cujus est Sigillum. *l. 51. l. Ista stipulatio. 126 §. Chrysogonus* ubi Dd. *ff. de V. Signif.* Appositio item Sigilli est signum ratificationis & confirmationis. Bald. *in l. fraudem. ff. de testam. milit.* & Delegationem probari per solum Sigillum delegantis, voluit Angel. *in l. consentaneum ad fin. C. quomodo & quando Iudex.* Innocent. *in c. quoniam contra. d. probat.* Et inducit contra Sigillantem perfectam probationem, ut tradit Cephal. *consil. 141. n. 11. vol. 1.* Modò nihil dolosè & in fraudem factum fuerit. *l. 2. C. de reb. al.* vid. omninò Menoch. *libr. 2. præsumpt. 57. & seq. per tot.*

Quod enim invito vel ignorante appositum est, Domino non præjudicat. *l. Cajus Sejus de pign. act.* Schurpff. *consil. 7. n. 5 & 17. n. 13. cent. 1.* Schrader. *libr. 2. consil. 32.* Sæpè enim compertum est, fraude conquisita Sigillum adhibitum. *d. l. 2. Cod. de reb. al. nõ al.* Quod si quis alienum Sigillum imitatus fuerit, in crimen falsi incidit, & pœnam mortis vel relegationis & fustigationis, perpensis circumstantiis, subire tenetur. *l. quid si falsum. ff. de fals.* Quilibet namque suo, & non alieno signo uti debet. *l. 27. ff. eod.* Nam qui signum adulterinum fecerit, sculpseritve, *l. 30 ff. d t.* quique illicitis signis usus fuerit, punitur L. Cornelia de falsis. *l. eos. 27 § 3. ff. ad L. Corn. de fals.*

Testibus verò, qui carent aliquo annulo signatorio vel alio Sigillo, absque pœna falsi, alieno annulo vel Sigillo uti licet. *per §. possunt. 5 Inst de Testam. ordin. l. 22. §. 2. & l. 12. C. de testam.* Is verò qui utitur signo alieno, hoc exprimere debet, quare illud adhibuerit. *l. ad testium. §. si ab ipso ff. de testib.* Fr. Marc. *1. decis. 992.*

Nam alio ignorante, & fraudulenter appositum non obligat. text. *in l. 2. C. de reb. al. non al.* Mascard. *conclus. 1302. numer. 8. & seq* Menoch. *præsumpt. 57. num. 8. & 9.* Secus est, quan-

quando Sigillum proprium impressum fuit. Marc. *decis. 991.* Bornit. *de strum. lib. 1. cap. 20. §. deinde.*

Sigillum solum sine adminiculis positum, est veluti testis mutus & incertus, ut ait Bald. *in l. 19. in fin. C. de furt.* Francisc. Marc. *decis. 992. in pr. vol. 1.* vid. Borel. *de Magistr. f. 424.* Est enim res inanimata, quæ facilè corrumpi, surripi atque ejus loco falsum clàm substitui potest. *c. tertio loco.* & ibi Dec. *num 1. de probat.* Coler. *in Process. execut. part. 3. cap. 1. num. 81.* Cravetta *consil. 46. numer. 5. part. 1.* Ideò subscriptio atque signatio partis & testium necessaria est simul & regulariter. Quippe quod duo vincula fortius ligant, quàm unum. *l. re conjuncti ff. de leg 3. auth. cessante. C. de suis & legitim § sed hodie. Inst de adopt.* Et veritas oculis spectata, & tot sensibus insinuata, manibusque in tuto locata, *l. hac consultissima C de testam.* atque signis indubitatis monstrata, magis magisque confirmetur. *l. 9. §. 8. ff de condit. & demonstr.* Ita in solenni Testamento usus utriusque manus & signi necessariò requiritur. *d. l. hac consultissima. l. ad testium 22 §. 4.* ibi: Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signaverit, pro eo est, ac si adhibitus non esset. *C. de testam.* sed vide Bornitium *de Instrum. lib. 1. cap 21.*

Remoto Sigillo, Instrumentum annullatur & vitiatur eadem ratione, qua subscriptio deletur, text. *in auth. non observatur C. de Testam.* ibi: Si testator Testamentum Iure factum inciderit vel signa removerit. *Nov. 119. c. 9. & l. 30. C. eod.* vel resignaverit. *l. 23.* vel signa turbaverit. *l. 22. §. 3. ff. qui testam. fac. poss.* Cùm ergò ad solennitatem Testamenti quoque requiratur sigillatio, & pro solenni adhibita fuerit à Testatore, consequens erit dicere, per illam remotionem videri eum recessisse à priore voluntate, & illud Testamentum, tanquam non solenne, non velle valere eo modo, quo deberet.

Sigillorum usus ad evitandas falsitates potissimum introductus fuit; non enim tàm facilè Sigillum falsificari, sicut scriptura potest, ut Sueton. *in Nerone* ostendit *cap. 17.* vid. Casp. Anton. *Tessaur. libr. 2. qu. forens. qu. 10. à. pr.*

Sigillis alienis quando fides adhibenda. vid. Mynsing. *de fide Instrum. cap. 7. num. 3 &c. f. 33.*

De Sigillorum recognitione. vid. Præjudic. Camer. *verb. Sigillor. recognitio.*

Ius sigillandi literas, pertinet ad universalem territorii Dominum, Nicol. Everhard. Iun. *cons. 47. vol. 1. per discurs.*

Concordi Doctorum assertione tenetur, si Instrumentum publicum sit sigillatum, & Sigillum frangatur vel deponatur, quod nihilominùs fides Instrumenti duret, Zasius *libr 1.*

consil. 2. num. 37. & seq. cum allegatis ibidem.

Plura de sigillis invenies apud Bornitium *tr. de Instrument. f. 81. &c. & fol. 88.* Ludolph. Schraderum *consil. 32.* Monterum à Cueva *decis. 12.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. &c.* Borell. *de Magistratuum Edictis. libr. 2. cap. 13.* Dn. Martin. Mager. *tract. de advocatia armata. cap. 14. num. 80. & seqq.* Kirchner. *Cancellar. lib. 4. capit. 2. & 3.*

De efficacia Sigillorum, latè Matth. Coler. *consil. 38. num. 220. &c.*

55. Silberkauff.

Iure Civili cõstitutũ est, ut metalla potius fisco, quàm privatis vendantur; undè hodiè Principes Germaniæ in suis ditionibus emptionem metallorum, vulgò den Silberkauff / sibi reservant. *l. 1. C. de metallar.* Quod & in Sale in Gallia observari, allegat Farinac. *quæst. 104. inspect. 2. nu. 64.* & in ferro in Italia, Afflict. *cap. 1. quæ sunt Regal.* Ita Principi reservatur jus licentiam concedendi privatis, ut possint inquirere Saxa, lapides, metalla. Afflict. *d. c. 1. quæ sint regal. in v. Argentaria. num. 8.*

56. Sipp.

Sipp heist so viel als das Geblüte / und ein Sippschafft bedeut die Blutfreundschafft / die Sippe / die in Erbgang folgen. Sächsisch Landrecht. *lib. 1. art. 3. in gl.* & Weichbild. *art. 63. in gl.*

57. Slaven.

Maximæ molis erat, Slavicam in Bohemia dominare ac subagitare gentem. Vt enim Slavi primùm in Bohemiam & confinia ejus sunt ingressi, nunquam cessaverunt infesta continuò negotia Teutonibus facessere, quibus initiò non admodùm grati erant hospites. Quamobrem Germani ægerrimè sustinentes in sinu alienigenas, ceu proserpentes quasdam bestias fovere, assiduò laborabant, ut Slavos sedibus occupatis, rursùm depellerent, aut si id fieri propter multitudinem eorum non posset, frenum saltem injicerent, nè ulteriùs progredi ac grassari auderent: Hinc bella ingentia orta sunt, Slavis pro possessione, Teuthonibus pro jure suo pugnantibus. Et fortuna plerunque Germanis favebat, ut victos & captos Slavos in miserrimam servitutem abducerent, eosque jumentorum instar passim per Europam distraherent, ad operaque publica destinarent. Hinc nata est illa vulgaris loquendi formula, quâ non Germani modò, sed plerique Europæi etiamnùm utuntur, ut *Slavos* pro servis & mancipiis in communi sermone

mone usurpent. vid. Dn. Goldastum, *de Bohemia lib. 2. cap. 1.* & adde me, *de trib. domest. faciet. speciеb. fol. 32.*

58. Söhn.

Filiorum appellatione non veniunt filii adoptivi vel arrogati. *l. si ita quis ff. de leg. 2. l. fideicommissum. ff. condit. & demonstr.* Isti enim dicuntur filii juris fictione. *§. 1. Inst. de adopt.* Bald. *consil. 24. lib. 1.* Et imaginarii appellantur. *l. filio quem. in princ. ff. de lib. & posthum. l. cùm in adoptivis. §. Sed ne. C. de adopt.* imò dicit Baldus, illos dici filios abusivos, *in cap. cùm in cunctis, in fin. de elect.* Rol. *consil. 18. num. 24. lib. 2. latè.* Tiraquell. *in l. si unquàm. in verb. susceperit liberos. n. 7. de revoc. donat.*

An filiorum appellatione veniant nepotes in contractibus? Peguera, *decis. 161.*

59. So.

De dictione So / vide Ludolph. Schrader. *consil. 14. n. 161. &c. vol. 1.*

60. So fern.

Dictio illa so fern / conditionem designat, & per se clarat, ut testatur Borgnin. Cavalc. *tr. de usufr. mul. relict. sect. 2. num. 42. & 44.* ubi quod dictiones hæ, *dummodò, ita tamen, casu quo, &c.* non solùm conditionem inducant, sed etiam denotent eam. perpetuò servari debere & oportere. Magon. *decis. Lucens. 89. num. 10. & seq.*

61. Sold / Soldner / Soldat.

Solidatus, teste Vegetio, appellatur is, cui Stipendia ab Imperatore erant promissa. Vndè procul dubiò acceptum est vulgare ein Soldner / pro Stipendiato, & Sold pro Stipendio. Enimverò populus Romanus, cùm supra ducentos annos, propriis impendiis militâsset: tandem decreverunt Patres, ut stipendium miles acciperet. Succedente feliciter re militari, quò magis animos eorum inflammarent: præter pecunias, frumenta quoque ac vestem addere solebant pedestribus, aliis verò Equum. Indè Matriculati & Solidati cœperunt appellari. Oldendorp. *de actionib. class. 5. tit. de actionib. beneficiariis. fol. 742.*

Aliis origo hujus vocis (Soldat) est à *Solido*, quem XL. denarios valuisse, Hincmarus testatur *in lib. de vita & actib. B. Remigii*, vel à Sold / quod Stipendium & mercedem significat. Abb. Vrsperg. *de Philippo Imperatore:* Hic cùm non haberet pecunias, quibus solaria sive solda præberet militibus, primus cœpit distrahere prædia, quæ Pater suus acquisierat. Carolomannus enim in Edicto religioso apud Aventinum *lib 3.* Propter crebra bella pars Ecclesiasticæ pe-

pecuniæ, nempè XII. Denarii, quem solidum vocamus, contribuantur mihi, quo militibus nostris præmia condigna laboribus solvantur.

Feudistæ quoque à solidis nomen hoc deducunt, *lib. 2. tit. 10.* Soldata est præstatio quædam annua gratuita, sic dicta, quæ plerunque in solidorum donatione consistit: quandoque autem in vino & annona.

Potest & à Soldurii Gallis deduci etymon der Soldaten, vide me, *de ordine Equestri libero, à princ.*

62. Soldaten Werbung.

Ob Teutsche vom Adel frembden Herrn zuziehen dörffen? vide Arum. *4. disc. 20.* ubi hoc affirmat. Sed nisi id fiat nec principaliter, nec in consequentiam contra Imperatorem. Nobiles enim seynd deß Kaisers Edle Knecht, [redacted] Leibguardi/ejusque quasi Landsassii.

Eandem libertatem non solùm prætendunt Galli, sed etiam Rex eorum eam excusat. Iulien Peleus. *lib. 2. de l'histoire de Henry le grand. f 454.*

63 Solennitäten.

Sollennitas est, quicquid præcipuum requiritur ultra consensum, & quicquid adjicitur formationi juris gentium, secundum Bald. *in l. & Epistola. C. de fideicomm.* & est actus indivisibilis. Et dicit idem Bald. *in l. prolatam. 2. numer. 7. Cod. de sent.* quod solennitas sit facere actum solennem, secundum formam juris, & solennitas est quid diversum, & differt à substantia & forma. Innoc. *in c. quod sicut. col. 2. de elect.* Bald. *in l. 1. col. 2. num. 4. C. de sacros. Eccles.* ubi inquit, quod licet promiscuè utamur his verbis, tamen differunt; quia aliud est forma, aliud solennitas, & aliud substantia. *Forma* est exemplum unus Contextus in Testamento, interrogatio & responsio in stipulatione. *Solennitatis* exempla sunt, testium adhibitio, rogatio, Scriptura & similia requisita. Substantia verò est ipsa dispositio, & ipsa res, *id est,* essentia rei. *l. obligationum substantia. ff. de act. & oblig.* vide Bertazol, *in tract. Clausular. Instrument. Claus. 4. gloss. 29.* Everhard. *in locis legalib, in loco à defectu formæ.*

64. So offt und viel.

Per verba *Toties, Quoties*, videtur liberrimum sine ullius temporis circumscriptione arbitrium concessum esse, ad faciendum id, quod hoc modo concessum est, *l. veluti. 7. §. 1. ff. de edend. l. 15. §. 1.* ibique gl. *in verb. iterum.* Anton. Gabriel. *commun. concl. libr. 7. tit. de maleficiis. concl. 15. nu. 3. & seq.* ubi hanc Clausulam dicit aptam esse importare infinitatem, istamque opinionem magis communem

nem appellat Iacob. Schultes. *lib. 2. quæst. pract. quæst. 55. nu. 1.* vide Martam. *in tract. Clausular. part. 1. claus. 148.*

65. Sollen.

Vt & verbum *debet*, ratione subjectæ materiæ impropriatur, & interdùm ponitur pro potest, & ècontra verbum potest pro debet. text. juncta gl. *in l. 2. C. ubi in rem act. & in l. observare. §. posthac. ff. de off. Proconf.* & interdùm verbum debet, ratione subjectæ materiæ ponitur pro decet, etiamsi præcedat dictio præcisa omninò, per *c. 1. de desponf. impub.* Nicol. Everhard. *in loco à subjecta materia. numer. 17.* Stephan. Gratian. *tom. 1. discept. forens. cap. 146. num. 1[illegible]*



66. Sondern/

Hujus adversativæ natura est, ut ponatur inter diversa, & apertam inter illa demonstret diversitatem, tàm in jure, quàm in facto: per singularem doctrinam Socini, *in l. fundum. num. 7. ff de except.* Octav. Vulpel. *in tract. de præpos. adverb. & conjunct. in verb. sed vers & ponitur.* Herman. Vultej. *inter consil. Marpurg. consil. 35. num. 79. vol. 3.*

67. Sonderlich/fürnämblich.

Dictio *præcipuè*, fürnämblich / est implicativa, & sic casum contrarium, licet non expressum comprehendit. gloss. *in l. 1. in verb. præcipuè. ff. de testib.* Sicut de dictione maxime sonderlich censuit gl. *in l. illud. verb. æstimari. ff. ad L. Aquil. & in l. quod si minor §. restitutio in verb. in venditione. ff. de minor.* Iason. *in l. qui se patris. num. 34. C. undè lib.* Everhard. *in loc. à natur. diction. implicat.* Molin. *ad consuet. Paris. part. 1. §. 2. gl. 4. nu. 37.* & vide quæ dixi suprà, *in verb* Auch. Volcmar. Hess. *in tract. de testib. centur. 4. conclus. 40 num. 117.*

Dictio *præsertim*, propriè ponitur comparativè, & importat idem, quod dictio maximè, Calder. *consil. 548.* Gemin. *consil. 16. n. 4. ver. non obstat.* ubi quod non inducit necessitatem probandi id, quod dicitur per dictionem

nem præsertim vel maximè, Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 338.*

68. Sontag.

In Resurrectionis Dominicæ memoriam, ac gratiarum actionem, ipsa dies, qua id accidit, *Dominica* est appellata, non ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis. Nam & Iohannes Evangelista de eàdem die sic dicta meminit; itemque Ignatius, & alii temporibus Apostolorum proximi; eandemque celebrandam statuerunt, non anniversario revoluto tantùm mensium orbe, sed cujuslibet hebdomadis eàdem primâ recurrente die. Baron. *in annalib. ad An. Christi 34. num. 52.*

69. Sowol/als/rc.

Dictiones *tàm* & *quàm*, sunt divisæ, & actum tribuunt cuilibet enunciato. *l. si cui legatorum. ff. ut in poss. legat.* Grat. *9. consl. 9. num. 99. libr. 1.* Menoch. *consil. 400. num. 1.* & sui natura resolvuntur in singularitatem, *l. fin. Cod. de dot. promiss.*

Quæ verba interdùm stant augmentativè, veluti, si alicui conceditur Privilegium in omnibus, & per omnia, prout habet talis & subjungitur, tàm quoad jurisdictionem, quàm quoad alia, tunc ipsa Clausula extendit. Aliquandò restringit, ut si societas sit contracta de omnibus quæsitis & quærendis, tàm ex arte, quam ex operibus, tunc ipsa Societas restringitur ad explicata per Clausulã. Marta, *de Clausul. part. 1. Cl. 372.*

70. Spanische Monarchi.

Hispanos Mundi affectare Monarchiam, passim fertur. Et hoc Veneti ac Galli inprimis, odiosè aliis inculcant. vide Mercur. Franc. *tom. 10. fol. 94. sub An. 24.* Item *tom. 12. f. 731.* Adde & me, *de jure rer. fol 280.* Et hæc inculpatio Bellum Belgicum fovet, Austriacæ familiæ in Germania invidiam conciliat, & bella civilia nutrit. Verùm hâc de re Providentia Divina dijudicabit.

71. Spilen.

De variis ludis antiquorum. vide Souterii *Palamadem.* & Rauchbar *2. quæst. 25.* ubi de ludis licitis & illicitis. adde Molinam, *de just. & jur. tract. 2. disp. 510. &c.* De pecunia ludenti mutuò data, Parlador. *2. quotid. cap. 7.* ego *de mutuo. cap. 22.* De repetitione pecuniæ in ludo amissæ, Farinac. *quæst. 109.* De pœnâ falsorum Taxillorum. Pfeil. *consil. 28.*

72. Spital.

Hospitale dicitur venerabilis, & pius locus, sicut Ecclesia, & ideò omnia

omnia Privilegia concessa Ecclesiis, ad hospitalia & alia loca pia extenduntur, Schneidevvin. *de præscript. spec. 4. sub num. 18.*

Hospitalia Episcopi authoritate erecta, Ecclesiasticâ immunitate gaudent, Archiadiac. *in c. definivit. 17. quæst. 4.* quem sequitur Bald. *in l. si quis ad declinandum. §. in omnibus numer. 2. C. d. Episcop. & Cler.* Paul. de Castro, *consil. 458. vol. 2.* Alex. *consil. 9. col. 1. vol. 2.* plenè Remig. *tract. de immunit. Eccles. ampliat. 17. verb. Hospitalia.*

An peregrinis vel expositis liberis, ab intestato morientibus, succedat hospitale. vide Paschal. *de Patr. Potest. part. 2 cap. 1. fol. 235. nu. 71.*

73. Sprůch vnd Forderung.

Vox Spraache / vernacula nostra ad obligationes & actiones, quæ intentari adversus quempiam possunt, refertur. Iohann. Gœdd. *inter consil. Marpurg. consil. 28. nu. 174.*

Litis ac negotii (Sprůch vnd Forderung) nomine, etiam causæ criminales continentur. *l. judiciorum ff. de accusat. l. in criminalib. C. de Iurisd.* Cujac. *9. obs. 21. & 24. cap. 16.*

74. Staffelgerechtigkeit/ oder Freye-Niderlag.

Constat liberum debere esse usum commerciorum & navigationum: cujus consequens est, neminem cogi posse, ut hoc vel illo in loco exponat. Mynf. *consil. 19. num. 3.* ubi ait in Camera ita judicari, Sixtinus *de regalib. cap. 5. num. 29.* nisi cogens habeat Ius Emporii, die Freye-Niderlag oder Staffel-Gerechtigkeit / *hoc est*, jus de exponendis mercibus, ex Privilegio Cæsareo vel ex p̄scriptione. Qui n. habet jus Emporii, die Staffel-Gerechtigkeit / cogere & impellere potest, ut ibi subsistant, ibidemq; merces divendant, Mynsing. & Sixtin. *dd. loc* Nicol. Everhard. Iun. *consil. 9. lib. 1.* Ejusmodi Privilegio Imperatoris de certis exponendis mercibus (quod ad alias expressas merces non trahendum est) Colonienses, Moguntini & Spirenses, qui & inter alia nominatim ex suo Privilegio, der dritten vnd letzten Staffel am Rhein / intentionem suam fundârunt, in impetratione Mandati, contra Churpfaltz / die Speirische Schiff vnd Meßgüter zu Oppenheim angehalten / betreffendt. Symphorema, *tom. 1. part. 2. titul. 18.* In Danubio hoc jus habet *Ratisbona*, *Ingolstadium*, *Passavium*. In Visurgi, *Brema*: in Albi, Magdeburgum, Hamburgum, &c. Quarundam harum Civitatum jus, non nisi ad esculenta quandoque etiam ad alias merces, certas tamen extenditur. Et concludit Nicol. Everhard. Iun. *d. consil. 9. num. 82.* si quis habeat jus emporii, der Freyen-Niderlag/

derlag / quod vehentes ad evitandam expositionem, non possint novas vias quærere: quod non debeat per indirectum licere, quod directò prohibitum est, & si prohibitum, quid reperitur ex aliqua ratione, tunc censentur etiam prohibita omnia illa, per quæ potest sequi effectus illorum prohibitorum. arg. eorum, quæ tradunt Paris. *consil. 83. vol. 3.* Corn. *consil. 221. num. 1. vol. 4.* Alex. *consil. 194. num. 14. vol. 2. & consil. 95. num. 5. volum. 2.* Thomas Maulius *de jure conducendi. tit. 3. num. 23.* Qui item *numer. 25.* tractat, quomodo præscribatur jus emporii, der Freye-Niderlag, quem vide.

De jure Stapulæ, vide Rosacorb. *cap. 85.* Pfeil. *consil. 190.* me, *de Majest. fol. 204.*

Das jus ein Freye-Niderlag zuertheilen/ pertinet etiam ad eos, qui absolutam potestatem habent in suos, licet alterius majestatem comiter observent. Sic Vratislavia, Anno 1511. à Rege Vladislao impetravit Stapulæ Ius. Iacob. Schickfus, in der Schlesischen Chronic. *lib. 1. cap. 38. f. 180.*

75. Stamlehen oder Altvätterlich Lehen.

Feudum ex pacto & providentia dicitur; quandò conceditur alicui pro se atque liberis vel descendentibus, seu conjunctis de familia, non factâ mentione heredum: vulgò appellatur ein Stam- oder Altvätterlich Lehen. Andr. de Isern. *in cap. 1. nu. 3. an agn. vel fil.* Anton. Gabriel. *in comm. opin. lib. 6. tit. de V. S. concl. 3. num. 22.* Fichard. *vol. 1. cons. 18. n. 32.* Mynf. *cent. 3. obs. 67. & cent. 4. obs. 2. num. 2.* Vultejus definit feudum ex pacto & providentia, in quo succeditur jure sanguinis, secundum dispositionem juris feudalis. *cap. 8. num. 6.* Quod feudum à quibusdam familiare dicitur. *per l. familiaria. 5. ff. de relig. & sumpt. fun.* Bald. *in l. cùm virum. C. de fideicommiss.*

76. Stamgüter.

Stamgüter seynd / welche der Donator nicht selbst acquirirt oder erlangt/ sondern die von seinen Vorfahren / als Großvatter vnd dergleichen gewonnen / vnd von derselben jhren Vhrsprung haben. Per text. Constit. Saxon. *12. part. 2 in pr.* Itaque appellatione vocabuli Stambgüter / illa tantum comprehendi videntur, quæ ex linea paterna, non verò materna acquisivimus. Etenim allegata Constitutio, avi, minimè aviç mentionem facit, cui consentit Constitut. *31. d. part. 2.* ibi: Vnd dieselben bey dem Geschlecht zuerhalten. Appellatione autem familiæ propriè loquendo, agnati tantum veniunt, non etiam & cognati *l. pronunciatio §. familia.* ubi Dd *ff. de V. S.*

Contrarium tamen à Scabinis tam Li-

Lipsensibus quàm Wittebergensibus pronunciatum esse, testatur Moller. *lib. 1. semestr. cap. 36.* ita ut indistinctè pro Stambgüter habeantur, sive ex linea paterna sive materna ad nos perveniant: idque per *d. constit. 31. in fin.* quæ dicit, appellatione der Stammgüter illa debere intelligi, die nicht von Eltern allein / sondern von Groß-Aeltern herkommen / quo vocabulo posteriori, non minus aviam quàm avum significari non est dubium. Moller. *d. loc. in fin.*

77. Spießrecht / Standrecht / Kriegsrecht /

Sic judicium hastatum criminale, vocant Milites. A' principio belli, omnes Milites jurare coguntur, quod militarium articulorum transgressores justè punire, nulli affectui indulgere, sed ita judicare velint, ut jus militare præscribit, propria conscientia monet, & Deus, severus injustitiæ vindex exigit. Inde si quis fortè contra unum vel alterum militarem articulum peccat, die juridico statuto, universus convocatur exercitus, vnd würdt der Verbrecher dargestelt / vnd endlich auff vorgehendes Vrtheil vnd Recht / durch die Spieß gejaget / da vnder dessen alle Fenderich / so gegenwertig / jhrer Fahnen Spitzen in die Erd stecken / biß das Vrtheil ergangen / alsdann erheben sie dieselbe / vnd lassen sie gegen Auffgang der Sonnen fliegen / ist er ein Schütz gewesen / wirdt / an ein Seüle gebunden / vnd von andern / so gegen der Sonnen tretten / erschossen. Schröder. *d. jur. bell. th. ult. in disp. Bas. tom. 5.*

In judicio Militari Criminali, requiritur Scultetus, Regiments-Schuldheiß / qui præstito juramento, duodecim ut plurimum seligit Adsessores, Iudicii Scribam & viatorem, Gerichtschreiber vnd Webel / quorum opera in scribendo & citando utitur; die statuto judicium punctim ad horam octavam sub dio peragitur, ac ut quilibet excubias sibi destinatas interim, aut si quid aliud sibi injunctum observet, tympanorum sonitu admonetur; cæteri si judicio spectandi causa interesse velint, non prohibentur. Conceditur autem tam actori quàm reo, ut quendam ex his duodecim, si velit nominet, qui causæ suæ patrocinetur; Cum hoc secretò deliberat, communicatis Consiliis Advocatus prodit, petitaque venia, vel actionem vel exceptionem instituit, testes producit, &c. & ne cuiquam defensio, quæ juris naturalis est, adimatur, nec inauditus morte condemnetur, ter idem repetitur judicium. His peractis, reus vel absolvitur, vel ad pœnam gladii aut furcæ, arboris, &c. de qua per triduũ pẽdet, nunquam tamen ad patibulum, quod vocant commune condemnatur. Et hoc dicitur judicium militare ordinarium. In hastato Criminali Ger-

manis das Spieß-Recht / eodem fortè proceditur modo. v. Schröder. *d. loc.* Et ego *ad fin. tract. d. arte & jure belli*, integrum pono processum Iudicii militaris.

Huc pertinet judium statarium, vulgo das Standrecht / quod præcipuè in causis notoriis locum habet; & sicut duo priora tribus diebus, ita hoc uno tantum instituitur & peragitur. In diesem würdt keinem Vbelthäter Auffschub / als Wie in andern gestattet / sonder wa der Articulbrieff gebrochen / würdt er ohn alle Gnad / an einen Baum gehenckt / vnd die Vrsach seines Todts auff einen Zedel geschrieben / vnd auff die Brust gegen das Hertz gehefft. Si causa capitalis non est, processus variat, vnd würdt derselbe ein Cammerrecht genennt. De quibus omnibus, vid. plenius Andr. Reuter. in seiner Kriegs-Ordn. & Obrecht. *de militar. discip. th. 1174.*

78. Statt / Stattrecht.

Vocabulum Statt / à Romanis *Stativis* derivatum esse, notat Iohan. Herold. *in Commentar. de Roman. in Rhetia litorali Stationib. cap. 11.* atque in usum Germanicæ linguæ receptum: nam ii, voces suas plerunque abbreviatas scribebant, atque pro *Stativa* sive *Statione*, Syllabam illam Statt / exsculpere solebant, quod ut assertionibus multis confirmetur, opus non habet. Pauca n. Municipia reperies, paucas urbes, quæ in Statt desinant, quas non contingat esse antiquissimas, Romanorumque incolatu nobilitatas. Sicque Canstadt, pro Castris Stativis usurpamus. Eodem intuitu, Castrum interdum sumitur pro Oppido: quia Castrorum militarium ritu, vallo & fossis claudebantur. Arces autem Castella dicebantur. Lipsius *in Lovan. lib. 1. cap. 6.*

Varias vocabuli Civitatis significationes, vid. apud Ziegler. *in proem. § Civitas.*

Welcher gestalt von Heinrico Aucupe, viel Stätt in Teutschland gebawet worden / daß auch allweg acht Bawren einē Burger in der Statt ernehren müssen. Ac item de differentia Burgensium, vid. Albini Meißnische Lands-Chronick. *titul. 11. folio 156.*

Ius Municipale definitur, quod homines unius Civitatis, sive fori cōcluserunt, inter se tenentes, quemadmodum Colonienses circa Rhenum Ius Caroli cōfirmatum habent, Weichbild *artic. 1.* Germanica versio ita habet: Marcktrecht ist diß / daß die Marcktleute hievor bey den alten gezeiten vnder ein ander gesetzt haben / von jhr selbst Willkuhr. Von alter Gewohnheit nach Karols-Recht / als die von Cöln vber Rhein / die von Magdeburg vnd andere gute Stätte. Vbi glossa annotat, es heißt darumb Statt-Recht / daß es ein jegliche Statt selbs

selbs Willkorte von Göttlicher Anweisung / nach jhrem gut duncken/ vnd solch Recht heißt ein Willkor-Recht. Marck-Recht/daß die Marckt-Leute vnder sich gesetzt haben. Statt-Recht ist das / daß einer Stattvolck vnder sich selbst Willkorte / da sie begunten zusamen bawen. Ex quibus constat, Marck-Recht/ Statt-Recht/ Willkuhr vnd Weichbild Synonyma esse. Griphiander de Weichild. *c. 77. n. 7. & seq.*

In Imperio Romano, secundum modernum Statum, potestas loco alicui spiritum & vitam, seu Ius Civitatis Statt-Recht/conferendi; soli Imperatori, tanquam regale Majus competit. arg. *l. un. C. de metropol.* Obrecht. *de regal. t. 8. concl. 188. & seqq.* Matth. Steph. *de Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. num. 114.* Clapmar. *de arcan. Rerump. lib. 1. cap. 20. in fin.* Et hac de re illustre refertur exemplum Maximiliani I. Imper. qui Alberto Comiti Mansfeldensi, vicum quendam Iure Civitatis donare sibi præsumenti, An. 1514. hisce verbis inhibuit: Wann nun dir/noch jemandt andern gezimbt/ Statt-Recht oder anders / daß der Hohen Obrigkeit anhängt / ohne sonder Erlaubnus auffzurichten / So befehlen/ꝛc. Bruning. *de var. univers. specieb.* Dn. Ioachim. Cluten. *rer. quot. concl. 22. lit. D.* vid. Dn. Crus. *lib. 5. p. 3. fol. 264.* & me *de jure Majestat. fol. 205.* Quod in tantum verum est, ut si quis absque Imperatoris consensu, ad minimum tacito, Valasc. *in l. imperium. num. 13. de Iurisd.* Civitatem constituerit, ea nec Civitas revera sit, nec jura Civitatis usurpare possit. Natt. *cons. 636. num. 100.*

Notandum hic est, Ius Civitatis (Statt-Recht) differre à Iure Civilitatis (Burger-Recht) quod non est de reservatis Principis, sed ejus concessio, Senatibus & Magistratibus Civitatum ordinariè competit. Lancell. Conrad. *in templ. omn. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. verb. Civilitatem nu 3.* Petra *de potest. princ. cap. 15. num. 1.* Et in eo Princeps Civibus non potest præjudicare. Ego *de Universit. fol. 258.*

Ius Civitatis non importat merum & mixtum Imperium, sed tantummodo territorium, & quandam Iurisdictionem, *l. pupillus. §. territorium. & ibi not. ff de V. Sig.* Petr. de Anchoran. *in c. ubi periculum. §. porrò. num. 2. de elect. in 6.* Ego *de jure universit. fol. 256.* Et territorium dicitur tàm in terra, quàm in aqua. vid. Georg. Everhard. *vol. 1. cons. 12. numer. 6.*

Differunt Vrbs & Civitas. Nam urbs, ædificia ipsa intra mœnia consistentia, denotat: ab urvo, id est, aratri parte illâ, quæ incurva inspicitur, quâ signabantur ipsa mœnia, deducta voce: Civitas autem hominum, eorundemque Civium congregationem designat. Bart. & alii communiter, *in l. Civitas. ff. si cert. pet. & in l.*

nes, quas à suis Civibus pro fortunarum modo ac conditione singulatim exigunt, & *Steüras* vocant, introduxerunt. vide Dn. Goldast. *de Bohemia lib. 2. cap. 11.*

81. Statuten.

De Statutis quædam commentatus sum, *ad l. 9 ff. de Iust. & jur. & in disput. 3. ad Statutum Wirt.* quædam etiam habentur. Vide etiam Syllogen Iohan. Iacob. Speidelii, *infra verb. Statutum.*

82. Steur.

Collecta est contributio publica, pro Reipublibæ commodo vel necessita e, à Mag stratu indicta: Germanicè Steur/ Schatzung/ Hülffgelt/ Anlag/ Beth. Contributio, quod est juris auctoribus, *in l. fine herede. 32. §. Lucius. ff. de administ. & pericul. Tutor.* id collecta hodiè ex consuetudine appellatur. Heig. *quæstion. 17. num. 29. part. 1.* Vocatur & alio nomine Collatio. *l. si pendentes. 27. §. 3. ff. de usufr.* Appellatur item Indictio. *tot. tit. C. de Indict.* itemque tributum. *l. ult. §. Divus. 7. ff de censib.* Alicubi etiam *Steura* vocatur *Berna*, undè dicitur einen Behren anlegen. Andr. Knichen. *de Sax. non provoc. jur. cap. 5. n. 335. & seqq.* Dn. Collega Bocer. *tract. de collect. cap. 1. num. 2.*

Ob die vom Adel/ ihre/ in den Fürstenthumben/ gelegne Güter/ wie andere/ zuversteuren schuldig? vide Bidembach. *quæst. 18.*

Ob ein Fürst Adeliche Güter/ Häuser/ Gärten/ Weinberg/ Aecker/ Wisen/ so in seinem Land gelegen/ oder hingegen einer vom Adel/ da eines Fürsten Vnterthon bey jhme Güter kauffen/ seines Gefallens/ wie andere bürgerliche Güter besteuren/ oder auff verwaigern/solche aufflösen könde. vide Bidembach. *quæst. 19.*

An Nobiles de bonis, quæ à Rusticis acceperunt, die Hufen-Landes/ welche die vom Adel in wenig Jaren von Bauren an sich vnd zu den Lehengütern gebracht/ aliquid contribuere teneantur? Et teneri, docet Modestinus Pistoris, qui *consil. 9. num. 47.* in hæc verba notabilia scribit: wann solche new erkauffte Hufen-Landes/ nicht zu Rittergüter gemacht/ auch keine sonderliche Ritterdienste darauff geschlagen/daß die vom Adel von denselben/ sowol als von den andern jhren Gütern/ die sie nicht verdienen dörffen/ gemeine Steur vnd Anlagen/ vnd sonderlich diese/ so zu Erhaltung deß gemeinen Landfriedens angelegt/ daran denen vom Adel nicht weniger/ dann den Stätten gelegen/ zuerlegen schuldig. In simili, si Nobiles emunt Bona Rusticorum, Bauren-Güter/ea nihilominùs servitiis & oneribus manent obnoxia, & nonminùs ab emptore Nobili, quam à Rustico præstanda sunt. Cum & Ecclesia

clesia emptrix (quæ aliàs valdè privilegiata est) hoc facere teneatur. *cap. si tributum 11. quæst. 1. cap. Tributa. 23. quæst. 8.* Quia etiam dum sentiunt commodum, necesse quoq; est, ut sentiant incommodum. Cùm igitur Nobiles participes sint commodorum communitatis, aller gemeinen Recht vnd Nutzungen/ æquum est, eos non respuere servitia, maximè vicina, Nachbaur-Dienst / gemeine Dienst. Natta. *consil. 460. num. 16.* Cravetta. *consil. 642. num. 4.* Menoch. *consil. 444. num. 22.*

Cùm constet, Civitates Imperiales die Reichs-Stätt / habere eãdem potestatem & jurisdictionem, qualem Principes vel alii Duces, in suis obtinent territoriis. Sequitur itaque exindè, tales Civitates quoq; subditis suis collectas imponere, & ab eis exigere posse. Paurmeistrr. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. num. 17. & seq.* Habent namque idem Privilegium, meritò ergò ejus Privilegii effectum. Sunt & ipsis territoria propria, quorum nomine Imperatorem immediatè recognoscunt: ergò & jura territorio annexa, quod est Superioritatis, sive territoriale jus, die Lands-Obrigkeit. Cui enim competit territorium, propriè sumptum, eidem quoque competit jus territorio cohærens. Et cui competit, quod plus est, competit etiam, quod minus est.

Ius collectandi quidam adscribunt mero imperio, quod tamen non obtinuit in causâ Speir contra Speir/ Teutschmeister / contra Hellbronn. Alii & fortè rectiùs, quia commodum pecuniarium spectat, mixto imperio adscribunt. Camerales tenent pro singulari jure regali, nihil commune habens cum jurisdictionalibus, *per cap. un. quæ sint regal. & l. cùm sa is. §. caveant C. de agricol. & cens.* per quæ jura hoc deductum fuit in causâ Wangen contra alle Borcken zu Labis/ de quo tamen subtiliter pluribus disputari posset. Dn. Rutger. Ruland. *decis. juris controv. qu. 11.*

Collectæ ab eo, qui regalia & sublimem jurisdictionem, vulgò die Lands-Obrigkeit hat / rectè imponuntur atque exiguntur. Andr. Knichen. *de jure territ. & sublim. potest. cap. 3. num. 209 & seq.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisdict. cap. 2. n. 115.* Puta, ab Imperatore, ad publicam totius Imperii utilitatem. *l. un. C. de superindict.*

Wann das Eigenthumb eines Hofs Frey ist/ weil es Geistlichen oder vom Adel zugehört; So kan doch der Emphyteuta oder Colonus, als ein Burger besteuret werdẽ/ ratione scilicet utilis sui dominii. Marta, *de jurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 13.* vide Cævall. *quæst. pract. 726.*

Villa vel vicus, illi Civitati subjicitur, cui tributa persolvit, arg. §. *si quis igitur. auth. quib. mod. nat. effic.* per quem text. Bald. *cons. 61. col. 3. part. 2.* docet, Civitates esse in possessione & proprietate Villarum & Castrorum, à qui-

à quibus accipiunt collectionem; allegans etiam textum, *in l. forma. 4. §. is verò. 2. C. de natur. liber.* Zas. *consil. 16. num. 3.* Hinc solutio census, ordinariam Superioritatis Iurisdictionem arguit; & probat, Villam esse de territorio ejus, cui exhibetur, ut multis adstruit Knichen. *de jure territor. cap. 3. n. 310. & seqq. multis.* Ita etiam gabella Cauponaria, quę potulentorum nomine penditur, Umbgelt vulgò, solvitur in recognitionem superioritatis, & subjectionis tessera reputatur. Knichen. *d. cap. 3. n. 331.* nisi moribus aliud introductum, & talis gabella ad bassam jurisdictionem solùm pertinere deprehendatur: per tradita Gylman. *rer. jud. lib. 1. dedec. 37. n. 26. §. quod ad. fol 535. & Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. fol. 99. in pr.*

Vide de Collectis Disp. Casp. Kloki. *in vol. 1. Basil.* item Thomat. Wintzler/ & Dn. D. Bocer. *d. collectis.* Item Florez Diez de Mena. *lib. 2. var quæst. per tot.* me *in tr. de jure Majest. & tr. d. ærario.*

83. Stifftung.

In einem alten Stiefft-Brieff/ de An. 1115. seynd folgende Wort zu finden: Placuit etiã huic testamento inseri, ut ab illa die, quâ facta est hæc traditio, nec ipse Luitfridus, nec aliquis Parentum suorum, aut aliquis Principum secularium, non Comes quisquam, nec Pontifex Spirensis & alius quis temere invaderet, & possideret easdem res Servorum Dei, in N. N. commorantium, & hoc per Deum & omnes sanctos ejus, & per tremendi judicii diem contestatus est, & intimè rogavit, ne aliquis prædictas res & distraha aut minuat, non procambiat, non beneficiet indè aliquid, non aliquem Prælatum, citra voluntatem eorum, super idem prædium constituat. Si quis fortè, quod absit, & quidem per Dei misericordiã & patrocinia S. Greg. & omnium Sanctorum evenire non æstimo, & ex propinquis aut extraneis, & ex qualibet conditione sive potestate, qualicunq; calliditate contra hoc testamentum, quod pro Dei omnipotentis amore, ac veneratione S. Greg. & omnium Sanctorum sanxit, aliquam concussionem inferre temptaverit: primum quidem iram Dei omnipotentis incurrat, auferatque Deus illius memoriam de terra viventium, & deleat nomen ejus de libro vitæ, nisi resipuerit, fiatque pars illius cum his, qui dixerunt Domino, Domine recede à nobis, & cum Dathan & Abiron, quos terra aperto ore deglutivit, & vivos infernus absorbuit, & perennem incurrat damnationem, sociusque Iudæ proditoris effectus, æternis cruciatibus retrusus teneatur. Ex hisce patescit, quàm non rectè faciant ii, qui bona Ecclesiastica prophanant, & ad alios usus insumunt: licet alterare usum institutũ si modo tamen scopus observetur.

Ddddd Quà

Quâ de re etiam Petreius *de Monasteriis fol. præsertim 56.* quædam habet, & ego quoque monui, *in tr. d. Majest. Ecclesiast.*

84. Straff.

De necessitate pœnarum ita eleg. Ioh. Sarisberiensis *Epist. 33.* Multorum excessibus viam aperit, qui subjectorum dissimulatis erroribus eis præstat audaciam delinquendi. v. me *tr. d. pœnis. à pr.*

Pœnæ humanis legibus justè irrogatæ, quasi ab ipso Deo infligi censentur, eamque teste Corn. Agrippa, *lib. 3. de occulta Philos. cap. 41.* nulli Deum remittere, dicunt Hæbreorum Magistri. Vndè tradidit Conventus Ezechiæ, quod post dirutam sanctuarii domum, licet nullus judiciariæ executionis superfuisset ordo, tamen quadrifaria suppliciorum genera, quibus condemnati solebant, neminem mortis reum sine retaliatione evasisse: nam qui lapidibus mortem promeruerat, is dispensante Deo, aut tecto præcipitabatur, aut à feris conculcabatur, aut ruina aut casu obruebatur: qui verò meruisset ignem, hic aut incendio absumebatur, aut venenato morsu, aut serpentis ictu, aut toxico vitam finivit: qui autem gladio interiturus fuisset, aut imperii violentia, aut populi tumultu, aut factione, aut prædonum insidiis trucidabatur: qui laqueo suspendendus erat, aut aquarum vortice suffocabatur, aut alia quavis strangulatoria lue extinguebatur. Et hac doctrinæ ratione etiam Magnus ille Origenes enarrandum censuit illud Christi Evangelium: Qui gladio ferit, gladio peribit. Quin & Ethnici Philosophi ejusmodi retaliationis ordinem Adastriam esse pronunciarunt, videlicet divinarum legum inevitabilem potestatem, qua futuris circuitibus rependatur unicuique pro ratione, & meritis vitæ prioris, ut qui injustè dominabatur in vita priore, vita alia in servilem relabatur statum: qui manus sanguine polluerit, talionem subire cogatur; qui bestialem vixerit vitam, in brutale corpus revolutus præcipitetur. Adde Anton. de Balingen, *in solatio afflictorum sect. 4. c. 13.* ubi ex Medina, de satispassione eorum, qui puniuntur, quædam tractat; qui idem *sect. 6. cap. 5. &c.* de utilitate pœnarum disserit, & inter alia ait: Non præstantiorem ferè esse Magistratum ullum insipientium, quam publicã aliquam de sceleratis vindictam, multorum series seculorum plus satis demonstravit. Quid enim clamant aliud inter flagella scelerati, quàm ut à nefaria vita resipiscant mortales, discantque, ne iisdem subjiciantur pœnis atque ipsi, vitam ex virtute instituere. Quam eorum vocem si minus audimus, deteriores sanè sumus ethnicis ipsis, quorum aures inter gemitus crepitusque plagarum vox illa feriebat. Testis Virgilianus

nus ille Phlegyas, de quo Princeps Poëtarum, *lib. 6. Aeneid.*

——*Phlegyasq; miserrimus omnes*
Admonet, & magna testatur voce per umbras,
Discite Iustitiam moniti, & non temnere Divos.

85. Streiffen.

Dominus territorii, qui *guidagium*, das Gleid-Gelt accipit, tenetur indagare, persequi & conquirere securitatis viarũ maris & fluminum infestatores. *l. 13. ff. de offic. Præsid.* quod vocamus das Streiffen / quandoque ubi magna est latronum colluvies, integra alere agmina, quæ in eos excurrunt, vulgò Streiffende Rotten / nonnunquam & precia iis comprehendendis imponere: item in mari & in fluminibus habere naves exploratorias & excursorias, Außlager Schiff / securitatem maris & fluminum explorantes, tutantesque & mare & flumina à malis hominibus purgantes. Item die Verordnung zuthun / wann jemandt auff der Strassen angegriffen vnd beschädigt würdt / daß an die Glock geschlagen / vnd die Amptleut vnd Vnderthanen / so sie das ermahnet oder gewahr worden / denn thæter nacheilen / damit derselbe zuhanden gebracht / vnd den beschädigten daß jhrig erstattet werde. Item / sich mit den benachbarten zuvergleichen / daß sie zu hülff kommen / welches dann eine Obrigkeit der andern / deßgleichen die nächst gesessne Vnterthanen zuthun schuldig. Reichs Abschied / de An. 1548. §. Ferrner / & de An. 1559. §. Wafern aber / etc.

86. Streittschrifften.

Cùm in Concilio Nicæno Episcopi inter se hostiliter dissiderent, litibusque & odio se mutuo exagitarent, Constantinus Magnus Imper. eos monuit, ut argumenta controversiarum conscriberent literis, sibique traderent. Quo facto, consuluit ut redirent ad pacem: & precationem dominicam melius orare discerent: Scripta autem talia ipse addixit Vulcano. Euseb. *de vita Constant. lib. 3.* Sozomen. *lib. 1. cap. 25.*

Eberhard von Weyhe *de vanitat. glor. humana. f. 17. & seq.* Sanè in sacris concertationibus excussa sophisticæ captionis larva, quid manet in disputantium libris, ad veritatis & rationis trutinam redactis & pensiculatis? Quid enim sunt omnium disputantium examina, quàm elabendi artes ex variis distinctionibus & novis loquendi formulis affabrè confictæ? Et quemadmodum caupo, de suis, quæ præparaverat, esculentis coram hospitibus liberè est confessus, magnam ferculorum diversitatem dubiam admirantibus, ex suilla quidem carne constare omnia, sed ad speciem variè interpolata, arti-

tificio quasi culinario: ita diu disputantes & cædem & cœnam sine sanguine apponentes, tandem omnes ad symbola recurrunt, iisque omnes subscribunt, quod qui faciunt, pro hæreticis non habendos Iustinianus rescribebat. Verùm superstitio major est hodie in authoritate contentiosorum Theologorum, ac olim fuit in reliquiarum conservatione: nec jam ullę possunt aut artes hominum, aut vires pestem litium à finibus Ecclesiarum avertere: & deformatæ domesticis cladibus aspectu miserabili consumuntur ubique: singularem curationem rei magnitudo exigit & emendationem accuratam: quæ tamen propter imperitiam Medicorum vix adhiberi poterit. Ambitio & gloria, ex mente & corde Theologorum radicitus evellenda: uti obvia quæque bona feudalia & Ioachimicos contemnentes, cœlestem patriam quærant, ad eamque properent: & nunquam affectum pietatis acquirent, etsi exilium, paupertatem, carcerem & exquisitissima tormenta, lætitia animi superante dolorem, senserint. Hactenus ille.

87. Streng oder Gestrenge.

Nobiles insigniuntur præeminentibus titulis quibusdam, præ aliis plebeis: dicuntur enim alii Generosi, alii Nobilissimi & Strenui, Edle/Streng seu Gestrenge/secundum Latinorum *Strenuum*: Græcorum *σπουδαῖα*, quorum alterum fortitudinem, & ad res gerendas promptitudinem: alterum magnum quid acutum ac manifestum significat. Solent tamen & debent non indistinctè omnes *Strenui*, sive Gestreng indigitari. Sed illi præsertim, qui sunt ex majori & præclariori prosapia & familia: vel alias in officiis, dignitatem annexam habentibus constituti sunt, ut sunt in Germania Locum tenentes Principum, Statthalter; Item Præfecti Aulæ, Hofmeister/ Marescalli & Cancellarii Principum. Matth. Stephani. *tr. de Nobilitate. cap. 6. num. 15.* Hisce convenienter Angli Streng/sumunt pro potestate.

88. Student.

De Privilegiis Studiosorum, vide Arum. *vol. 4. discurs. 33. & seq.* aliosque, qui ad *Auth. habita C. ne filius pro patre.* scripserunt, & Horat. Lutium, ac Rebuff. *de Privileg. Studiosor.* adde me, *tr. d. Academ.*

De sumptibus Studiorum. v. Christian. Cremberg. *tract. sing.*

An studiorum sumptus filius conferre teneatur. vide Dassel. *consil. 38. lib. 1.*

89. Stund.

Duo genera horarum sunt, unum temporalium, quas Græci *καιρικὰς* vo-

vocant, quæ ex Solis progreſſu vel regreſſu ſupra noſtrum hæmiſphærium incrementum vel decrementum capiunt: nam Brumæ tempore diurnæ breviſſimæ, nocturnæ longiſſimæ ſunt. Solſtitio autem æſtivo contrà, noctis horæ breviſſimæ, naturalis diei longiſſimæ ſunt. Polletus, *in hiſt fori Romani. lib. 1. cap. 9. fol. 80. n. 6.* quem vide.

Alterum genus eſt æquinoctialium horarum, quas Græci ἰσημερινὰς dicunt, quibus nunc paſſim utuntur in automatis & aliis Sciothericis noſtris horologiis, quandò diem civilem quemlibet, in viginti quatuor æquales partes dividimus, nullâ ratione habitâ diei artificialis ſive naturalis. Idem Polletus. *d. loc.*

De lege horarum, vide Polletum. *fol. 93.*

90. Summa.

Appellatio *Summæ*, intelligenda eſt de nummo, ſive pecunia numerata, ut tradit Iacob Thoming. *deciſ. 19. num. 15. l. ſi Servus plurium. fin. de leg. 1.*

91. Summariſcher Proceß.

De judicio ſummario, vide Matth. Stephani, *de officio judicis, libr. 5. cap. 2.*

Sciendum hîc eſt, ſummariam cognitionem dupliciter in jure intelligi ſolere: uno modo, reſpectu ordinis, quandò nimirùm proceditur de plano, ſineque ſtrepitu, figurave judicii, ubi neque libello, neque litis conteſtatione opus eſt, feriarum [illegible] neceſſitate, [illegible] rum ſolemnitas non attenditur, dilationes, exceptiones, appellationes dilatoriæ ac fruſtratoriæ non admittuntur, Gail. *1. obſ 78 num. 4.* Altero modo ſummaria cognitio appellatur ſeparatim, ſolius probationis reſpectu, quandò videlicet ſemiplenæ probationes, præſumptiones & indicia ſufficiunt, præſertim, ſi agatur de re modici præjudicii. vide Stephan. *d. loc. num. 3. &c.*

Summus Princeps ſummariè procedere poteſt, ita tamen, ut naturalis proceſſus obſervetur, vide omninò Morlam, *in emporio juris. quaſt. 2. tit. 2.* Aliquandò etiam ab executione incipere licet, vide me, *de jure Majeſtatis. fol. 163.* Sed hoc non permittitur, niſi in notoriis, & ubi propter potentiam rei, non conceditur, proceſſum obſervare, alias ſi per ejuſmodi proceſſum ex abrupto aliquis condemnetur, juſtitia proſtituitur, vide me, *de appellationib. cap. 2 n. 18. fol. 68. & ſeq.*

Ac etiam, quandò à ſummo Principe aliquis condemnatus, appellare non poteſt; tamen ſententia non præcipitanter eſt exequenda, *l. ſi vindicare. 20. C. de pœn.* Græven. *2. concluſ. 110.* Ego *de appellat. cap. 2. num. 12.*

In Curiis supremis, non tàm apices juris, & rigor processus, quàm justitia notoria consideratur, Innocent. *in c. de causis. de re judicat.* Bertrand. *consil. 6.* Rosenth. *cap. 10. conclus. 32. num 70.* Ego *de appellat. c. 2. num. 22.* At verò in Camera Clausulæ salutares in Supplicationibus per judicem non sunt attendendæ. Ordinat. *part. 1. tit. 22. §.* wiewol. *in additionib.*



I. Tag.

Dies in jure quinque modis (contra Alciatum, qui *in l. 2. §. cujusque diei. ff d. V. S.* triplicem tantùm ponit) diversimodè accipitur.

(1) Est *Naturalis*, habens 24. horas, incipiens à media nocte, & altera media nocte finiens, more Romanorum, ex Macrobio Iason. *in l. more Romano. in princ. de fer.*

(2) *Artificialis*, qui tantùm comprehendit lucem à mane ad vesperas, & si quandò Sol est super terram. *c. si perfodiens. de homicid.* horis duodecim constabat. Vndè Salvator noster, *Iohan. 11.* Nonné, inquit, duodecim sunt horæ diei.

(3) Est *Legalis seu emergens*, qui computatur præcisè de momento ad momentum. *l. 3. §. minorem. ff. de minorib.*

(4) Appellatur *Conventionalis*, secundum quod partes conveniunt, quia ex conventione partium contractus vim habent. *l. contractus. de R. I. l. 1. § si cõvenerit. deposit.* qui in dubio aliter per partes non declaratus, est horarum 24. & sic Naturalis. *l. eum qui certar. ff. de V. Oblig.*

(5) & ultimus, est dies *Ecclesiasticus*, qui diversimodè incipit, ut prosequitur latè Iason. *d. loc.*

In Instrumentis publicis requiritùr, ut dies semper apponatur. *per auth. ut præp. nom. l. optimam. C. de contr. stipul. l. 1. C. de apoch. public.* ut & in beneficiis Principum. *l. si quæ beneficia. C. de divers. rescript.*

Sed in privatis Instrumentis & Epistolis dies non est necessarius, *per l. lex vectigali. 31 ff. de pign. & hypoth. l. Publia. ff. depositi* Bald. *in rubr. C. de fide Instrum. col. pen.* Sic in Instrumentis privatis non requiritur scribentis subscriptio. *l. cùm antiquitas*, ibi Paul. *de Castro. Cod. de testament.* contra tamen in Notariorum Instrumentis obtinet. *auth. de tabellion.*

In Mercatorum rationibus sive Calendariis dies etiam est necessarius. *l. Prætor. §. si initium. ff. de edend.*

In testibus etiam non est dies aut consul ad liquidum exquirendus, sed sufficit testari, se meminisse actum id, de quo quæritur. *l. 11. §. idem Labeo. de acq. pluv. arc.* & ibi Bart. cui consequens est, ut si interrogatus de die testis,

testis, responderit, se non recordari, tamen probet. Bart. *ad l. librarius. ff. de R. I.*

2. Tag-vnd Lidlöhner.

Mercenariorum & famulorum appellatione cùm quæritur, an mercedis nomine Privilegium ipsis detur inter Creditores, continentur illi, qui in ædibus Domini commorantur, vel qui ad annum conducti sunt, vel qui ad tempus pane & aqua ipsius utuntur, ut sunt omnes omninò famuli, servi operarii, ancillæ & similes, **als da seynd Kauffgesellen / Haußknecht / Dienstbotten / gemeine Fuhrleut / Gutscher / Tag-vnd Lidlohner / Köchin / Hauß-vnd Viehe-Mägdt vnd dergleichen. Fürstl. Würtemb. Landr.** *part. 1. tit. 75.* **§. wann der Schuldner.** *fol. 209.* ubi vide meas adnotationes.

3. Tauffbücher.

Cùm liber Plebani vel Parochi, quoad multa sit efficax modus probandi: quæritur, an per ipsius librum, in quo passim describuntur nomina, ac cognomina eorum, qui ab eo sacro baptismatis fonte lustrati fuerint, rectè ac validè ætas alicujus probari possit? Et concludo quod sic, per tradita Iohan. Mauritii, *tractat. de restit. in integr. cap. 321.* Idque dicit approbare universam Galliam, ex eoque modo probationis nullam fraudem resultare, tradit: Cùm id hâc præcipua intentione agant Plebani, ut sciant, quosnam Parochianos habeant, & ut incidenter, de eorum ætate pateat: qui cùm nihil utilitatis, ac commodi pecuniarii sint ex eo assequuturi, præsumuntur verè ætatem descripsisse. Et pro hâc opinione judicatum fuisse, refert Francisc. Vivius, *decis. 184. num. 2. lib. 1.* Nicolaus Ianua, *tract. de privat. script. lib. 5. f. m. 926. n. 16.* ubi inquit: Observandum tamen temporibus nostris, vanam & futilem hanc Disputationem videri, utrùm scilicet liber ipsius Curiati de ętate alicujus fidem faciat, cùm id apertissimè sancitum ac conclusum sit à Patribus, *in Tridentina Synodo, sess. 24. tit de reformat. Matrim. cap. 1. sub fin. vers. habeat Parochus librum*: nempè, ut Parochus librum habere debeat, in quo omnia illa, quæ ad curam sibi subditorum spectent, fideliter describat & annotet. Ex quo colligitur, quod illi quoque sine ulla dubitatione super illis, de quibus in libro, fides adhibenda sit. Nam aliàs frustranea hæcce præceptio esset, si nihil operaretur. Adde me, *de ætat. fol. 224. &c.*

4. Taxatio der Vncosten.

Aliud est condemnatio expensarum, & aliud earundem Taxatio: cùm

cùm Taxatio non sit nova condemnatio, sed tantùm demonstratio & declaratio ejus quantitatis, quæ in condemnationem deducta intelligitur, *l. Mavio. 41. §. 1. ff. de leg. 2. l. 4. in fin. C. de act. empt. l. si quandò. 6. ff. ut leg. nom. cav. l. cum propria. in fin. C. si quis alteri vel sibi.* Bald. *in l. terminatio. 4. C. d. fruct. & lit. expens. n. 6. vers. modò quæro nunquid. & seq.* Anton. Faber. *in suo Cod. libr 2. tit. de Procur. definit. 14. num. 1. vers. Taxatio autem non nova. & seq.* Berlich. *decis. 122. num. 2. in fin.*

5. Testament.

Testamentorum solennitates sunt juris civilis, & ideò quidam ex Privilegio Cęsareo singulari testaméta cõdere possunt, solùm observata ꝓbatoria, & ex jure gentium descendéte solennitate. Quale Privilegium vidi Rudolphi II. hoc verborum tenore conceptum: Deßgleichen befreyen/vñ fürsehen wir auch vber das/ auß Kaiserlicher Volkommenheit vnd Macht benandte N.N. jhre eheliche Leibs-Erben/ vnd derselben Erbes-Erben/ wa sie oder die jhrige/künfftig jhrer Gelegenheit nach/ Testament vnd Codicill jhres letzten Willens (die doch von jhren Handen/oder zum wenigsten vnterschrieben/ vnd jhren Insigeln verwahrt vnd bekräfftigt seyn sollen) ohne all andere Solennitåt macheten/vnd nach jhrem Abgang hinder jhnen verliessen/daß dieselbe Testament vnd dieser Will/ ꝛc. (wa anderst die sonsten wider Recht vnd Billichkeit nicht wehren) Crafft vnd Statt haben/ vnd andern ordenlichen Testamenten vnd Codicillen gleichmåssig/vor geist- vnd weltlichen Rechten vnd Gerichten/ cråfftig vnd bündig seyn sollen/ allermassen/ als ob solches in bester zierlimer Form vnd Weise/nach Gebrauch Rechtens/ vnd jedes Lands-Gewohnheit/in beyseyn vnd Bekråfftigung der Gezeugen vnd Notarien auffgericht/ verfertigt vnd beschlossen were; von meniglich vnverhindert. Darwider dann keinerley Freyheiten/ Recht/ Ordnung/ Satzung/ Land oder Statt Gewonheiten/ nicht seyn/ noch solcher vnser Bewilligung in Richtem derogiren noch præjudiciren/ sollen vnd mögen in keinerley Wege/ ꝛc.

Quodque Imperator tale privilegium concedere possit, dubio non caret. Princeps etenim Romanus, quam vult, testandi formam & solennitatem præscribere potest, per text. *in l. omnium. 19. Cod. de testam.* Cùm Ius testandi sit ex legibus. *l. verbis legis. 120. l. lege obvenire. 130. ff. de V. S.* Princeps verò supra leges, legibusque solutus est. *l. princeps. 31. ff. de legib.* Quod ex vera & communi Dd. sententia de legibus civilibus, & inter cætera de solennibus testamentorum intelligendum est. *per l. ex imperfecto 3. Cod. de testam.* Dauth. *in tract. de testam. num. 5.* Iohan. Corasius.

sius. Miscell. Iur. Civil. lib. 2. cap. 25. num. 5.

Hincque Antonius Faber *in Codice suo libr. 6. tiutl. 5. definit. 22.* tradit: quod etiam in præjudicium ejus, qui alioquin ex anteriore Testamento successurus erat, is, qui à Principe facultatem absque solennitate testandi impetravit, utiliter testari intelligatur: scilicet quod nemo Ius acquisivisse ante mortem testatoris dici possit, propterea quod neque heres ullus, neque hæreditas viventis esse videatur. *l. 1. ff. de herede vend. l. 1. ff. per herede.* ubi addit, in Senatu Sabaudico ita judicatum fuisse, per text. *in l. si non speciali. 9.* ubi gl. & Sichardus. *n. 16. C. de testam.*

Daß jeniges / so in einem Zettel in künfftig beygelegt / ebenmässig gelten soll / als wann selbiges dem Testament von Wort zu Wort inserirt were. Hanc Clausulam non valere, evinci potest ex traditis Thomæ Herbai, *rer. quotid. cap. 8.* ubi docet, quod testator cavere non possit, uti legata, quæ minori testium numero adhibito postea dederit, rata sint.

Sed pro ea Clausula propugnavit frater meus *in adversariis suis*: quæ jam inserui *disputationi 3. ad Ius municipale Wirtembergicum. ad fin. thesi 155. &c.*

6. Teutschland.

Germaniæ fines quousque sese extendant, &c. vid. omninò Carpzov. *in Capit. Cæsar. cap. 5. numer. 8. & seqq.*

Teutschen & Teutschland unde originem trahant, vid. Dn. Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 3.*

7. Teutsche Sprach.

Specimen linguæ vetustioris Germanicæ, conservavit nobis Nobiliss. Goldastus per editionem Paræneticorum veterum, qui idem in notis varia verba Germanica vetustiora explicavit. Quod & fecit Freherus *in notis ad Fœdus Ludovici* Germaniæ, & Caroli Galliæ Regis; ac quoque in speciminibus Saxonicæ & Alemannicæ dialecti. Pertinet huc Paraphrasis Willerami Abbatis Cantici Canticorum, cum notis Pauli Merulæ, & liber Evangeliorum Otfridi. Et confessio, ut à Francis Orientalibus & Thuringis coràm Sacerdote olim vernaculo sermone fieri solebat, quam habet Christoph. Browerus *2. antiq. Fuldens. cap. 14.* De præstantia & antiquitate etiam Germanicæ Linguæ, pluribus agunt Goropius Becanus, & Adrianus Scrieckius, in pluribus opusculis. Sed optimè de ea disserit Abrahā Vandermyle. Quodque vetus Moguntiæ lingua merè Germanica fuerit dialectus, scil. Gallicæ, probat Serrarius *Moguntiacarum, lib. 1. cap. 11.* Sed sunt tamen, qui Gallicam seu Celticam, & Germanicam linguam, planè diversas faciunt:

quod & facere videtur Cambdenus *in Britannia*, *fol. mih. 17.* ubi Celtica multa cum Britannicis vocibus confert, quæ à Germanicis videntur alieniora. vid. tamen me *d. nat. popul.*

De antiquitate Linguæ Saxonicæ egregiè etiam scribit Griphiander *de Weichbild. cap. 38.*

Quamdiu lingua Germanica literis fuerit mandata, docet Heigius *libr. 1. quæst. 8.* Et quod circa Annum 1243. Germanicâ Linguâ, latinis tamen literis, publica, privataque Instrumenta scribi fuerint cæpta: quanquàm jam tempore Caroli M. de referenda in literas quoquo modo eadem lingua esset tentatum. Et quod tum Germani quoque in sacra abluitione Sanctorum & Latinorum nominibus suos initiare cœperint, cum patriis & barbaris hactenus essent usi, attestatur Christoph. Hartman. *in Annalib. Heremi S. Mariæ Deiparæ Monasterii. fol. 246.*

Quanta autem copia fuerit olim Germanicæ Linguæ, & in quantum hodie ea degeneraverit, apparet ex subsequenti elencho nominum propriorum, passim in historiis occurrentium, quorum tamen minima admodum pars hîc inserta conspicitur.

Albwyn.
Adelbert, deß Adels werht.
Adilunch. Aliwic.
Adalogerion, Adelger.
Agaricus, Eigenrich/ der von Ihm selber hat.
Agilomundus, Eckehlmundt.
Aneroestes, Arionistus, Ernst.
Ariovistus, Ernvest.
Alaricus, Allrych/ Mechtig.
Amalaricus.
Ariminius, Eermann oder Schermann.
Ardaricus, Herdrych/ Ardrych.
Arabarius, Erbar/ vel Erbo.
Ambigatus. Apaturius.
Athalarycus, Adelrych.
Athaulphus, Adolph.
Attila, Ætzel oder Hetzel.
Ansbertus. Aribertus.
Autaricus.
Altwig/ ein Wichtiger Alter.
Achterych/ agris abundans.
Albrecht/ clarus ubique.
Außgieß. Anulo.
Anscharius. Audbertus.
Aldricus, Atricus.
Adalgarius, gar Adel.
Arnulphus, Arnolphus.
Arn. Adelstanus.
Albertus, Adelbert/ Alberto.
Arnodus.
Adaldagus, ein Edlerdegen.
Adalward.
Arnoldus, Ehrnhold.
Adelrad. Avoco.
Anno. Ansuerus.
Alebrandus. Adalbero.
Anselmus. Adeko.
Athelo. Adolfi.

Am-

Alwardus. Amaltrud.
Alta. Adalung.
Amalfredis, Amalfrid.
Adelheit / Adelheidis.
Amalberg. Amalsundt.
Aliarina. Adala, edele.
Baltherius, Walther.
Bellovesus, Baldwyß / Walweyß.
Belgius, Welscher Balg.
Boius, Beyer.
Brennus, Berno, Brenner.
Britomarus, Fridmayr.
Butvvit.
Berenhart, Bernardus.
Britomarus, Breitmer / Fridmar.
Bolus. Beribista.
Brun. Burchardus.
Biso. Bernarius, Werner
Bertoldus, Berchtoldus.
Berengarius. Benno.
Biliginus. Bezelinus.
Bardo. Buthuc.
Bucco. Baldvvinus.
Foëmundus. Boto.
Berngerus. Borevvinus.
Brunvvardus. Bedericus.
Bertha. Brunhilt.
Cotzschalck. Camold.
Cariovisius, gar weiß / Vobisc. Aureliano.
Caramandus, Carolomannus, Karlmann.
Celtus, der gilt.
Clodoveus, Clitoveus, Luitwig.
Castigus, Gaſtwig oder Gaſtrych.
Cotiso, Götz.
Clodomirus, Lutmeyer.
Congentianus.
Chrysus. Clodius, Lüti.
Childericus, Hyldrych.
Chilpericus, Hilffrych / Hilffwert / Hilcprecht.
Chonodenarius, Künmaier.
Childebertus, Hilffwert.
Clotharius, Cloddoardus, Luithart.
Clotovalda, Gutwald.
Congolitanus, Künig / oder Künwald.
Conomannus, Cünmann.
Cheribertus, Herbrecht oder Herbert.
Clodobertus, Lütbrecht.
Conradus, Kienerhat.
Chono. Colomannus.
Clothild / Leuthildt.
Dagubertus, Dägenwert.
Decibaldus.
Divitiacus, Duffwig.
Druyus. Dumnorius.
Doracus.
Degerprecht / armis clarus.
Diettägen / Thiettägen / miles Dei.
Diethelm / ein Helm / oder Schirm Gottes.
Dietrych. Drogo.
Dietpaldus, Diepolt /
Dedo, Dudo.
Ditmarus, Gottesmeier.
Engelvvart. Engilbert.
Erchinhart. Erchinger.
Elitovius, oder Clitoveus, Ludwig.
Ellico. Erocus, Ercho.
Euricus, Enrich / Heinrich.

Ebo. Everhardus.
Erich, Ericus, Hericus.
Emund. Erp.
Eilhardus, Edward.
Erico. Ernestus, Arnestus
Egbertus. Ethico.
Engilhart. Eizo.
Egimo, Egmo. Emehardus.
Erbo. Eilmarus.
Eck. Ethelerus.
Emun, i.e. memorabilis, Abb. Stad. fol. 159. b.
Elverus. Evermodus.
Eilo. Ehelerus.
Elgerus. Emma.
Elica, Eilike. Ermegard.
Francus, Franck.
Fridigernus, Fridiger.
Fridrich, Fridericus.
Fardolfus.
Folradus, Volerzhat.
Folbrecht. Folquardus.
Foliquardus. Fulco.
Fredegundis, Fridgund.
Fregiledus, Fröudlied.
Fastradt / Fastrada.
Friderun.
Gunthram.
Gotwalt / Gozwald.
Gambrivius, Gamper oder Kempffer.
Galates.
Gensericus, Genserich oder Ganzrych.
Gerbertus.
Gevericus, Gebrych.
Gibuldus, Gibhuld.
Gilomarus, Gilmar.
Gontharius, Gontherus, Günther.
Gotemarus, Gettmeyer / Guttmeyer.
Gotegiselus, Gottsällig / Gutgesell.
Granicus.
Gundebaldus, Gonwald.
Gunomadus.
Grimoaldus, Grimwald.
Gundagrius, GutAcker.
Gundericus, Gutrych.
Gottfrid, Godefrid, Gotafridus.
Gottschalck, Godeschalkus.
Grimvvaldt, grimig im Gewaldt / Grimoaldus.
Gutacker.
Gotthardt / Godehardus.
Gottsbrecht. Gozon.
Gislemarus. Gaubertus.
Guntharius. Gundredus.
Geisalbertus.
Gvvrum, Wurm / Gormo.
Gero. Gunhild.
Gisilarius. Gerbrand.
Guido, Gallicè guide.
Gazelinus. Grimie.
Gevehardus, Avarus, Gebhardt.
Gotvvinus. Gerold.
Gunzelinus. Grimhilt.
Gyssla. Gerbirg, Gerberg.
Guta, Gude.
Gärtrudt / gantz geliebt / Trudt / Lieb / Ita mein trautte Frawe / Vertrawte.
Glesmondis.

Halde-

Haldegastes. Hartomondus.
Hartrych. Hatto.
Hildemundus. Hugifrid.
Helfrich, Hilfrych.
Hermion, Herman.
Hector, Hechtar.
Heilonius, Held.
Hermanericus, Hermanrych/Ee. renrych.
Heldebertus, Heldivert.
Heribertus, Herbrecht/Herwert.
Heroaldus, Herwald/ein Herr gewaltig/Heribaldus.
Hildericus, Huldrych.
Hildebertus, Hilfwert / Huldwert.
Hilpericus, Hilffrych/Helpricus, Helferich.
Hortarius, Hertard.
Honoricus, Heinrych.
Hordericus, Horrich oder Hordrych.
Hugobertus, Hugprecht.
Hunimundus, Hönmund / Heymund.
Hildegast.
Heinrych, Heimrich.
Hilfbrecot, auxilio famosus.
Helmgaudus, Helmgut.
Heridagus, Heerdegen.
Hemmingus. Haroldus.
Halugarius. Hugo.
Hildvvinus. Horicus.
Herdgarius. Hetti.
Herigarius, Herigerus.
Hargarius. Haldan.
Horigo. Heiligo.
Herimannus. Haddo.
Hogerus.
Hardegon, ein Harterdegen.
Hirminfridus. Hartevvich.
Hiltipertus, Hildebertus.
Hademarus. Hored.
Herivvard. Herbrandus.
Harich. Hunfrid.
Hiltprand, Hildebrandus.
Humbertus. Hildofus.
Helmoldus. Hartvvig.
Hartman. Hoger. Hoier.
Heymo. Hiltburg.
Hiltgard, ein Gart der Hulde.
Hiltrud, clara amore.
Hermantrudt. Hermanfred.
Hermingardis. Himelsuitha.
Ingravius, Ingram.
Induciomarus.
Ingevon, Inwoner.
Istevon, Eysterwoner.
Italus, Ytel/Eyttel.
Isinpert, Isenbrecht/armis clarus.
Inguar. Immod, Immid.
Ippo. Isibodus.
Isfridus. Iso.
Irmintrud. Iunta.
Ikia. Ida.
Knubert. Kerung.
Karolus. Knut, *Canutus.*
Kherhilt.
Küngund, Cunigund.
Laertes, Larein/Laurin.
Landinus, Landyn.
Leonorius, Lienhart.
Lomnerius, Löwenart/Leonhart/
Leonorius, Leymer.

Lotharius, Lutharius, Luithart/ Luitgar / Leodgarius, Leodegarius, Luther.

Luerius.

Leudemundus, Lütmund / Luthmundus.

Lüitolt.

Luidvvig, Lothevvicus, Wig oder refugium populi.

Leydirach. Lendine.

Linbolf. Luitfrid.

Leonhart.

Leudericus, an Leütenreich.

Lutberto. Landroldus.

Lippaldus.

Leidradus, der den Leuten rhatet.

Ludolf.

Lieafdag, lieber Tägen.

Lutgerus.

Luitboldus, Lupolt / Luitpaldus, Lippold.

Leimarus.

Luderus, Lotharius.

Liebtag / Liebhart.

Luithild / apud homines clara, Chlodhild.

Luitgardis, Ludgard.

Landwardt. Luitvvardt.

Lutisvvinda.

Mangold, Manighold.

Mannus, Mann.

Marsus, Mars.

Maroboduus, Märbott.

Marcomirus, Marckmer / oder Mayer.

Meroveus, Merwich / Merwig/ Meyer / Major, Meyerwig / Meierwichtig / Merwichtig.

Medericus, Mederich / Mutreich.

Medegesilus, Mutgesell.

Mundzuchus, Mundzucht.

Milegast.

Marquardus, der Marck ein Warter.

Meinherus. Macco.

Magnus, Mang.

Meginvverkus. Marcradus.

Marcolfus.

Mechthild, Machthilda, Mathildis.

Mina. Mathundt.

Merchundis.

Notpert, Norbert, in der Noth werht.

Noricus.

Nithardus, Neidhart.

Nothebaldus.

Odoacer, Odagrius, Oedacker.

Oenomarus.

Orgetorix, Herderich / Eerenrich.

Othomarus, Othmeyer.

Othgarius. Ordvvig.

Odinkarus. Otnith.

Otpertus.

Ordulphus, Ortholph.

Osmund. Ottho, Vto.

Odokkar, Ottocarus.

Otgit, Edidis, Editha.

Oda, Vtha, Odo.

Odilia.

Pertolf. Perchilo.

Pero,

Pero, Beer.
Pharamundus, Warmund.
Philipertus, Wilprecht / Vilwert.
Pipinus. Poppo.
Phin, Fin / fein.
Perta, Werthe.
Richomundus, Rychmund.
Richomarus, Rychmeyer.
Rosemundus, Rotmund oder Roßmund.
Rumarus, Rumher.
Rumoldus, Rumo, Rumhold / Rhum.
Reginbert. Rychvvyn.
Rudhart. Reginoldt.
Richpolt.
Radtvvig, Wichtiger Rhat.
Rummaldt / der seines Gewalts Rhum hat.
Ruprecht / rude donatus.
Reinholdus. Reginfrid.
Rembertus, Rämwert.
Reginbald, vel bold.
Rodulf. Rabbodus.
Robert, Rotpertus.
Reinvvard, der sein rein wartet,
Ring. Reinbrand.
Rato.
Reinherus, Reinger.
Ratibor. Radigoſt.
Rothardus. Reginmundus.
Retingo. Roland.
Rotcherus. Rogerus.
Rodeſtus.
Ricbertus, Richbert.
Reinmundus, ReinMundt,
Richardus. Redvvin.

Richila, Richel.
Rugila, Rogel.
Rachilt. Rychgund.
Rychgar / oder Gard.
Rathildt. Rhatgund.
Rodthruth. Reingerd.
Sigvvert, Sigbrecht / Sigebertus, Sigiſbertus.
Samotus.
Senanus, Sunmann.
Segiſmundus, Sigiſmund. Sigmund.
Sigoveſus, Sigweiß.
Sigerychus, Sigrych.
Sonomarius, Sunmeyer / Schönmeyer.
Suevus, Schwab à Schweben.
Salagaſt.
Sigefrid, Sigifrid, Sigafrid, Sifrid.
Simundus. Stercolph.
Sueno, Suein.
Suidgerus, Suiggerus.
Sigehardus. Sicco.
Sivardus. Segebodo.
Schvvanhild.
Thaſſilo, Teſſel / Thaſſalonus.
Teliſtobogius.
Teutobodiacus, Teutſchbott
Teutobochus, Gutbott / Teutſchbott / Teutobothus.
Theodoricus, Dietrych.
Theobaldus, Theodebald, Dietpolt.
Theodoaldus, Dietwald.
Theodomarus, Dietmar / Gutmar / Theothmarus, Thidmarus.
Theo-

Theodebertus, Dietprecht/Thiet/ Gottlandicè, Gott.
Theodelinus. Dietlin.
Theodorus, Theodolus, Theoder/ Joder.
Theodevvinus, Dietwyn / Gutwyn.
Theodehalmus, Diethelm / Tiadhelmus.
Tuisco, Tuitsch.
Tiadricus.
Thidericus, Dieterich.
Thankmarus, Danckbar.
Turgot.
Tancradus, Danckradt.
Tero.
Truta. Tuta.
Tunna.
Vlrich, Volrych / Olricus.
Vannius, Wanner.
Vadomarius, Vodmar/Vottmår.
Valomarius, Wolmar.
Vallia, Walo.
Vandalus, Wandler.
Vestrovalda, Westerwalder.
Viridomarus, Fridmar / Fridmeyer.
Vidomarus, Widmer.
Viridogerion, Fridiger.
Viduarius, Wittwer.
Vilipertus, Vilprecht / Vilwert.
Visomarus, Wizmeyer.
Vlisses, Ylsing.
Voleradus, Wolradt.
Vto, Vtel. Windolt.
Wichram. Wolvvold.
Wolfrid. Walto.
Wynhart. Waltbert.
Wuniprecht. Weringos.
Wolfgang, ein Jegerischer Nam.
Wolradt, Folradus, Volchradus, Volchardus.
Wolfart, salus.
Willehadus. Willericus.
Willeharius. Winigisus.
Welphus, Welp, Welf, Guelf.
Withmarus. Wentinus.
Vto, Otho. Widikindus.
Wiltburg. Wandelburg.
Wilbirch. Wandelgern.
Willa. Wildrych.
Waldburg. Wendelgard.
Wendile. Wlfildis, vel Wul.
Widgerus.
Wolramus, vel Volramus, Vollerruhm / Willeramus.
Wigbertus. Walbertus.
Vnnus. Wego.
Vnvvanus.
Werenherus, Werner.
Wolfredus, Volfred / Wolfridus, Volfrid.
Walthardus. Winter.
Wilhelm, Vilhelm.
Wicilo, Wezilo.
VVigoldus.
VVarteslaun, VVertesllaus.
VVardingus, vel VValding.
VVerno. VValdemarus.
Volkerus. VVilbrandus.
VVilebald.
VVunebald. de quib. Gretserus. *in Divis Tutelarib. Eüstetensib. fol.* 159.
Zvventebaldus.

8. Tha-

8. Thaler.

Talerum nonnulli derivant à *Talento*, vel à Metallo: alii (& rectiùs, videatur Iacobus Alemannus, *in palaestr. consult. consult. 8. quaest. pr. 1. partit. 32.*) à Germanico Thal/ quod in Valle Ioachimicâ, im Joachims-Thal/ vel primi vel meliores reliquis percussi, indèque κατ' ἐξοχὴν Ioachimici Vallentes nuncupati fuerunt.

Et quidem Anno 1518. hat man die erste Joachims-Thaler gemünzt. Matthes. in der Chronic der Berg-Postill angehängt.

Olim non cuivis Statui Imperii, Thaleros cudendi potestas concessa, sed singulariter restricta fuit. R. A. zu Augspurg. 14. Febr. Anno 1551. §. weiter so setzen/ rc. Quae prohibitio, quandoquidem Thaleros exterminari & inhiberi impossibile visum fuerit, demùm relaxata est durch Ferdinandi newe Müntzordnung zu Augspurg/ den 19. Augusti, Anno 1559. §. nach dem aber/ rc.

De Thalerorũ valore, & emissione, est Recessibus Imperii ita ordinatum; Reichs-Abschied ibidem den 30. Maii, Anno 1566. §. demnach haben wir. *cum duob. seqq. in verbis*: Setzen/ daß der gantzen Thaler/ deren ein Stück 68. Creutzer gelten/ sollen auff die Cölnische Marck gehen 8. Stuck: vnd fein halten 14. Lot/ vnd 4. Grän: würdt also die feine Marck außgebracht vmb 10. Gulden vnd 12. Creutzer/ Budelius *de re nummaria, lib. 1. cap. 18. num. 7.* ubi notat, Thalerorum octo Marcam ponderare: & puri argenti continere quatuordecim Lotones, Grana quatuor: vel quod idem est, decem Denarios, sedecim Grana. Alemannus, *in palaestr. consult. consult. 8. quaest. princ. 1. partit. 32.*

Verba harte Thaler/ in Instrumento obligationis posita, de Ioachimicis Imperialibus intelligenda, ideòque solutio facienda in grossiori illa moneta, in grober Müntz/ non verò in moneta minuta, vel minori pecuniâ aere contaminata. Quia vocabuli Germanici Thaler/ propria, originalis & fundamentalis significatio in lingua vernacula innuit non nummos aut grossos: Sed grossiorem pecuniam. *l. 27. §. 1. ff. de aur. arg. mund. leg. l. 78. §. 4. ff. de leg. 3.* Aliud etenim pro alio, invito Creditori non solvitur, *l. 2. §. mutui datio. 1. ff. de reb. cred. l. 16. & seqq. C. de solut. l. 19. § 3. ff. locat. conduct.* Sed conventis & pactis expressis standum est, aliàs verba sic posita, mit guten Thalern/ essent frustranea, quod fieri non debet. Sunt enim ita interpretanda, ut operentur aliquem effectum. *l. si quandò. 109. in pr. ff. de leg. 1.* Bald. *super rubr. C. de contrah. empt. in 9. quaest.* Quod & in tantum habet locum, ut promittens 20. Thaleros Saxonicos vel Caesareos, non liberetur solvendo aestimationem in aliis Ioachimicis

micis vel Thaleris (quamvis non negem, specie etiam aliqua debita ampliùs non reperta, æstimationem rectè solvi. *l. 14. §. 2. ff. de leg. 3.*) Alteri enim per alterum iniqua conditio inferri non debet. *per l. non debet. 74. ff. de* R. I. Fieret autem, si minutam pecuniam Creditor recipere cogeretur, nam obveniret incommodum, resultaret indè detrimentum, cùm facilius in numerando & expendendo deciperetur, & multùm temporis insumeret. Moneta etiam minuta pondere est onerosa, de loco in locum transportatione periculosa, nec ubique certi valoris; imò minor moneta ex ære & cupro conflata est, nec bonitas intrinseca respondet majoris monetæ bonitati.

Et licet hâc in re subesset aliquid difficultatis: tamen illa planè sublata est Ordinat. Imperii Ferdinandi I. An. 1559. Augustæ publicata. §. die jetzt gemelte Reichs-Müntzen. In quâ clarè exprimitur, neminem cogi in solutionem qualemcunque summæ alicujus notabilis, de minuta pecunia ultra 25. flor. accipere, reliqua verò omnia, licet specialiter non sit expressum, in grossiori moneta solvenda esse. Hâc de quæstione videndi Matthias Coler. *in process. executiv. part. 1. cap. 10. num. 7. & seq.* Frider. Mindanus. *de Mandat. libr. 2. cap. 63. num. 7.* Virgilius Pingitzer. *quæst. Sax. 40. num 20. & seqq.* Aleman. *in palæstr. consult. 8. princ.*

9. Theurung.

Vor 200. vnd mehr Jaren hat man auß 100. fl. Capital järlichen 12. fl. Zinß geben/ hingegen seynd die Besoldungen/ so wol an Gelt/ als Wein vnd Korn sehr ring gewesen: propter simplicitatem & temperantiam antiquorum. Also hat man einem Burgsässen/ sive Custodi Arcis tempore belli, järlichen geben vber die Holtzung/ zwelff Pfund guter Würtzburger Pfenning/ zwelff Malter Fesen/ ein Eßlinger Aimer Weins/ ein Schwein/ vnd Saltzscheiben. So hat auch darzu man sieben Wächtern vnd Thorhütern jhrer jeglichem besonder geben/ järlich zwey Pfund Würtzburger Pfenning/ vnd zwey Malter Fesen/ vnd auch darzu jeglichem derselben Wächter vnd Thorhüter für Cost/ neun Malter Fesen/ minder sechs Viertheil. Alles Geißlinger Meß. vide me, *de vita & morte. fol. 15.* ubi de causis hujus vilitatis, ut & *in corollariis miscellaneis, subjunctis Comment. meis, ad aliquot titulos Pandect. lib. 1. coroll. 5.*

Et certè monetarum bonitas vel depravatio multùm operatur; ita in An. 1622. & 23. hic Tubingæ mensura Vini duobus florenis vendebatur.

Anno 1268. galt in Thüringen ein Scheffel Waitzen 18. Pfenning/ ein Scheffel Korn 16. Pfenning/ ein alte Henn 2. Pfenning. Anno 1280. galt ein Scheffel Korn 22. Pfenning.

Acht

Acht Hering ein Pfenning. Iohan. Binhard, in der Thüringer Chronic. Also war vor Zeiten eines öbersten Bestallung 100. Pfund Heller. Leheman in der Speirischen Chronic. *fol. 238. & fol. 761.* qui idem *lib. 7. cap. 84. fol. 872.* refert, daß ein Kaiserliche Malzeit 37. fl. costet. Adde Marianam, *de ponderibus & mensuris. cap. 24.*

10. Thumbkirch / Thumbstifft / Hohestifft.

Thumbkirch est Basilica Metropolitana, sive Ecclesia Episcopalis, undè & Canonici Thumbherrn vocitantur. Quidam à *Dominico* derivant, sed rectiùs meo judicio à *Domo*. Erant enim vetustiores & principales Ecclesiæ Martyrum & Apostolorum Domus, nec olim ferè Ecclesia construebatur, absque reliquiis, sive integro aliquo corpore Martyris cujusdam.

Cathedralis Ecclesia dicitur, in quâ Episcopus ipse cum Collegio seu Capitulo residet, vulgò Thumbstifft / Thumbkirch / Hohestifft / ad differentiam Ecclesiæ Collegiatæ, Collegiat-Kirch, oder Stifft / & Parochialis, Pfarrkirch. Atque hinc itidem descendit, quod Episcopi non gubernâsse, sed sedisse in Cathedra nimirùm tot vel tot annis ab Historicis passim memorantur. Ac vera quidem publicæ in Ecclesia professionis, & doctrinæ nota est Cathedra, quemadmodum Christus ipse, *Matth. 23. vers. 3.* Scribas & Pharisæos dicit sedere in Cathedra Mosis, *hoc est*, tradere ac docere publicè legem Mosis, &c. Laur. Ohm. *de jur. Episcopal. thes. 17. sub. lit. r.*

11. Titul.

De Titulorum simplicitate & luxuria, vide Dn. Dracon. *de origine & jure Patriciorum, lib. 3. in append. c. 2.* ubi *à princ.* scribit: Nobilibus, ut & Patriciis quondam scribebatur, denen Erbarn vnd Vesten. Hodiè Nobilium Titulo nolunt contenti esse vel inferioris subsellii homines.

De Titulorum periodo ita scribit Münsterus, *lib. 3. c. 21.* Da die Freyen jhren ersten vnd alten Titul (die Edlen) behalten haben / alsbald haben die Graven einen höhern Titul wollen haben / vnd genennet werden die Wolgebornen. Die Fürsten / so im Stand vber Graffen waren / wolten auch einen höhern Titul haben / vnd genennet werden die Hochgebornen. Allein die Freyen haben jhren Titul behalten die Edlen (hodiè paribus Titulis cum Comitibus incedunt) welche Titul noch bey vnsern Zeiten / ein jeder Edel-Knecht haben will / etc. Idem *eodem lib. 3. cap. 20.* scribit: Es ist auch vor Zeiten der Titul deß Adels allein gegeben worden den Fürsten vnd grossen Herrn / wie noch der Papst im Brauch hat / daß er allein den Hertzogen schrei-

het: dem Edlen Hertzogen zu Sachsen vnd Bayern. Der ander Adel vnter den Fürsten / hat vor Zeiten andere Nämen gehabt: Nämblich / Semper-Freyen / Mittel-Freyen. Semper-Freyen seynd die höchste Freyen gewest. Mittel-Freyen die Rittermässigen / die man Dienstmänner vñ Edel-Knecht hat geheissen. Vnter-Freyen seynd die Freyen-Bürger (ingenui & Patricii Cives) vnd Frey-Landsässen gewesen. Der Fürsten Söhne haben geheissen Edelerren. Ihre Gemahel Frawen: Ihre Töchter Jungfrawen / so man jetzundt Fräwlein nennet.

Manuel Friderici Barbarossæ Coætaneus, Ita apud Albertum Stadensem ad Annum M C. LXXIX. ampullatur: Manuel in Christo Deo fidelis Imperator, Porphyrogenitus, divinitus coronatus, Regnator, Potens, Excelsus & semper Augustus, & Moderator Romanorum Magnificus. Reponitur crambe illa à Cranzio *Saxon. lib. 6. cap. 37. & Metrop. libro 7. cap. 5.* Inanior autem multò magisque ridiculus alter ejusdem Manuelis strepitus, relatus à Camerario *in Chronolog. Nicephoriana*, ad hunc modum: Manuel in Christo fidelis Rex, purpurigena, Romanorum Imperator, pietate præstantissimus, semper venerandus, Augustus: Isauricus, Gilicicus, Armeniacus, Dalmaticus, Vngricus, Boheuticus, Grabaticus, Lazicus, Ibericus, Bulgaricus, Servicus, Zecchicus, Chazaricus, Gothicus: qui gubernatur à Deo, hæres Coronæ Magni Constantini, & animo colens omnia Iura ipsius. Alios pariles Titulos pomposos habet Pontanus *in bellariis. tom. 3. à princ.*

Econtrà Dn. Meibomius, *ad Bullam Andronici. f. 9.* Summi ait, Principes tàm Ecclesiastici, quàm Politici, infimos etiam Titulos non aversabantur. Exempla addit. In literis Conradi de Dorstad, Nobilis Dynastæ, sive Baronis Saxonici ad Annum M. CC. LIIIX. hæc extant verba: *cum conniventia honorabilis Viri*, Domini Wilhelmi Regis Romanorum. Literæ Magni Torquati Ducis Brunsuicēsis, hoc modo clauduntur: hier hefft over gewesen de Erbare Vorste / Bischop Albert von Halverstad. Anno M. CCC. LXX. Wernerus & Otto Nobiles Dynastæ in Egelen / ita affantur Ottonem Ducem Brunsuicensem: Werner vnd Otte / de Edelen von Hademerslevo / vnd Herrn to Egelen / beden deme Achtbaren Vorsten / vseme Herrn Hertogen Otten von Brunswick / vse bereide vnd willege Denste / etc. Literæ datæ sunt Anno Chr. M. CCC. XLII. Idem Otto vel alius ejusdem nominis, Instrumentum quoddam Donationis ita orditur: Dei gratiâ nos Otto, Domicellus de Brunsuick & Luneborg. annus adscriptus est, M. CCC. XXIX.

Att

At quantum discrepat simplicis istius seculi modestia; ab insolenti lascivientis temporis nostri fastu?

Nomina & Titulos Comitatuum aut familię addendi consuetudo, nulla fermè tenuit: rarò quoque ante Heinricum IV. fuit, posteà propè invaluit. Guiliman. *Habsburg. libr. 3. cap. 70.*

De Titulis & insigniis Principum quid sit sentiendum, daß sie sich von Länder schreiben / so sie nicht haben. vid. Pipre *des intentions, cap. 8.* Me *de Monarch. fol. 10.* Et eorum juridico effectu, adde Rosacorb. *fol. 105.*

12. Todtengräber.

Vespæ, vespillones, funerarii, à Græcis Νεκροφόροι vocantur, à Gallis *Fossoyeurs*, seu potiùs, qui *portent les corps en terre*, à Germanis Todtenträger / quos in benè constitutis Rebuspublicis Magistratus peculiari genere vestimentorum, vel signo aut fasciis, variegati coloris, rubris, albis, &c. incedere volunt, ut fugiant eosdem sani, nec contagio afficiantur. Et alii sunt ab iis, qui sepeliunt mortuos: Todtengräber. Sunt & quibusdam in locis Seelwarter / so den Sterbenden zusprechen. Quorum locum apud Catholicos sustinent Beguinæ, Seel-Nonnen.

Qui si peste infectos interficiunt, patrato spolio aut furto, decapitantur. Constit. Saxon. *tom. 2. part. 4. quæst. 69. num. 1. & Constit. 5. Novell.* August. *num. 1. part. 4.* Sæpè enim accidit, quos malignitas pestis non consumit, & benignitas Iehovæ salvare voluit, illos malignitas hominum occidat, ut vi irruant in ægrotantes, vitam citâ & importunâ morte præcipitent, vel malignis medicamentis & noxiis, alioque genere pharmaci deleterii adhibito, extinguant. vide Guil. Bokel. *in Visionib. disquisit. 6. num. 19.*

13. Todten-Halß lösen.

Inter Populos Septentrionales à multis añis, apud quosdã, Danos nempe, Polonos, Suecos, Frisios, Holsatos, &c. receptũ fuit, ut homicidę absque discrimine, pœnâ tantummodò pecuniariâ puniantur; quod illi vocant: einen Todtenhals lösen. Bodin *libr. 6. de Repub. cap. 6 & c.* Ludovic. Roman. *sing. 709.* Covarr. *lib. 2. resolut. cap. 9. n. 2.* Heig. *part. 2. quæst. 24. n. 43.*

Quam tamen consuetudinem meritò improbat Valent. Winther. *in suo Parthen. litig. libr. 1. cap. 13.* Cùm Deus ipse præcipiat: Homicidam idem exspectare debere, quod fecit.

14. Todsfall.

Vocabulum Todfall / non simpliciter idem, quod post mortem, sed aliquid ampliùs, scil. mortis eventum signi-

significat, atque adeò totam promissionem in incertum mortis eventum suspendit, quod proprium est donationis mortis causa. Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 8. num. 52.*

15. Todschlag.

Defensionem Testis unicus plenè probat: cùm impossibile est, habere plures, Farinac. *de testib. quæst. 63. num. 68.*

Qui per lasciviam causam mortis præbuit (puta per jocum, oder wann jhrer etlich mit einander schertzen) non ordinaria, sed temporali tantummodo exilio punitur, *l. 4. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

Sonderlich / wann der Entleibte / den Beclagten selbst angemuthet / kan weder er / noch die seinige propter hanc culpam, anjetzo etwas fordern / Moller. *ad Constit. Sax. part. 4. const. 10. num. 10.* vid. Speckhan. *cent. 3. qu. 6. Class. 2. num. 5.* ubi dicit *ex Constit. Elect. 10.* provocantem provocato, si ipsum quidem non occidit, sed mutilavit aut vulneravit tantùm, hoc nomine nihil præstare debere: cùm Textus sibi expresè dicat, daß er einigen Abtrag zugeben schuldig seyn solle. Etenim uterque, & quidem provocans in majori est culpa, meritò itaque culpa cum culpa compensatur. Schrader. *part. 9. cap. 4. nu. 47. sub fin.* Berlich. *tom. ult. conclus. 16. numer. 2.* & facit *l. 2. §. 1. ff. de aleator.*

Homicidium in rixa casu magis, quàm ex voluntate admissum, minuit pœnam, *l. 1. §. Divus in fin. ff. d. Sicar.* ac si in rixa quis inconsulto calore, quem occidat, illud homicidium culposum, imò magis casu fieri dicitur, quàm voluntate. Peguera, *decis. 14.* Honded. *consil. 99. num. 45.* Farinac. *quæst 126. n. 48.* Wann nuhn ein casus alsdann supræsumiren / ubi in rixa homicidium factum fuit; als muß solches vielmehr statt haben / da jhrer zween allein / mit Wehrer gegen einander schertzen / vnd kündtlich kein Rancor, Zanck oder Widerwillen enthalben ist. Nam & aliàs homicidium in persona amici, pro casuali habetur, Ias. *in l. lex. num. 22. de leg. 1.* Item ex verbis prolatis ante & post factum, excluditur animus occidendi, ut ait Bursat. *consil. 271. num. 12. & seq.* & Mandel. *consil. 46. num. 9. in fin. & seq.* ubi in terminis & ferè in individuo proponit exemplum de eo, qui socios rogaverat, ne quempiam offenderent, vel rixam inciperent. Et similiter animum occidendi in eo haut esse præsumendum, qui facta percussione, aliqua signa probabilia profert, quod ipsum occidisse pœniteat, secundum Cæpoll. *consil. 31. n. 5. & seq.* Et hujusmodi signa à judicibus sæpissimè observata se vidisse, ait Farinac. *quæst. 126. num. fin.*

Item innocentia probatur unico teste, & quælibet semiplena probatio habetur pro sufficienti. Gabriel. tit.

tit. de testib. conclus. 1. num. 37. Masc. *concl. 491. num. 17. & concl. 904. n. 10.*

Et quoq; Farinac. *de homicid. quaestion. 126. tit. 14. num. 30.* tale homicidium, ubi amici vel armigeri jocantur cum ensibus, aut ex duobus colluctantibus, si unus obeat vulneratus cum cultello socii, culposum quidem vocat, si aliqua culpa praecedat (ludus nempè vel illicitus, vel in loco non consueto) sed tamen tradit, non posse imponi majorem pœnam, nisi temporalem relegationem, eumque in sensum plures adducit. Videatur etiam Menoch. *lib. 2. cas. 400.* Et Farinac *d. l. num. 33.* de eo loquitur casu, ubi quis alterum occidit, insimùl dimicando jocosè cum ensibus etiam nudis, ubi homicidium illud culposum vocat & extraordinariè puniendum; allegat tamen Marsil. *consil. 91. per tot.* qui nullam pœnam hîc locum habere, tradit operosè.

Et est pœna ratione der Obrigkeit debita, pro facti & personarum qualitate zumoderiren / nempè, ut sit vel pecuniaria, videlicet quinquaginta aureorum, aut exilii temporalis. Farinac. *d. q. 126. tit. 14. n. 43. & seqq.*

De homicidio casuali Consil. habet Wesenbec. *tom. 2. consil. 156.* ex quo multa huc pertinentia transferri queunt. Quod item homicidium licet non sit fortuitus, sed tamen possit esse inopinatus casus, atque improvisus, nec omninò impunibilis, traditur in Consiliis Illustriorum ICC. *tom. 1. consil. 82. num. 14. & seqq.*

De homicidio itidem casuali, est *art. in Crim. Const. art. 146.* ubi Matth. Stephan. tradit, quod dicitur homicidium culpa commissum, extraordinaria pœna puniendum, hoc de levi & levissima culpa non intelligi: nam hanc etiam, quoad extrordinariam pœnam, praesertim criminalem, tanquàm casum veniam mereri; allegans hunc in finem Clarum.

Et porrò notandum, quod jure Divino homicidium casuale ita describatur, quandò Deus objicit aliquem manui alterius, qui non est insidiatus, *Exod. 21. vers. 13.*

Etiam in homicidio casuali, ubi quis rei illicitae operam dedit, reus quidem est illius actus illiciti, cui dat operam: non verò homicidii, *cap. tua nos. in princ.* ubi Panorm. *& d. sicut c. extra de homicid.* Covarruv *in Clem. d. homicid. §. 4. num 9. & 10. part. 2. tom. 1.*

Si remotis arbitris quis occidatur, & persona sit suspecta, quae defensionem allegat, ad torturam pervenitur, ego disp. *d. homicid. th. 70.*

Sed vide de homicidio, Böckel. *disquis. 6. per tot.* Ayrer. *in com. ad l. ut vim 3. d. just. & jur.* Me *disp. singul. d. homicid. in disput. Tubingens. & in com. ad d. l. 3. in opusc. meis juridic.*

16. Transfix.

Interdùm authentico Instrumen-

to alia scriptura appendi & transfigi solet, ejus articuli, qui fortè prætermissus inferendus aut excipiendus fuit, in ipso originali, quæ exindè dicitur Transfix: so man an Verträge pflegt zuhäncken / sed sub eodem Sigillo. Bornit. *de Instrum. lib. 1. cap. ult.*

Traufrecht.

Servitus urbana stillicidii duplex est, una affirmativa, videlicet avertendi stillicidii: ut scilicet in tuum fundum, tuasvé ædes meum stillicidium avertas & recipias. Et altera negativa, scilicet non avertendi stillicidii. Servitus igitur affirmativa stillicidii avertendi dicitur, quandò quis habet illud jus, ut à tecto suo possit avertere seu derivare aquam pluvialem, in aream vel tectum vicini, daß die Trauff/ auff deß Nachbaurn Dach oder Hof falle. Et sciendum, neminem avertere stillicidium posse à suo tecto, & dirigere in tectum domus vel aream vicini, si servitus non sit imposita. Quælibet enim domus & area præsumitur libera. Et de jure Saxonico expresse cavetur, daß niemand mag seinen Trauff hangen / in eines andern Mannes Hof. Negativa servitus non avertendi stillicidii est, quandò is, cujus stillicidium cadit in meam aream, veluti, si habeam cisternam, cui, quantum satis est, implendæ, stillicidia domus meæ non sufficiunt: vel habeam hortum ædibus meis contiguum, qui ex vicini stillicidio commodè irrigari potest, ac proindè cum eo agam, ne stillicidium avertat, nec aliò, quàm in ædes, vel in hortum meum perducat: illa dicitur servitus stillicidii non avertendi, in quâ prædium dominans est illud, quod stillicidium recipit: ideò ad eum quoq; pertinet refectio canalium. vid. Schneidevvin. *ad §. prædiorum. num. 7. & seqq. Inst. de servit. urb. prædior.*

118. Traumrecht.

Ius immittendi tigni in parietem vicini, vulgò Traumrecht / est servitus urbana. vid. Schneidevvin. *ad §. prædiorum. num. 5. & seq. Instit. de Servitut. urban. prædior.*

119. Traw und Glauben/

vide *supra verb.* Aid.

Nobilium promissa, bey ihren Adenlichen Ehren und Glauben / pro debitis, factis & completis habentur. Chassanæus, *in Catal. glor. Mundi. part. 8 cons. 34.* Decian. *resp. 84. n. 32. volum. 4.* Et confert huc, quod scribit Homerus, *Iliad. 18.* loquens de Agamemnone:

Mox simùl ac dictum verbum est,
res ipsa peracta est.

Et practicatur quotidiè, daß/ wa ein Fürst/ Graff oder einer vom Adel etwas zusagt oder sich verschreibet/ bey seinen

Fürstlichen / Gräfflichen / oder Adenlichen Ehren / Traw vnd Glauben / alles vnd jedes so der Verschreibung mit einverleibt / fest vnverbrüchlich vnd wol zuhalten/zuerfolgen vnd deme zugeleben / Er solches von Rechts wegen eben zuhalten schuldig / als ob er solches mit einem leiblichen Aid geschwohren hät / bey Pœn Meinaids: Et vide de hâc quæstione utramque in partem Setser. *de jurament. lib. 1. cap. 16.* adde Bapt. Cæsar. *in consil. Illustr. ICC. cons. 32. num. 14. & consil. seq. num. 13. &c*

Quemadmodum tamen nimia familiaritas in personis, *l. observari. 19. ff. de off. præsid.* & abusus in rebus contemptum parit; Sic etiam fit, ut Nobiles, quibus familiare est, ut per fidem gentilitiam jurent, denen es offt ehe im Mund ist / als das liebe Brot / ut loquitur Nolden. *de nobilib. c. 12. num. 43.* suspectos se reddant, non secùs ac illi, qui non rogati ad testimonium dicendum se offerunt, arg. *l. omnia. 25. §. 1. ff de Procurat. l. si quandò 19. C. de testib.*

Si nobilis in cautione in einer Haupt-Verschreibung/ per verba juramenti equipollentia, bey Adelichen/ Gräfflichen Ehren / Trawen vnd Glauben / sese astringit, an mandata sine clausula, in Camerâ decernenda sint? vide Nolden. *d. loc. num. 43. & seqq.*

An Nobilibus, Baronibus, Comitibus, &c. qui pro aliis fidejusserunt, & beneficio cessionis, bey Adelichen/ Herrlichen vnd Gräfflichen Ehren/ renunciârunt, *per auth. præsente C. de fidejussorib.* succurratur? vide Nolden. *cap. 12. num. 50. & seqq.*

An Nobilis contraveniens transactioni promissæ per fidem, bey Adelichem Glauben/ incidat in pœnam *L. si quis major. 41. C. de transact.* vide Nolden. *de nobilib. cap. 12 n. 62. & seqq.*

An filia renuncians *cap. quamvis. de pact. in 6.* sub promissione generositatis vel nobilitatis, possit istâ renunciatione non obstante, in bonis paternis succedere. vide Nolden. *de Stat. nobilium. cap. 12. num. 68. & seqq.*

Item, an mulier nobilis intercedens pro marito, & renuncians juri suo, bey ihren Fräwlichen Ehren vnd wahren Worten / validè renunciet. vide Schæffer. *part. 1. quæst. pract. quæst. 36.*

De promissione, vel assertione, bey seinen Priesterlichen oder Geistlichen Trewen vnd Ehren. vide Leyman / *in Theol. moral. part. 4. fol. 163.*

Cùm fidem servare homines probos & honestos Viros, præsertim Nobiles deceat, undè & eorum promissiones pro corporali juramento habeantur; multò magis id procedit, & locum sibi vindicat in Principibus & aliis Magnatibus. vide omninò Hartman. Pistor. *lib. 4. quæst. quæst. 6. per tot.* Cùm dicere solitus fuerit Rex Alphonsus: Tantum valere ad fidem

debere verbum Principum, quantum privatorum hominum jusjurandum. Sic & Carolus V. ob fidem servatam D. Luthero, interrogatus à Ludovico Palatino Rheni, cur id faceret? respondit: Fidem rerum promissarum, etsi toto mundo exulet, tamen apud Imperatorem debere consistere. Tholosan. *de Rep. libr. 8. cap. 8. num. 10.* Adde Reinking *de regim. secul cap. 2. num. 12.* Richardum Dieter *de summa summi Imperii potestat. concl 47. & seqq.* Andr. Knichen. *part. 1. de vestit. pact. cap. 5. num. 221.* Iacob. Aleman. *in palaest. consult. 6. pag. 313. & seqq. & p. 738. & seqq.* Arumæ. *diss. 1. ad aur. Bull.* vide Dn. Bulleum *in discursib. Academ. discurs. 1. nu. 28. fol. m. 86. & seqq.* Verba Principum & Imperatorum pro Iuramento haberi debent. Crantz. *libr. 6. Saxon. cap. 46.* Quâ de re Fridericus I. Barbarossa apud Günter. *in Ligur. lib. 3.* ita inquit:

Iuramenta petis? Regem Iurare minori,
Turpè reor: nudo jus & reverentia verbo,
Regis inesse solet: quovis juramine major,
Non decet in labiis versari lubrica Regis:
Non decet ore sacro mendacia cudere Regem,
Sancta & plena suo sunt regia pondere verba,
Dicta semel nullum patiuntur jure recursum.

Et nihil est, quod in Principe ac similibus personis magis refulgeat, quam firma ac illibata fides. *l. inter claras. C. de summ. Trinit.* Bald. *consil. 327. nu. 4. vol. 1.* ubi dicit, quod maximè conveniat verbum illud Principi: Quod scripsi, scripsi, & semel locutus est Deus, & quę processerunt de labiis meis, non irrita faciam. Et quod Princeps debeat esse immobilis sicut polus in cœlo, & lapis angularis in terra, quodque debeat habere unum calamum & unam linguam. Rimin. *consil. 103. num. 48. & sequ.* Socin. *consil. 32. numer. 221. part. 1.* Hipp. de Marsil. *sing. 166.*

Quare contemnendi sunt illi fidejussores, ut loquitur Dn. Bullæus *d. loc.* unà cum suis pessimis Advocatis & Patronis, qui quàmprimum ratione obligationum suarum conveniuntur, non imitantur illud Tobiæ *c. 5. v. 3.* sed fidem & promissa frangunt, obligationes suas callidè & malitiosè interpretantur, imò gloriari audent, nullam obligationem debere esse tam firmam, quàm in dubium vocare non valeant, Hering. *de fidejuss. cap. 19. n. 31. & seqq.* Wames. *in parthen. litig. libr. 1. c. 13. num. 26. & seqq.*

Pudeat itaque plerosque Germanorum fluxæ fidei, quod à majorum more ita degeneraverint. De quibus Cornelius Tacitus: *Nullos Mortales fide ante Germanos esse.* Vnde vulgare illud auff gut alt Teutsch.

Anti-

Antiquitus obligationes brevissimæ, hodiè longissimæ, & ad membranam totius cutis bovinæ extenduntur: Kleine Handtschrifft / grosser Glaub / jetzo grosse Handtschrifften / kleiner Glaub.

Heus tu, nostra ætas non multum fidei gerit.
Tabulæ notantur, adsunt testes duodecim,
Tempus, locumque scribit Actuarius,
Tamen invenitur Rhetor, qui factum negat.

20. Trewlich vnd ohne Geferdt.

Clausula alles trewlich vnd ohne Geferdt / nihil aliud est, quàm Clausula, dolum malum abesse, abfuturumque esse. *l. stipulatio ista. 38. §. si quis dolum. l. doli. 119. l. ex ea parte. 121. de contr. & comm. stipul. l. novissima. 19 ff judicat. solv. l. hæc verba 69. ff. d. V. Sig. l. hoc ita in fin. ff. de re jud. l. 5. ff. de usufruct. quemad. cav. l. si cum 68. ff. de contrah. empt. l. 4. §. Labeo. ff de dol. mal except.* v. Hering. *d. fidejuss. cap. 17. n. 17. &c.*

Adeoque commisso dolo, hoc operatur, ut promissor in id, quod interest, caventi teneatur. juxta *l. si id quod aurum. 22. ff. d. V. Obl.* Stuck. *exerc. Iustin. part. 2. decad. 5. assert. 3.* Wesenbec. *in §. actionum. num. 1. de action. & passim in suis Consil. præsert. cons. 14. n. 17. & cons. seq. n. 48.* paulò animosius tradit, vigore hujus Clausulæ induci Contractuum quandam metamorphosin, ita ut ex stricti Iuris Contractu, fiat contractus bonæ fidei, per text. *in L. hoc Iure 152. §. fin. ff. de R. Iur.* ubi præstatio doli & bona fides exæquari videntur. Sed in eo redarguitur à Ioh. Gœddæo *de contr. stip. cap. 8. concl. 1. nu. 25. & seq.* Oportuisset enim hanc metamorphosin, secundum Andr. Schæffer. *pract quæst. part. 3. quæst. 42. n. 6.* toti certè Iurisprudentiæ incognita quę est, jam olim inductam esse: cùm tamen stipulatio dolum malum abesse, abfuturumque, &c. mutuo vel alii stricti Iuris contractui adjecta, nullibi legatur alterare principalem dispositionem, aut contractum stricti Iuris, apposita bonæ fidei conditione, imbuere. *l. doli. l. ex ea parte. l. si id quod aurum. ff d. Verb. Signif.* Sed vide *per tot. d. quæst.* Schæffer.

21. Tribut.

De Provinciis Tributariis, ego *in tr. de Imperiis subalternis. fol. 68.* ago.

Sic quoque Chius Tributum solvebat Turco, solvebatque annuatim 12000. Ducatos, ut libertatem suam cõservare posset, non tamen permittebatur habitantibus, urbem fortificare. Et sanè ubi non est Bellerbegus, ibi Provinciæ tributarię existunt. Soranzius, *lib. 1. c. 19.* Alia autem est ra-

tio subditorum, alia Tributariorum, & duriùs apud Turcos tractantur Christiani extra Tributarias Provincias, quos armis spoliant, Soranzius, *cap. 110.* Nec etiam in urbes fortes intrare permittunt, Soranzius, *c. 108.* Et quas conditiones victis Principibus imposuer. t Amurathes, tradit Tarduccius, *fol. 206. & seqq.*

Et Tributariæ ejusmodi Provinciæ, si deficiant, bello repeti, & in servitutem redigi queunt, quâ ratione Iudæi à Babyloniis subacti fuerunt.

Ejusdem etiam juris prætextu, Cyprum Veneti amiserunt, referente Iohan. Sturmio, *de bello adversus Turcas administrando ad fin.* qui ita scribit: Selymus I. Turcarum Imperator cum oppressis Sultanis, Ægyptum occupâsset: Tributum, quod antè Sultanis pendere Cypri Reges in mercibus solebant, in octo millia Ducatorum convertit, tranquillamque Cypri possessionem Venetis, tanquàm Vasallis, pactione annui Tributi obligatis, concessit. Tametsi octo millia illa Veneti, non Tributum, sed honorarium munus, solummodò esse volebant.

At hic Selymus Cyprum à Venetis per Fecialem repetens, feudum Regni Cypri, quod sub pactione annui Tributi hactenùs possedissent, jure eos amisisse, idque ad Patronum & Dominum superiorem recidisse, affirmabat. Quod contra fidem Domino feudi debitam, Veneti Cyprum hostibus Selymi, piratis Hispanis patefecissent, qui prædam ex Cilicia abactam, permissu Magistratus Veneti, in Cyprum convexissent, ac vendidissent. Etsi igitur superiores aliquot Turcarum Cæsares in Insula sua Venetos tolerâssent: Selymum tamen, quod suum esset, ab eis repetere. Id si spontè & volentes redderent, pacem non violatum, & Reipublicæ ac subditorum saluti optimè consultum iri. Sin recusarent, Selymum armis eam nihilominùs recuperaturum esse. Veneti, quamvis continua aliquot annorum caritate & penuriâ annonæ, & superiore anno etiam Navalis seu Arsenalis sui horrenda conflagratione graviter afflicti & perculsi erant, tamen magno & excelso animo respondent, nullam habere Selymum justam causam eripiendæ Venetis Cypri, quam hæreditario jure jam centum annos tranquillè possedissent. Pensionem annuam, Ægypti Sultanis præstari solitam, non Tributum, ut Domino feudi debitum, sed honorarium munus fuisse, quo gratitudinem suam superiores Cypri Reges, erga Ægypti Sultanos benefactores & amicos suos, quorum ope Petrus olim Cyprum recuperâsset, declarare soliti essent, sperare se Deum justæ causæ suæ adfuturum, cujus fiducia vim atque injurias Selymi armis propulsare, & Cyprum defendere decrevissent.

Sed

Sed jactantia hæc non sua vi nixa, tristem sortita fuit eventum.

22. Troſt / Tröſter.

Advocatia (quæ hodiè communiter ac propriè Schutz vnd Schirm / Schutz-vnd Schirms-Gerechtigkeit appellatur,) olim Germanis Troſt seu trustis, id est, fidelis advocatia, seu tuitio dicta fuit. Dn. Martin. Mager. *in elegantiss. tract. de advocatia armata. cap 2. num. 241.* A quo verbo consequenter ipsos Protectores Tröſter nominari convenit, qui etiam, ut notavit Stumpff. in der Schweitzer Chronic. *lib 17. cap 3.* Pfleger/ *& lib. 5. cap. 3.* Schaffner & priscis seculis Besorger / appellati fuerunt. Mager. *d. loc. num. 242.* Saxones etiam dicunt Troſt/pro Præfecto.

23. Tröwen / Trowort.

Qui minitatur animo nocendi concepto, domui alterius incendium, daß er jhme einen roten Hanen auff sein Hauß setzen wolle / vivus comburendus est, Farinac. *part. 3. quæst 110. num. 157.* Damhoud *in pract. crim. cap. 103. num. 11.* Quippè in atrocissimis conatus pro effectu habetur, *l. si quis. C. de Episc. & Cler.* Farinac. *quæst. 124. num. 11.* vide Böckel. *in visionib. disquisit. 6. num. ult.*

24. Truckerey.

De origine Typographiæ, vide Bornitium, *de rerum sufficientia folio 174. &c.* Serrar. *in Moguntin. lib. 1. cap. 37. &c.* Majol. *tom. 1. colloq. ult. fol. 423. &c.* Hertzog. *in Chron. Alsatia. lib. 2. cap. 64. fol. 127.* Meteranum, in der Niderländischen Histori. *lib. 4. fol. m. 218. sub An. Chr. 1573.* Me *de Arte belli. fol. 60. discursu singulari.* Quem ut & alios meos consimiles discursus, nescio quis tenebrio, meo nomine tectò, suis discursibus inseruit, & Francofurt. publicavit.

In Compendio, seu Breviario primi voluminis Annalium sive Historiarum, de Origine Regum & Gentis Francorum, ad Dominum Laurentium Episcopum Würtzburgensem, orientalisque Franciæ Ducem, Iohannis Tritemii Abbatis. Sequentia eâ de re ad finem Libri habentur.

Impressum & completum est præsens Chronicarum opus Anno Domini M. D. XV. in Vigilia Margarethæ Virginis. In nobili famosaque urbe Moguntina, hujus artis impressoriæ inventrice prima. Per Iohannem Schöffer, nepotem quondam honesti Viri Iohannis Fusth, Civis Moguntini, memoratæ artis primarii auctoris. Qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare, specularique cœpit Anno Dominicæ Nativitatis M. CCCC. L.

Indictione XIII. regnante Illustrissimo Rom. Imperatore Frederico III. Præsidente Sanctæ Moguntinæ sedi, Reverendissimo in Christo Patre Domino Theodorico Pincerna de Erpach Principe Electore, Anno autem M. CCCC. LII. perfecit, deduxitque eam (divinâ favente gratiâ) in opus imprimendi (opera tamen ac multis necessariis adinventionibus Petri Schöffer, de Gernsheim, ministri, suique filii adoptivi: Cui etiam filiam suam Christinam Fusthin pro digna laborum, multarumque adinventionum remuneratione nuptui dedit.) Retinuerunt autem hii duo jam prænominati Iohannes Fusth & Petrus Schöffer, hanc artem in secreto (omnibus ministris ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifestarent, jurejurando astrictis.) Quod tandem, de Anno Domini M. CCCC. LXII. per eosdem familiares in diversas terrarum Provincias divulgata haud parùm sumpsit incrementum.

25. Trunckenheit/ Zutrincken.

De ebriis & ebrietate, vide Georg. Obrecht. *de necessaria defens. cap. 6. num. 58. & multis seqq.* Hering. *de fidejussorib. cap. 7. num. 119. & seqq.*

De ingurgitationis & ebrietatis luxuria coërcenda. vid. Dn. Herman. Lather. *de censu, lib. 2. cap. 3.* & Gumpelzheimer. in Gymnasm. de Exercit. Academ. *partit. 5. sect. 1. m. fol. 290. & seqq.*

An in delictis Ebrietas excuset: utputà si homicidium vel tale quoddam commissum sit delictum, an tunc quia ab ebrio perpetratum est, ordinariâ vel mitiori aliquâ pœnâ sit vindicandum? vide Dassel. *consil. 13. lib. 1.* Dic, quod is mitiori & extraordinaria pœna sit coërcendus, ut patet ex textu *in l. omne delictum. §. per vinum, ff. de re milit. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn.* Quem text. Bald. *in cap. crapula. extr. de vit. & honest. Cleric.* singularem facit ad hoc. Non enim ex proposito, studio, industriâve delinquere & peccare censetur, sed potiùs impetu quodam ac infirmitate, *l. perspiciendum est, 11. §. delinquitur. 3. ff. de pœn.* Nam ut ordinariæ pœnæ sit locus, dolus simùl concurrere debet, quod in tali ebrio non præsumitur. Hinc ab Imp. *in l. un. C. si quis maled. Imp.* constitutum est, ne puniatur, qui de Imperatore temulentus malè loquitur. Facit hûc etiam text. *in cap. inebriaverunt Loth. 15. quæst. 1.* ubi inopinata ebrietas Loth, eum ab incestu excusat.

Non tamen omninò excusandi, sed pro arbitrio judicis, & qualitate delicti, puniendi veniunt: quia culpa præcessit casum: dùm nempè rei illicitæ operam dederunt.

Imò sunt, qui ebrios delinquentes dupli-

duplici pœnâ afficiendos esse putant: propterea, quod principium delinquendi in ipsis ebriis est, cum in ipsorum potestate fuerit, ebrietatem, quæ delicti causa & fomes est, vitare. Nam teste Aristotele *2. polit. c. 10.* Pittacus Mitylenensis legem tulit, quâ cavebatur, ut si ebrii quem pulsassent, majori pœnæ damnarentur, quàm si sobrii id fecissent. Idcirco Carolus V. in suis hereditariis Provinciis constituit, ne ebrietas in cædibus, quæ sepè à vinolentis committuntur, excusationem adferat. Wesenbec. *in par. ad L. Cornel. de Sicar.* Existimavit enim prudentissimus ille Princeps, sine culpa ejus non esse, qui quotidie sese ingurgitat & ebrietatis causam sibi præstavit. Petr. Peck. *ad reg. sine culpa. 18. de Reg. Iur. in 6. num 3.* Quod idem sancitur in der Fürstlichen Wirtembergischen Hoffgerichts-Ordn.

Sed hîc & similibus in casibus non omittenda erit traditio Nicol. Everh. Iun. *consil. 45 num. 12. vol. 2.* & Gailii *2. obs. 110. ubi num. 28.* distinguit inter ebrietatem, Trunckenheit/ & ebriositatem Vertrunckenheit/Gewohnheit voll zusein. Ebrietas ex casu quodam, ebriositas verò ex habitu vitioso nascitur.

Priori casu, quando quis non ex proposito & industriâ, sed vini ignorata vi deceptus, inebriatur, homicidium ab eo commissum non punitur pœna ordinaria. Covarruv. *in Clem. si furiosus. p. 3. n. 3. de homicid.* Iul. Clar. *libr. 5. sent.* §. *fin. quæst. 60. vers. præterea.* Dd. *in l. data opera. C. qui accus. non poss.* quia furioso & mortuo comparatur, & per consequens, in eo abest dolus & voluntas peccandi, sine qua delictum non puniri, vel si plectitur, mitiori saltem pœna, veram ac divinam sententiam esse, dicit Menoch. *de arb. Iud. quæst. 2. cent. 5. cas. 324. nu. 1. per l. 1.* §. *divus 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. absentem. 5.* §. *ult. & l. perspiciendum. 11.* §. *delinquitur. ff. de pœn.*

Posteriori casu, quia ex consuetudine sciens, prudensque inebriatur, pœna interdùm ordinaria plectendus erit. Nam ut ait Menoch. *d. loc. n. 8.* ebrietas affectata, dolosa, pœnâ gravi digna est.

Perniciosissima hodie illa pro salute alicujus bibendi ratio, vulgo das Gesundheit trincken / adeò invaluit, ut ingratus & injurius erga alterum is esse putetur, qui erectus, uno haustu, plerunque grande poculum pro ejus salute ebibere & se inebriare recusat. Georg. Obrecht. *de necess. defens. cap. 6 num. 75.* Sed salutipotatores isti audiant illud Ambrosii, dùm *lib. de Elia & Iejunio cap. 17* sic scribit: Quid autem obtestationes potantium loquar: quid memorem Sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus inquiunt, pro salute Imperatorum: & qui non biberit, sit reus in devotione. Videtur enim

enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O piæ devotionis obsequium! Bibamus pro salute exercituum, pro Comitum virtute; pro filiorum sanitate. Et hæc vota ad Deum pervenire judicant: Sicut illi, qui Calices ad sepulchra Martyrum deferunt, atque illic in vesperam bibunt: & aliter se exaudiri posse non credunt. O Stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant, qui æstimant illos ebrietate placari: qui jejunio passiones sustinere didicerunt. Hæc Ambrosius. adde Obrecht. *d. loc. nu. 77. & seq* vid. Gumpelzheimer. *exerc. Acad. f 309.* & Ioh. Frid. Matenesium, *in critica Christiana, de ritu bibendi super sanitate & de somnifero potu*, vom Schlaffrunck.

26. Türck.

Quid Legatus in Turcia debeat observare (ubi multa de Statu Imperii illius) vide apud Frider. d. Marselaer. *lib. 1. fol. 135.*

De fœdere cum Turcis. vide me, *tr. d. fœderib. fol. 30. &c.* & in Mercurio Gallico. *tom. 10. fol. 9. An. Chr. 1623. fol. 110. &c. An. 24. tom. 11. fol. 117 1101.*

Fraudum optimos architectos Turcas esse, notat Soranzius, *cap. 42.* & etiam Tarduccius, *fol. 229.*

De Turcis autem, eorumque Republica, moribus, & minutissimis etiam multa observavit Petrus Bellonus, cujus iter orientale suffixum est, Exoticis Caroli Clusii. Et addi potest Busbequius ac Soranzius. Vt & Nicolaus Nicolai, Geographus Galliæ Regis, von der Schiffahrt vnd Raiß in die Türckey. Ac etiam Michael Heberer

27. Türckensteur.

Ad contributionem expeditionis bellicæ contra Turcas, ex causâ necessitatis publicæ indictam, omnes tàm Clerici, quàm Laici, quantumvis multùm privilegiati, nemine penitùs excepto, obstringūtur. Reichs-Abschied zu Wormbs den 7. Augusti, An. 1495. *rubr.* von dem gemeinen Pfenning *in fin: princ: vers.* Alle vnd jegliche Menschen/sie seyen Geist-oder Weltlich/ Frawen oder Mann/ was Würden/ Stands/Ordens oder Wesens die seynd/ niemand außgeschlossen/ &c. R. A. zu Augspurg/ den 2. Iulii, Anno 1500. *rubr.* daß die Geistlichen allwegen von 40. Gülden Gült/ einen Gülden geben sollen/ *& rubr. seq. vers.* Item ist angesehen/daß alle Geistliche Personen/ Mann vnd Frawen/ sie seyen exempt oder nicht/ von allen jhren Einkommen/ Renten/ Gülten vnd Nutzungen/alle Jar von 40. fl. einen geben sollen. R. A. zu Speyr. den 11. April. An. 1542. §. vnd nämblich/ sollen alle. *vers.* niemand außgenommen/ auch vnangesehen aller Verträge/ Indulten vnd Herkommen/

men / so dieser Anlag zuwider seyn möchten

Cùmprimis verò tres Recessus Imperii (referente Iacobo Alemanno, *in palast. consultat. consult 5. f. 249. & seq*) nimirùm de datis Spiræ Nemetum 10. Iunii, Anno 1548. §. als aber wir samt den Fürsten/ 2c. Ratisbonæ, 12. Octob. Anno 1576. §. vnd nach dem diese ansehenliche Hülffleistung/ 2c. Ibidemque 19. Augusti, Anno 1594. §. nach dem nun die vorgesetzte/ 2c. qui ob verborum prægnantiam & generalitatem hanc in rem sunt legendi.

Quod autem Clericis ob necessitatem publicam collecta indici possit, tradunt Tessaurus *decis. 234. num. 10.* Hartman. *lib. 2. obs. cap. 2. Miscellan. obs 7.* Gail. *2. obs 32.* Schurff. *cons. 44. cent. 1.* Thomatus, *de Collectis. §. exactio munerum. 2. num. 44. & 46.* Necessitatis enim Leges amarissimæ sunt, & faciunt licitum, quod aliàs est illicitum.

28. Thurnier/ Thurnierbuch.

Ludi torneamentorum apud majores nostros frequentissimi fuerunt: undè Sebastianus Meichsnerus, in Præfatione, der Kayserlichen / Königlichen Land vnd Lehenrecht vnserer Teutschen Vorfahren/ 2c. conqueritur:

Seit die Ritterschafft Thurnieren vermeidt/
Vnd die Priesterschafft im Harnisch reit/
Vnnd Weltliche Münch Geistliche Pfarr regieren/
So müssen wir Land vnd Leut verliehren.

Das Thurnierbuch wöllen etliche verständige Politici vnd Historici dieser Zeit / nicht zwar ratione ipsorum hastiludiorum, sondern respectu circumstantiarum confictarum für suspect vnd vnglaubhafftig achten.

Sed de Torneamentis, vide Dn. Vischer. *de Duello.* Draconem, *de Patricis. fol. 77.* & Majolum, *in dieb. Canicular. fol. 775.*

Contra Torneamenta autem olim Theologi multa dixerunt & scripserunt. vide Cantiprat. *fol. 443.* ibiq; notata.

Et quod ejusmodi Torneamenta propter luxum & amores, Civibus, ubi celebrabantur, fuerint exosa, edocent hastiludia Basileæ, An. 1217 magnâ frequentia agitata, sed fine lugubri & cruento terminata. vide Guilliman. *lib. 6. Habsburg. cap. ult. fol. 308.*

29. Tyrol.

Deroselben incorporirte Graff- vnd Herrschafften seynd Burgaw/ Kirchberg/ Weissenhorn/ Veldkirch/ Bregentz / Bludentz / Sonnenberg/

Montfort / Hohenegg / die Ober- vnd Nider-Land-Vogtey in Schwaben / Nellenburg / die Herrschafft Hohenberg / Seyfriedsperg / Ehingen / Schelcklingen vnd Perg / so mit den Hohen-Obrigkeiten in die Ober-Oesterreichische Regirung gehörig.

1. Valvation.

HAc voce denotatur extrinseca bonitas nummi. Nec enim satis est, nimium pondus & characterem publicum habere, nisi etiam æquo, constanti & certo æstimio publicitùs definitus fuerit, *l. 3. de in lit. jurand. l. 30. de eo, quod certo loco*. Quippè quod nummus instar Legis, quæ publica & constanti authoritate innititur, ut omnibus rebus venalibus, quarum æstimatio varia est, semper & constanter adæquari, *l. pen. de Constitut. Princip.* adeòque suum finem adipisci possit.

2. Vatterland.

Patriæ appellatio non modò ad Provinciæ alicujus latè patentis significationem, verùm etiam æquè ad Civitatem, in quâ domicilium est, referri solet, ut declarat Bartol. *in l. 3. C. de natur. liber*, per illum textum, præsertim ubi Civitas Provinciæ tenet principatum, sicuti dicit idem textus circa finem. vide *Consil. Illustr. ICC.* Baptist. Cæsar. *consil. 73. num. 6. part. 3.*

3. Vätterliche Lini.

Verba illa, *ex linea patris*, possunt intelligi duobus modis, primo modo materialiter, effectivè pro omnibus, qui habuerunt materiam & effectum à patre, & hoc modo veniunt solùm descendentes à patre: quia in transversalibus patris non est aliqua materia aut effectus patris, qui eos genuit. Secundo modo intelliguntur illa verba ex linea patris, subjectivè aut contentivè seu comprehensivè pro omnibus, qui continentur sub lineâ, & subjiciuntur lineæ, in quâ pater continetur. Et hoc modo conjuncti patri in transversum, dicuntur ex linea patris, & etiam ipsi transversales continentur sub eâdem linea. vide Gravett. *consil. 250. nu. 4. & 5.*

4. Vberbesserung /

Ita in Suevia utile Dominium emphyteutæ vocitari solet: Weil ad emphyteutam jeniges gehörig / so er vber den Canonem auff solchen Lehengütern erbawet. Et verè convenit emphyteusi vocula hæc, quia in emphyteusin dantur bona inculta, ut excolantur.

5. Uber den Rhein / oder die Thonaw weisen.

An Sententia Iudicis vim suam porrigat etiam extra territorium jus dicentis? quæstio est perplexa, quam Bart. ita enodat *in l. cunctos populos. num. 50. C. de sum. Trin.* Aut, inquit, pœna per sententiam inflicta, respicit personam ipsam, quæ deliquit, aut ejus bona. Priori casu rursus subdistinguit. Aut pœna respicit interdictum certi loci, puta, si persona relegetur, ita, ut prohibeatur commorari in certo loco, hoc casu, sententia relegationis, seu, ut loquitur Bart. confinii, die Lands-Verweisung / extra territorium judicis vim habet nullam. *l. relegatorum. 7. §. interdicere. 10.* ubi Bart. *ff. de interdict. & releg.* Atque hinc est, quod relegatio, quâ facinorosus à Tubingensi Prætore per sententiam in Hungaricos fines contra Turcam condemnatur, de jure communi non valeat. Bart. *in d. l. relegatorum. §. est quoddam.* Verùm *dict. l. relegatorum. 7. §. interdicere. 10.* vitiatur: (1) ratione consequentiæ. Nam interdicto loco domicilii, etiam locus originis prohibitus censetur. *d. l. relegatorum. 7. §. interdicere. 10. vers. Mævio enim.* (2) Si ob publicum damnum evitandum, aut ob commune Reipubl. bonum, ad externum & longinquum aliquem locum accedere prohibeatur condemnatus. *l. pen. ff. de decret. ab ord. faciend. l. mercatores. 4. C. de commerc.* (3) Si consuetudine contrarium sit inductum: cujusmodi consuetudo passim in Germania viget, ubi v. g. einer uber den Rhein oder Tonaw schwören muß: Etsi judicis relegantis jurisdictio eousque se non extendat. Anton. Berned. magnus Germaniæ practicus, *in tract. Germanic. qui inscribitur,* Ein newe Halsgerichts Ordnung, *tit. 5. art. 2.* Aut, qui est alter subdistinctionis casus, sententia respicit diminutionem status personæ, hoc est, continet personæ excommunicationem aut infamiam juris, & hujusmodi sententia pœnalis sequitur condemnatum extra territorium, & ubique vim habet. Ratio est, quia hujusmodi pœna personæ inhæret, eamque sequitur quocunque se recipiat. *l. ex ea. 9. ff. de postul.* Posteriori casu principali, cum scil. pœna respicit bona ejus, qui deliquit, iterum distinguit Bart. Aut enim pœna privationis seu confiscationis bonorum, ex jure communi pro delicto est constituta, aut ex jure speciali, puta lege municipali, præscriptione aut cõsuetudine loci. Priori casu concluditur, quod sententia privationis seu confiscationis bonorum, extendat vim suam ad bona extra territorium jusdicentis sita, quod que bona extra territorium sita, non judex, in cujus banno delictum commissum est, quique sententiam tulit, sed judex loci bonorum capiat. *c. po-*

stulasti. extr. eod. Hinc efficitur, si nobilis aliquis, qui à diversis principibus amplissima feuda habet, suam, pugione conjugem interfecerit, & ab uxoris consanguineis parricidii accusatus, ad perpetuos carceres pœnæ causa condemnatus, adeoque per talem sententiam infamis redditus fuerit, sicque legitimam standi in Curia dominorum personam non habuerit: quod non solùm à Principe, in cujus territorio parricidium commissum, sententia carceris lata & incarceratio facta est, iis feudis, quæ ab eo recognoscit, sed etiam ab aliis principibus, feudis, quæ ab iis tenet, possit privari.

Altero casu, cum videlicet privationis bonorum pœna ex jure speciali delinquenti imponitur, concluditur: quòd privationis & confiscationis sententia, ad bona alibi sita non porrigatur. Bart. *in d. l. cunctos populos. num. 50.* Panor. *d. c. postulasti. numer. 9. extr. eod.* Gail. *lib. 2. obs 124. numer. 9.* Hinc illud quoque, si quis sub diversis territoriis bona possidens, se interficiat, & Dominus loci delicti, jus confiscationis bonorum ex præscriptione sibi arroget, contra jus commune, an sententia privationis bonorum, ad alibi sita se extendat, atque liberos excludat? item cui fisco bona alibi sita cedant? non ineleganter quæritur? & Negativa sententia, ut legalior, amplectenda est, ita tamen, ut bona illa alibi sita domino loci rei cedant. Ratio est, quia hoc casu, pœna confiscationis imponitur ex jure speciali, vide me *in delibatis. ex lib. 1. ff. quæst. 45. & in tr. d. Territorio. f. 275.* adde Pegueram. *decis. 89.*

6. Vberhaupt kauffen/ ins Meß kauffen.

Aversione venire, est vendi ad corpus, sivè speciem: cui modo opponitur, vendere ad quantitatem, pondus, numerum vel mensuram: vide Dn. Bocer. *in class. disp. de empt. thesi 18. &c.* & Cavalcan. *d. Tutor. & Curat. sect. 5. n. 38. f. m. 162.*

Per aversionem emptio venditio fieri dicitur, quod quasi aversi quodammodo negotium contrahamus, re omni neque perfectà neque explorata benè, & quòd emptor omne periculum in se suscipiat, & venditor in illum omne damnum avertat. Costal. *ad l. qui officii. 62. §. 2. de contrah. empt.* quod & dicitur universim & uno pretio vendi. *l. quod sæpè. 35. § in his 5. ff. d. tit. l. si plura. 36. ff. de ædil. edict.* Sic aversione, Vberhaupt/ opus locatum & conductum dicitur, quod non in certos pedes, mensurasque conductum est, sed ἐν ὁμαδῷ uno pretio, Idq; conductoris est periculo, donec approbatum fuerit. *l. opus 36. l. ea lege. 51. ff. locat. conduct.* Speckhan. *cent. 3. quæst. 19. Class. 1. numer. 3.* Quid si emptor sit in mora admetiendi;

di. vid. Costal. *ad l. 1. ff. d. peric. & com. rei. vendit.*

In venditione per aversionem, cum uno pretio venditio facta sit, & omne periculum & damnum, commodum & incommodum per aversionem in emptorem à venditore aversum sit & translatum: consequens est dicere, emptionem venditionem hoc casu adeò perfectam censeri, ut statim post pretium rei venditæ, in universum constitutum, & aversionem periculi à venditore in emptorem factam, omne rei venditæ periculum & damnum, commodum & incommodum ad emptorem pertineat. Speckhàn. *d. loc. num 3. princ.*

7. Venedig.

De Venetis ita Frider. de Marselaër *de Legato lib. 1. fol. 133.* scribit: Cùm Venetorum Republicâ agere, non parum difficile credat Legatus, ubi cum tot hominibus negotium explicandum erit, qui summâ invicem diffidentiâ feruntur, pereundique metu, æqualitatisque & conservationis sui amore, allaborant, ne quis præ reliquis excellat. Respublica Pacis apprimè studiosa, atque ita diuturniore tranquillitate digna, hoc egit semper, non adeò, ut cuiquam imperaret, quàm ut ne cui serviret. Et cum relationes totius orbis regiminum accuratissimas & absolutissimas asservent, & perdiscant Veneti; non aliunde Legati instructiores prodeunt, quàm ex hac Republicâ, ceu Equo Trojano, vel rei Politicæ Palæstra. Hic quoque attentius, quàm uspiam alibi notatur, quicquid agat aut moliatur Legatus. Vtpote quia Venetorum Legati secretis exterorum cognoscendis & penetrandis maximè intenti sunt; ita vicissim hic metuitur, ne eadem curiositas & cura occupet atque erudiat exteros mibi residentes. Ideoque Incolis non promiscuè licet, dùm lubet, Legatum adire, ejus ædes frequentare, domesticos convenire aut excipere. Malè tamen quis neget, hic (ubi etiam homines degunt & regunt homines) Legati industriæ, largitioni, fidoque silentio invia & occlusa esse omnia.

Et post addit: Porrò in hac Republica primum munus est electi Ducis: proximum, sex Procuratorum S. Marci. Officia hi gerunt perpetua: reliqui certis temporibus definita. Deductor quidem exercitus assumitur, nisi ad tempus, isque externus; quo minus forsan authoritate vel bellicâ gloria intumescens, Imperium invadat: Et quanquam Venetorum Dux ordine primus sit; seorsim tamen sine Concilio Decemvirûm (quod apud eos summum) non deliberat aut statuit quidquam: ne Epistolam quidem externi Principis aut Legati referat, nisi quispiã ex pdictis Decemviris casu vel vocatus adsit.

Quinimò suffragium cujusque Senatoris non aliter numeratur, quàm ipsius Ducis: proindeque pro ratione & Reipubl. bono, liberè Senatores eidem refragantur. Denique non nisi Reipublicæ nomine, nec aliud quàm quod decrevit Concilium Decemvirorum, exterorum Legatis Dux respondet. Hujus Concilii Vir magnæ semper existimationis existit, qui à Secretis est, Legato colendus.

Adde Contarenum *de Rep. Veneta, & tr. ex Ital.* à Megisero *in vernaculam nostram conversum*, & Venediger Herrligkeit *inscriptum.*

8. Vereinigen/ Ubereinkommen.

Clausula haben vns vereinigt vnd seynd vbereinkommen / formam exprimit stricti juris, in stipulatione consistentem. arg. *l. 5. §. satis.* & ibi Iason. *ff. de V. O. l. si hæreditatem. 32. ff mandati. l. 2. §. pen. ff. de admin. rer. Civit. pertinent.*

9. Verendern/ Verreissen.

Alienationis appellatione, ea tantùm venit alienatio, quæ voluntaria est, non quæ necessaria. *l. Divus Pius in fin. pr. l. in æstimationib. de petit. hæredit. l. alienationes. ff. famil. hercisc.* Propterea, quod ei, qui præter voluntatem suam in necessitate constitutus est, facilius subveniendum Leges præcipiant, quàm ei, qui actum voluntarium liberè exercet. *l. si fidejussor. §. si necessaria.* & not. ibi Dd. *ff. qui satisd. cog.* Iacob. Thoming. *decis. 31. num. 40.*

Notandum omninò hic est, quod communiter Interpretes tradunt, quod nimirùm stante aliqua prohibitione alienationis, nihilominùs concedi possit commoditas percipiendorum fructuum. Hering. *de fideiuss.* allegans in hanc sententiam plures. *cap. 7. num. 195.* Vndè & Iason. *in l. filiusfam. §. Divi. in 2. lectur. col. 11. in 12. limit. ff. de leg. 1.* scribit: quod prohibitus rem alienare, possit tamen locare fructus, toto tempore vitæ suæ.

10. Verenderung der Regimenten.

De causis conversionis Imperiorum ago *in tract. de curanda Rep.* Sequentia etiam legere, forsan non ingratum erit: cum cuncta (Centonis in morem) desumpta sint ex Propheticis scriptis.

Permovet me, facies orbis præsens, ut in causas tot malorum pressiùs inquiram, ac in thesi tantùm, quod ajunt, repetam paucis, quid Imperia converterit, quid Resp. everterit, quid populos perdiderit, eorumque nomen & vestigia penitùs olim extinxerit in orbe: quomodo item mise-

miseriæ illæ averti, vel suspendi saltem queant. Et faciam id bonâ veniâ vestrâ, incluti Auditores, ac quidem ex mente & verbis etiam, quantùm fieri potest, eorum, quibus contradicere nemo ausit, quos audire omnes juvit, quibusque non aures morigeras præbuisse, pœnitebit certè multos.

Non est autem, quod quis casu cuncta hæc fieri putet, quodq; omnia incerto eventu nunc sursum, nunc deorsum, vel etiam transversum rapiantur, autumet ullus. Cornua in manibus Altissimi sunt: ibi abscondita est fortitudo ejus. Ante faciem ejus mors vadit, & egreditur Diabolus (*pestis*) ante pedes ejus. Aspicit & dissolvit gentes, ac montes seculi conteruntur. *Habacuc. Orat. v. 4. &c.* Quemadmodum avis in laqueum terræ, absque aucupe non cadit, nec antequàm ceperit quid, laqueus de terra auffertur; Sic non est malum in Civitate, quod Dominus non fecit. *Amos 3. vers. 5 6.* Ipse mutat tempora & ætates: transfert atque constituit Regna, *Dan. 2. vers. 21.* Dominatur Excelsus in hominum Regno, & cuicunque voluerit, dabit illud. *Dan. 4. v. 14 22. 29.* non est, qui resistat manui ejus. *Dan. d. cap. 4. v 32.* Ecce Dominator Dominus exercituum, auffert omne robur panis, & omne robur aquæ. *Esai. 3. v. 1.* Ipse conterit baculum panis, facitque, ut in solicitudine, & in pondere comedant panem; ac ut aquam in mensurâ & in angustiâ bibant. Vt deficientibus pane & aquâ, corruat unusquisque ad fratrem suum & contabescat. *Ezech 4. v. 16. & 17.* Ipse solus conterit virgam panis, ac in terram immittit famem, & interficit de ea hominem & jumentum. *Ezech. 14. v. 13.* Facitque, ut comedentes non saturentur. *Mich. 6. vers. 14.* ut residuum erucæ comedat locusta, & residuum locustæ, comedat bruchus, & residuum bruchi comedat rubigo. *Ioel. 1. v. 4.* Ipse, quod in domum est illatum, exsufflat. Ipse prohibet, ne Cœli darent rorem, & terram prohibet, ne daret germen suum. Vocat siccitatem super terram, super triticum & super vinum, & quæcunque profert humus, ac super omnium manuum laborem. *Agg. 1. v. 9 &c* A Signis Cœli metuere haut quis debet, quæ timent gentes *Ierem. 10. v 2.* Qui enim fecit terram in fortitudine suâ, is etiam elevat nebulas ab extremitatibus terræ, & dat multitudinem aquarum in Cœlo, Fulgura in pluviam facit, & ventum educit de thesauris suis. *Ierem. d. cap. 10. vers 13.* Is cùm percutit habitatores Civitatis, homines & bestiæ magnâ pestilentiâ moriuntur. *Ierem. 21. v. 6.* Ille idem gladium inducit super terram, eidemq; gladio dicit: Transi per terram, ac interfice de ea hominem & jumentum. *Ezech. 14. vers 17.* Tunc gens ascendit super terram innumerabilis

& for-

& fortis: dentes ejus, ut dentes Leonis, & molares ejus, ut catuli Leonis. Vineæ ponuntur in desertum, & ficus decorticantur, depopulatur Regio, luget humus. *Ioel 1. v. 6. 7. & 10.* Dominus cùm loquitur verbum, terra dissipatione dissipatur, & prædatur direptione: defluit orbis & altitudo populi infirmatur. *Esai. 24. vers. 3 & 4.*

At vero minimè malis populorum, Deus gaudet, non spontè & volens gentes affligit. Haud filios hominum abjicit, eósque humiliat ex corde. *Lament. Ierem 3. vers. 33.* Non terra officium suum negligentiùs obit: Sed ea infecta est ab habitatoribus suis. *Esai 24. v 5.* Eam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, & serotinus non fuit imber. *Ierem. 3. vers. 3.* Iniquitates hominum declinant hæc, & peccata eorum prohibent bonum. Nempè, cùm non in corde suo dicunt: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui pluviam temporaneam & serotinam dat, in tempore suo, plenitudinemque annuæ messis custodientem. *Ierem. 5. v. 24. & 25.* Non est abbreviata Domini manus, ut nequeat salvare, neque auris ejus est aggravata, ut non exaudiat. Sed hominum iniquitates dividunt inter homines & Deum suum, & peccata abscondunt faciem ejus, ne exaudiret. *Esai. 59. v. 1. 2.*

Oculi Domini Dei, sunt super Regnum peccans, & conterit illud à facie terræ, *Amos 9. v. 8.* Vineam cùm plantat Dominus, & nec est, quod ultra debuit facere vineæ suæ, quod non fecit: at cùm exspectat, ut faceret uvas, & facit labruscas. Tunc aufert sepem ejus, & erit in direptionem: diruit maceriam ejus, & erit in conculcationem. *Esai. 5. vers. 2. 4. & 5.* Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, inquit Dominus. Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius vos devorabit, quia os Domini est locutum. *Esai. 1. v. 21.* Væ tunc genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. *Esa. 1. vers. 4.* Subsequuntur tunc ferè ea, quæ ruinæ appropinquantis certissima, criteria perhibentur. Auffert Dominus Dominator fortem, & Virum bellatorem, Iudicem & Prophetam, senem & honorabilem vultu, & consiliarium & sapientem de architectis. Dat econtrà pueros Principes eorum, & effœminati dominantur eis. Contra senem puer, & ignobilis contra nobilem tumultuatur. *Esa. 3. v. 2. &c.* Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo, & Viri misericordiæ colliguntur: quia non est, qui intelligat, & à facie malitiæ colligitur Iustus. *Esai. 57. vers. 1.* Populus, quandò appropinquat ore suo, & labiis suis glorificat Deum, cor autem longè est ab illo, & timent Deum mandato hominum & doctrinâ. Perit tunc sapientia à sapien-

ſpientibus ejus, & intellectus prudentum ejus abſcondetur. Væ tunc, qui profundi eſtis corde, ut à Domino Conſilium abſcondatis: quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nos novit? Perverſa cogitatio hæc eſt: quaſi, ſi lutum contra figulum cogitet, & opus dicat factori ſuo: Non me feciſti. Et figmentum dicat ſuo Fictori: Non intelligis. *Eſai. 29. verſ. 13. &c.* Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt. At cùm illi recedunt de via, & ſcandalizant plurimos in lege, irritumque faciunt pactum Levi. Propter quod & Dominus exercituum, contemptibiles eos dat, & humiles populis cunctis: ſicut non ſervant Domini vias, & accipiunt faciem in lege. *Malach. 2. v. 7. &c.* Speculatores ſunt cæci, canes muti, non valentes latrare. Intelligentiam ignorant, quandò omnes in viam ſuam declinant, unuſquiſq; ad avaritiam ſuam, à noviſſimo uſq; ad ſummum. *Eſa 56. v. 10. 11.* Cùm tenentes legem neſciunt Dominum, & Paſtores prævaricantur in eum. *Ierem. 2. v. 8.* Propheta & Sacerdos cùm ſunt polluti, tunc via eorum, quaſi lubricum in tenebris erit. Impellentur & corruent in ea. *Ierem. 23. v. 11. & 12.* Væ Paſtoribus, qui paſcunt ſemetipſos: nonne greges à Paſtoribus paſcuntur. *Ezechiel. 34. v. 2.* Cùm non eſt, qui gratuitò oſtia claudat, & Altare Domini incendat: tunc non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. *Malach. 1. verſ. 10.* Dominus ad judicium venit cum Senibus Populi ſui, & Principibus ejus, quandò vineam depaſcuntur, cum rapina pauperis eſt in domo eorum. *Eſai 5. v. 14.* Cùm Principes ſunt infideles, ſocii furum: cùm munera diligunt, & retributiones ſequuntur omnes. *Eſa. 1. v. 23.*

Væ, qui Civitatem ædificant in ſanguinibus, & præparant urbem in iniquitate. *Habacuc. 2. v. 12.* Qui comederunt carnem populi mei, dicit Dominus, & pellem eorum deſuper excoriaverunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebête, & quaſi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinventionibus ſuis. *Mich. 3. v. 3. & 4.* Væ, qui condunt leges iniquas; & ſcribentes injuſtitiam ſcribunt: Quid facient in die viſitationis & calamitatis de longè venientis. *Eſai. 10. verſ. 1. & 3.* Propter hoc laceratur Lex, & Iudicium non uſque ad finem pervenit: quia impius prævalet adverſus juſtum, propterea egreditur judicium perverſum. *Habacuc. 1. v. 4.* Cùm veritas & miſericordia non eſt, nec eſt ſcientia Dei in terra: cùm maledi-

ctum & mendacium & homicidium & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tegit. Propter hoc luget terra, & infirmatur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre Cœli. *Osee. 4. vers. 1. &c.*

Cùm in Prophetis similitudinem adulterantium videt Dominus, & iter mendacii: cùm confortant manus pessimorum, & non convertitur unusquisque à malitia sua. Tunc coram Domino omnes ut Sodoma fiunt, & habitatores ut Gomorrha. *Ierem 23. v. 14.* Væ, q consurgunt manè, ad sectandam ebrietatem, & potandum usque ad vesperam, ut æstuent vino. Cythara & lyra, & vinum in conviviis ipsorum, & opus Domini non respiciunt, neque considerant opera manuum ejus. Propterea populus ducitur captivus, & nobiles ejus intereunt fame. *Esai. 5. v. 11. &c.* Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas, panis & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus, & manum egeno & pauperi non porrigebant. *Ezech. 16 vers. 49.* Pro eo, quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant: ambulabant & pedibus suis composito gradu incedebant. Decalvavit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudavit. Abstulit Dominus ornamentum calceatorum, & torques, & monilia & armas, & olfactoria, & maures & annulos & gemmas, & acus & specula & sindones & vittas. Mærebant atque lugebant portæ ejus; & desolata in terra sedit. *Esai. 3. v. 16. &c.* Visitat Deus super Principes, & filios Regis, & super omnes, qui induuntur veste peregrinâ. Visitabit super omnes, qui arroganter ingrediuntur super limen. *Zephan. 1. vers. 8.* Væ illis, qui conjungunt domum ad domum, & agrum agro copulant, usque ad terminum loci. *Esay. 5. vers. 8.* Cùm à minore usque ad majorem omnes avaritiæ student, & à Propheta usque ad Sacerdotem, cuncti faciunt dolum: tunc transibunt ad alteros domus eorum, agri & uxores pariter. Extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. *Ierem. 6. vers. 12. & 13.* Vidit S. Amos Dominum stantem super Altare & dixit: Percute cardinem, & commoveantur super liminaria. Avaritia enim in capite omnium, & novissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis. Fugient & non salvabitur ex eis, qui fugerit. *Amos. 9. vers. 1.* Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ. Dicentes: Quando transibit messis, & venundabimus merces, & aperiemus frumentum, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. Iuravit Dominus, si oblitus fuero usque ad finem, omnia opera co-

eorum. Nunquid super isto non commoveatur terra, & lugeat omnis ejus habitator, *Amos. 8. v. 5. &c.* Væ, qui congregat avaritiam malam Domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus, & liberari se putat de manu mali. Væ animæ eorum, quoniam reddentur eis mala, qui peccatum suum quasi Sodoma prædicant, nec abscondunt. *Esai. 3. v. 9.*

Qui confusione non confunduntur, & erubescere non sciunt. Quamobrem cadent inter ruentes, & corruent in die visitationis suæ. *Ierem. 6. vers. 15.* Quando vocat Dominus ad fletum, ad planctum, ad calvitiem, & ad cingulum facci. Cùm tunc gaudium & lætitia est, occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes, bibere vinum. Si dimittatur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, Dominus Deus exercituum dicit. *Esa. 22. vers. 12. &c.*

Minimè autem hæcce mala, hypocritica pietate aut prudentia, quæ ex carne avertuntur aut præcaventur. Quod si quis dixerit: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus; Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. *Esai. 9. v. 10* Destructi sumus, sed revertentes ædificabimus, quæ sunt destructa. Hæc dicit Dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usque in æternum. *Malach. 1. vers. 4.* Omnes munitiones sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui, inimicis tuis ad aperitionem pandentur portæ terræ tuæ, devorabit ignis vestes tuas. Extrue munitiones tuas intra lutum & calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, devorabit te ut bruchus. *Nahum. 3. v. 12. &c.* Væ, filii desertores dicit Dominus, ut faceretis consilium, sed non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum. *Esai 30. v. 1.* Concipient ardorem, parient stipulam, spiritus ipsorum ut ignis devorabit eos. *Esai. 33. vers. 11.* Non est, qui invocet justitiam, neque est, qui judicet verè: Sed confidunt in nihil, & loquuntur vanitates. Concipiunt laborem, & parient iniquitatem. Telas araneæ texant, telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. *Esai. 59. vers. 4. 6.* Tuncque Dominus dicit: Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cavernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. Cùm exaltaveris quasi Aquila nidum tuum, detraham te inde. *Esai. 49. vers. 16.* etsi intra sydera posueris nidum tuum, *Abd. 1. v. 4.* Maledictus homo, qui in homine confidit; & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor ejus.

Jerem. 17. vers. 5. Pro eo enim, quod quis habet fiduciam in munitionibus & thesauris, ipse quoque capietur. *Jerem. 48. v. 7.*

Alia ergò media sunt adprehendenda, alius Auxiliator est exorandus. Convertimini ad me, ait Dominus Exercituum, & convertat vos. *Zach. 1. vers. 3.* Venite & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Esai 1. vers. 18 & 19.* Qui fiduciam habebit mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. Viam facite, præbete iter, declinate de semita, aufferte offendicula de via populi mei. *Esai. 57. vers. 13. & seq.* Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur impius à via sua, & vivat. Si dixero impio morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque judicium & justitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mádatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quicquam injustum, vitâ vivet & non morietur. *Ezech. 33. vers. 11. 14. & 15.* Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam & pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei, dicit Dominus. *Jerem. 18. vers. 8.* Imitandi sunt Ninivitæ, qui crediderunt in Deum, & jejunium prædicaverunt, & vestiti sunt saccis, à majore usque ad minorem. *Jonæ. 3. vers. 5.* Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum: quiescite agere perversè, discite benefacere. Quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, dicit Dominus. *Esai. 1. v. 16. 17. &c.* Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiant sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum; iste in Excelsis habitabit. Panis ei datus est, aquæ ejus sunt fideles. *Esai. 33. v. 15. & seq.*

Timor Domini ipse est thesaurus ejus. *Esai. 33. v. 6.* Frangit esurienti panem, & egenos, vagosque inducit in domum suam. Tunc erumpet quasi mane lumen ejus, & sanitas ejus citius orietur. Tunc invocabit, & Dominus exaudiet. *Esai 58. vers. 7. & seq.*

Indicatum est hominibus, quid sit bonum, & quid Dominus requirat ab eis. Utique facere judicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo suo. *Michæ 6. vers. 8.*

Hæc si quis populus nolit audire, vel audita non ad animum revocare velit, propè est perditio totalis, quam Pharaonica excæcatio præcedere solet. Audireque sibi persuadeat dicentem Deum: Super quo percutiam vos ultrà, addentes prævaricationem.

Esai 1.

Esai. 1. vers. 5. Non quæsiverunt Dominum, dum potuit inveniri. *Esai 55. vers. 6.* Interibit tunc vir & mulier, parvulus & lactens: nec quicquam residuum relinquetur. *Ierem. 44. vers. 7.* Non illos castigabit in judicio, sed eos faciet in consummationem. *Ierem. 30. v. 11. Hactenus Propheticus Cento.*

Addo Herodoti Ethnici, minimè Ethnicam sententiam, quæ extat. *lib. 6.* Cùm Deus puniturus est gentem vel urbem, prodigiis id priùs solet significare. Quo facit etiam pia & gravis illa Christiani hominis vox: Loquitur cum hominibus Deus, non modo linguâ humanâ per Prophetas, Apostolos & Pastores, sed nonnunquam etiam ipsis elementis in formas & imagines diversas compositis.

II. Verfangenschafft / verfangne Güter.

Germanica vox verfangen / Verfangenschafft, propriâ sua vi, æs alienum & debitum significat: quomodo etiam in Statutis Vlmensibus Verfangenschafft/cum legitima conjungitur. *part. 1. tit. 10. §. 2.* ibi: den Kindern / und Eltern jhre Legitima und gebürende Pflichtheil oder andere Verfangenschafft entzogen. Legitima autem est debitum. *l. 36. §. 2. Cod. de inoffic. Test.*

Verfangne Güter vocamus, da die immobilia den Kindern erster Ehe verfangen seynd / und die Aeltern davon mehr nicht / dann allein / den usumfructum oder die Abnutzung haben. Dn. Adam Keller. *de success. ab intestat. tit. 29. num. 80.* ut in multis locis, etiamnum hodiè, & olim ubique ferè locorum illius Provinciæ obtinebat: da eintweder nach zertrenter Ehe das Verfangenschafft oder Theilrecht / in usu erat. Sed de hisce bonis affectis, seu restitutioni subjectis, quædam tradit Vdalricus Zasius, *in parat. ff. tit. usufructuarius quemad. cav. num. 6.* Et quod Statuto alienatio vel translatio dominii planè prohiberi possit, est text. *in l. si in emptione. §. 1. ff. de contr. empt.* Quæ bona die Aeltern weder verkauffen / versetzen noch sonsten alieniren mögen / und da es gleich geschehe / selbige auch durch sie vor jhrem Tod einem Frembden würcklich tradirt / uberliessen und einhändigten: so hätten doch die Kinder Macht und Gewalt / solche jhnen verfangne Güter / ohne allen jhren entgelt wider zufordern / nicht weniger / als mit den alienirten Lehen-Gütern beschicht. Iuxta *c. Titius, si de feud. defunct. fuer. contr.* vid. Keller. *d. loc. num. 31. & seqq.*

Das Theilrecht vocitamus, wann die Aelter nach zertrenter Ehe / da sie sich wider verheuraten / mit den Kindern theilen müssen: und nemmen nur einen Kindstheil. Auff beeden Fällen / haben die Kinder nichts mehr zufordern / und werden für Vätter- auch

Mütterlich abgefertigt. Also / daß sie nichts mehr erben / wann gleich der vberlieben Vatter oder Mutter keine Kinder / sondern allein ein Eheweib verlasset.

12. Vergleichen / vertragen.

Si cum IC. Cajo verum amamus, fateamur oportet, verba illa vergleichen / vbertragen / abhandlen / apud Germanos in lingua nostra vernacula, ac frequentiori sive communiori significatione, generaliter idem denotare, quod Latinis pacisci, convenire, sive quodcunque negotium, in quo duorum, pluriumvè consensus requiritur, quàcunque ratione componere. Ac Vertrag / Abhandlung / idem esse, quod Latinis est pactum vel conventio. Ita namque communiter loqui aut scribere solemus: Sie haben sich vber den Kauff zu Grund verglichen vnd vertragen / vnd ist also abgehandlet / daß Käuffer / &c. vide omninò Ernest. Cothman. *vol. 3. respons. 50. num. 16. & multis seqq.* Consil. Altorff. *consil. 99. fol. 625.* Sed tamen plerumque sumuntur pro transactione, quam verbum Vertrag propriè denotare videtur.

13. Verhafftung.

Obligatio bey Verhafftung seines Leibs / quid importet, vide Hering. *de fidejuss. cap. 10. num. 163. &c.* ubi etiam notat, quid Verhafftung.

14. Verlassen.

Verbum *relinquo*, separatim nullo respectu hæreditatis, adjectum rei particulari, nunquàm trahitur ad universum, nec ad institutionem, quod probatur *in l. cogi 16. §. & generaliter. 2. ff. ad Trebell.* quem textum ad hoc reputavit unicum Dynus, & Bartolus ibi dicit, Dynum illum adduxisse in Argumentum ad hoc, quod verbum *relinquo*, adjectum rei singulari, non trahitur ad institutionem directam vel obliquam. Plus probat ille text. secundum Bart. ibi, in quantum IC. loquitur generaliter, ut idem sit in omni verbo obliquo, ut adjectum certæ rei, vel qualitati, nunquàm extendatur ad institutionem, nec ad universitatem bonorum. Alex. *in l. humanitatis num. 2. C. de impub.* Bald. *consil. 409. vol 5.* Corn. *cons. 161. vol. 1.* Canonistæ *in c. Raynutius. de Testam.* & hæc est communis opinio, secundum Vivium *lib. 1. com. opin. verb. relinquo.* Iul. Clar. *quæst. 38. de Testam.* Et per illum textum datur solemnis limitatio *ad l. 1. §. ex fundo. ff. de hæred. instit.* ubi textus disponit, quod institutus in re certâ, alio universaliter non instituto, habeatur loco universalis hæredis: ut illud obtineat, quandò institutio particularis esset facta per verba civilia directa, secùs,

secùs, si per verba inflexa & obliqua, puta, si dicat, relinquo Titio fundum. Nam ille non erit hæres universalis, licet non alius esset institutus. Angel *in d. § ex fundo.* text. *in l. his verbis. ff de hæred. instit* Suarez *ad l quoniam in prior. C. de inoffic testam. §. Sexto quæritur. num. 2.* Et in tantum dicta conclusio vera est, quod verbum *relinquo* adjectum certæ rei vel quantitati, nō inducat institutionem, quod etiam si tale verbum apponitur in persona filii, idem dicendum erit. *c. cuncto. §. caterùm ut cùm de appellat. cogn.* ubi cavetur, quod non sufficiat relinquere filio, nisi jure institutionis relinquatur. Bart. & Bl. *in l. in his verbis ff de hæred. instit.* & *in l. fin. C. fam. herc. & in auth. novissima. C. de inoff. testam. l. quoniam indignum. C. de testam.* Suarez. *d. loc.* qui contrarium tenentes refutat, & *num. 3.* hujus conclusionis affert limitationem hanc, nisi per dicta verba inflexa seu obliqua testator, adjiciendo illa etiam certis rebus, universum patrimonium suum divisisset inter plures in suo testamento. Nam tunc dicta verba, etiam sic obliqua & inflexa, sapiunt vim directorum verborum, si aliàs testamentum habuisset solennitatem testium. vide omninò Suarez. *d. num 3.* qui *& inseqq. num.* duas ad hanc addit limitationes.

Si verò verbum *relinquo*, esset appositum non certæ rei, sed universitati alio universaliter non instituto, tunc trahitur ad institutionem. Bald. *consil. 136. vol. 3.* Roman. *consil. 189.* Corn. *consil. 162. in princ. vol. 1.* Alex. *consil. 50. vol. 7.* Iason. *in auth. novissima. num. 33. C. de inoff. test.* Schurff. *consil. 92. cent. 2.* Gloss. sing. *in auth. de hæred. & Falc. in §. si verò nulla super parte relictu.* text. *in l Divus. de test. Milit.* plenè Sal. *in l. quoniam indignum. C. de his. quib. ut indign.* Vnde, si dico, *bona mea relinquo Titio*, videor illum hæredem instituisse, quod est verum duob. concurrentibus. *Primò*, quandò alius non est universaliter institutus, secùs, si alius esset institutus, quia non trahitur ad institutionem. Sed quid importabit tunc verbum *relinquo*? dico, quòd si dixit Testator, *bona mea relinquo Titio*, intelligitur p fidei comissum, de quo est casus *in l. nam. in fin ff ad Treb.* Suarez. *d. loc. num. 6* aut per modum quotæ seu partis, puta dimidiam, tertiam vel quartam seu aliam quotam bonorum meorum relinquo Titio, est simplex legatum. *l. si pars bonor. ff. de leg. 1.* Si autem dixisset, tertiam hæreditatis meæ relinquo, tunc etiam inducitur per talia verba fideicommissum. *gl. in l mulier. § fin. ff. ad Treb.* Salicet. *in d. l. quoniam indignum. Secundò* requiritur, quod istud verbum adjiciatur in voluntate solenni, in quâ adsunt septem testes. Secùs, si adjiciatur vel proferatur in voluntate, in quâ non potest fieri hæredis institutio, ut in Codicillis: quia tunc non tra-

rahitur ad institutionem, sed ad fideicommissum, secundum Salicet. *in d. l. quoniam, per l. Scævola. ff. ad Trebell.* adde Suarez. *sæpè d. loc.*

15. Vermachen/ verschaffen.

Verbum *Lego*, etsi sui natura singularem Titulum producit, ut per *tot. tit. de leg. 1. 2. & 3.* tamen, si testator verbum *Lego*, adjecerit universitati bonorum, veluti Lego Titio omnia mea bona, vel lego partem bonorum meorum Titio, & aliam partem Sempronio, verbum *Lego*, quatenùs est universitati bonorum adjectum, trahitur ad vim institutionis, per notabilem text. *in c. Raynaldus. in verb. porrò legavit. de testam.* Schurpff. *consil. 73. cent. 1.* Alciat. *in l. verbis legu. ff. de v. S.* Vtique verbum *Lego* L. XII. Tab. latè extendebatur, sed posteà interpretatione coangustatum est. Maier. *de testam. lib. 1. cap. 5. num. 7.* Quo evenit, alio hærede instituto, si verbum *Lego* certæ rei vel quantitati sit adjectum, non trahitur ad institutionem, sed manet Legatum, ex mente Testatoris apparente. *l. hu verbis.* ibi Br. Bald. & alii. *ff. de hæred. instituend. l. mulier. §. ultim. ff. ad Trebell.* estque communis conclusio. Maier. *dict. l. nu. 8.* vide omninò Bolognet, *in rubr. ff. de leg. 1.*

16. Verminderungs-Aid.

Iuramentum Minorationis vel Minutionis, illud in foro Saxonico appellatur, quo reus, ob vim rebus seu injuriam personæ illatam, conventus, damnum quod hoc nomine datum est, ab actore æstimatum, moderatur, ac diminuitur. vide Moller. *lib. 3. semestr. cap. 38.* Quo præstito jurejurando, Iudicem oportet præcisè in id condemnare reum, quod juramento ipsius est declaratum. Si verò istud juramentum reus subire recusaverit, tùm in id, quod ab actore taxatum & æstimatum est, non in plus, vel minus fit condemnatio. vid. Andr Rauchbar. *libr. 1. quæst. Saxon. quæst. 9.* ubi quæritur: An juramentum hocce, jure Saxonico reus præstare teneatur, si ante litis Contestationem vel Guarendam hoc actor non petierit?

17. Versetzen.

Nemo negare potest, quin verbum hoc versetzen de proprietate sermonis idem sit, quod oppignorare, vel pignoris loco tradere, & nullo modo aptetur ad venditionem. Bert. Cæsar. *in Consil. illustr. ICC. consil. 67. num. 5. part. 2.* Quod notandum in casu, ubi quæritur, an res sub pacto de retrovendendo, sit distracta, an verò solum pignorata.

18. Ver-

18. Versichern.

Verbum versichern / cautionem & securitatem notat. Iacob. Schultes. *ad Modest. Pistor. quæst. part. 2. qu. 77. num. 4.*

Sciendum autem est, quod dictio *Cautio* simpliciter prolata à Lege Prætoria, intelligatur de idonea, quæ fit per fidejussores vel pignora. *l. 1. §. stipulationum. ff. de Prætor. stipulat. l. 1. §. caveri. de collat. bonor.* Sed dictio *Cautio*, simpliciter prolata à lege civili, vel à testatore, intelligitur de nuda promissione, quæ fit per stipulationem, nisi aliqd aliud sit dictum vel adjectum: ut quia promisit quis idoneè aut sufficienter cavere. Schneidevvin. *in princ. Inst. de satisd. tut. num. 5. & seq.*

19. Versprechung / Verspruch.

Advocatia sive Ius defensionis sæpiùs nominatur vulgò Verspruch / Versprechnus / id est, defensa, à verbo versprechen / defendere, sicuti in his terminis sumitur *in form. fœder. inter Principes innominatos.* quam Watem. ab Erenberg. *lib. 2. de fœderib. circa fin. pag. 205.* exhibet; ubi *in* §. 2. habetur: Were es auch / daß jemand / wer der were / vns Fürsten einen / die seinen / oder die in seinem Versprechnus vnd Schirm stünden / ꝛc. Et hinc Defensor, dicitur Verspruch-Herr / & honorarium, quod Protectori quotannis penditur, Verspruch-Gelt. vide Dn. Mager. *de Advocat. armata. cap. 2. num. 253. & seqq.*

20. Verthedigung / Hülff vnd Handhabung.

Advocatiæ etiam denominatio vulgari nostra lingua fit per verba Thädigung / Hülff / Handhabung / Manutention / quæ uti Synonyma defensionis, passim in usu esse solent, uti videre est im Burgundischen Vertrag / so Anno 1548. zu Augspurg auffgerichtet. ubi in §. 4. *incip.* Aber nichts desto weniger. talia Advocatiæ seu protectionis vocabula ponuntur: vnd dagegen in deß Heiligen Reichs Schutz / Schirm / Vertheidigung vnd Hülff begriffen seyn. vide Mager. *de Advocat. cap. 2. num. 252.*

21. Verwandt.

Verbum Verwandt / æquipollet verbo attinentes, adhærentes, complices & sequaces, quorum significatio latissima est, & comprehendit non tantùm subditos, sed etiam vasallos, domesticos, Consiliarios, reliquosque quomodolibet alteri addictos, quamvis etiam non subditos, ut notat post Bald. Bart. & Salicet. Georg. Everhard. *vol. 1. consil. 28. n. 1.*

*

22. Verzig adelicher Töchtern / biß auff einen ledigen Anfall.

Constat Germanicis moribus, præsertim apud Nobiles receptum esse, ut filiæ in favorem fratrum, & ad conservandam agnationem, successioni & bonis Parentum, certâ portione acceptâ, Iuramento renuncient. Cùm tamen sæpiùs eos, quorum causa renunciatio facta, præmori contingat, fit, ut communiter Instrumento renunciationis, dem Verzigsbrieff / talis Clausula apponatur: Verzeihen vnd begeben wir vns aller Güter vnd Erbschafft / so von vnsern Aeltern herrühren möchten / doch der gestalt vnd biß auff einen ledigen Anfall / rc. Quæ Clausula facit, ut filiæ renuncianti, tàm ad Paterna, quàm Materna, & fraterna bona atque successionem, pro portione suâ sit locus & regressus. Quia nempè in eum casum, videlicet quamdiù masculi supersint, filia renunciavit, meritò cessante conditione, cessat ejus effectus, vel cessante causa impedimenti & exclusionis, ipsa cessat exclusio & impedimentum. arg. *l. fin. §. ait lex ff. de divort. l. ubi lex. 24. §. 1. ff. de usucap.* Reservatio etiam conservat jus reservantis. *l. & si quis. 14. §. pleriq; ff. de & sumpt fun. Relig. l. 4. §. 1. ff. quib. mod pign. solv.*

Et filia interim non exclusa, sed tantùm suspensa à successione reputatur, & remoto obstaculo, nimirùm decedentibus fratribus, vel eorum legitimis liberis masculis, omnibus quibus ante renunciationem potuisset, pro portione succedit. Cravetta. *consil. 127, & seqq*

Rationem quoq; hanc reddit Dn. Kellenbentz. hic *quæst 18. num. 6.* quod nimirùm ejusmodi renunciationes sint stricti juris, & propterea non sunt extendendæ. Socin *cons 92. lib. 1.* Brun. *de Stat. exlud. fœm. art. 8. num. 18.* Rimin. *consil. 164. num. 43.* Surd. *consil. 355. num. 14. lib. 3.* Decius *consil 379. num 3 consil. 551. n. 1. & 9.* Sed prout limitatæ, intelligendæ: cùm renunciatio limitata, limitatum soleat producere effectum, *l jubemus. C. ad Senatuscons. Vellej. l. cancellaverat. de his, qui ante apert. tab.* Ruin. *consil. 204. volum 1.* & iis solùm prodesse, in quorum favorem expressè interposita est. Rom. *consil. 168.* Paris. *consil. 5. num. 34. vol. 1.*

An renunciatio simpliciter facta, biß auff einen ledigen Anfall / si fratres, qui pacti tempore existebant, nullis masculis, sed tantùm filiabus relictis, decesserint: an filiæ hæ amitæ renuncianti, in portione, quam fratribus cessit, impedimento esse possint. vide. Kellenbentz. *de renunciat. quæst. 19. per tot.*

Qui decidit, filias fratris defuncti, Sorori renuncianti non impedimento esse, In omni enim dispositione, ratio

ratio ejus inprimis investiganda, quæ si cessaverit, statim corruit & ipsa dispositio. *l. adigere. ff. de jure. patron. c. etsi Christus, in fin. extr. de jurejur.* Bursat. *consil. 200. n. 123. volum. 2.* Et si locutio sive dispositio est generalis, venit ista generalitas ex intentione partium, & ratione præsumpta sive cogitata restringenda, licet verba sint præcisa. *l. emptor. 56. §. ancillam. ff. de rei vin. l. 2. §. cum Pollidius ff. de usur.* Moderatur enim ea quamlibet dispositionem, non aliter quàm frænum equos, & gubernaculum navem. *l. scire ff. de legib. l. 1. §. lex etiam. ff. ad L. Falcid.*

Renunciatio facta à sorore, pacto adjecto, quod mortuo Titio & Sempronio sine liberis, liceat sibi redire ad bona sua, an subsistat mortuo uno istorum sine liberis, ita ut altero supervivente, à mortui hereditate excludatur. vid. Tessaur. *decis. 187.*

Successionis item regressus si fuerit sibi à fœmina, in casum deficientium masculorum, biß auff einen ledigen Anfall / reservatus, quousque & adversus quos heredes extendatur. vide D. Dn. Kellenbentz. *dict. loc. quæst 20.*

Filia ante masculos moriens, hoc jus reservatum, ad suos heredes transmittit. Vid. Döbner *disp. de renunt. thes. 9. tom 5. Basileens.*

Filiam renunciantem juramento bonis Paternis & fraternis, seque volentem postea immiscere hæreditati, mandato pœnali coercitam in Camera, constat ex præjudicio in causa Holdingshaussen / contra Holdingshausen / 26. Iun. An. 591. Dn. Rutger Ruland. *de artic. lib. 6. cap. 1. numer. 17.*

Renunciatio successionis à liberis facta parentibus, etsi accedente Iuramento valeat, *c. quamvis de pact. in 6.* Si tamen renuncians ante Parentem decesserit, tum renunciatio ista non obstat liberis, quò minus hi avo vel aviæ succedere, & hereditatem ejus petere possint. *per l. si ex paternis §. fin. de bon. libert. l. si quis filio. de injust. rupt. & irrit.* Paul. Castrens. & Dd. *in l. qui superstitu. de acquir. hered. & in l. pactum dotali. C. de collat. & in l. stipulatio. d. V. O.* Quibus in locis nemine penè refragante, uno ore id tradunt, ut dubium non sit, hanc doctrinam communi Dd. calculo approbatam esse, per tradita Hartm. Pistor. *lib 4. quæst. 7. in pr.* Quem vide per tot. ubi an & quatenus hæc conclusio procedat, probè examinatur. vid. Casp. Thessaur. *lib. 2. quæst. forens. 90.*

Filia, quæ per renunciationem aut ingressum in Monasterium à successione paterna excluditur, quatenus partem faciat respectu reliquorum liberorum. vid. omninò Hattm. Pistor. *d. lib. 4. quæst. 8.*

An autem filiæ ex necessitate renunciare cogantur, quæri solet? Daß aber die Verzüg der Adelichen

Töchtern/nicht der gestalt per consuetudinem introducirt/daß sie Töchtern eben selbige notwendig vnd wider jhren Willen thun/ (Constat enim renunciationes hasce in sola renunciantium voluntate & quidem libera & spontanea consistere. Bolognet. *in l. naturali. §. nihil commune part. 2. n. 141. ff. de acquir. poss.* And. Dalner. *de var. jur. renunc. §. 5. nu. 1.*) auch da gleich dapffere ansehenliche widerige Vrsachen enthalben/ hierzu gezwungen werden mögen / würdt keiner/so der Rechten gnugsamb erfahren/sich zubehaupten vndernemmen.

Et in constituenda consuetudine, consensum populi non simpliciter actuum frequentia, & simplex usus comprobat, sed insuper hoc etiam docendum est, quod juris constituendi & consuetudinis introducendæ animo hoc factum sit. Panorm. *in c. fin. num. 12. extra de consf.* Cravett. *consil. 17. n. 14.* Dec. *consf. 215. n. 4.*

Ac item is, qui Iure communi utitur, licet per mille annos actus eo modo gesserit, nihil tamen præscribit: quia possidendi animus in eo deficit. *l. sine possessione. 25. ff. de usucap.* Verùm filiarum renunciationes juri communi, & dispositioni *c. quamvis de pact. in 6.* conveniunt: non enim ex necessitate (prout consuetudo filiabus injungeret) sed voluntate saltem libera procedunt. Ideoque astrui nequit, ea hactenus eo animo fuisse [illegible] ut consuetudinem & generalem renunciandi necessitatem indè constituere cogitassent: Cùm ex voluntariis actibus nulla consuetudo introducatur. Porc. *consil. 106. nu. 64.* Dec. *consf. 437. num. 5.* Hancque sententiam, quod filiæ, quibus dos tempore elocationis constituitur & numeratur, nullo modo tanquam ex recepta consuetudine, renunciare teneantur, aut renunciatione omissa, ea tacitè interposita habeatur, multis rationibus probat Dn. Bart. Kellenbentz. *tract. de renunc. success. quæst. 7. per tot.* Et idem ferè in simili casu, præsertim si possessorium remedium institutum sit, decidit egregius Cameræ Imperialis Assessor quondam, Iohan. Meischnerus. *tom. 3. decis. 14.*

In gleichem vnd das die Renunciationes oder Verzig der Adelichen Töchtern/ diser Orten nicht genöttigt/ sondern zu der Töchtern freyen Willkuhr gestelt seye/ gibt die Solennität/ so darbey allemal fürgehet/ vnwidertreiblich zuerkennen. Dann kundbar vnd niemandt leugnen kan/ daß den Adelichen renuncirenden Töchtern ein Beystandt zugeordnet / auch sie zum drittenmal ab: oder beseids geführt/vnd allweg von den anwesenden ernstlich befragt werden / ob sie von freyem vngezwungnem Willen [illegible] ihrer Erbschafft begeben wollen [illegible] auch ererst wann solches auff gnugsamb erinnern von ihnen bejachtet [illegible] ein Cörperlichen Eid mit [illegible]

[illegible]

Fingern schwöhren müssen / welches alles nicht vonnöten / ja lächerlich zu hören were / wann die Adeliche Töchtern wider Willen renunciren müßten.

Et sic frequens iste renunciationum usus, sententiam potius nostram confirmat: nam si per pactum ejusmodi Ius universale in omnes filias istius familiæ, & masculi & fœmellæ transferre cogitassent; sine dubio renunciationum interpositionem in totum intermisissent, & sola dotis constitutione contentæ fuissent. Cùm Iuramentum, quo pactum hoc carere non potest, sit quædam spiritualis tortura, & animam stringat. Wesenbec. *cons. 23. n. 25.* Ex quo ergò solennibus renunciationibus, quę dispositioni Iuris communis conveniunt, & ex cujusque libera voluntate descendunt, huc usque Puellæ uti voluerint, eas nullam renunciandi necessitatem in posteros deducere vel transmittere voluisse, dicendum erit.

Præterea renunciationes non sunt uniformes, und steht zu der renuncirenden Töchtern / oder dero Curatorum oder Beyständer discretion / wie die renunciationes, deß vorbehaltnen ledigen Anfalls halber zu conditioniren / ob er auff die Vätterlich oder auch Mütterlich / Brüderlich und zumal Schwesterliche Erbschafft zurichte? ob er durch deß letstẽ possessoris Testament / oder wann er allein Töchtern verläst / könne entzogen werden. Renunciationes namque aliæ sunt generales, aliæ speciales. Generalis dicitur, quando filia paternæ, maternæ, fraternæ & omni denique successioni renunciat. Specialis, quando certæ successioni, v.g. Patris tantum, vel etiam feudo renunciat: de quibus videatur Andr. Dalner. *de var. jur. renunc. cap. 2. n. 52.*

Dividuntur Renunciationes in judiciales & extrajudiciales. Iudicialis renunciatio est, quæ fit in judicio, judice pro Tribunali sedente, vel actis publicis insinuatur. Hoc in casu renunciatio, licet nulli adhibeantur testes, nihilominus tamen pro valida habetur: ea enim quæ in judiciis fiunt, omnium contractuum solennitatem exsuperant. *l. 19. C. de testam.* Extrajudicialis est, quæ fit coram Notario & testibus, vel in præsentia Patris & cognatorum tantum. vid. Berlich *conclus. practic. part. 2. concl. 43. nu. 5.* Et tales fieri solent in Rottwilensi Dicasterio. In Iudicio Provinciali Suevico, ac quoque Dicasterio Wirtembergico: Vt omnium horum Iudiciorum Ordinationes attestantur, & hoc fieri permittunt.

Inter requisita ad formam harum renunciationum spectantia, primum sese offert certioratio. Constat quippe, ut valeat renunciatio, necessum esse, ut filia de jure & præjudicio suo certioretur Giphan. *de renu c. 50. §. 2.* Cùm vero [illegible]

remittere, quod sibi competere ignorat. *c. veniens. & c. quemadmod. de jurejur. l. legitimam. ff. de petit. hered.* in tantum, ut renunciatio, omissâ certioratione, sit ipso jure nulla. *per l. 29. §. fin. C. ad SC. Vellejan.* Ejus enim omissio, suspicionem doli & fraudis importat: præsumuntur enim fratres, sororis decipiendæ gratiâ id fecisse. *l. 35. ff. de pact. l. qui cum. §. qui per ff. de transact.*

Requiritur (2) ut filiæ, pro qualitate patrimonii, dos congrua constituatur. *per c. quamvis. de pact. in 6.* Dos enim succedit in locum legitimæ, & ipsi assimilatur. Barthol. Kellenbentz. *quæst. 2. nu. 32. & 42.* Maxime autem convenit, filias esse dotatas, cùm alias odio habeantur à maritis, *l. fin. C. ad SC. Vellej.* aut ob egestatem quæstum corpore faciant, & fœdus matrimonii rumpant. Et ut hæc dos mensuram legitimę attingat, voluit Treutler. *part. 2. disp. 7. th. 2. lit. b.*

Præcedente sufficienti certioratione, & constituta (pro facultate patrimonii, numero liberorum, dignitate mariti, & consuetudine loci) dote, sequitur (3) Iuramentum, *d. c. quamvis.* quo filiæ omnibus Parentum, fratrum, &c. sive etiam solum Parentum bonis renunciant. *sæpe dict. cap. quamvis.* Wesenbec. *in par. ff. de jurejur.* Quod Iuramentum, non vi, metu aut dolo extorquendum, sed ex libera & spontanea jurantis voluntate præstandum, ut ex supra adductis liquet.

Dubium vero hic occurrit: an nimirum hoc in casu in personis illustribus sufficiat fidei præstatio, Fürstliche Trew: oder Adenliche Trew vnd Glauben? vide Ios. Nolden. *de statu nobil. cap. 12. num. 68. & seqq.* Negat Natta *ad c. quamvis. nu. 5.* Ias. *in auth. Sacr. puber. Cod. si adversus vendit. per l. 3. in fin. Cod. si minor se major. dix.* Quoties enim actus in jure non valet absque Iuramento, tunc illud pręcisè requiritur, nec sufficit præstatio pro Iuramento. Natta. *d. loc.* Hoc autem in casu pro fundamento substantiali quodam requiritur Iuramentum, *d. c. quamvis.* itaque præcisè & ad unguem præstandum, nec per æquipollens, nimirum per fidei interpositionem, adimpleri debet. *l. 13. Cod. de testament.*

Requiritur (4) interventus & præsentia Parentum & cognatorum; ad excludendum dolum & omnis fraudis suspicionem, quod fit, si vel judicialiter fiat; *arg. l. 19. C. de testam. l. 2. C. si propter publ. pens.* vel in præsentia Patris, qui optimus liberorum amicus censetur, *l. 50. §. 2. ff. de bon. libert. l. fin. C. de Curat. furios.* & cognatorum celebretur. Horum n. præsentia similiter omnem doli & fraudis suspicionem excludit, *l. transactionem.* & ibi Dd. *C. d. transact.* Wesenbec. *consil. 3. nu. 66.* Maximè si utrinque tam ex materna, quam paterna fami-

familiâ juncti adsint. Mynf. *resp. 59. num. 19. decad. 6.* nec commodum indè per directum vel indirectum sperare possint. *l. 1. l. quod dicimus. ff. de auth. & conf. tutor.*

In quæstione: An fœmina semel per masculum exclusa, perpetuo maneat exclusa: (de qua est cons. Dn. Wolffii *in hēdecad. 2. & 3.* & inter Cōs. Illustria meâ curâ vulgata, *14*) Ludovic. Molina. *tract. de hispan primogen. lib. 1. cap. 6. n. 22.* cum Dd. ibi citatis, distinguit, utrum fœmina simpliciter, vel per verba suspensiva renunciaverit. Primo casu dicit, esse perpetuo exclusam dicendam. Altero verò admitti ad successionem, si masculi, in quorum gratiâ renunciatio illa facta est, illaque exclusa fuit, decesserint. Reservatio enim illa in tali casu per ejusmodi vocabula suspensiva facta, conservat Ius integrum reservanti. Heig. *quæst 26. n. 16. & seq. l. si quis. 14. § reliqui. ff. de relig. & sumpt fun l. 4. §. 1. ff quib. mod. pign. vel hypoth. l. pen. ff. de aqu. quotid. l. si pater. 40. §. exhæredato. ff de bon. liber.* Et dictio *donec* stat suspensivè; & moratoriam tantum exclusionem, non perpetuum inducit impedimentum, quâ mediante, impeditur dispositionis nativitas, & removetur consensus ab actu. Alex. Randens. *decis. Mediol. seu tractat. de analog. univoc. lib. 1. cap. 27. n. 15. & seq.* & cum limitata sit, limitatum etiam producit effectum. *l. in agris. 16. ff. de Acquir. rer. domin.*

Quod in tantum verum existimatur, ut neque fratres viventes illam portionem, quam sibi soror in casu deficientium masculorum reservavit, pendente ea conditione alienare, & ad suas filias, vel ex testamento vel ab intestato transmittere queant. arg. *l. fin. §. 2 & 3 Cod. commun de legat.* Alb. Brun. *tract. de statut: fœm exclud. art. 10. quæst, 4. & 45.* Gravetta. *cons. 127.*

Quemadmodum enim hæres ad restitutionem rerum hæreditariarum sub conditione aliqua obstrictus, eas interim ad alios transferre nequit, *l Marcellus 3. §. res quæ. ff ad SC. Trebell. l. fin. C. de legat.* Paris, *consil. 48. num. 16. vol. 3.* Gail. *lib. 2. observ. 150. per tot.*

Et Maritus Vsufructuarius, Emphyteuta & Vasallus eam ob causam, quod, jure ipsorum extincto, ad restitutionem rei in dotem, Vsumfructum, emphyteusin & feudum concessæ, devincti sunt, omnem alienandi potestatem interdictam habent, *l. neque Mater. 14. l. usufructus 66. ff. de jur. dot l. 2. & 3. Cod. de Iur. emphyt. c. Imperialem. de prohib. feud. al. per Freder.* Et hoc casu, cum fratres similiter ad portionis restitutionem, filiæ ex paterna successione debitæ, obstricti sint, pendente conditione, alienatio subsistere minimè

po-

poterit. Et ita in Camera Imperiali in causa Ambrosii Reigers contra Heinrich Sawerzapff/ An. 1570. decisum fuisse, refert Rutger. Ruland. *decis. Camer. quæst. 22.* addens, talem alienationem neq; in causa maximè favorabili, videlicet in institutione hæredis procedere: quam sententiam quoque approbavit Hubert. Giphan. *tract. de renunc. p. 65.*

Sed Anton. Faber. *error. pragmaticor. decad. 27. error. 1. num. 38. & decad. 30. error. 1. num. 10.* ab hâc opinione dissentit, statuendo: filiam etiam sub verbis *quousq; Donec, &c.* renunciantem excludi in perpetuum, si vel semel masculus hæreditatem paternam acquisiverit, non quidem vi & intentione pacti, sed potiùs aditæ, semelque agnitæ hæreditatis adquisitione, ne alicui hæreditas ex die, vel ad diem obvenisse videatur, contra *l. hæreditas 34. l. ei qui solvendo. 88. ff. de hæred. instit.* vide Dn. Wolff. *in 8endecad. conf. 2. num. 34. & seqq.*

Wann schon die Adenliche Töchtern / vnd andere Hohen-Stands Personen/ zu gleicher Erbschafft zugelassen / werden doch den Söhnen die ligende Adeliche Güter eingeschetzt; die Töchtern aber mit Gelt abgefertigt. Cujusmodi inveteratam quoq; consuetudinem in Sueviâ esse, attestatur Fachin. *lib. 3. conf. 2. in princ.*

Promissio de renunciando, an eam vim habeat, ut promittentem ab omnibus hæreditatibus excludat, perindè, ac si actualiter præstita fuisset? vide Nicol. Everhard. Iun. *vol. 1. consil. 6. quæst. 1.* & addi potest Boër. *decis. 3.* Fichard. *lib. 1. consil. 52. incip. nobilis olim. & consil. 90. libr. 2.* Mynsinger. *consil. 50. numer. 30. &c.* Wesenbec. *consil. 11. sub num. 28.*

Sed de Renunciationibus, vide Giphan. cui aliquot ea de materia consilia sunt subnexa. Kellenbentz, & Mitsculum. *in tractatib. singular.* Consil. Marpurg. *vol. 1. consil. 21. &c.* Conf. illustria à me edita. *consil. 13. & 14.* Iohan. Bolognet. *ad l. stipulatio. 84. &c. d. V. O. & ad l. fin. Cod. d. pactis.* Et extat hâc de re disput. inter Basileens. *tom. 5.* Philip. Dobneri, & infra in Sylloge Iohan. Iacob. Speidelii *verb. Renunciatio.* & vide consiliorum mei & fratris mei, p. m. *decad 1. consil. 5.*

23. Veste/

Quâ voce fortalitium seu castrum designatur. Dicitur etiam de loco vallato sive aggeribus cincto, domo vel habitatione carente. Iohan Gœddæus, *inter consil. Marp. 33. num. 37. vol. 3.*

24. Vff.

Dictio super, auff / in verbis auff dem Gut N. ꝛc. Herrschafft ꝛc. importat de jure pignus vel hypothecam. Coler. *consil. 27. num. 8.* Bartol. *in*

in l. fundus. ff. de annuo legat. Alberic. de Rosate. *in l. cùm is. §. sicuti.* & ibi Dd *ff. de transact.*

25. Vff den Fall.

Verba illa auff den Fall / hoc est, *illo casu* vel *Tunc* (hæc enim verba idem denotant, Rol. à Valle, *consf. 38 num. 19. vol. 4.*) sunt limitativa dispositionis & restrictiva. Rol. à Vall. *consil. 70. num. 13. vol. 3.* & notabiliter dicit Decius *consil. 336. n. 2. in fin.* quod illa verba *eo casu*, limitent fideicommissum, ita, ut non trahatur dispositio testatoris extra illum casum. Et idem *consil. 273. nu. 3.* dicit, quod verba illa restringant dispositionem præcisè ad casum expressum: Voces namque hæ, nempè *tunc, vel illo casu*, habent vim restrictivam. Decian. *consil. 13. num. 31. vol. 2.* nec possunt, nisi in casu expresso verificari. Dec. *consil. 63. num. 2.* Pacian. *consil. 63. num 61.* Restringunturque ad casum formaliter expressum. Roland. à Valle, *consil. 39. num. 14. & seqq. vol. 4.* Decius *d. consil. 336. num. 2.* Arum. *lib. 2. decis. 9. num. 33.*

26. Vff gehabten Raht der Rechtsgelehrten.

Si juris imperiti de facto constituantur Iudices, ipsi Assessores Legum peritos adhibere possunt & debent, ut illorum consilio jus dicant. Quâ ratione defectus scientiæ per Assessores suppletur. Et hinc quotidiè videmus, Iudices quosvis, præsertim minores, Consilia Collegiorum Iuridicorum & Scabinatuum perquirere, quæ sententiæ velut Præjudicia quædam sunt, & in singulis causis, de quarum jure quæritur, valent. Idque præsertim in criminalibus, ex Constitutione Carolina facere Iudices jubentur, *art. 189.*

Cæterùm videmus in quibusdam locis, ait Matth. Stephan. *tract. de officio Iudicis. lib. 1. cap. 5. num. 34.* usuvenire (quod omnium insulsissimum esse, & apud Westphalos fieri testatur Iohan. Ferrar. Montanus, *lib. 3. de judicior. praexercitamentis cap. 2. in fin.*) ubi impetitione & responsione, quales quales etiam sint, ultrò citroque factis, Iudex à circumstantibus, qui neque cognitionem causæ habuerunt, neq; judicandi functione sunt inauctorati, sententiam quærit, qui parumper (aliquandò bene poti) discedentes, reversi, statim pronunciant, quicquid ipsis visum, & in buccam venerit, & pronunciati loco erit.

Sanè verè hoc omnium insulsissimum esse scribit Iohan. Ferrarius, *d. loc.* quod tamen in Pomeraniæ quibusdam Civitatibus, teste eodem Stephani, *d. loc. num. 35.* servatur: ubi ait, & ex aliis fide dignis habeo, etiam Hamburgi in inferiori judicio & alibi. Rectèque dicitur, ejusmodi sen-

tentiam vulgi nullius momenti esse. Iudicis enim competentis est, causam cognoscere & desuper judicare: Quin ampliùs Iudex non ex abrupto, sed deliberatò sententiam proferre debet. Ferrar. *d. loc.*

27. Uffs wenigst.

Dictionis *Saltem*, proprietas est, ut imminuat ea, quæ dicuntur. *l. 1. Cod. de emendar. propinq.* Bart. *in l. 1. col. 2. vers sed quid si. num. 5. de jur. Codicill.* vide Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 15, num. 38.*

28. Uhrstatt.

Uhrstatt usurpatur pro cautione, vnd ist so viel als ein Hintersatz. Sic Uhrstatt laisten / idem est, ac versichern / einen Hintersatz thun.

29. Vicarii deß Reichs.

Solch Vicariat gehört dem Chur-Fürsten auß Sachsen / als einem Pfaltz-Graffen / diese Pfaltz-Graffschafft aber ist in Sachsen vnd Westphalen / vnd nicht in Meissen: Wie auß einem Lehen-Brieff König Sigmunds / de Anno 1414. (darinnen er Herrn Erich Hertzogen zu Sachsen / Engern vnd Westphalen zu Lehen geliehen hat / das Land zu Sachsen / vnd die Pfaltz-Graffschafft zu Sachsen vnd Westphalen) zusehen ist.

Sed de Vicariis hisce, vide Dn. Gewold. *d. septemvir. cap. 11.* extat etiam disput. hâc de materiâ, *inter Basileens. tom. 5.* Adde Arum. *vol. 3. disc. 1. ac ad A B. disc 3 th. 24. &c.* me, *de succeß. & elect fol. 215. &c.*

30. Villeicht.

Dictiones *fortè* vel *forsan*, in facto important dubietatem facti, non dubietatem juris. Iason. *in l. si ex falsis. C. de transact. num. 5.* Hincque & vulgò dici solet: Vielleicht solvitur per vielleicht. Et ideo testis deponens per verbum *fortè*, nihil concludit: quia videtur dubitativè deponere. Ant. de Butr. *consil. 45. vers. & non obstat.* Et quod hæc verba de sui naturâ importent dubium facti, quandò facto applicantur, licet non semper sit verum, est gloss. *in c. ex parte. in verb. si fortè. de celebr. Miss.* Albet. *in diction. verb. forsan.* ubi quod importent dubitationem, quandoque tamen affirmationem, quandoque temperamentum, secundum contingentiam casuum, sed quod regulariter importent dubitationem. Doctores tamen decidentes per similem dictionem, non dicuntur dubitare, sed absolutè solvere & decidere, per tradita Card. Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 281.*

31. Vitzthumb.

Propriè Vitzthumb / ex sententia Speculatoris, quem allegat Du. Mager.

ger. *de Advocat. arm. cap. 2. num. 260.* nominantur Administratores rerum ac ditionum Episcopalium, qualem Episcopatus Bambergensis continuum habet in Carinthiâ, ex Canonicis ejusdem Ecclesiæ Capitularem. vide tamen Mager. *d. l. num. 257. & duob. seqq.* Et est quasi Dominus, quia illius vices gerit. Ita *Visconte*, Vice Comes.

32. Vmbgelt/

Est Vectigal, sive Accisa vini. Welches in etlich Orten / wie zu Augspurg / Vlm / rc. auff allen Wein geschlagen würdt / dene man außtrinckt. In etlichen Orten/geben nun die Wirth / vnd welche Wein außschencken / ein Vmbgelt: vnd ist die Schenckmaß desto kleiner. Also/ daß solche Beschwerden nicht den Wirth oder Schencken / sondern dem Gast/oder deme so Wein vom Zapffen kaufft/treffen thut. In etlichen Orten ist das Vmbgelt die zehend / in etlichen die dreyzehend Maß.

Quæritur autem, an hoc onus etiam incumbat Vinis Medicatis, Malvatico, &c. welchen die Apotecker mehrertheils für die Krancken brauchen?

Quod negatum memini. Sed vide de hoc jure Consilia Argentinensia. *consil. 10. num. 27.*

Qui jus collectandi & alia regalia habet, deme die Land- vnd Reichssteuren sampt andern Regalien gehören/ derselbe zeucht auch billichen die Vmbgelt oder Tafernen Gelt ein/vnd hat die Macht Tafernen abzuschaffen oder zuenturlauben.

Datia Vini, das Vmbgelt/ juris rationibus inspectis, est regale, per text. *in c. un. quæ sint regal. in verb. Telonia.* De consuetudine verò Germaniæ, non potest dici Regale: quia videmus Nobiles etiá eodem jure in pagis suis uti, quod notatum in causa Erfurt contra Episcopum Moguntinensem. Dn. Rutger. Ruland. *decis. jur. controv. quæst. 12.*

Sed scio Nobiles, pro impetrando hoc regali ad Cæsaream Majest. supplicâsse, nec hoc impetrâsse, nisi edocto consensu suorum subditorum.

Dicitur Vmbgelt / weil es vmbgelegt würdt. Accis, weil es von dem erkaufften Gut geschnitten würdt.

33. Vmb.

Dictiones *Circa* vel *Circiter*, modicum tempus important. Gemin. *consil. 24. num. 9.* Et ideò testis deponens, quod vidit circa principium mensis, necessariò concludit de 1. 2. vel 3. die, & sic ante octavam diem, quia modicum importat tempus. Card. Tuschus. *pract. conclus. lit. D. concl. 249. in princ.* Imò, quod dictio *circa*, nihil importet in dicto testis, tenuit Castrens. *consil. 113. num. 4. lib. 1.* Contrarium Corn. *consil. 179. nu. 4. lib. 3.* statuit, quod nimirùm hæc dictio

possit importare quartam partem, & in teste importet ambiguitatem, quæ non concludit.

Testis deponens per dictionem *circa*, in causa quæ fundata est in tempore certo, quatenùs probet? Viv. *dec. 354.*

34. Und.

Proprietas copulæ *Et*, est augere & ampliare, non autem minuere, nec restringere; ut si lego (quem casum proponit Plotus, *in tract. de in lit. jurand. §. 6. nu. 33.*) empta parata causa uxoris, non veniunt omnia empta in tali legato, sed veniunt solùm empta, quæ tamen sint etiam parata causa uxoris. Sed si lego empta *Et* parata causa uxoris, vel empta parataq; causa uxoris, tunc in tali legato veniunt empta, licent non essent parata causa uxoris, ex quo natura copulativarum dictionum, ut sunt istæ, videlicet dictio *Et*, *que*, *atque* & dictio *ac*, ut inquit Alciat. *in l. sæpè. ff d. V. S.* & quarumlibet ipsarum etiam per se positarum, est augere, ampliare, adjicere, & non minuere, neo restringere. text. *in l. ea tantùm adjectio.* ibi gl. & Dd. *ff. de leg. 3.* Et ista est communis opinio, ut testatur Ripa, *in cap. ex parte, num. 47. vers. sexta proprietas. de rescript.* Hujusque dictionis *Et*, natura est, diversa copulare: juxta illud Alexandri: Iungit diversa conjunctio significata. *l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquir. poss.* Lanfranc. de Oriano: *super rubr. de caus. possess. & propriet. num. 4.* vide Dn. Wolff. *cons. 1. num. 73. & seqq.*

Quandò copula *Et*, vel alia ponitur inter duas orationes, quæ copulantur per se principaliter, & non per modum accidentis, nec respectivè ad unam speciem, *Et*, seu copulantur de per se, & non respectivè ad aliud, maximè, ubi Orationes de per se sunt perfectæ, quod tunc copula non requirit concursum copulativorum, ex quo tunc non habet vim copulativæ, sed vim dictionis continuativæ: & sufficit tunc adesse unum, seu unam qualitatem, vel unum tantùm ex copulatis, & in quolibet etiam de per se, ex copulatis procedit dispositio. Br. *in l. si is, qui ducenta. §. utrùm. col. pen. vers. tertio casu.* ubi Socin. dicens, quod distinctio Br. communiter probetur. *ff. de reb. dub.* Felin. *c. ex parte. col. 7. vers. facit sexto.* & ibi Dec. *col. 5. vers. & prædicta de rescript.*

In feudis quid verbum *Et*, importet, si feudum concessum est pro masculis & fœminis. vide Mynf. *5. observat. 74. num. 3.*

Dictio *Et*, interdùm capitur pro disjunctiva & æquipollet dictioni *Vel*, *l. pen. C. de V. S. l. sæpè. de duob. reu.* Dec. *in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. num. 18.* Felin. *in cap. 2. col. 10. vers. fallit tertio. de rescript.* vide Ronchegallum. *tract. de duob. reis. in l. reos promittendi. §. cum tabulis. num. 4.*

num. 4. & seq. Ita magna controversia est, an in Recessu Imp. de An. 55. §. Dieweil aber etliche Ständ. Ibi: vnd deren Possession / ꝛc. illa vocula vnd / sumatur copulativè vel disjunctivè.

Quandò dictio *Et* ponitur inter speciem & genus, tunc censetur posita ad demonstrandum, quod illa species magis sit notatione digna, quàm cæteræ non expressæ. arg. *l. item apud Labeonem. §. hoc edicto. ff. de injur.* Sic habetur & in Evangelio: Dicite Discipulis ejus & Petro. Ita quoque notant gl. & Bald. *in rubr. C. de servit. & aqu.* Socin. *in rubr. de vulg. & pupill num. 13. & consil. 62. num. 4. vol. 3.*

Sed de dictione *Et*, plura habent Card. Tuschus, *pract. conclus. lit. D. conclus. 274.* Layman. *in causa Honoldina, num. 279. & seqq.* Everhard. *in locis legalib. loco à natura copulæ.* Marc. Anton Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic. 17. num. 40.*

35. Vnd andere / oder anders / oder dergleichen.

Cùm iterata repetitio sit & dicatur odiosa, brevitati non convenit ea, quæ dicta sunt, ter, quatervè repetere, sed sufficit priora verba exprimere: nam quæ in contextu sequuntur, licet non exprimantur, habentur tamen ac si expressa essent, eo modo, quo in contextu leguntur. *l. his verbis. §. de duob. reis.* Et tunc quandò verba illa, quæ sensum absolutum non exprimunt, addi solet dictio *Et Cætera*, vnd anders / oder was dergleichen mehr ist / per quam dictionem reliqua expressa censentur. Ronchegallus, *in rubr. de duob. reis. num. 57.* Sic Scævola IC. ubi semel Galli Aquilii formulam plenè retulisset, *in l. Gallus. in princ. ff de lib. & posthum.* quæ in illius enarratione sæpius esset repetenda paulò pòst, hoc est, *in §. idem credendum.* cùm illius iterum esset facienda mentio, expressis prioribus illius verbis, subnectit dictionem *Et Cætera*, cujus vi reliqua intelliguntur: quoniam ut ibi annotat Baldus, illa dictio est epilogativa, & formæ præcedentis repetitiva, sub quâ intelligitur oratio perfecta: adde Dd. *ad d. §. idem credendum.* item Ronchegallum, *d. l. num. 58.*

De dictione *Et Cætera*, vide Martam *tractat. de Clausul. part. 1. Clausul. 276.*

36. Vnter diß.

Hæc dictio interim, importat pendentiam. Signorol. *consil. 189. num. 1.*

37. Vnterhalt / Nahrung.

Nemo est, qui eat inficias, quin appellatio alimentorum latissimè pateat. Vndè dubium non est, quin alimentorum appellatione, non solùm cibus, verùm etiam potus, vestes,

lectus, calceamenta, calcitra, habitatio, equus, si talis sit, qui ali debet, quod citra decoris jacturam, pedes ire nequeat. Nec non aqua, si hanc emi, veluti in quibusdam locis, ut Venetiis, Romæ & Ferrariæ fit, oporteat. Item lignum, tàm ad conclave, quo alimentarius habitat, calefaciendum, quàm ad coquendos quoque cibos: prout hæc omnia pluribus textibus & authoritatibus probat Frid. Pruckman. *conf. 35. num. 79. & multis seqq. vol. 1.*

Verbo Unterhaltung/ an sumptus S...diorum contineantur? vide Iason. *in l. cùm hi §. qui transigit. nu. 4. ff. de transact.* ubi dicitur, quod sic: adeò, quod frater, qui alimenta fratri præstare tenetur, etiam tales sumptus suppeditare debeat: Secùs si alimenta ex ultima voluntate debeantur.

38. Unterthan.

Quis propriè subditus sit, vide Ludolph. Schrader. *consil. 1. vol. 1. nu. 523.*

Principes jure territorii habent potestatem convocandi Comitia provincialia, vulgò Landtäge/ ubi Subditis & Landsassiis parendi necessitas incumbit. Gail. *de arrest. cap. 7. n. 14.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. nu. 181.* ubi tradit, comparitionem auff den Landtägen/ probare subjectionem Iohan. Tileman. de Benign. *decis. 2. vot. 5. num. 14.* Knichen. *in encyclop. cap. 14. in princ.* Meichsner. *tom. 2. decis. 2. & tom. 3. dec. 6 num. 52.*

Sola tamen Citatio & præceptum ad comparendum, non subsequuta reali comparitione, in dubio nullam subjectionem inducit, per *decis.* Afflict. *265. num 9.* Ios. Mascard. *de probat. conclus. 947. num. 4.*

Landsassii & Subditi tenentur comparere in tribunali, müssen bey jhren Lands-Fürsten Recht nemmen/ tàm in personalibus, quam realibus activè & passivè, sive immediatè in Aula, sive in Curia Provinciali causa disceptetur. Hoc enim annexum der Lands-Fürstlichen Hochheit / daß ein Lands-Fürst vber Land-Sachen/ vnter den Landsassen richte. Caspar. Ziegler. *in §. Landsaßii. concl. 1. num. 145.*

Item parere debent monitis, legibus & statutis etiam inviti. Pacian. *de prob. lib. 2. cap. 35.*

Vt mulctam persolvere & pœnam luere. Sixtin. *de regal. libr. 2. cap. 8.* Ziegler. *d. loc. n. 149.*

Solutio collectarum & contributionum, importat subjectionis qualitatem, per quam jus territorii fundatur. *c. recepimus. de privil. c. si tributum. 11. quæst. 1. c. illud. 10. qu. 3. l. nulli. 28. l. quod si in vico. 4. Cod. de Episc. & Cler.* Geil. *de arrest. cap. 7. num. 14.* Heig. *part. 1. quæst 18.* Sed vid. Casp. Ziegler. *in § Landsaßii concl. 1. num. 157. & seqq.*

*

39. Vn-

39. Vnder: vnnd Erbgericht.

Is, cui simplex tantum Iurisdictio competit, die Vnder-vnd Erbgericht/ habet solummodo causarum civilium & pecuniarum cognitionem, als Gülten/ Schuld/ Güter/ ligendt/ stehendt/ fahrendt/ beweglich vnd vnbeweglich/ etiamsi excedant summam trecentorum aureorum. Schneidewin. *de feud. part. 2. num. 88.* Quod quidem procedit de Iure Saxonico: de Iure verò Civili defensor Civitatis seu Iudex Pedaneus, qui inferior & minimus Iudex dicitur, ultra trecentos aureos judicare non potest, *per §. & judicare. in auth de defens. Civit. § audienti auth. de Iudic. & l. 1. C. de defensor. Civitat.*

Item talis Iudex, secundum eundem Schneidewin. *d. loc.* potest etiam cognoscere de criminibus levioribus, ut injuriis verbalibus, item realibus, quando non sunt atroces: als wann einer den andern räufft/ stößt/ schlägt braun vnd blawe/ Messer zucket. Item blutrüstig machet/ doch ohne Fleisch oder Kampffer Wunden/ vnd andere deßgleichen kleine Brüche gehören zum Erbgericht. Nam talia levia delicta Magistratus Municipalis coercere potest: ut not. *in l. Magistratib. ff. d. Iurisdict. omn. Iud. l. fin C. de ped. Iud. & de §. audienti. auth. de defens. Civit.* Vnd von solchen kleinen Brüchen vnd Mißhandlungen mag der/ dem die Erbgericht zustehen/ seyn gewett/ id est, mulctam nemmen. Schneidewin. *d. loc.* Simplicem verò Iurisdictionem habens, non potest quem relegare: dann wem die Erbgericht zuständig seyn/ mag niemandt ein Statt oder Dorff verbieten. *l. nulli. junct. gl. verb. facultatem. C. de sent. & interloc. omn. Iud.* Alex. de Imola *in l. Magistratib. ff. de Iurisd. omn. Iud.* Potest tamen capere malefactores, & eos Iudici superiori, habenti merum imperium, præsentare: ut probatur *in d. §. audienti.* Schneidewin. *dict. l. n. 89.* vid. me, *tr. d. Iurisd. Imperii Romani quæst. 22.*

40. Vns/Vnser.

Particula vns/ censetur restricta ad personam concedentis, ac proindè hæredem non afficit. Cùm etiam aliàs & quandò apparet, tale quid obligationi additum, quod ad propriam ipsorum contrahentium personam spectet, tunc obligatio sistatur in ipsâ personâ, nec transeat ad hæredes, etiamsi aliàs suâpte naturâ essent transitoria. Bart. *in l: si sic stipulatus. col. 2. num. 2 ff. d. V. O.* vide Andr. Schæffer. *part. 1. pract. quæst. 49.* Sed ad hujus voculæ majorem declarationem, hîc repeti possunt, quæ dicta sunt *supra in verb.* Ihme.

Negat verò Hartm. Pistor. *libr. 2. quæst. 26. num. 9.* horum verborum (Si nobis feudum apertum fuerit,

wann

wann es sich vns erlädigt) conditionem, de quo casu etiam loquitur Schæffer. *alleg. loc.* hujus vis atque efficaciæ esse, ut solùm investientem respiciant, non autem ad hæredem pertineant. Dictio enim *mihi* vel *nobis*, hoc operari non solet, ut propterea obligatio minùs ad hæredes transeat: cùm etiam Stipulatio, quæ tamen est stricti juris, non videatur coarctata ad personam stipulatoris vel promissoris, quamvis nulla hæredum mentione factâ, adjecta fuerit dictio *mihi*, ut probatur *in l. stipulatio ista. §. sic autem, de V. O.* Ideoque, si quis promiserit, de suo dato vel facto, nihilominùs tenetur de facto ipsius, cujus hæres est, & viceversa. Bart. *in l. si servus. la 2. in princ. de cond. furt.* vide Pistor. *d. loc. per tot. quæst.*

Vocabulum vnser/ latam habet significationem, secundum communem loquendi usum, qui semper est attendendus. Georg. Everhard. *consil. 28. num. 2.*

41. Cl. Vns vnd dem H. Reich an vnsern Rechten vnvergriffen.

Quamvis videatur, quod Clausula ista reservatoria, omnia jura Dominicalia, in omnem modum salva custodiat, uti Zas. *consil. 12. num. 86. lib. 1.* existimat, *per l. si debitor. §. 1.* & ibi Bart. post gloss. *ff. quib. mod pign. solv. l. autem. in princ. in l. resp. ff. si quis caut. l. 1. §. pœna. verb. debebit. de lib. agnosc. l. ex verbis. C. de donat. int. Vir. & Vxor.* & quod sic vi hujus Clausulæ, Imperio etiam futurum jus separationis & aperturæ sive reversionis hîc integrum & illæsum manserit. So hat es doch damit diese Meinung/ vnd berhürte Clausul solchen Verstand/ ut non referatur ad ea, de quibus in præcedentibus investituræ verbis mentio expressa facta est, ne Dominus videatur sibiipsi contradicere, aut semet in continenti corrigere, & sic, quod unâ manu præbuit, per alteram iterum aufferre. Itaque hæc Clausula ad jam remissa & specificata trahenda non est, nec referenda ad capitula, quæ destruerentur, si talis fieret relatio, nec operari hunc effectum debet, ut præcedentibus specificatis adversetur, ut pluribus enodant Schrader. *de feud. p. 6. cap. 3. num 36. & seqq. & p. 8. cap. 4. num. 31.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 48. num. 32.* & Petr. Heig. *p. 2. quæst. 20.* (ubi in fortioribus terminis, & de Clausula salvo semper & in omnem casum jure dominico, loquitur) *num 11. & seqq.* Cacher. *decis. 164. num. 5.* Interim tamen existimandum non est, quasi à parte Domini effectu suo destituatur ista Clausula: Cùm Dominus jus vasalliticum nihilominùs in cæteris retineat, & omnia, quæ concessione illâ non continentur, reservare censeatur: puta renovatio-

cipiatur) assignetur, quod Germanico idiomate einen voranß appellant. vid. Rickh. *de unione prolium, cap. 7. num. 24.*

54. Vorfahren.

Vocabulum Vorfahren/ non solùm cognatos, sed & quosvis decessores, atque adeo maritos quoque defunctos comprehendit. Interdum tamen verbo Vorfahren/ nihil aliud, quàm majores, hoc est, eos, ex quibus orti sumus, significari, tradit Cothman. *consil. 40. vol. 1. num. 201.*

55. Vorkauff.

Vtrum monopolia, quibus aliquid pluris, vel minoris venditur, licita sint? vid. Martinum Bonacinam. *De contract. & restitution. disput. 3. quaest. 2. punct. 5. m. f. 410. & seqq.* & me *de Aerario c. 3. n. 6.*

56. Vormünder.

Vormund/ propriè idem est, als ein Fürsprech. Heldenbuch, *part. 3.*

Edle Hertzogein
Darumb wir auch hie bitten/
Ihr wollet vnser Vormünderin seyn.

Pupillus vocatur vnmündig/ weil er sich selbst nicht versprechen oder defendiren kan. Hincque ejus Curatores, Tutoresque vulgò Vormünder indigitantur.

Idem autem, quod vnmündig/ est mundtbar/ quasi carens ore: indè ein mundtbarer Fleck/ so keinen Vegtherrn hat. Mundtodt/ der sich nicht mehr defendiren kan/ ut prodigus. Mundebürde/ jus sive onus Advocatiae.

Vox Vormünder/ generalis & aequivoca est, & tàm Curatorem, quàm Tutorem significat. Ideòque, pro re subjectâ intelligenda. Iohan. Goedd. *inter consil. Marpurg consil. 27. vol. 1. num. 128.*

Tutela illustrium, da Land vnd Leut zuverwalten/ multa singularia habet (1) rarò conficitur Inventarium, quod & consuetudine introduci potest, Crotus, *consil. 131. facti contingentia. num. 51.* (2) Werden Regiments oder Vormunds-Räth bestelt/ welche alles administriren. Wann auch nachgehends ein solcher Tutor oder Administrator, von der Administration abtretten thut/ darff selbiger nicht Rechnung erstatten/ sondern weißt den gewesten Fürst- oder Gräfflichen Pupillen/ auff die Ampt-Leut/ vnd selbiger Raitung. (3) Hat ein solcher Administrator sein Lfferung/ vnd Fürst- oder Gräfflichen Statt/ von deß Pupilli bonis.

Vt Pupillorum & impuberum bona, ritè administrentur, in benè constitutis Rebuspublicis singulares constituti sunt Pupillares Praefecti,

 cam-

nomen cœpit. Ach enim olim dicebatur für Wasser. Sic Aquisgranum Achen/ & etiam rivum Germani vocant Bach/ quasi bey Ach.

60. Urkunden.

Urkunden idem significat ac profiteri, patefacere, ostendere, demonstrare, testatum facere: indè vulgatùm, ut in Instrumentis in fine apponi soleat, dessen zu Urkund. Uhr enim emphasin innuit, ut modo dictum, Bornitius, *de Instrum. cap 3. libr. 1. vers. hodie.*

61. Urphed.

Vrpheda est cautio juratoria, quam dat captus, de non molestando incarcerantem, aut vindicandó carcerationem. v. Viv. *dec. 505.* ubi von den Urphedts-Brechern. De quo crimine etiam vide P. G. O. *art. 108.* & ibi M. Stephani. Solet interdùm addi sententiis, auff ein gewöhnliche alte Urphedt/quæstionis, est quid differat à nova? R. Veterem Vrphedam esse eam, in quâ non ponitur clausula, daß er mit Recht sich nit wölle rechen. At novam, ubi hæc ponitur mit oder ohne Recht; itaq; propter hanc clausulam Domini revocaverunt novam ad veterem. Dn. Rutger. Ruland. *de cis. Iur. controv. quæst. 52.*

Sed an hæcce promissiones ab incarcerato, præsertim mediante juramento factæ, sint servandæ. vide Setser. *de jurament. lib. 1. cap. 21.*

Wie weit sich ein Urphed erstrecke, vide Schrader. *in consil. fol. 30. &c.*

Quodque non adimat viam juris, disertè cautum est in der P. Halßg. Ord. *art. 20. vers.* Es soll auch Schurff. *3. consil. 87.* sicque is, qui literas executionis dedit, aut juramentum, de non vindicando carcere præstitit, nihilominùs posteà iniquitatem incarcerationis ordinario processu vindicare potest. Raphael Sayler. *in select. Cam sent. 10. Octobr. Anno 1561. & 4. Nov. Anno 1566. &c.* Nam promissio illa intelligitur facta de vindicta privata, & quæ fit de facto, non autem de licita & juridica, quæ fit jure permittente. Schurff. *consil. 87. cent. 3.* Natt. *consil. 42. num. 3.* Mozz. *de contract. tr. de mand. §. venio ad quartum. num. 86.* Hering. *de fidejuss. cap. 5. num. 187.* Qui idem *num. seq.* subjicit: licet quis tale juramentum præstiterit, simulque confessus fuerit, se hoc vel illud commisisse, non tamen juri agendi vel juri de non vindicando renunciâsse censetur. Sed vide Hering. *d. loc.*

Elogia hæcce jurata de non vindicando carcere, præsertim cum relegatione conjuncta, Criminalem jurisdictionem sufficienter probant, Mynsing. *decad. 2. resp. 16. num. 27.* Knichen. *de jure territ. cap 3. nu 412.* Michaël. *de jurisd. thes. 87. lit f.* tàm de jure, quàm notissima Germaniæ com-

consuetudine, Gylman. *Symph. tom. 2. part. 3. tit. 10. vol. 2. num. 23.*

62. Vrtheil.

Verurtheilt in antiquis dicitur vertheilt. Sicque Vrtheil est ein Vertheil / distributio scilicet justitiæ.

63. Vrtheil straffen.

Vrtheil straffen / idem est, ac appellare. Henning. Göden. *consil. 29. num. 10. vol. 2. gloss. Sax. art. 74.* ubi: Ihr solt wissen / da wir Vrtheil Straffung nennen / das heist man in Keiserlichen vnd im Geistlichen Recht eine Beruffung. vide Moller. *ad const. Saxon. part. 1. constit. 19. num. 1.* Appellare namque eum dicimus, qui auxilium à superiore, adversus alterius Magistratus injuriam implorat. *l. 1. circ. fin. quib. ex caus. major.*

64. Vsurpantz vnd Herkommen.

Constat vel unicum interpretationis actum, ad usum & observantiam sufficere, Bender. *de revision. concl. 20. num. 65.* Et in observantia ista interpretativa, non requiritur spacium longi temporis: Sed satis est, aliquandò ita observatum fuisse. Nic. Everhard. Iun. *consil. 47. num. 20. vol. 1.* Adeòque in terminis observantia secuta declar..., quale jus fuerit præcedens reservatum; Everhard. *d. l. n. 19.* etiamsi talis observantia recta non esset, Cravett. *consil. 492. num. 6.*



1. Wachen / Wacht halten.

AN Subditi cogantur indistinctè vigilare, & excubias agere in Castro Domini? Hæc quæstio agitata in causa Pappenheimb / contra Elgaw. Vbi Dominus allegabat jura Magistratus, & vigore ejus hoc jus sibi competere. Domini verò Assessores, ex mente Iacob. de S. Georgio, *de homag. col. ult. vers. an autem Domini terrarum,* distinguebant: Quod Subditi non possint cogi ad custodiam in Castro nocturnam, vel diurnam, nisi immineret periculum Domini proditionis Castri tempore guerræ, & subsit necessitas custodiendi, vel nisi pacto & consuetudine adhoc adstricti sint. Cum autem ... nulla necessitas vel periculum aut consuetudo allegetur, conclu... subditos eo non gravandos. Dn. Rutger. Ruland. *decis. Iur. controv. quæst. 23*

2. Wachs.

Ceræ viridis & nigræ usu... permiss... Rubra eorū tantum ... in dignitate positi & privilegi...

variones investiturarum, servitia, Superioritatem, felonias & similia. Heig. *d. l. num. 10.* Dummodò illa Clausula, non ponatur in fine & in exclusivis: tùnc enim planè nihil operatur. Menoch. *consil. 2. num. 58. per cap. 1. ad fin. de præbend.*

42. Unverdingt Recht.

Nach dem in dem Kaiserlichen Landgericht in Schwaben/die Remissions-Urtheiln / ein frey unverdingt und unverlengt Recht erfordern / und deß Wörtleins unverdingt halben/ ein ungleicher Verstand geschöpfft hat werden wollen: also erkläret die Landg. Ord. *p. 2. f. 52. &c.* solches dahin/ daß die Cläger gegen denen die Beclagten an andere Gericht remittirt seyn / in Besuchung jhrer Rechten / durchauß und im wenigsten einigen Potenlohn / Clag-Gelt / Haltung der Gericht/ auch andern Gerichts-als Zehrungs-Costen / wie der jmmer genant werden möchte / außzugeben noch zubezahlen schuldig seyn sollen. Es were dann/ daß dieselbe Sachen/demselben Land; oder andern Gerichten schrifftlich eingebracht/vñ verhandlet würde/ und der Cläger Abschrifft / als Urtheil-Brieff begehrte: oder da sie die Clägere/ die Gerichts-Costen / Acta und Urtheil Brieff gegen den beclagten und remittirten nicht erhalten/ alsdann sollen sie allein den billich rechtmässigem Tax umb Abschrifften/ Acta, und Urtheil-Brieff entrichten.

43. Unverschiedne Bürgen.

Fidejussores se obligantes, als unverschiedne Bürgen / idem est, ac si expressis verbis singuli in solidum se obligâssent, & conjunctim beneficio divisionis renunciâssent. Regner. Sixtin. *inter consil. Marpurg. volum. 2. consil. 12. num 120.* Wesembec. *consil. 14. num. 11.* Nam quandò requiritur, ut expressa mentio alicujus rei fiat, pro expresso habetur id, quod profertur talibus verbis, quæ non possunt alium habere sensum, quàm illum ipsum, cujus expressio requiritur. Paul. de Castr. *consil. 15.* Modest. Pistor. *consil. 1. num. 64. lib. 2.* Pro expresso enim habetur, quod per æquipollens exprimitur, nec refert, quid ex his, quæ æquipollentia sunt, fiat: *l. mulier. in princ. ff. ad Trebell. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. l. fin. C. de donat. quæ sub modo.* cùm æquipollentium eadem sit disciplina & idem judicium. *l. fideicommissa. §. si cui. ff de leg 3.* Sixtin. *d. loc. num. 123.* Adde Everhard. *loc. ab æquipollentib.*

44. Unwiderrüfflich/

Hæc verba posita in dispositione, arguunt eam valere jure donationis

inter vivos. l. ubi ita donatur. de mort. causa donat.

45. Vogelfrey/

Hodiè vulgò banniti sic vocantur, qui ubivis locorum impunè occidi possunt. vid. Gail. 2. de pace publ. 1. quique extra omnem sunt posi.i protectionem: Vndè etiam plerumque in sententiis condemnatoriis hac clausula adjicitur: wir denunciren vnd erclären/ rc. also/ daß er auß dem Friede/in den Vnfriden gesetzt vnd sein Leibe vnd Leben/ wie eines Vogels/ in der Lufft seye gemein jedermann. Cryph ander. de w[illegible] h[illegible] cap. 57. n. 6.

46. Vogthabern.

Iurisdictionis cognoscendæ propriissimus dicitur modus de consuetudine Bavarici & vicinorum Iccorum, solutio Avenæ, vulgò die Liferung deß Vogthabers. Nicol. Everhard[illegible] consil. 49. num 30. & 32. vol. 1. Knichen. de jur. territor cap. 4. num. 411. & seq. ubi ait: in recognitionem Voitheæ quod pendatur annuatim Vogthaber/ vnd Walperküher quæ die Walpurgis, vel circiter exhibentur, undè sic dictæ quasi inferendales. Scheplitz. ad. consuet. Brandenburg. part 2. tit 3. num. 8.

**
*

47. Vogt.

Dn. Goldastus al[illegible] cubi dicit in [illegible] Germanorum Carminibus, vocabulũ Vogt idem esse, quod est Imperator. vel Rex: Vt Vogt von Bern Theodoricus Veronensis. Vogt von Rom/ Carolus Magnus. Sed notum est, Germanis Vogt/ idem esse quod est Præfectus, & Tutor, sive descendat à Græco Βοηθὸς, ut nonnullis visum, sive à Latino Advocatus per aphæresin, syncopen & apocopen, quasi Voct Quocirca minimè sequitur: Iste vel iste à Germanis vocatur Vogt; ergo est Imperator; nimis multos haberemus Imperatores, si quilibet Vogt vel jam esset, vel olim apud Germanos fuisset Imperator. Fieri quidem potest, ut is, qui nominatur Vogt/ sit Imperator; at fieri potest: & quidem sæpiùs, ut non sit: itaque non magis ex hac præcisè nomenclatione colligi potest, aliquem ita vocatum esse Imperatorem; ac audito, aliquod brutum dici animal; colligere queo, illud esse canem vel leporem, vel equum. Gretser. in refect. Impost. Calvinist. c. cap. 1.

De Vocabulis Vogt / Vogtey/ Schirm Vogt / Vogtey-Herr / Land-Vogt / Burg-Vogt / [illegible] Vogt / Vnter-Vogt Reichs-Vogt [illegible] Vogt / Römischer Vogt / [illegible] Vogt / Schirm-Vogt [illegible] vide omninò Dn. [illegible] de A[illegible] armat. cap. 2. à num 202. usq. 210.

De

De dictione Vogt / adde Draeon. *de jure & origine patriciorum, cap. 6. folio 187. & seq.*

48. Vogtey / Vogteyliche Obrigkeit / Obervogtey.

An Vogteyliche Obrigkeit sufficiat ad reformationem, ita disputatur apud Richvvin. *in form. fol 270.* Cum supplicantes habeant solum die Vogteyliche Obrigkeit in D. Pago, & simul jus præsentandi Concionatorem, putat non posse decerni citationem. Nam qui est Vogt seudefensor loci, non habet propterea merum & mixtum Imperium, & sic putat hic non comprehendi sub Religionfriden / qui vult, ut Status in suis Herrschafften vnd Fürstenthumben / possint mutare Religionem. Cum autem die non habeat Herrschafft / sed Vogteyliche Obrigkeit / decernit, ut Dominus Referens.

D. W. Cùm hactenus fuerunt nobiles in possessione præsentandi hujusmodi Concionatorem, & præterea hic habeat defensionem loci in juribus, quæ ibi sunt, putat posse decerni citationem, maximè cum aperte non constat, an Episcopus habeat ibi Hohe Obrigkeit. Attamen quia constat, quod Status nō aliter possint mutare Religionem nisi habeant Hohe Obrigkeit / & sic Supplicans eam non habeat, non videt, quomodo comprehendatur hoc casu sub Religionfriden. Nam & Status ipsi citra majorem Iurisdictionem Religionem mutare non possunt.

Secundo propter rationes à Dn. K. allegatas, quibus non videt responsum, scilicet quod majores qualitates supprimantur à minorib.

Licet situs sit Pagus in Episcopatu, tamen putat eam Iurisdictionem esse suspensam. Hoc contra non obstat. Narratur autem ibi, quod habeat supplicans einen freyen Sitz / vnd vber die Güter / so da ligen / die Vogteyliche Obrigkeit. Non constat autem, an Episcopus certò ibi habeat die Hohe Obrigkeit / contra in dubio vellet decernere. Accedit, quod sit ein Freyer vom Adel / & parochiale Ius non inhæreat rebus sed personis, cum personæ vocentur ad Religionem, non res, ob id in dubio vult decernere: præterea ibi moris est, quod quando quis habet Vogteyliche Obrigkeit / non habeat quidem merum & mixtum, sed tamen in casibus meri & mixti Imperii, solent vicinum aliquem pro libitu vocare vel requirere, qui habeat privilegium meri & mixti Imperii, ut contra subditum ratione maleficii Ius dicat.

Sciendū, quod verbum Vogtey / dubium, valdeque ambiguum sit, adeò ut pro locorū diversitate diversum, aut juxta mores cujusque regionis & observantiam interpretandum veniat:

præſertim autem Imperatori, Regibus & Principibus, aliisque Magiſtratibus, Nobilibus, Doctoribus & aliis. Vti enim colorum differentia & præeminentia in Inſignibus attenditur, ita & in Cerâ Signorum. Bornitius *de Inſtrum. lib. 1. cap. 20.*

Soletque uſus ſive licentia Rubeæ Ceræ, mit rotem Wachs zuſiglen/ Civitatibus loco præmii & privilegii indulgeri, vid. me *de Legatis fol. 19.* uti conſtat ex conceſſione Regis Matthiæ, de An. 1469. in Vigilia B. Petri & Pauli, Civitati Budiſſinenſi facta, § Auch haben wir von obberhürter Königlicher Macht vnd Gewalt/ den obgenanten vnd der Kron zu Böhem lieben Getrewen zu einer ſonderlichen Ehr vnd Zierheit/ vnſer Königlichen Statt Budiſſin die Gnade gethon vnd gegeben/ daß ſie vnd jhre Nachkommen forter vnd zu ewigen Zeiten mit rotem Wachs ſiglen ſollen vnd mögen.

Cera flava autem, quæ nobis non eſt in uſu, ſed magis pro vili habetur, Regibus Galliæ eſt propria. Gab. Chappuys. *differt. de Galliæ Regno cap. 1.* Bornit. *dict. loc. verb. Quanquam.* juxta formulam: *Et Seelle de graud Seel du Cire Iaune*, vid. les antiquitez & recherches de la France. *fol. 164.*

Sed eâ tamen utitur Dicaſterium Rotwilenſe.

Cera autem cui ſignum imprimitur, hodiè vel chartæ imponi vel Capſulæ infuſa, appendi membranæ ſolet, quæ Bulla Imperatoris vel Regum indigitari ſolet, ex auro olim confecta. Bornitius *dict. loc.* aut quia fortè Sigillum aureum erat.

3. Wachten/ Hut/ Schützen.

Cuſtodia arguit fines illos eſſe cuſtodientis. *l. in nomine. 2 verſ. in Sardinia. C. de offic. Præf. Prætor.* Menoch. *conſ. 147 num. 17.* cum allegatis & eſt evidens Signum diviſionis territoriorum, Ioſ. Maſcard. de probat. *vol. 1. concluſ. 402. num 2* Siquidem & actus ponendi cuſtodes vel cuſtodiendi, ne damna eveniat, denotat jurisdictionis dominium: quia Domini terrarum & Caſtrorum cuſtodes deputantur omni tempore, ne damna fiant, Hieron. de Monte *tract. de finib. reg. cap. 52. num. 6.* & Referen. apud Gylman. *ver judic. lib. 2. deciſ 35. num. 39.* ubi plures allegat.

4. Wachtmeiſter/

Vulgò vocatur excubiarum præfectus, cujus (præſertim ſuperioris) munus eſt, excubias ordinare & educere, reliquos inferiorum ordinum præfectos in ſeverâ diſciplina continere: Teſſeram militarem acceptam à Magiſtro Equitum clàm diſtribuere, excitato tumultu, exercitui indicere, quo loco concertatio

fieri debeat. Reinh. König. *in theatr. polit. part. 3. cap. 10. sub n. 4.*

5. Wahl/wöhlen.

Verba eligere, Wöhlen / *Woliti*, interdum καταχρηστικῶς &c. abusivè usurpantur pro declarare, approbare, recipere & assumere in Dominum: quod fit, quando hæres legitimus succedit, & inauguratur, & fidelitas atque subjectio ei promittitur ac præstatur Dn. Goldast *de Bohem lib. 6. cap. 20. num. 9.* ubi addit: Quid enim quæso de Hispaniæ & Galliæ Regibus dicemus, de quibus verbum *eligere & electionis* admodum frequentatur, non tantum in Historiis, verum etiam in ipsis legibus & canonibus? Et extat formula inaugurandi Regis Francorum, in qua Archiepiscopus Remensis nomine solius populi dicit, *se eligere Regem.* vid. Goldast. *d. loc. & à princ.*

6. Wahltag.

Convocatio Electorum est actus legitimus, quo Elector Moguntinus, reliquos Electores, sub certa formâ *in B. A.* præscripta, ad electionem Imperatoriam in Civitate Francfordt expediendam, convocat. A. B. *tit. 4. §. ceterum quoties.*



7. Wahren.

Mercium appellatione indefinitè comprehenduntur res mobiles (non adhibita distinctione, ex aurone vel argento, aliave quacunque materia confectæ sint) quæ in commercium emptionis & venditionis deduci solent ac possunt, *l. 1. de contr. empt & l. mercis appellatio.* ubi Alciat. & Brechæ. *ff. de V. S.* Usque adeo, ut in materia confiscationis pecunia etiam (quam plerunq; ex auro vel argento conflatam constat) mercium nomine venire soleat. Bart. *in l. 3. nu. 3. C. de naut. fœnor.* Sed vide Thoming. *vol. 1. cons. 24. quæst. 6. num. 2. 15. & 22.* ubi contrarium defendit.

8. Waid/Waidgang.

Servitus pascendi dicitur, quæ est jus pascendi pecoris in alieno fundo, & ad hoc ut illa servitus sit realis, requiritur, quod quis habeat prædium vicinum, cui hæc servitus debetur. Et regulariter quis prohibetur pascere animalia sua in agro alieno, nisi quis habeat servitutem constitutam vel præscriptam: & tunc ita debet uti servitute, prout in constitutione conventū, vel servitus illa præscripta est. Itaque si præscriptum vel conventum sit, de pascendis ovibus tantum in fundo alieno, non ibi licet pascere boves, sues, aut equos, nec pro majori numero pecudum hac servitute

u-

uti poterit. vid. Schneidevvin. *ad rubr. & princ. tit. de servit. rust. prædior. numer 31. & seq.*

Da jemandt die Waidt hat / jure servitutis, da darff der Dominus fundi faciem soli nicht endern. Ego *in delibatis. lib. 8. ff. quæst. 4.*

De præscriptione juris pascendi. vid. Pantsch. *1. quæst. penult.*

9. Waldt.

Venditâ sylvâ, non intelliguntur venditaibi ligna incisa: quia in venditione simpliciter facta, ex natura venditionis non veniunt separata à solo tempore venditionis. *l. in vendendo. §. fin. ff. de contr. empt.* Quamobrem vendito fundo non veniret granum secatum ibi existens, sed quod est in pendenti *per l. fin. §. pen. ff. quæ in fraud. cred* Et venditâ sylvâ cæduâ, non intelligitur vendita glans, quæ ante incisionem sylvæ ceciderat; sed tantum illa, quæ in arboribus erat tempore incisionis. *l. cum manufata. §. si sylva cædua. ff. de contr. empt.* Secus si fuisset omnis fructus sylvæ venditus. Mozz. *de contract. tit. d. empt. vendit mihi f. 354. num. 47.* Nam per illam dictionem omnis, quæ est universalis, omnia comprehendens & nihil excludens, venient omnes glandes, tàm quæ erant tempore venditionis, quàm incisionis.

10. Wann / Da / Wa anderst / wann aber / vid. supra v. So.

Dictio *Si*, Wann / conditionem magis quam tempus insinuat, remque constituit non secus ac in puncto indivisibili, usq; adeò ut non possit in forma specifica adimpleri, Bart. *in l. 1. de condit. & demonstr.* verbi gratia: *Centum lego uxori, si ipsa non nupserit, & vitam vidualem servaverit:* nam si vidua facta postea nupserit, vel inhonestè vixerit, privatur legato, omnesque fructus & lucra præteritis annis percepta reddere cogitur: *§. si verò & §. seq. auth. de nupt. auth. cui relictum. C. de indict. vidust. toll.* Paul. de Castro & alii, *in l. fin. C. dict. tit.* Cavalcan. *de usufr. mul. relict. numer. 117.* Nam hæc conditio perpetuam, non autem temporalem exigit viduitatem. Cavalcan. *d. numer.* vid. Tuschum *lit. C. concl 598.*

Ejusdemque significationis est dictio *Dummodo*. Hinc Aretinus, uxorem dominam & usufructuariam toto vitæ suæ tempore maritus reliquerat, *dummodo* vitam castam & vidualem servaverit. Quod si ad secunda transierit vota, & vitam inhonestam duxerit, propter emphasin dictionis *dummodo*, cecidit ab usufructu, & quos vidua collegit fructus, omnes restituere oportet. Cavalcan. *de usufruct. mulier. relicto. num. 117.* Sic dictio

dummodò, sivè modum sivè conditionem importet, specifice est implenda. Marta. *part. 1. clauf. 34.*

Dictio *Quando*, importat conditionem. Dec. *conf. 421. nu. 5.* Reusner. *libr. 3. consil. 27. num. 82. & seq.* Conditionis autem natura est, ut impleatur, antequam sequatur emolumentum. *l. Thais §. Stichus ff. de fideic. libert. l. qui heredi. §. fin. ff. de cond. & demonstr.* Ruin. *cons. 181. nu. 2. libr. 2.* Ea namque debet adimpleri in sua forma specifica. Alex. *consil. 130. nu. 1. lib. 2. & cons. 212. num. 6. lib. 6.* M. Wesenbec. *cons. 14. n. 88. lib. 1.* Iason. *in l. 3. §. 2. nu. 1. vers. sed conditio. ff. quod quisque. Iur.* Guid. Papæ. *consil. 28. nu. 6.* Tiraquell. *de retraict lignag. §. 3. gl. 3. in v. à payer. num 2.*

Qualiscunque enim actus sub conditione celebratus, illa deficiente, pro eo habetur, ac si nunquam factus fuisset. Moller. *libr. 4. semestr. cap. 1. num. 18.* vid. Iacob. Schult. *pract. qu. lib. 1. quæst 51. n. 26.*

Dictio adversativa *si verò*, hoc importat, quod altera dispositio ex adversativis potest esse vera, non autem utraque: & ideò si pater legat filio profiteri volenti in legibus libros legales, si vero profiteri velit in medicina, libros medicinæ, non poterit in utraque velle profiteri. Bald. *consil. 412. libr. 1.* & quia non potest variare. Alex. *cons. 9. nu. 4. lib. 7.*

V. omninò Tusch. *lit. D. concl. 240.*

11. Wapen.

Insignia conceduntur n[illegible] cum aper[illegible] galeis, mit offnem Hel[illegible]/ ut ex iis appareat, Nobile[illegible]s præstare. Matth. Stephani, *de nobilit. cap. [illegible] num. 5.* Quamvis enim uni[illegible]cujusque familiæ sua sint insignia: quæ inventa sunt ad cognoscendas familias & agnationes; *l. sanctum §. 1. ff. de rer. divis.* prout nomina sunt inventa, ad cognoscendos homines. *l. ad recognoscendum C. de ingen. manumiss.* vide Nicol. de Noal. *de transmiss. cas 33. per disc.* Tamen plebei, filii terræ, non possunt ea sibi pro lubitu sumere, & ita familiam suam insignem reddere. Sed hæc concedere pertinet ad jus Majestatis, & qui id ab ea habent. Vndè Hispani nobilem *Hidalgo* vocant, quasi filium alicujus.

Inprimis verò plebei talia sibi non possunt eligere insignia, qualia Nobiles hodiè sibi usurpant cum apertis galeis, ut confusio evitetur: cùm aliàs non facilè possent Nobiles discerni à plebeis per arma & insignia. *l. 1. C. de his, qui potent.* Doctoribus tamen etiam absque speciali Imperatoris concessione permissum est, Nobilium insignia cum apertis galeis, Wapen mit offnem Helm vnd Schilt zuführen/ dummodò ab insignib. certæ famil[illegible] propriis abstineant. Challaneu[illegible] *in Catal. glor. Mund. conclus 20.* [illegible] *de nobilit. fol. 116.*

Sic etiam, concessio insigniorum & ar-

armorum facta ab aliquo pro se & filiis, seu pro se & familia sua, vel agnatione, tunc ista arma quidem transeunt ad filios, sive descendentes solummodò de familia illa vel agnatione, servata forma concessionis, minimè tamen ad cognatos, affinesq;. *l. ius familiarum. C. de relig. & sumpt. fun.* Bartol. *in tr. de insign. num. 10.* Descendentes quoque ex fœminis non sunt de familia vel agnatione. *l. pronunciatio. in fin. d. V. S.* Vt autem solus Princeps concedit insignia gentilia, vulgò arma, Wapen/quæ rerum gestarum signa continent (de quorum origine Lipsius, *in libr. de Milit. Rom.* Budæus. *in l. 2. de orig. jur.* Chassaneus. *de Gloria Mundi. consid. 28. concl. 10.*) ita etiam de eorum coloribus & dispositione statuere ad eundem Principem pertinet. Chassan. *d. l. consid. 59 & seq.* Stephani, *suprà d. l. num. 7.* qui idem sequentia habet. Sicut ergò inquit, ipsæ familiæ in singulis ordinibus horum: Ita quoque ordines & dignitates inter se ex insigniis distinguuntur. Sic olim certa & peculiaria fuerunt Proconsulum & Legatorum insignia. *l. 1. ff. de off. Proconf. & Legat.* Hodiè itidem sunt quædam certa insignia singularis dignitatis, quibus utuntur Imperatores, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites. Sunt item certa insignia dignitatis seu officii in universo, ut Episcoporum, Rectorum, Doctorum & similium, quibus quilibet in dignitate illâ constitutus, uti potest. *d. l. 1. de off. Proc. l. sanctum. de rer. divis.*

Arma & insignia domorum portare, honor & nobilitas est, ut dicit Bald. *in l. generaliter. §. cùm autem. num 5. C. de instit. & subst.* Chassan. *in Cat. gl. M. p. 1. concl. 12.*

Et quidem Nobiles, vel habent sua insignia longâ serie & prosapia prædecessorum: vel ex speciali concessione Principis, qui dùm nobilitatem confert, simul etiam insignia addere solet, licet per se nobilitatem non conferant. Thom. Horner. *in resp. de nobil.* §. aber so einem von dem Kaiser / rc. Sic etiam aliud videtur nobilem esse, aliud ein offen Wapen haben. Sicque Comites Palatini, licet interdùm possint offne Wapen geben, non tamen nobilitare queunt.

Arma & insignia altioris dominii & possessionis sunt Symbola. vide Knichen. *in encyclop. cap. 14.*

In insignibus mutandis magnam sibi olim libertatem permisisse Principes, in confesso est. Dn. Meibomius. *ad A. Bull. Andronici. fol. 33.* ubi addit: memini me legisse, Principes, Comites & Dynastas, per Belgium & vicina loca, cum bello sacro nomen dedissent, uniformia Leonis insignia sibi sumpsisse: sic ut Geldrus binos, Batavus, Selandus, Flander, Iuliacensis, Montensis, Ieverensis, aliique plures, unum sibi Leonem eligerent: quæ insignia posteri minimè mutarunt.

runt. Vsu etiam interdùm venit, ut qui ab aliis victi essent, abdicare insignia sua cogerentur: quâ de re lubet subjicere locum ex Chronico rithmico M.S. in quo Poëta de Alberto Magno, Duce Brunsuicensi, belligerante cum Ottone Nobili Domino Hadmerslebii, sic loquitur:

Hette Burne Heer gewan/
Sine Borch/ vnd vinc wol drissig Mann
Daruffe/ Riter vnd Knapen/
Vnd theilten jhr Wapen.
De sine/ so man pliget
Sua ein dem ander oberſiget/
Daß her auch an sin Wapen
stiget

Vide etiam Valdesium, *de prærogativæ Hispan. cap. 15.* Dn. Dracon. *de patriciis, cap. 7.* me, *de Nobilium Iure, f. 102. & seq.*

De insigniis etiam sequentia memoratu digna, habet Welserus *rerum Augustanar. Vindelicarum. lib. 4. ad fin.* Quamvis Romani, & omnis ante Romanos antiquitas Symbolis, quæ Signa & Insignia dicimus, uti consueverit; quippè, nec Exercitus sine Aquilis, Draconibus, Vexillis (muta Signa Vegetio, ad distinctionem vocalium & semivocalium) neque ferè Heroës apud Poëtas sine Clypeorum imaginibus, neq; signatoriæ gemmæ sine cælatura, neque pleræque urbes absque Symbolis: hæc tamen ad unum aliquod idem præscriptum, cum nostri ævi Insigniis non exigenda sunt: falluntur admodùm, qui exigunt, & res, quas ex eodem fonte, naturæ parentis instinctu haustas fatemur, sed alio atq; alio ritu, prout temporum ferebant consuetudines, constitutas fuisse videmus, imperitè confundunt. Quin Leges, quæ hodiè, opinione an certo jure, Insignia circumscribunt, ut antiquissimæ sint, Carolum Magnum non prævertunt, à quo primùm adumbratas: sub Henrico demùm Aucupe & Posteris perpolitas arbitror. Fortissimi Imperatores, militarem virtutem, cui toto pectore incumbebant, hoc modo honestatam voluere: Vndè Clypei & Cassidis nata species, nomen quoque, nam vernaculis quibusque linguis *Arma* appellamus. A militibus ad reliqua posteà hominum genera fluxere tàm effusè, ut cum Europam omnem pervaserint, Asiam usque penetrârint. Vidimus & Sinis parmulam advectam, in qua tùm alia, tùm auro pictum scutum erat, panthera conspicuum, scuto incumbebat galea aperto hiatu cancellis fenestrato, laciniis sive vitiis utrimque dependentibus tecta, supra galeam plumea crista surgebat, prorsus ad Europæum morem. Sive cui credibilius, Sinas hæc ab Europæis nequaquam accepisse, quin iis idem quod nobis suâ sponte in mentem venisse: id enim profectò de bellicis tormentis & chalcographiæ arte

arte propemodùm verisimili ratione negari potest.

12. Warph.

In Suevonia commune Concilium Populorum Warph dicitur, in Saxonia Ting/ Olaus M. *lib. 4. cap. 5. & 6.* de Lapponibus Sueciæ Populis: Loca quoque constituta vel in campestri planicie, vel stagnis gelu concretis singulis annis ad hæc peragenda negotia & nundinalia retinent: Tales nundinas usque in hunc diem vocant Dysting/ id est, Judiciarium locum Reginæ Dysæ, *v. supr.* Dinstag.

Verùm, sicut multæ voces Gothicæ & Suecicæ Saxonicam originem redolent: ita ipsum quoque Warff Saxonicum est, & hodiè quidem negotium sive expeditionem, propriè tamen etiam judicium, sive potiùs vices seu terminos judicii denotat. Quod auctor Reineckes ita reddidit, man schall ein drudde Werff verdagen. Lehenr. *cap. 32.* §. 18. Man soll jhn dreymal citiren. Ich esche vor minen Herrn eine Worffe/ ander Worffe/ drudde Worffe. vide Gryphiander. *de Weichbild. cap. 68. num. 6. & 7.*

13. Wart.

Ad jurisdictionem maritimam pertinet Specularum erectio, ad dirigendos cursus navium ex alto in portus:

Ne Notus abreptas in saxa latentia trudat,
Illi datq; vadis atq; aggere cingat arena.

ut loquitur Poëta *lib. 1. Æneid.* Talis in Pharo Ægypti Insula turris altissima, petræ, quæ mari circumtuitur, albo lapide imposita Cæsar. *lib. 3. de bell. Alex. in fin.* sive à Ptolomæo Philadelpho, ut vult Strabo, *lib. 17.*

Dicta est Pharus, ex rei ipsius usu, ut ait Hegesippus, *lib. 4. cap. 27.* ἀπὸ τοῦ φανοῦ, quasi φανὸν, id est, lucidum, quod nocturnis ignibus navigantium cursus dirigat. Germani Wart. Indè Warthauß/ Arx, quasi domus præsidii. vide Dn. Gryphiandr. *tr. de Insulis, cap. 31. num. 156. & seqq.*

14. Wasser.

Per verba Wasser vñ Wasserläuffen/ secundum genuinam significationem verborum, & Stylum multarum Curiarum, nequaquàm concessa dicuntur flumina publica navigabilia, vel quasi; sed explicantur pro aquis & *aquarum decursibus*, quæ aliud diversum sunt à Fluminibus publicis, ut signanter voluit Lucas de Penna, *in l. usum aquæ. col. 2. post princ. Cod. de aquæduct.* Matth. Afflict. *in cap. 1. quæ sint regal. super verb. flumina. num. 7.* dicens, quod in forma investiturarum exprimi soleant tria verba, hoc est Castrum concedimus cum fluminibus, aquis & aquarum decursibus, sed

sed vide omninò Georg. Everhard. *consil. 47. num. 33. & seqq. vol. 1.* adde Iacob. Thoming. *consil. 28. n. 42. &c. volum. 1.*

Sed de Wasser vnd Wasserrecht/ vid. omninò Noë Meürer, *tract. sing. German.* ubi undecunque Clarissimi IC. Iohan. Gœddæi Consilium quoddam appositum invenitur. Et addi potest absolutissimus Dn. Gryphiandri *Tractatus de Insulæ.*

15. Wasserschlachten.

Verùm concessum sit ad flumen aggerem facere (Wasserschlachten vulgò appellamus) contra inundationes, agri vel prædii sui muniendi causa, etiam cum incommodo vicinorum, wann man einen Bug auff die angrensende Güter / in das Wasser machen thut? affirmo, *per l. 2. §. 9. ff. de aqu. pluv. & l. 1. §. sed etsi. 7. ff. ne quid in flum. publ.* Rauchoac. *lib. 2. quæst. 27.* Meurer, vom Wasserrecht. *p. 5. quæst. 12.*

16. Wasser-Vrtheil/ Wasser-Prob.

In quibusdam locis recepta per aquam frigidam exploratio, ferè communiter improbatur. Quia fallibilis est. At cur sic aquæ superficiei utplurimùm istæ mulierculæ inhæreant (quod experientia attestatur) rationes varias reddunt Physici. Goclenius illam adfert, id fieri propter aeream, ideoque levem Diaboli inspirationem, quâ corpus Sagæ, quod sua natura grave est, tale manet, quasi suffulcit, cohibet & coercet, ne submergatur. Et, ut in aquam injectus uter non potest mergi, quamvis magna superinjecta gestat pondera, etsi etiam pondus ipsum deprimit, aër tamen inclusus rursus sublevat eum & tollit. Ita Sagæ corpus sua natura deorsum nitens, vi spirabili, quam Dæmon occultè afflat, quasi liberatur & gestatur, ut in aquæ extrema sine periculo suffocationis possit fluitare. Arum *exercit. 20. q. 18.* adde Heig. *2. quæst. 39.* vide omninò Guil. Bökel in Visionib. *disquisit. 6. num. 52.* adde orat. Dn. Frid. Heinii suffixam *Tractat. meo de pœnis, fol. 132.*

Similis olim fuit proba ferri candentis, &c. Et cùm olim in Hispania, utrumné Gothica an verò Romana precum ratio melior esset, disceptaretur, visum est, controversiam ignis judicio permittere. Tuncque rogo in platea accenso, liber uterque Romanus & Gothicus in ignem projecti fuerunt; quâ de re Mariana, *lib. rer. Hispan. 9. cap. 18.*

17. Wasser-Zoll.

Vectigalia fluviatica (vulgò Wasser-Zoll) nemo jure exigere potest, nisi

nisi is, qui jus teloniorum in flumine, ab Imperatore, per expressam vel tacitam conventionem, hoc est, per Privilegium aut Præscriptionem quæsitum habet, sicut Electoribus, qui, sive de vectigalibus in terra, sive de teloniis in flumine, à transeuntibus, quæ exiguntur, sermo sit, generaliter verum est, quod nemini, ne in proprio quidem territorio, ea liceat instituere sine auctoritate summi Principis, vel præscriptione temporis immemorialis. Bald. *consil. 310. num. 3. volum. 5.* Iacob. de S. Geor. *in verb. cum mero & mixto. num. 18. & seqq.* vide Becht. *de securitat. & salvo cond. th. 71. & seq.*

18. Waisen-Gericht/

Ita vocatur in Ducatu Würtembergico Collegium quatuor vel quinque ex Senatorio vel Iudicum ordine, qui pupillis prospiciunt, & ferè etiam divisionibus hæreditatum præsunt: Vndè etiam Theil-Richter/ indigitantur. Qui mos laudabilis certè & imitandus videtur. Ac sanè Frater meus, p. m. in monitis, quibus equestris & immediati ordinis nobilitas conservari possit (In meo *tract. de nobilit. fol. 128. num. 12.*) inter alia suadet, ut etiam concessione Imperatoriâ, tale judicium constituatur. Experientia namque docet, multas familias, eâ solùm de causâ vivere in paupertate, quia negligentiùs earum Tutelæ administratæ fuerunt.

19. Wechßlen/ Wechsel-Gelt/ Uff-Gelt/ Wechsel-Brieff.

Cambire, permutare, cum mercibus negotiari. *Leg. Bojoar. tit. 1.* Commutatio (hoc est, quod Cambias vocant) talem qualem emptio habeat firmitatem.

Cambiare, permutare, tämmen/ undè Roßtamm / Changer Gall. *Leg Salic. tit 50. quanticunque fuerint, qui rem ipsam vendiderunt, aut cambiaverunt, aut fortassè in solutionem dederunt, &c.*

Hinc Campsores, qui ex pecuniæ permutatione lucrum faciunt. Et etiam priscum verbum Campsor. vide Lex. Philolog. Martinii, *v. Cambium.*

Hincque hodiè Cambium est commutatio unius generis in aliud genus numismatum Leonhardus Lessius, *de Instit. & jur. libr. 2. cap. 3. dub. 1. numer. 1. & seqq.* Cambium aliud dicitur Siccum, aliud reale. Siccum dicitur illud, quod reipsa Cambium non est, justitia & subjecto carens, & nomine tantùm appellatur Cambium. Hocque Siccum committitur duplici modo: Primò, quandò quis pecuniam, putà Florentiæ cum Cambio accipit, ut eam solvat Venetiis, & conficiuntur

Ooooo ad

ad id literæ, vulgò Wechsel-Brieff/ quæ mitti debent ad eum locum, ubi moneta solvenda est, quamvis verò & realiter debitor Florentiæ duntaxat, ubi Cambium datum fuit, soluturus sit. Conscribuntur tamen literæ solummodò ad simulandum contractum illum, qui inter dantem & accipientem Cambium, celebratur, quod Cambii genus propter id Siccum appellatur. Nicolaus Ianua, *de privat. Scriptura. lib.3.tit. lit. Cambii. num. 8.* Secundò celebratur, quandò literæ remittuntur in nundinas alicujus loci, ubi debitor, nec pecuniam nec Factorem, cum quo exercere mercaturam soleat, habet, nec habere posse speret; sed duntaxat ipsius nomine Procurator à Campsore constitutus accipit ibi pecunias, cum Cambio & Recambio illas solvendas remittit Florentiam; undè sub illâ simulatione persolvuntur usuræ, & usurarum usuræ, quæ ab omni jure tamen damnari solent: Per ea, quæ habet Petr. August. Morla. *in empor. jur. part. 1. tit. 9. de contrah. empt. vend. num. 11. & seqq.* & quod tale Cambium sit illicitum, tradit Ianua. *d. l. num. 9. & seqq.*

Cambium verò reale illud est, quod realiter habet subjectum & substantiam, & in quo nulla intervenit ratio mutui, & sine quavis fictione reipsa, & cum effectu nummismata diversorum generum, quæ sunt vecæ[illegible]es, ad invicem commutantur. Ianua. *d. l. num. 26.* apud quem plura, huc spectantia & cognitu n[illegible]ssaria invenies.

At præpositus tabernæ, negotiationi vel aliis expediundis negotiis mercantilibus, possit Domino ac Præponente irrequisito, literas quoque Cambii acceptare. vid. Schœffer. *pract. quæst. part. 3. quæst. 38.* qui *num. 36.* concludit, quod institor vel præpositus negotiationi, aut aliis negotiis mercantilibus explicandis, etiam indefinitè & cum Mandato sub liberâ, &c. non possit absque speciali mandato literas Cambii acceptare & expedire, procùl dubiò verius ac magis receptum esse. Ita decisivè Rota Genuens. *decis. 14. incip quemadmodùm causa. num. 88* ubi quod nunquàm Institori tacitè permissum Cambium intelligatur, sed expresso ad hoc mandato opus sit, ut exceptio hoc casu promptuaria habeatur, Dominum talem ac tantam potestatem Mandatario non dedisse.

De Cambio & literis Cambii, plura habet Rener. Budelius, *de moneta & re monetaria, lib. 1. cap. 25* & Philipp. Paschal. *tract. de virib. patriæ potest. part. 1. cap 8. nu. 65. & seqq.*

Collybus est, quod pro permutatione pecuniæ datur (vulgò Auff-Gelt/ Wechsel-Gelt) vel ut Hieronymus habet, munus, quod pro Cambio datur. Martin. *in Lex. v.* [illegible] Vndè Collybistæ sunt, qui ve[illegible]nt minuta æra, pro alia pecunia, [illegible]

accepto collybo. Quique argentariis haud absimiles sunt, quos sive ars, sive usus longus tractandarum & permutandarum pecuniarum ita erudivit, ut auri, argenti, ærisve qualitatem hi soli nôsse existimentur probe. Quâ de causa ad eos eunt frequenter, quasi peritissimos nummorum æstimatores, qui de quantitate nummorum ambigunt: puta, quanti sit nummus, aut solidus aliquis, cujus auri, an probus, an subæratus, an ponderis æqui, an lacuna in eo sit aliqua. Sed vide Eberhard. Speckhan. *quæst. jur. cent. 1. quæst. 68.* ubi habetur, qui dicantur Argentarii in jure nostro, aliisq; auctoribus, & quam variè, quæq; sit eorum professio & officium.

20. Weglagerung/ vnd Verwartung.

Insidiosa illa occultatio & obsessio viæ publicæ, nobis eine Weglagerung dicitur, quod pro atrocissimo crimine habetur. Discrimen tamen est inter Weglagerung & verwarten. Illud die Weglagerung fit à grassatoribus & deprædatoribus; Verbum autem verwarten fit animo vindicandi, & plerunque de nocte contingit, quandò compotatores rixâ inter eos exortâ domum concedunt, seque armant, & adversarium prætereuntem in loco aliquo expectant, & ex insidiis aggrediuntur, & vulnerantur. Priori casu pœna capitis locum habet, posteriore verò, vel carcere vel relegatione delinquens punitur; nisi fortè inflicta sint vulnera gravia, quo casu delinquens vel manus amputatione, vel ictibus fustium, vel exclusione puniri potest. vide Cothman *Consil. Academ. 9. num. 27. & seqq.*

21. Wehrgelt.

Werigeldus, compositio Iudicialis, pretium pro maleficio perpetrato, propriè tamen hominis occisi. Et quamvis pro homicidio certa pœna Wergeldi agnatis occisi debeatur; si tamen isti agnati nolint, vel non possint dolorem proprium perceptum ex cæde Patris, fratris & alterius agnati, per quam atrocissima eis injuria allata est, persequi, sed Iudici commiserint jus vindicandi necem defuncti, nihil certè lucri ob ejusmodi renunciationem, vigore dispositionis Iuris Saxonici, præcipiunt, sed totũ illud Iudex vel Fiscus lucratur, ob expensas in processu criminali expediendo factas. Virgil. Pingitzer *in quæst. illustr. quæst. 4. n. 10.*

De Werigeldo, ejusque pretio seu valore probè examinando, teste Iacob. Alemann. *in palæst. consult. 8. de jur monetæ. quæst. princ. 1. partit. 13.* variæ opiniones & computationes referuntur. quem vide.

*

22. Wehrhafft machen.

Mos est in Germania, quo Principes & Nobiles ministris suis, perfectam ætatem adeptis, impactis colaphis, jus gestandi gladium concedunt: daß sie dieselbe Wöhrhafft oder zu Knechten machen/ quo colophonem imponunt nugis & ineptiis primæ ætatis: & simul eum ex potestate sua dimissum declarant. Bald. *in l. 1. §. miles. ff. de test. milit.* Nam ut inquit Claudianus, *in 4 consul. Honor.*

Tristis conditio pulsatâ fronte recedit.

Huncque ritum Conr. Rittershusius *in notis ad Gunther. de reb. gest. Frideric. libr. 6. p. 117.* ab antiquissimo Germanorum instituto promanasse scribit, inque testimonium Tacitum adducit. De quo etiam Guntheri versus sunt:

Sic tandem tuti, vix tota mente receptâ,
A summo petiere viro (nec tarda voluntas,
Adfuit) ut Princeps puerum præsentibus illis
Accingi gladio Fridericum ritè juberet.

Non abludunt Romanorum rhapismata, quæ in manumissionibus & emancipationibus adhibebantur, à quibus alii jus gestandi arma, sive manumissionem equestrem deducunt. Nam sicut hodie in isto ritu alapa sive colaphus intervenit, ad eundem modum manumissiones olim servorum & emancipationes liberorum cum injuriis & alapis fiebant. vide Dracon. *de orig. & jure Patricior. cap. 4. fol. 280.* adde Dn. Wolff. *in Colleg. Politic. disput. 13. thes. 21*

23. Wehr vnnd offne Zechen verbieten/

Est singularis quædam pœna, homicidis quæ interdum apud nos imponi solet: & quidem iis, qui graviorem in defensione excessum committunt; vel etiam ex ebrietate, aut inter compotationes, rixa fortuitò exortâ aliquem occidunt. Hæcque pœna, adæquata huic delicto esse videtur: ut nempe qui gladio non rectè usus est, ejus porrò abstineat portatione; ac compotationes vitent, qui vino ritè non sunt usi.

24. Wehrschafft/ Schadloßhaltung.

Evictio dicitur vulgò Gewehr, Wehrschafft oder Schadloßhaltung. Non quod hæc verba, si propriam significationem spectes, idem sint quod evictio: sed quod res non intelligatur evicta; respectu scil. emptoris, si præstatur auctoritas, bey Gewöhr oder Wehrschafft. Et est hæc authoritas, ut re, jure, judicioque evicta emptori, emptor regressum habeat

beat adversus Auctorem suum (nobis Wehrmann: quem Galli vocant *Garant*, ex eodem fonte. Esse enim vocem eam ex prisca Germanorum lingua, testatur Cujac. *in Com. ad lib. 4. feud. tit. 37. &c.*) id est, Venditorem; & emptori venditor auctoritatis nomine teneatur.

In contractu nullo non datur evictio, ut si alienatio nulla est. Tiraquell *de retr. proxim. §. 1. gl. 1. nu. 12.* Rub. *consil. 152.* Hanc regulam adeò veram esse, quidam arbitrati sunt, ut voluerint, nec etiam stante expressa evictionis promissione, venditorem teneri. Surd *decis. 290. n. 16.* Cravett. *cons. 211. n. 6.* Ruin. *cons. 42. num. 19. lib. 1.* Tiraq. *de retr. consang. in fin. numer. 46.* vide Gasp. Anton. Thessaur. *lib. 2. quæst. forens. quæst. 23.*

25. Wehrung.

Verba gangbare Wehrung oder Müntz / ad monetam tempore contractus currentem referenda sunt. Cùm ubiq; regulariter tempus contractus sit inspiciendum. *l. si voluntatis. l. ult. C. de resc. vend.* Laudens. *de monet. n. 25.* Verba autem cujuslibet obligationis debemus interpretari secundum regulas Iuris communis. Br. *in l. heredes. §. cum ita. nu. 4. ff. ad SC. Trebell.* Brun. *de monet. lim. 8. numer. 12. post princ. & per l. cum quid. 3. ff. R. C. in fin.*

Et quod verba illa, gangbarer Wehrung / intelligenda sint de æstimatione & valore monetæ, tempore cõtractus currente, ex. modo *d. l. cum quid.* adparet. ut qui intellectus secundum illam legem tacitè inest de Iure, ut æquè bonum & quidem idem, non plus vel minus reddatur, Bald. *in l. illud col. fin. vers. ultimo quæro. C. de SS. Eccles.* Fabian. de Monte. *in tr. de empt. vend. n. 14. & 15.* Berlich. *lib. 2. conclus. quæst. 35. num. 41. & 42.* Henning. Göden. *cons. 77. n. 5. & 6.*

Dicitur autem Wehrung ex eo, quia moneta debet habere perpetuam æstimationem. *l. 1. d. contrah. empt.*

26. Weiber Güter.

Maritum pro uxoris obligatione conveniri non posse, constat, nisi pro eâ se obnoxium fecerit. *l. cum te possessiones. 3. & rubr. C. ne ux. pro marit. vel mar. pro uxor.* Et pœnam ibi esse debere, ubi noxia est, sanxit Imp. *in l. sancimus. C. de pœn.* Vndè sicut ob maritalem culpam uxores inquietari leges vetant. *l. 3. d. t.* Sic & ob uxoriam culpam inquietari maritos in legibus passim fundatæ, correlativorum regulæ prohibent. Es werden aber dißfalls deß Manns Güter geachtet / nicht allein / die er vor der Ehe gehabt / oder nachmals vor sich selbst ererbt / oder sonsten vberkommen / sondern auch / die jhme sein Haußfraw zur Ehesteur eingebracht / vnd was er

darauß oder damit erlangt vnd erworben. Franc. Pfeil. *cons. 38. num. 3.*

In dem Sächsischen Rechten ist versehen / daß Mann vnd Weib / zu jhrem Leib kein gezweiet Gut haben / Item, daß der Mann an deß Weibs Gut / kein andere Gewehr hab / dann in Vormundtschafft. Landtr. *lib. 1. artic 31.* Dieser Articul begreiffet aber den Fall nicht / da ein Ehecontract mit sonderlichen Persohnen vnd gedingen / wie es beederseidts mit dem Gut soll gehalten werden / ist auffgericht worden / sondern redt allein in dem Fall / da kein besondere Ehestifftung vnd Beredung / wie es zwischen den Eheleuten / mit jhrem Gut solle gehalten werden enthalben.

Nach deß Weibes Todtfall aber behält der Mann alles was fahrendt vnd beweglich ist / ohne die Gerade. Vnd dannoch wann schon die Fraw jhrem Ehemann insonderheit kein Ehegelt außgesetzt / so were doch das Gelt / so sie jhme zugebracht hett / seyn / so wol als jhr / vnd nach jhrem Todtfall / blib es seyn allein erblich vnd eigenthumblich / vnd köndte jhme der Frawen Handlung an solchem seinem Rechten zu keinem Nachtheil geraichen. Pfeil *d. cons. ad fin.*

27. Weichbild.

Weichbild ist vnd heißt / ein Weit-Gebiet / so weit nämblich einer Statt-Gebiet mit jhrem Recht gehet. Weichbild. *art. 9. in gloss.* Dann das Wort weich / hat bey den alten Sachsen geheissen / Iurisdictio, das ist / Gericht / Gebiet; Sintemal man einem Gebietenden weichen muß / oder wa ein weichen ist / da ist auch zugebieten / etc. Vnd das Wort Bild / kan hie heissen ein vorgebildet Land / Feld / etc. Barthol. Scheræus in der Geistlichen Spraach-Schul.

Nomina Weichbildi ac Rulandi quandò cœperint. v. Dn. Gryphiandr. *hoc tract. cap. 71.* ubi *num. 9.* ait, ist derowegen Statua Rolandina, Rulandsbild / nichts anders / als Weichbild / das ist / Statua, per quam notatur, ibi esse forum publicum causarum, Iurisdictionem, locum Iustitiæ, districtum, territorium, oder wie es die alten Teutschen eigentlich genennet haben / mallum publicum, ein Mahlstatt / da man frey Kaiserlich Gericht hält. Et *cap. seq. inquit*; Weichbildi vox sicut multis incongrua videtur ad significandum id, quod volunt, ita ejus varias notationes comminisci licet. Hieron. Treutler. *1. disp. 3. th. 10. lit. a.* ita dictum putat, quasi Weichwild / id est, v[...] voluntatem Quæ aliàs Statuta W[...]chur appellamus. Quidam Weichbild / quasi ein geweihet Bild / di[...] existimant. Sed vide Gryp[...]andr. *per tot. caput. 72.*

* * *

28. Weich-

28. Weich-Fried-Recht.

Quid sit Weich-Fried-Recht / vide Gryphiandr. *de Weichbildis Saxonicis, cap. 76. num. 3.*

21. Weldmesser schlagen.

An Nobilis, cui in actu venationis, das Waidmesser geschlagē würdt/ vel propterea, quod in exercitiis tormentorum vel Balistarum à scopo aberraverit, vel aliàs die Saw/ ut loquimur, bekommen hat / à scurra flagro quodam ligneo seu tabellà super nates percutitur, oder gepritschet würdt (quem morem à Romanis antiquioribus ad Germanos dimanâsse, probat Sim. Majol. *tom. 2. dier. Canicalar. colloq. 6. fol. 353*) actione injuriarum agere possit? Negat Ios. Nolden. *tract. de stat. nobil. cap. 13. nu. 83. & seq.* Quia per jocum & lusum non infertur injuria. *l. 3. §. 3. ff. de injur.* Farinac. *lib. 3. pract. crim. quæst. 105. num. 125.*

30. Weiß-Pfenning.

Alborum duplex genus: alii enim in Saxonia nati, dicuntur witten/quos Lübecenses primo, post alii quoque cuderunt, Tileman, Fris. *in tract.* von der Münß. *p. 3. cap. 13.* ubi de valore; alii in tractu Rheni, & dicuntur Weiß-Pfenning / juxta quos pleræq; monetæ sunt æstimandæ, & etiamnum, sed non ita crebrò taxantur. Freher. *de re monet.*

31. Welsch.

Quicquid excellit magnitudine, Germani italum appellant. Georg. Fabric. *annal urbis Misniæ lib 3 f. 223.* Sic Welsche Ganß / Anser magnus, Penelops, Welsche Nuß / Welsche Erbsen / Welsche Hüner / ꝛc. Ita sumitur Welsch pro raro, peregrino. Aliàs vocant Welsch / alles so nicht Teutsch ist. Propriè autem, Welsch / à Wallonibus est, quo nomine ferè Gallo-Belgæ appellantur. Et dicuntur Wallones, vom Wallen. Vndè & *aller* pro ire Galli adhuc hodiè usurpant.

32. Werchtegen.

Werchtegen appellabant Veteres, qui apud nos sunt Statthalter. Compositum videtur ex Werck/quod vulgare est; & antiquo vocabulo Tegen/ quod virum significabat, sicut in Historiis antiquis Alamannicis sæpiùs invenire est, der küne Tegen/der streitbare Tegen / der starcke Tegen / id est, der küne Mann/ der streitbare Mann/ der starcke Mann oder Held / & sic Wercktegen / ein Werckmann / ein Werckmeister / quod nobis adhuc fre-

frequens est pro Bawmann / Baw-Obrister / Bawmeister / adeoque Werckregen & Werckobristen / apud Veteres nihil aliud fuisse videntur, quàm hodiè Bawmeister. Killinger. *de Ganerb. discurs. 3. num. 175 & seq.* nec alii videntur, quàm quos Cæsar *l. d. bello Gall.* vocat Vergobretos.

33. Werdt.

Veteres Germani Insulam dixerunt einen Werder. Schneidewein. *in §. Insula. num. 7. Instit. de rer. divis.* Noë Meurer. *in tract.* vom Wasser-Recht. De hujus Germanicæ vocis significatu, in Instrumento Investituræ Comitis Frisiæ Orientalis posita, prolixè disputatur in Consil. Iohan. Gœddæi, *de alluv. maris. n. 344.* Ego cum Dn. Iohanne Gryphiandro. *in tract. de Insul. cap. 1. num. 14.* generalius esse, & tàm Insularum, quam alluvionum, alveorumq; incrementa, adeoque & angulos terræ in confluente fluminum includere conjicio: ita dictum à fiendo: quod est werden. Sic Imperiale oppidum Donawerda dicitur, quasi Danubiana Peninsula. Quod Sueci *Holm* vocant, Vndè Stockholm, & multorum aliorum locorum terminationes, eò loci. Sed a Werd sunt derivata Werdun & werden. In quo plurimæ urbes & pagi Frisiæ desinunt, ut Leowerdia, Bolswerdia. vide Vbb. Emm. *de Republ. Fris.* Qui tamen Werd pro tumulo sive loco editiore interpretatur, ad pascua pariter & sementem apto: vide Gryph. *d. loc* Sic & Tubingæ adpellatur der Werd / ubi pascua publica sunt ad Nicrum, aliosq; rivulos vicinos.

34. Westphalisch Gericht.

Constat sanè, in multis Privilegiis Statuum inveniri, daß sie wider die Westphälische Gericht befreyet seyen. Vndè apparet, magnam olim potestatem ac latitudinem, simulque rigorem intolerabilem horum Iudiciorum fuisse. Sed vide Freher. *tr sing.*

35. Wette/

Saxonis est mulctare: indè Gewette/ mulcta. Quam vocem Itali in *guadiam* convertentes, pro sponsione accipiunt, sicuti ex Saxonico Gewöl[...]r/ facta est guaranda: Neque p[...]l abludit notatio gloss. *ad art. 64. lib 3. num. 2.* das Wörtlein Wette / heißt so viel / als Wehe thun. vide Gryphi[...] *de Weichb. cap. 69. num. 7. & seq.*

36. Wetten.

Sponsio dicitur ab eo, qu[...] tè fit vel dicitur: uti eti[...]m [...], quasi spontè dicere, dare [...] tere. Iohan. Gœddæus, *in [...] num. [...] ff. de verb. signif.* Vocabulum [...]

ſponſionis licet συνώνυμος à Dd. ſumatur. Hic tamen id uſurpamus pro eo, quod Germanicè dicimus Wettung; item wetten. Rectè autem definitur, quod ſit promiſſio quædam reciproca, quâ quis perdendo obligatur, vel pecuniam, vel quid aliud ſolvere, quæ ſponſio ludicra erat, & non niſi ludendo antiquitùs committebatur. Caſp. Ant. Teſſaur. *lib. 2. qu. Forenſ. quæſt. 19. à pr.* de eâ re vide Hering. *de fidejuſſ. cap. 18. num. 42.* & diſputationem ſingularem, inter inaugurales Argentinenſes. Molinam, *d. Iuſt. & Iur. tr. 2. diſp. 508.* & me, *in delibatis lib. 2. ff. quæſt. 16.*

Depoſitiones das Wetten / videlicet cum de re aliquâ decertantes ſequeſtrum faciunt, quod illi obveniat, à quo ſteterit veritas, licet modus ſit aquirendi non illicitus, ſecundum Dom. Soto *lib. 4. de juſt. & jur. quæſt. 8. art. 2.* Tamen rectè ac prudenter facit Magiſtratus Ambſteldamenſis & alii, qui in hoc caſu actionem judiciariam non committunt inter Mercatores, vanè & temere alioquin, hoc indirecto acquirendi modo abuſuros: Keckerm. *Curſus Philoſophic. diſp. 28. quæſt. 48. in fin.*

Wann einer wettet / diſer oder jener werde nicht auff ein Hochzeit kommen / vnnd ſelbiger verhindert würde / caſu, vel vi majori: quæritur wers gewonnen? Videtur dicendum, es habe der ſo gewettet / er werde kommen / mehr auff voluntatem & propenſam veniendi inclinationem geſehen. Pro negante militat, daß ſelbiger auff das factum ſein Abſehen genommen / quid futurum ſit, non quid voluerit. Sic wann einer wettet / ſi navis ex Aſia venerit, non inſpicitur an potuerit vel voluerit venire; ſed an venerit vel non.

Præcipui effectus ſponſionum, ſunt actiones ex ſponſionibus emergentes. (1) Competit actio ex ſtipulatu, ſi per ſtipulationem ſponſio facta fuit, ſi curaverit, ne conditio exiſtat arg. *l. 85. §. 7. ff. d. V. O. l. jure civili. 24. ff. de condit. & demonſtrat.* Et hoc caſu etiam adverſus heredes agi poteſt. *per l. 57. ff. de V. O.* (2) Actio ex pacto, ſi nudo pacto ſponſio facta fuerit.

(3) Actio præſcriptis verbis, quæ non ſolum adverſus ſpondentes datur, ſi conditionem implere nolunt, quam poſſunt; *l. 59. ff. de contrah. empt.* Verùm etiam adverſus eum, qui pignus apud ſe depoſitum victori dare recuſat. *l. 17. §. ult. ff. de præſc. verb.* (4) Actio pro eò quod intereſt obligationem revocari, ſi quis aliquem dolo ad ſponſionem traxerit. Stracha *de ſponſionib. part. 4. cap. 14. num. 1.* (5) Actio de dolo. *l. 5. 6. & 7. §. 3. de dol.* Vt ſi quis dolo aliquem ad ſpondendum pertraxerit. exemplum tradit Stracha. *d. l.* quem vide.

Sponſionibus hiſce contraria exiſtunt. (1) Dolus. *l. 2. §. 2. ff. de dol.* (2) Captatio in verbis, exemplo

 ſit

sit illa lusio: was sol es gelten/ich kenne einen Stattschreiber der weder schreiben noch lesen kan.

(3) Vis. (4) Metus. (5) Causa inhonesta. *l. 17. §. ult. ff. de præsc. verb.* vid. Casp. Ant. Thesaur. *lib. 2. qu. Forens. quæst. 19. n. 6.* ubi datur repetitio illius, quod solutum est, *dict. l. 17.* (6) Error. Cum errans consentire non videatur. *l. si per errorem. ff. de jurisdict.* Est enim nihil consensui tàm contrarium quàm error. Vndè consensus & error in eodem subjecto consistere nequeunt. (7) Dubia promissio. Zasius *ad l. 108. n. 11. ff. de V. O.*

Sponsio facta super sententia certo modo ferenda, an de jure subsistat vid. Gasp. Anton. Thesaur. *libr. 2 quæst foreus. q. 19.*

De sponsionum jure & modo vide etiam *res quotid.* Thom. Herbai. *cap. 1. & 2.*

37. Wic.

Wic, teste Alfredo Anglo-Saxone scriptore pervetusto, quem Gulielmus Camdenus in sua Britannia laudat, antiquis Saxonibus Castellum significavit. Idem affirmant excerpta quædam ex Nicolao Marschalco, in quibus hæc leguntur: Wic in alter Sächsischer Sprach heist ein Fleck oder Städtlin / da inn sich die Burger und Inwohner / deß Orts [illegible] Gewalt enthalten / 2c. Non enim moror Crancium, qui *Saxon. lib. 2. c. 30 & Metropol. lib. 2. c. 3.* affirmat, Wic, Saxonibus esse Sinum excurrentis fluminis, stagni aut maris.

Neque dubitarim, Saxonicum Wic, esse à Latino Vicus: sicut à Vella (sic enim veteres pro Villa scribebant. Frisius in dictionario) certum est vocabulum wölle / unde Suevicum weil/weiler, significans domum, vel modicam domorum congeriem, ut Rottwelle in agro Mansfeldico: Cowelle / cujus mentio in literis monasterii Mariævallensis fit. Plenio re item sono enunciatur Wedel/ quo nomine est oppidum in Holsatia & Pagus prope R[illegible] [illegible]. Composita inde passim inv[illegible], Borgwedel & Steinwedel in a[illegible] Luneburgico: Saltwedel in [illegible] Marchia Brandenburgica: [illegible]wedel in diœcesi Bremensi. V vero geminatum remansit ex veteri pronunciatione, quod indicant [illegible] vocabula, puta Vacillo, Vallum, V[illegible], Vannus, vastus, vermis, vidua, quæ nobis Wackeln/ Wall/ W[illegible] Wanne/ Wüste/ Worm/ Witwe.

Composita etiam W[illegible] [illegible] passim, ut Catwic Cattorum Colonia, & Nortwic [illegible] B[illegible] Warwic & Norwic in [illegible] Transmarina sive Anglia [illegible] & Cutzer[illegible] in West[illegible] vvic ad A[illegible] [illegible] ga: Sleswic a[illegible]

[illegible]

statia: Osterwic in Diœcesi Halberstadensi, & Brunswic, &c. Dn. Meibomius *in hist. Bardewici. fol. 4.*

38. Widerkauff.

Pactum de retrovendendo, est vulgò der Widerkauff / cum emptio venditio ita celebratur, ut quandocunque venditor pretium obtulerit, res restituatur, per *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* nec liberatur emptor, præstando interesse, *d. l. 2.* Scit namque, rem à se avocari posse, & sic semper est in malâ fide: *c. possessor. d. Reg. Iur. in 6. arg. l. 2. C. de pact.* quia illa res meræ est facultatis, *l. viam. de via publ. l. pure. §. fin. d. except. dol.* Grassus *lib. 1. comm. opin. c. 3. qu. 7.* Mynsing. *cent. 1. obs. 16. & cent. 6. obs. 70.*

Vbicunq; in Contractu venditionis est appositum pactum de retrovendendo, & intervenit modicitas pretii, putà si res valebat centum, & est vendita pro quinquaginta, tunc iste contractus censendus est fœneratitius, etiamsi emptor non consueverit fœnerari.

Nam debemus judicare actum esse & fieri debere secundum naturam ejus: cum natura rei sit de ejus essentia. Verum natura venditionis est, ut pretium sit conforme rei venditæ: quia si res valet centum, communiter emitur pro centum, vel si non pro centum, non sit excessus neque diminutio pretii communiter & secundum cursum communem. Lanfranc. de Orian *ad Clem. dispendiosam, de Iudic. num. 24.* Si verò pretium est justum, talis contractus est licitus, & vera venditio. *l. 2. C. de pact. inter empt.* Lanfranc. *d. loc.*


39. Widerlag.

Dotalitia vel Dœria, Gallicè *Douaires*, quid sint, vid. Rebuff. *de sent. provis. gl. 3. f. 78.*

Differt nostris moribus Vom Widumb / vnd auch Morgengab. Widerlag / est Donatio propter nuptias, dotem quæ plerunque æquat: ac ut dos apud maritum, ita die Widerlag ad dies vitæ, etiam si ad alias nuptias convolârit, permanet. Widumb / à vidua derivatum, vid. infra Wittum-Sitz / est victalitium pro vidua, quod maritus constituit uxori, non è contra. De Morgengab / dixi *suprà suo loco.*

40. Widerlösen / lösen.

Verbum luere, lösen / oder widerlösen / tantum pignoribus, non autem emptioni & venditioni convenit, ut patet ex *rubr. C de luit. pignor.* vid. Ludolph. Schrader. *cons. 31. n. 43.* *&c.*



41. Widertäuffer.

De hisce ita Lambert. Hortensius, *de Anabaptistis. in. fol. 7.* Principiò omnium satis constat, varios errores, reviviscentibus nostra tempestate humanitatis studiis, jam tùm in Ecclesiam irrepere cœpisse. Horum autem plerique ab obscuris autooribus & rudibus bonarum literarum ortum habuere. Sed cùm alii aliis pestilentiores essent, eum nemo non judicârit orbi perniciosissimum fuisse, quo consensus humanæ societatis perturbatus fuit: quò nihil sanctum in vita, nihil jure proprium haberetur, nullus esset Magistratus, nullis viveretur Legibus. Sed aureo (quod in fabulis est) renato sæculo, mortales sua sponte fidem servare cogerentur. His ceu fundamento Anabaptistæ, homines fanatici, postremò exorti, nullo judicio nixi, rationis & Legis naturæ expertes, omnia Divina & humana pervertere cœperunt. Nam cum Legibus soluti viverent, ferarum ritum, & latrocinantium vitam sequuti magis videntur, quàm ductum naturæ humanæ. Illi enim rapere aliena, Sacrilegus fana infestare, stupris omnia polluere, iisdem sacri non initiatos trucidare, nullum forum, nulla judicia exercere, uxores nullo certo numero habere ad libidinem, pium ducere. Vide etiam [illegible] Pontanum, *in descript. urbis Amstelodamensis lib. 1. cap. 5. & seqq.*

Hocque etiam sequentia comprobant Exempla.

Anno 1525. Hat ein Ersamer Raht zu S. Gallen viel vnd schwehren Vberlast von den Widertäuffern, welche Sect sich bey jhnen auch gar eingerissen / viel legt man gefangen / man hielt offentliche Gespräch vnd Disputationes mit jhnen / die Räht waren nicht gesint jemandts am Leben zustraffen / dieweil man anderst waher Bericht nam / daß es wenig verfahen / sondern jhrer viel nun halßstarrig machen wolte. Zu letzt aber / war jhres Vngehorsamen Trutzens so viel / daß die Räht klein vnd groß der Statt S. Gallen sich vereinbaretend / 200. redlich gestandner Männer / von der gemeinen Burgerschafft zu jhnen in diesem Fall sonderbarlich schwöhren zulassen / vnd mit Gewöhr vnd Harnisch auff alle Stund Tags vnd Nachts zuverfassen / wer oder welche die werend / die eines Ersamen Rahts Geheiß / Willens / Gebots vnd Ansehens nicht geleben / sondern sich wider gethone Aids-Pflicht demselben widersetzen / vnd eigens Gewalts vnd Mutwillens sich behelffen wolte / ꝛc. Daß man den oder dieselbigen mit der Hand vnd That zu Gehorsame weisen / vnd keinem frembden Gewalt / weder raum noch statt geben wolte / so ferr Leib vnd Leben gelangen möchte / ꝛc. Hierab entsatzten sich die Widertäuffer so viel / daß sie [illegible] men vnd zusamen lauffen / [illegible] außgangnem deß Rahts Verbot fincken lie-

liessend/ vnnd kam die Statt zu Ruhe. Dann/ nach dem man sie an Gelt anfieng straffen/ liessend sie die Milch gar nider/ vnd wurdend so geschlacht/ als die Lämble.

Anno Christi 1526. begab sich ein wunderbarlicher vnd erschrocklicher Handel zwischen zweyen Widertäuffern/ vnd leiblichen Gebrüdern/ Thomam vnd Leonharden den Schückheren/ welche beede in S. Gallen Gerichten seßhafft/ vnd auch Burger warend/ zween ansichtig/ von Gestalt vnd Wesen vornehme redliche Gesellen. Die hattend sich den 7. Tag Februarii sampt jhren Weibern vnd Geschwistrigten/ zu angehender Nacht/ in jhres Vatters Hauß/ ob der Statt hinter dem Berg/ genant Buch vñ Mülleck/ gelegen/ versamblet/ vnd zu besonderer freundtlicher Gesellschafft zusamen gethon/ vnnd die halb Nacht mit Frewde verschliessen. Nach Mitternacht aber sich mit der Lehr deß Widertauffs bespracht vnd geübet/ auch vnter Augen Vatter vnd Mutter zugegen // mancherley Geberden vnd Weiß fürgenommen: doch was niemandts der Sorgen/ daß allda lieben Brüder etwas grewliches gegen einander üben soltend. Thomas aber (eintweders mit zu viel Weins beladiget/ oder in ander Weg seines Gemüts entsetzt/) hat gegen eingehendem Tag/ den 8. Febr. (was der vnsinnig Donstag/ wie man jhn im Turgow genennet hat) seinen Bruder Leonharden/ der ein lang/ schön/ Baumstarck Mann/ doch auch mit dem Widertauff behafft was) bey dem Arm erwischet/ vnd jhn mitten in die Stuben heissen niderknüen/ vnter Angesicht Vatter/ Mutter vnd aller Gefreundten. Vnd als jhn der Vatter betröwet/ nichts vngebürliches fürzunemmen/ hat er geantwortet: man soll sich nicht besorgen/ es möge da nichts beschehen/ dann daß deß Vatters Will seye. Darauff nur Leonhard steiff knüet/ vnd mit auffgehabnen Händen/ daß der Will deß Vatters vollbracht würde/ begehrt/ etc. Also zucket Thoma einen kurtzen vnd kleinen Handdegen/ den er an der Seiten trug/ vnd schlug seinem Bruder Leonharden den Kopff ab/ darzu den rechten Daumen (wie er die Hand auffgestreckt hat) hieb er jhm wol halb ab mit dem Spitzen deß Tägens. Darob nun ein groß heulen/ schreyen vnd weinen entstundt/ je eins flohe von dem andern auß dem Hauß. Thomas aber lieff den nächsten in die Statt herab/ ohne Wamsel vnd Geschühe/ in blossem Hembd vnd Hosen/ in deß Doctor von Watt Ioachimi Vadiani Behausung (der damals Burgermeister was) vnd erzehlet jhm/ wie grosse Ding deß Morgens vergangen/ vnd nach Willen deß Vatters volbracht/ wie auch Essig vnd Gallen getruncken were/ etc. Gedacht doch sonst der That mit keinem Wort. Auff diß jhn der Burgermeister mit Worten hart straffet/ vnd

Belgæ, ad coercendos prodigos, malos & vagos homines, nec non mendicos validos & otiosos ad laborem compellendos, & libidinem effrenem domitandam, singulari modo in carcere quodam publico, opificia (de quibus Bornit. tract. *de ærarii reditib. lib. 2. cap. 1.* Ego *d. Aerar. c. 3. §. 13.* exercitant) qui (vulgò das Zuchthauß) eo fine instar Palatii ampli & spatiosi extructus est, & cubiculis, officinisque diversis ad opificia mechanica opportunis distinctus: Cui otiosi, prodigi, filii immorigeri & id genus malitiosi includuntur, ut victum labore & manu mereantur: & tandem ad meliorem frugem & vitam regressi, emendatiores & mansuetiores, ac laboris patientes dimittantur vid. Pontan. *in hist. Amstelodam. libr. 2. cap. 9.* Vnde sanè metu hujus censuræ publicæ, paucissimi inveniuntur in trivio mendicantes validi, otiosi, prodigi & id genus inutilia pondera terræ. Bornit. *d. cap. 2.* Dn. Wolff *in Collegio Polit. disp de legibus, earumq; sanctione, &c. thes. 23. num. 9.*

Vbi addit: Talem esse domum non solùm Amstelrodami, sed & in omnibus fere urbibus Hollandicis, imò etiam Germanicis, ut Bremæ, Lubecæ, Hamburgi, &c. Est & Amsterodami domus Netoria (vulgò het Spinnhuyß) qua puellæ & fœminæ honestorum Civium, quæ luxui atque ignaviæ student, suspectæ vel deprehensæ quod corpore quæstum fecerint.

cerint, vel facere voluerint, introducuntur, Pontanus *d. lib. c. 11.*

7. Zu.

Dictio *ad*, importat vicinitatem, non intrinsecitatem: ideò si quis probat possedisse fossatum usque ad aliam ripam, non includit ripam. Card. Tuschus *pract. conclus. lit. D. concl. 239. in pr.* quia est captiosa, & dubia probatio, quæ contra probantem interpretatur, Alex. *cons. 54. nu. 8. libr 5.*

Hæc dictio quoque importat conditionem, nimirum si promitto tibi centum ad arbitrium boni viri, censetur obligatio sub conditione, si judex vel bonus vir declaraverit: & ante declarationem nihil debetur. idem Alex. *cons. 72. lib. 5.* Idem si promitto tibi dare decem ad voluntatem meam: quia intelligitur si voluero, & sic sub conditione. Alex. *d. loc. num. 14. sed* adde Tuschum. *d. loc.*

8. Zufluß/Zuwachs/

Ita vocamus alluvionem, de qua vide Cæpollam *in tract. de servitutib. rusticor. prædiorum. cap. 35.* Alluvio autem dicitur incrementum latens seu occultum, quando scil. flumen publicum paulatim detrahit fundo alicujus, & alterius fundo adjicit adeò latenter, ut non possit oculis per imbecillitatem visus humani deprehendi, quantum & quid quovis momento adjectum sit. Si quid igitur non latenter & paulatim, sed palam & apertè repentino quodam impetu, vel vi fluminis, agro vel fundo meo fuerit adjectum, meum non fit, sed manet prioris Domini. vide Schneidewin. *ad §. præterea. Inst. de acquir. rer. dom.*

Late hac de re Dn. Gryphiander *d. Insulis.*

9. Zugehört.

Pertinentiarum nomine comprehenduntur, quæ statuto, consuetudine, vel lege deputata sunt, ut accedant. Innocent. *in c. cum ad sedem. num. 2.* ibi Ant. de Butrio. *numer. 23.* Panorm. *nu. 11. extra de restit. spoliat.* Socin. Sen. *cons. 47. n. 4. vol. 1.* Bald. *cons. 420. n. 5. vol. 1.* Decius *cons. 516. num. 23.* Hieron de Monte. *de finib. regund cap. 80. n. 7.*

Pertinentiarum nomine quæ veniant, vid. omninò Rosacorb. *in pract. forens. cap. 104.* Dn. Hering. *tract. de Molendinis. quæst. 35.* Jacob. Thoming. *consil. 20. n. 73 & seqq vol. 1.* Aymon. Crav *consil. 345. & cons. 480.* Acta Sayn. contra Trier. *fol. 50.*

Verba illa mit allen Zugehörungen/vnd Gerechtigkeiten/ sunt universalia, nihil excludentia. *l. omnia. ff. de reb. cred. l. Iulian ff. de leg. 3 l. à procuratore. C. mandat. l. si plurib ff. de leg. 2.* quam generalitatem verborum trahi ad casum improprium, do-

cet gl. *in l. 2. verb. alias C. de quadr. praescript.* maximè in dispositione hominum, & sic contractuum Ias. *in l. 1. § nunciatio num 6 ff d nov. oper. nunc.* Bald. *in l. fin C sine cens. vel reliq.* & ad casus insolitos arg. *l. tres fratres ff de pact. l. sub praetextu. C. d. transact. l. qui jure.* ubi Angel. *ff. d. jur. milit.*

Sub verbo Pertinentiarum, in concessionibus Castrorum & villarum, venitquoq; territorium, & per consequens, etiam merum, mixtumque Imperium & Iurisdictio, ut asserit Paris. *cons. 9. num. 16 & 20. vol. 1.* Fichard *cons Germ. 20 n. 10.*

Vendito vel concesso castro cum pertinentiis, sub verbo pertinentiarū non intelliguntur praedia, sed solùm Iurisdictio & similia, quae Castro adhaerent. Curt. Iun. *cons. 158 num. 26.* & Cravetta *cons. 54. num. 9. in fin. & cons. 234. num 2.*

10. Cl. Zuhaben / zuhalten / zuverkauffen / zuversetzen / zuverwechßlen / zuvergeben / zuverpfänden / vnd seines Gefallens damit zuthun vnd zulassen.

Clausula haecce, Investiturarum literis inserta, variè à variis intelligitur ac explicatur. Sunt etenim qui dicunt, Dominum per eam potestatem facere Vasallo, feudum, se ipso irrequisito, & inscio posse liberè extero, & cuicunque voluerit, tradere.

Sed hujus Clausulae vis ac energia melius ut intelligatur ac interpretetur, referendae sunt Dd. de ea opiniones.

Primo sunt qui volunt, Cl. hanc intelligendam esse secundum naturam contractus, circa quem tale pactum apponitur. arg. *l. stipulatus ff. de usur. l. si uno ff. locat.* Feudi autem natura est, quod sine consensu Domini non possit alienari. E. Specul. *in §. nunc aliqua. qu. 49. tit. locati.*

Sed si haec interpretatio admitteretur, nulla omninò vis esset istius Clausulae, & nihilo magis Vasallo concessum videtur: meritò ergo illa rejicitur sententia. Cùm sit contra vulgatam Regulam Iuris, quae vult, quod verba & ejusmodi pacta in contractibus posita, non debeant esse otiosa, sed semper aliquid operari. *l si quando ff de leg. 1. & l. si quis. ff. si quis caut.*

Propterea alii Dd. hanc Cl. ita interpretantur & dicunt, Vasallum vigore hujus Clausulae, posse non solum feudum absque consensu Domini alienare, sed etiam directum ejus Dominium in alium transferre, ut ita illa bona feuda amplius non sint, sed censeantur eodem jure, quo alia, quae quis pleno Iure habet, & eorum ratione nullum alium superiorem recognoscit. Et ita sentire videntur Feudistae, Belviso, Item A[illegible] Laud.

Laud. *in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud.*

Verùm cum per hanc interpretationem bona feudalia naturam & proprietatem suam planè amittant, & hoc absque dubio contra voluntatem directi Domini: ab aliquibus Doctoribus via media æquitati magis consentanea & conformis redditur interpretatio hujus Clausulæ, exemplo Imper. Iustiniani *in §. fin. Inst. quib. ex causis manum. non lic. & in §. cum ex aliena. Inst. d. rer. divis.* in quibus locis Dd. admonent, in ejusmodi conflictu opinionum, mediam viam esse eligendam. Et juxta horum opinionem, Clausula illa tantum operatur, ut Vasallus propter illam possit bona sua feudalia, etiam irrequisito Domino alienare, deque feudo libere disponere Socin. Sen. *cons. 252. qu. 2. libr. 2.* Cravett. *cons. 256. col. 3.* Grammat. *decis. 103. nu. 129.* Cacher. *decis. 164.* Brun. *consil. 36 & consil. 121. col. 6. v. septimo.* Natt. *cons. 644. nu. 5. lib. 4.* Tessaur. *decis. 146. num. 6.* sed tamen ea conditione, ut alienatio illa in tales fiat, qui feudorum capaces sint, & Dominium Domini directum salvum maneat, feudumque debito tempore & modo ad eum redeat. Schwanman. *in Consil. feudal. 6. num. 6. quem vide per tot.*

Et quamvis Dominus Vasallo potestatem facit, feudum alienandi, vendendi, pignori obligandi, non tamen verba aliud quidpiam important, quam quod Dominus Vasallo per ea permittat, feudum suum, hoc est, Ius suum feudale, quod in feudo habet, Dominium scil. utile in alium transferendi. Non verò potest dici, quod Dominus directum suum dominium, servitia sibi à Vasallo debita, & alia jura sibi competentia, refutarit, & iis sese abdicare voluerit, vel quod possit Vasallus in exterum & ignotum Domino, feudum alienare, & sic illud transferre, quod à Domino sibi adhuc traditum non est, Schwanman. *dict. loc. num. 10.* Cum aperta Iuris regula sit, quod nemo plus Iuris in alium transferre possit, quam ipse habet. *l. nemo. ff. d. R. I. c. nemo plus Iuris d. R. I. in 6. & c. quod autem extra de Iur. Patron.* nec etiam facile hoc modo verba illa intelligi poterunt.

Sed de Clausula, *ad habendum, & quicquid tibi placuerit faciendum, &c.* vid. Martam. *de Clausulis. p. 1. claus. 5. & part. 2. claus. 2.* & Stephan. Gratian. *in discept. forensibus. tom. 2. capit. 344.*

11. Zuvor oder hernach.

Testes deponentes per dictionem *ante* vel *post*, zuvor oder hernach / ut, quid *ante* nuptias factum esse vel *post*, vel ante bellum vel post, si in eorum dictis discordes existunt, utputà quando quidam dicant *ante* aliquid fa-

factum esse, quidam verò *post*, sunt ad concordiam ita reducendi, ut hi qui dixerint *antè* intelligantur de certe voluisse, ante finem, ut ante finitas nuptias vel bellum. Hi verò qui dixerint *post*, intelligantur post actum inceptum & contractum, adhucque durantem, & nondum expletum. Vide Laurentium Tennnnum *in tract. Clausul Claus. 267. numer. 1.*

Dictionis *prius* natura est, ut quando à lege exprimitur, inducat ordinem, quo perverso, actus fieri non potest. Abb. *in c literis. in § not. d. rest. spoliat.* per text. *in l. 2. §. prius. ff de vulg. & pupill. subst.* Hering. *de fideiuss. cap. 10. n. 469.*

12. Zugrecht.

Si una Civitas ex consuetudine solet consultare apud aliam Civitatem, hoc non est propriè appellare, prout inferior facit apud superiorem: sed est genus quoddam prorogationis, & est voluntatis, non necessitatis. vide Dauth. *de testam. fol. 13* Schman. *fol. 317. & 652.* Dn. Adam Keller *d. offic juridicopolit. 2 c. 27.* & me *de appellat. fol. 109.*

Verùm decet, si omisso loco Consultationis veniatur ad judicium Cameræ, quod tunc saltem priùs requisierint loca Consultationis, quæ quidem solent admittere Consultationem, quandò partes ambæ coram eis comparent sim[illegible]l. Se[illegible] si acta non exhibeantur verò, tunc ipsa loca Consultationis non possunt cogere [illegible] compellere partes: quia par in parem non habet imperium, sed veniendum ad Iudicium Cameræ, tanquàm à denegata vel impedità justitia, Richvvin. *fol. 650*

13. Zug/ Umb Zug.

Cùm interdùm contingat, (duobus fortè de homicidio, furto, rapina, latrocinio, similivè delicto aliquo speciali, se invicem deferentibus, & accusantibus & pro eruendà imputati criminis veritate, aliis legitimis & sufficientibus indiciis deficientibus, ad torturam mutuò sustinendam, einen Zug umb den andern zuleiden / sese offerentibus) ut scrupulus hic judicibus causæ non immeritò injiciatur, & utrùm scilicet hæc ipsorum pactio & spontanea oblatio, de jure valida, ac proindè executioni demandanda veniat nec ne? Licet autem non desint fundamenta, quæ tradit Eberh. Speckhan. *cent. 3 quæst. 17 in fundam. nu. 2.* quibus Iudices ad deferendum huic ipsorum oblationi, & ad exequendum hoc pactum probabiliter moveri possint. Contraria tamen sententia verior existit, & in usu practico, judicando, pronunciandoq; à judicibus causarum criminalium, obl[illegible]e & conventione ista partium nih[illegible]n-te, omni[illegible]iò servanda est. Ratione posterio-

ſterioris hujus ſententiæ, vide apud Specklian. *all. loc. ſub num. 2.*

14. Zunfft.

Extra dubium eſt, quod mercatores, cordones & alii opifices ſua Collegia habere poſſint, dummodò illis hoc lege, vel conſuetudine, vel ſingulari Principis Privilegio concedatur: vide omninò me, *de jure Collegior.* Aliàs omnia Collegia ſunt reprobata, etiamſi eſſent mille vel duo millia, tamen congregati per ſe abſque ejuſmodi permiſſione non poſſent facere Collegium approbatum, nec Iudicem eligere. Collegia autem approbata & licita cenſentur, & eorum poſſeſſio vel quaſi probatur ex eorum literis fundationis, & Privilegiis à Magiſtratu conceſſis. Vel ſi ſolent conſtituere Syndicum, in certo loco convenire, tractatus Collegiales negotiorum communium exercere, arcam communem gemeine Laden / & Sigillum habere. Quæ tamen Signa omnia ſimùl & conjunctim non requiruntur, ſed unum & alterum ſufficit: prout hæc omnia probat Dn. Berlich. *deciſ. 150.* quem vide.

Quomodo opificia exerceri debeant, vide Bornitium, *de rer. ſufficient. 1. cap. 5.*

Aliud autem ſunt Zunfften / tribus, quibus forma Reipublicæ democratica efficitur: quas poſt bellum Smalcaldicum pleriſque in Civitatibus abrogavit Carolus V. Imp. ne ita facilè eæ commoveantur. vid. me, *de democratia, fol. 65.*

15. Zwang-Mühlin.

De Molendinis bannariis. vide omninò Dn. Iohan. Hering. *Tractat. de Molendinis, quæſt. 11. per tot.*

Subditi alicujus licet longiſſimo tempore ad molendinum Domini iverint. Non tamen ex hoc in futurum cogi poſſunt, ut ibidem molant. Per tradita Covarruv. *in c. poſſeſſor. de R. I. in 6. in 2. p. relect.* §. 4. Franciſc. Balb. *de præſcript. part. 4. qu. 5.* Borcholt. *in c. un. quæ ſint regal.*

Ad molendinum namque ire, eſt meræ facultatis, ea autem, quæ in mera facultate conſiſtunt, per præſcriptionem non adimuntur. *l. viam publicam. ff. de via publ.* Coraſ. *libr. 6. miſcell. c. 21. num. 2. & ſeq.* nec ex his, quæ gratuitò fiunt, ullo tempore jus acquiritur. *arg. l. qui jure familiaritatis. ff. de acquir. poſſ.* Quo pertinet, quod is, qui longiſſimo tempore hoſpitio recepit alicujus familiæ nobiles, non ſit obligatus, nec ejus hæredes, in futurum prædictos nobiles recipere. Innocent. *in c. cum Eccleſia, de cauſ. poſſ. & propr.*

Ita Vaſallus, qui non requiſitus, nulla per immemoriale tempus præſtitit ſervitia, ab iis non liberatur. arg. §. *licet.* & ibi Matth. de Afflict. *tit. ſi de feud. defunct. fuer. contr.*

Ratio rationis est, quia possessio ex actibus merè voluntariis non acquiritur. *l. Proculus. ff de damn. infect. l. si in meo fundo. ff. de aqu. pluv. arc. l. 2. ff. de via publ.* Sine quâ praescriptio non procedit. *l. sine possessione. ff. de usucap.* De hàc quaestione. vide Iacob. Thoming. *vol. 1. consil. 17. n. 66. & seq.*

16. Zwey oder dreyherrige Herrschafft/Gesambte Herrschafft.

Non est novum, unam Provinciam plurium dominatu fatigari, alio nempè summum Imperium, alio Iurisdictionem simplicem, alio jus gladii, alio alia jura sibi vindicante. Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 85. num. 10.* Nec infrequens est, quod zwey/ drey/ oder vierherrige Provinciae reperiantur, ubi unus habet die Lands-Fürstliche Obrigkeit/ alius die Lands-Hoheit/ tertius die Wildbann/ quartus die Forstliche Obrigkeit/ quintus die hohe Craiß vnd Cent/Sextus die Vogtey vnd Erb-Gerichte. Caspar. Ziegler. *in §. Landsassii, concl. 1. num. 75. & seqq.* Meichsner. *tom. 2. libr. 2. decis. 4. n. 20. & 27. & lib. 3. decis. 33. & seq.* Sixtin. *de regalib. c. 4 nu. 82.* vide omninò Caspar Leipold *de concurr. jurisdict. quaest 12.* & me, *d. Monarchia. fol. 12. & de statu mixto. fol. fin.*

Cùm ex duobus Dominis in jurisdictione & Imperio aequalibus, & pro indiviso possidentibus, unus sine alio & eo invito, licet ad quemlibet in solidum spectet jurisdictio, non possit exercere per se, vel alium jurisdictionem: quia par in parem non habet Imperium. *l. nam Magistratus. de recept. arb. c. innotuit. de elect.* Circa tamen usum & exercitium jurisdictionis concordare debent: adeò, quòd si id facere recusant, & nolunt, superioris provisione & mandato ad id venire compelluntur. Peguera. *dec. 10. in princ.*

Forma autem Concordiae circa hujus jurisdictionis usum & exercitium, duplex praecipuè à Scribentibus annotatur. Quarum altera est, quod dicti Domini utantur jurisdictione alternis vicibus, dividendo usum jurisdictionis per tempora. ita Angel. *in l. 2. §. ex his. n. 3. ff. d. V. O.* Sed Peguera addit, *numer. 4.* Haec autem forma dividendi per tempora usum jurisdictionis, salva pace tantorum doctissimorum virorum, mihi nunquàm placuit, propter multa inconvenientia, quae ex ea or[...] & sequi possent: Primum inconveniens est, quòd si finito tempore unius Domini, alter non potest recuperare processus, tàm civilium, quàm criminalium causarum non expeditos, nec terminatos, retardabitur justitia, quae fortè expediri non posset infra terminos à jure statutos.

Secundum inconveniens est, propter-

pter præcipitatam justitiam, quam officiales unius infra tempus suum abbreviabunt, & accelerabunt, ut officiales alterius nihil commodi & emolumenti percipiant.

Tertium est inconveniens, quòd si aliquandò unus benè & juridicè processit, alius malè & favorabiliter, & fortè per invidiam, aut inimicitiam absolvit condemnandum, vel eum, qui venit absolvendus, condemnabit, vel bonas causas terminabit, modicas verò & breves aliquandò ruinosas relinquet. *l. 1. §. sciendum. ff. de magistr. conven.*

Altera verò forma concordandi se circa usum & exercitium dictæ jurisdictionis est, quod omnes in solidum Domini & pro indiviso possidentes, constituant & eligant unum judicem communem: videlicet unum Bajulum, unum Assessorem & unum Scribã, atq; alios Ministros, qui Dominorum nomine unam tantùm Curiam faciant, in quâ subditis justitia administretur. Sed vide Peguer. *de decis. 10. num. 6. & seqq*

Non absurdum est in profanis, ut in uno corpore territorii, duo capita constituantur. Pacian. *d. prob. cap 56. lib. 2. num. 90 & seq.* Et quemadmodum castrum vel territorium dividi potest; ita etiam annexa ei jurisdictio, eodem modo dividitur. Idem Pacian *d. c. 56. n. 79.*

Communio jurisdictionis neglectum Iustitiæ parit. *per. l. 2. vers. naturale. C. quandò. & quib. quarta pars. lib 10.* Econtrà, quod per divisionem castri vel territorii, eique annexæ jurisdictionis, discordiæ Dominorum tollantur. Pacian. *d. c. 36. n. 92.* Siquidem discordantibus Dominis duobus aut pluribus super exercitio jurisdictionis, subditi ipsorum, & cumprimis superior eos ad concordiam compellere potest. Gail. *d pignorat. c. 20. num. 7.* & Pacian. *dict. l. num. 58. et seqq.* ubi plures & nominatim septem modos recenset, quibus Domini isti invicem discordantes ad concordiam facilimè reduci queant.

Præterea notum est, quibus remediis, Vasallus justitiam non administrans, ad officium faciendum, tàm de jure feudali (de quo videri potest Rosenthal. *c. 12 concl. 4. n. 53. & 57. & cap. 18. conclus. 33 num 68. & seqq.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 9. n. 40.*) quàm jure communi (de quo Gail. *1. obs 18.* & Petr. Frid. Mindan. *lib. 2. cap. 53. n. 19. & seqq.*) cogi possint.

In den Dörffern / da unterschiedliche vom Adel wohnen / und die Iurisdictio gemein ist / würdt doch ad evitandam confusionem & rixas, in eines jeden Schloß und dessen Umbfang alle hohe- und nidergerichtliche Obrigkeit / auch was derselben anhängig / einem jeden possessori in solidum gelassen: Also / daß er solche gantz und gar / ohne Eintrag deß andern haben / und exerciren mag.

17. Zu Ze-

17. Zwifache Ehe.

Libidinis vagæ prolubium, & quibus γλυκὺς ἀγκὼν cum multis uxoribus, omninò improbatur Iure Divino, Nat. Gent. Can. & Civili, & aversantur illud dicta jura, maximè *Matth. 19. Paul. 1. Corinth. 7. l. eum, qui. 18. C. de adult. l. 2. C. de incest. nupt. &c.* De jure etenim scripto non est permissa Polygamia: quin Patrum exempla potiùs de providentia sobolis propagandæ, admiranda, quam imitanda sunt: quippè, duo minùs plures in una esse debent carne, inquit Salvator ipse. *Matth. c. 19.* vide Böckel. *in visionib. disq. 5. n. 7.*

18. Zwing vnd Bann.

Civitas sine territorio esse potest. *l. urbis. 2. in pr. & in l. 239. §. urbs. & l bona Civitatis. cum l. seq. ff. d. V. S.* Meichsner. *decis. Camer. 3. num. 17. tom. 2. lib. 2.* daß doch nichts desto weniger ein jegliche Statt / auch ausserhalb jhrer Mauren / gemeinglich ein universitatem agrorum & territorium (das ist / jhren eignen Etter / Oesch / Weichbild / Zwing vnd Bänn / uti interpretantur Gilman. *Symphor. tom. 1. part. 2. tit. 2. de reconventione. in causa* Erfurt contra Maintz / *n. 156. & seq* & Rosenth *de feud. c. 5 cōcl. 6. n 3.*) zuhaben pflege / vnd auch regulariter habe. *l. pupillus §. territorium. 8. d. V. S.*

Adeòque territorium dicitur esse de pertinentiis & accessoriis Civitatis, Innocent. *in c. cum. ad sedem n. 7. de restit. spol.* Oldrad. *consil. 176. in fin.* Boër. *quæst. 227. nu. 7.* Civitas enim inest territorio, & territorium inest Civitati, Adrian Gylman. *rer. judicat. lib. 2. decis. 35. num 19.*

Deindè prædia Civitati adjacentia, vel in eorum finibus sita & existentia, præsumuntur subesse jurisdictioni Civitatis, Menoch. *de præsumpt. 3. præs. 100. n. 1.* Et ita hoc respectu, appellatione Civitatis, veniunt etiam Villæ, suburbia & districtus. Gylm. *lib. 2. decis. 12. n. 21.*

19. Zwitracht.

Verbum Zwitracht / admodùm generale est, æquipollens verbo controversiæ, & comprehendens omnem omninò controversiam, quocunque modo in judicio vel extra judicium, de jure vel de facto motam, nulla factà distinctione, utrùm in istâ controversiâ ad litis contestationem, vel etiam ad ulteriora processum fuerit, an verò non. *l. non solùm. § si statu. ff. de procur. l sed etsi lege. ff. eod. l. Lucius. §. tres hæredes.* ibi gloss *in v. moveri.* & Bartol. *ff ad SC. Trebellian. l. 1. C. de testam. l. si controversia. C. de evict.* Gerichtliche Acta der Statt Braunschweig Huldigung betreffend, *part. 2. num. 71. in. fol. 62.*

A. T. S. †. C. T. C.



Elenchus Librorum,

A

CHRISTOPHORO BESOLDO IC.

Usque ad Annum Christi 1629. vulgatorum.

POliticæ Doctrinæ; Institutionum Iuris, quâ eæ adhûc in usu; & item rerum ab orbe condito gestarum, Synopsis. Iunctis Dissertationibus (1) de veræ Philosophiæ fundamento (2) de Studio liberalium Artium, & Philosophiæ (3) de complexu omnium Disciplinarum, illoque Proverbio vulgato: In omnibus aliquid, in toto nihil. *Argentinæ*; impensis heredum Lazari *Zetzneri*. in 12. An. Chr. 1623. Horumque libellorum, hîc conjunctorum, plerique jam *antè*, separatim *editi* fuerunt.

Synopsis Politicæ Doctrinæ, Editio *tertia*, prioribus multò auctior. *Argentorati*, sumptibus heredum *Zetznerianorum*. in 12. Anno Christi, 1628.

Politicorum libri duo: quorum prior, Reipublicæ naturam, & constitutionem, XII. capitibus absol-

vit: alter, de Republicâ in omnibus partibus gubernanda, X I. capitibus tractat. Editio *tertia*: cui *Adamus Dappius*, Geislingensis, copiosissimum Indicem subjunxit. *Tubingæ* apud Iohan. Alexandrum *Cellium*. in 4. An. Chr. 1620.

Ejusdem operis Synopsis: à Friderico *Richardo Mockelio*, Tubingensi: Tabellis aliquot repræsentata. *Ibid.* apud *eundem*, in 4. Anno eod.

Editio nova Operis Politici; illustrata variis, & quandoque etiam prolixioribus excursibus Philologicis, ac Iuridicis: qui magnam partem, jam antè, vel separatim, vel aliquibus simul junctis, editi fuerunt. Iisque omnibus Reipublicæ natura & constitutio, ejusque in cunctis partibus gubernatio; libellis duodecim, qui etiam divisim venerunt (& quidem serie subsequenti) absolvuntur. *Argentorati* apud *Zetznerianos* in 4. Anno Christi, 1626.

I. Principium & Finis, Politicæ doctrinæ. Hoc est, Dissertationes duæ: quarum una, Præcognita Politices proponit; altera, de Republicâ curanda agit. Intermixti autem sunt Discursus prolixiores, de differentia Divinæ, Humanæque Sapientiæ. An Practica Philosophia, speculativæ sit præponenda? An, & qualis Respublica futura fuisset ante lapsum, seu in Innocentiæ Statu? De causis generalibus conversionis Rerumpublicarum. De Angelis, seu Geniis Imperiorum. De Præsagiis politicis, quæ ruinas ac conversiones Rerumpublicarum præcedere; earumque vel causæ, vel notæ & indicia esse solent.

II. De Majestate in genere, ejusque Iuribus specialibus; tam Ecclesiasticis, quàm Politicis. Accedente tractatione singulari, de Reipublicæ Statu mixto. Vbi quoque per longiorem digressionem, agitur de Iure Regio Samuelis Prophetæ; & de intellectu vers. 6. Psalm. 50. Inibi itidem habetur *Erectio Vniversitatis* Studii *Tubingensis*. An. Chr. 1476 Et Facultas Imperialis, de legendis & audiendis Legibus. An. 1484.

III. Discursus Politici (1) de Monarchia (2) Aristocratia, & (3) Democratia, generatim tractantes. (4) De Statu Reipublicæ subalterno, ac (5) de Reipublicæ formarum inter se se comparatione. Intermixtæ sunt dissertationes singulares: de potestate Imperialium Civitatum, quò ad immutandam Religionem. De Comitibus & Baronibus Imperii Germanico-Romani. De origine & Iure Imperialium Civitatum: junctis,

ctis Annalibus Belli, inter Nobiles & Civitates olim gesti, quod vulgò Stättkrieg adpellatur. De Ordine Equestri Libero, Imperioque immediatè subjecto. De veteribus, novisque Chiliastis. Ac quoque superadditum est Responsum Iuris: de clausulâ, quâ quis investitus est, Mit den Gerichten. Et alterum: An sine Iuris sollemnitatibus, Germaniæ Principes, eorumque filiæ, testari possint; & num in conscientiâ sit tutus, qui contra Testatoris sibi notam voluntatem, ejus ultimum elogium, ob intermissa sollemnia Iuris Civilis, oppugnat. Quorum utrumq; nomine Facultatis Iuridicæ Tubingensis, à Christophoro Besoldo, conscriptum fuit.

IV. Discursus Politici singulares (1) De Tribus domesticæ societatis speciebus: Maritali nempè, Filiali, & servili. (2) De Iure, Ordinibusque Civium: ubi inprimis agitur de Cive, Incola, Peregrino, Nobili. Intertexta sunt Conjectanea, de Hebræorum, ad Christum Salvatorem nostrum cõversione. Subnexâ tractatione de Nobilitate: Auctore *Iohan. Georgio Besoldo*, illustrissimi quondam Collegii, quod Tubingæ fuit, Professor, p. m. Christophori Besoldi fratre Germano.

V. Iuridico-Politicæ Dissertationes, (1) de Iure Rerum, tam sacrarum, quàm profanarum; tam publicarum item, quam privatarum. (2) De Iure Familiarum (3) Collegiorum (4) Academiarum (5) aliarumque Universitatum: ac item (6) Territoriorum. Interpositæ sunt Orationes M. *Cunradi Sumenhart*, de Calw, in officio Exequiarum Dn. EBERHARDI I. WÜRTEMBERGICI DUCIS, & Fundatoris Academiæ Tubingensis; De ejusdem Incluti Principis vitâ, rebusque gestis, *Philippi Melanchthonis*, & *Ioachimi Camerarii*: *Theodorici* item *Schnepffii*, & *Iacobi Ehingeri*, in laudem Ducum Würtembergicorum, & Academiæ Tubingensis. *Ejusdemq; Academia Privilegia*, seu Leges fundamentales. Et Dissertatiuncula de Gradibus in Scholis usitatis.

VI. De Informatione, & Coërctione Subditorum. Vbi agitur (1) de Educatione, Studiis Literarum, Peregrinatione, & cura Religionis. (2) De Præmiis, Pœnis, Legibus, (3) de Magistratibus & Censoribus. Vbi intermixta sunt sparsim complura. Dissertatio nempè. De Bacchantium moribus vitandis. De antiqua Philosophia. Consideratio Legis & Sectæ Saracenorum. Oratio pro Jurisprudentia; & num præstet Iure certo, vel manu Regiâ, Rempublicam administrari? Vindiciæ Iurisprudentiæ Romanæ. Discursus Germanicus, von der Römer

Censur. Et tandem Oratio *Friderici Heymi*, Rostochiensis; de Probatione, quæ per Ignem & Aquam ferventem olim; ac etiam nunc hodiè, quibusdam in locis, per Aquam frigidam fieri solet.

VII. De Ærario Publico Discursus. Insertis duobus Responsis Iuris, concernentibus materiam Collectarum: quorum unum est *Christophori*, alterum *Iohan. Georgii Besoldi*. Editio *secunda*, cui additus est Viri undecunque Clarissimi, *Iulii Cæsaris Bulengeri*, Iuliodunensis, de Tributis ac Vectigalibus Populi Romani, Liber.

VIII. Vitæ & Mortis consideratio Politica, libellis tribus comprehensa: quorum (1) de vitæ sustentatione (2) de curâ sanitatis, & (3) de sepulturâ agit. Vbi etiam habetur Disputatio Christophori Besoldi, inauguralis: continens Discussionem quæstionum aliquot, de Vsuris & annuis reditibus, ex utroque Iure desumptarum.

IX. Spicilegia Iuridico-Politica. (1) De Legatis (2) de Sessionis præcedentia, ac item (3) de Pactis Iure, & (4) de Arcanis Rerumpublicarum. Quibus insertum est Responsum, *Anonymi* cujusdam, sed Excellentis Iureconsulti, deß Heiligen Römischen Reichs Erb- vnd Hofämpter betreffendt.

X. Dissertatio Iuridico-Politica, de Feudorum Iure; ubi insimùl de Patrocinio & Clientelâ, ac item de Neutralitate disputatur succinctè.

XI. Dissertatio Philologica, de arte jureque Belli: ubi habetur excursus latior, de Inventione Bombardarum, ac Typographiæ. Ac item, von den Belägerungen / vernaculus Discursus.

XII. Discursus Politicus, de Incrementis Imperiorum, eorumque amplitudine procuranda: cui inserta sunt conjectanea, de Novo Orbe.

Dissertationum Nomico-Politicarum, Libri tres: ubi de Successione, quæ Regni fit Iure, & Electione Regiâ, potissimùm disputatur. Editio *secunda*. Cui accessit Discursus (*Illustrißimi* cujusdam *Auctoris*) wie ein Fürstlich Hauß zuerhalten. Vt & consilium, Hereditarii feudi naturam enodans. Et aliud *Valentini Volzii*, IC. ac Antecessoris Tubingensis; de fœminâ per Masculi existentiam semel exclusâ, pertractans. Tubingæ: in 4. Typis Theodorici Werlini; Impensis Iohan. *Berneri*, Bibliopolæ *Francofurtensis*. Anno Christi, 1617.

De

De Natura Populorum, ejusque pro Loci positu, temporisque decursu variatione: ac insimùl etiam, de Linguarum ortu, & immutatione, Philologicus Discursus. *Tubingæ* in 4. apud Alex. *Cellium.* Anno Christi, 1619.

De Consilio Politico, Axiomata aliquàmmulta: Limpido Israëlis, rectæq; rationis scaturigine lustrata. Editio *secunda. Tubingæ* in 8. apud Eberhardum *Wildium*, Anno Christi, 1622.

Unvergreifflicher Discurs: Ob zuwünschen / daß alle Christliche Herrschafften / einem einigen Oberhaupt vnterworffen weren: Auch was auff die / nun ein Zeit hero auffgestandne Propheten / vnd herfür gesuchte Propheceyen zuhalten? Iunctus est οἰκεῖ Discursus, iteratæ Editioni Thomæ Campanellæ, de Hispanica Monarchia. Anno Christi 1623. in 4. & prostat apud Eberhardum *Wildium.*

Signa Temporum: seu succincta rerum, post Religionis immutationem, ad hoc ævi, in Europa gestarum, dijudicatio. *Tubingæ* apud *Cellium*, in 4. Anno Christi, 1614.

Axiomatum Philosophiæ Christianæ; vitam verè Philosophicam utcunque adumbrantium, Pars Prima. Editio *secunda*; revisa atque aucta. in 12. Anno Christi, 1628. *Argentorati*, sumptibus hæredum Lazari *Zetzneri*. Eorumq; Editioni priori, de Anno 1616. subjuncta erat Theca Gladii Spiritus, Dn. D. *Tobiæ Heßi*, Noribergensis.

Pars secunda, Axiomatum Philosophico-Theologicorum: continens specimen Locorum Communium Philosophiæ, tàm Christianæ, quàm Prophanæ. In 12. *Argentinæ*, impensis modò dictorum heredum *Zetzneriauorum*, Anno Christi 1626. Et hoc in libello cótinentur etiam cuncta, quæ habentur in Appendicula ad pietatem inprimis ducente; additâ Axiomatibus de Consilio Politico, quorum modò suprà mentio facta fuit.

Heraclitus, oder Spiegel der weltlichen Eytelkeit / vnd Elends Menschlichen Lebens. Etwann von Petro Molinæo Frantzösisch entworffen; Nun aber in die Teutsche Spraach vbergesetzt / vnd in viel weg vermehret. Durch C. B. Straßburg / in Verle-

gung Herrn Zetzners seeligen Erben/ in 12. Anno Christi, 1527.

Sechshundert allerhandt/ theils vernünfftiger/vnd kurtzweiliger; theils auch eifferig vnnd Gottseeliger Antwort/ oder Reden. Auß vielerley Sprachen vbergesetzt. Editio *secunda*. in 12. Anno Christi, 1622. apud *Cellium*.

Laudatio Funebris, Dn. Iohannis Valentini Neyfferi, Herrenbergensis. V. I. D. & in Academia Tubingensi, quondam Digesti Veteris Professoris. *Tubing.* apud Theodoricum *Werlin*. in 4. Anno Christi, 1610.

Aliena, curante tamen C. B. impressa.

Hieronymi *Savonarolæ*, de Simplicitate vitæ Christianæ, Libri 5. Ejusdem expositio Dominicæ Orationis; & Sermo in Vigilia Nativitatis Domini. *Argentinæ*, impensis Lazari *Zetzneri*, in 12. An. 1615.

Meditationes prædicti *Savonarolæ*, in aliquot Psalmos: & ejusdem lamentatio Sponsæ Christi, adversus tepidos, & Pseudo-Prædicatores. In 12. *Tubing.* apud Eberhardum *Wildium*. An. Christi, 1621.

Doctor Johan Taulers/ Nachfolgung deß armen Lebens Christi. Auß einem/vor ein Hundert vnd Siebentzig Jahren geschriebnem Exemplar., nun erstmals/ von Wort zu Wort nachgetruckt. In 4. zu Franckfort/ bey Lucas *Iennis*. Anno Christi, 1621.

D. Johan von Staupitz/ Einsiedler Ordens S. Augustini, von der Nachfolg deß willigen Sterbens Christi. Sampt ettlichen der Heiligen *Birgittæ, S. Thomæ, D. Eckhardts*, wie auch D. Taulers/ außerlesnen Gebetten/ vnd andern kurtzen Schrifften. Editio *secunda*. Straßburg. In 12. In Verlegung der Zetznerischen Erben. An. Christi, 1627.

Juridica:

Templum Iustitiæ: sivè de addiscenda, & exercenda Iurisprudentiâ Dissertatio. Editio *secunda*. Cui subjuncta est Papinianea Securis; optimi Iureconsulti, luculentum proponens exemplum: & de periculis nostri seculi Oratio; ad Resipiscen-

ſcentiam cunctos adhortans. Tubingæ in 4. apud Theodoricum Werlin, ſumptibus Iohan. *Berneri, Francofurtenſis*, Anno Chriſti, 1616.

Opuſculorum Iuridicorum Farrago: continens maxumè frequentium Iuris Privati Quæſtionum explicationem. Quorum pars (1) continet de Principiis Iuris, Diſſertationem Philoſophicam. (2) Synopſin Inſtitutionum Iuris, quà illæ adhûc in uſu. (3) Commentarium ad Titulum 1. 3 4. 5. & 6. libri 1. Pandectarum, ultra CC. Iuridicas & Polititicas Quæſtiones decidentem: cui inſuper Auctarium Philologicum eſt ſubjunctum. (4) De Nuptiis, Iuridico-Politicum Diſcurſum: junctis quibuſdam, de eâdem materiâ Reſponſis Iuris. (5) Mutui & SC. Macedoniani: Vt & (6) de Tutelâ & Curâ Tractationem. *Tubingæ.* Typis Philiberti *Brunnii.* in 4. Anno Chriſti, 1627.

Delibata Iuris: continentia congeriem, ſuccinctamque reſolutionem præcipuarum Quæſtionum, quæ in X. prioribus Pandectarum Libris occurrunt. Quibus inſerta ſunt nonnulla, *Iohan-Georgii Beſoldi*; Diſſertatio nempè de Legibus, Privilegiis, Diſpenſatione, &c. Et quoque Conſilium de Vſufructu, Patri in bonis Liberorum adempto. *Tubingæ.* Typis Philiberti *Brunnii*, In 4. Anno Chriſti, 1627.

Congeries præcipuarum, in XL. poſterioribus Digeſtorum Libris occurrentium Quæſtionum: in duas Diſputationes tributa. In 4. *Tubingæ* apud *Cellium*. An. Chriſti, 1621.

Diſſertatio Iuridica, de Privatis Delictis: ſeu Controverſarum aliquot, ad Librum IIIL. Pandectarum, ſpectantium Quæſtionum reſolutio. *Tubingæ.* In 4. ex officinâ *Cellianâ*. Anno Chriſti, 1624.

De Iuriſdictione Imperii Romani, Diſcurſus; ad præſentem Reipublicæ Romano-Germanicæ faciem accommodatus. Iuncto Conſilio, de ſummâ territoriali ſublimitate. In 4. Tubingæ, Typis Werlini, ſumptibus Iohannis *Berneri, Francofurtenſis*. Anno Chriſti, 1616.

De Appellatorio juvamine, Tractatus: in quo variæ & difficiles Politi-

litica Quæstiones perstringuntur. Editio *secunda*. In 8. Anno Christi, 1608. Tubingæ, apud eundem Werlinum, sumptibus *Berneri*.

Tria Responsa Iuris: (1) Ob ein Schuldner/welcher den Taler zu sechs Gulden eingenommen/ selbigen nach Absatz der Müntzen / für ein Gulden dreissig Creutzer/ wider erlegen müsse? (2) Ob/ vnd was für Behelff ein Glåubiger haben möchte / welcher den Goldgulden/ zu zween Gulden außgeliehen / vnd hingegen in der Bezahlung / den Taler zu acht Gulden empfangen / auch darüber quittirt hat? (3) Ob ein Kauffmann / welcher seine Waaren / vmb die Zeit einem verborgt hat / als der Taler anderthalb Gulden gegolten; hernacher / da der Taler vmb sechs Gulden valvirt worden/ sich damit bezahlen zulassen / von Rechts wegen schuldig seye? Quorum duorum priorum C. B. postremi *Iohan-Georgius Besoldus*, Auctor est. In 4. Augspurg. Jn Verlegung Sebastian Müllers. An. Christi, 1624.

Recapitulatio Monetalium Quæstionum: Quatuor Responsis Iuris comprehensa. (1) Ob ein Gültverkauffer / so gut Gelt empfangen / mit geringhaltiger/ oder gestaigerter Müntz/ die Hauptsumm wider an sich lösen möge; Wann besonders in der Verschreibung diese Wort zufinden: daß die Ablesung an denen Sorten/ wie sie dannzumal gång vnd geb seyn werden / beschehen solle? (2) Ob ein gemeine Statt/so an einer grossen Auffnam / den Taler für sechs Gulden empfangen / solchen nach Abfall der Sorten/ pro anderthalbē Gulden widerumb erstatten müsse? (3) Ob einer / so bey gutem Gelt / auff Zinß oder Zihl etwas verkaufft / vnd nachmalen/zur Zeit/als der Taler pro sechs Gulden verschoben worden / solchen also angenoṁen; durch einig Rechts-Mittel/ disen Schaden wider einkommen könde? (4) Ob einer / so vmb hochgestaigertes Gelt / ligende Güter verkaufft / dannenhero erlidtenen Nachtheils / sich widerumben zuerholen habe? Quibus in hâc iteratâ editione, accessit aliud adhûc Iuris Responsum: Wie nach Reducirung der Müntz Sorten / ein billichmässige Bezahlungs Ordn. zumachen. Iunctis nonnullis Cameralibus Mandatis. Tübingen bey Eberhard Wilden. In 4. An. Christi, 1625.

Christophori, & *Iohannis Georgii* Besoldorum, Consiliorum seu Responsorum Iuris, Decas 1. *Tubingæ*, apud *Wildium* in 8. Anno Christi 1626.

Decas

Decas secunda & tertia. *Ibid.* apud *eundem.* in 8. A. C. 1627.

Thesaurus Practicus. Continens explicationem Terminorum, atque Clausularum, in Aulis & Dicasteriis Romano-Germanici Imperi usitatarum. Vbi simul quàm plurima, ad Statum Reipublicæ, Pacem Religiosam, Mores, Historiam, Linguamque Germanicam pertinentia; variam pariter rerũ cognitionem suppetentia: nonnulla item Iuris Responsa succincta, & tam nova quàm vetera documenta, &c. passim interseruntur.

Iuncta est Sylloge Quæstionum Iuridicarum (ultra Quatuordecim millia) maximè practicabilium: secundum Alphabeti & materiarum seriem dispositarum. Quæ per remissionem ad præclarissimos, ac novissimos inprimis auctores deciduntur. Opus, quod Indicis Vniversalis, Locorumque Communium vicem supplere potest. Collectore *Iohanne Iacobo Speidelio*, Stutgardiano. *Tubingæ* in 4. apud *Brunnium.* Anno Christi, 1629.



Aliena.

Variorum præclarissimorum Iureconsultorum, de Insignioribus aliquot, & inprimis Iuris publici Quæstionibus, Consultationes. Quibus Regia successio; Ius, quod fœmina retinet in feudo, per masculum semel exclusa; materia Iurisdictionis, Provincialium seu Municipalium Civitatum Privilegia; quandò item sub nomine Hæredum, soli mares subaudiantur: num fideicommissum in eos, qui unà cum aliis in Testamento vocati, alienari queat? Renunciationes porrò Fœminarum Nobilium; Venationes & Sylvarum extirpationes; delictorum in viâ publicâ commissorum punitio, ad quem spectet? Revocatio feudi, quandò aliquis per errorem fuit investitus; & tandem Decimarum jura, studiosè, latéque explicantur. Partim ex editionibus, lucem nunc fugientibus revocatæ; partim etiam ex aliorum collectaneis manuscriptis, erutæ. *Tubingæ* in fol. apud *Brunnium.* Anno Christi, 1628.

Antonius *Massa* Galesius, Civis Romanus, contra usum Duelli: nunc primùm in Germania editus. *Tubingæ* in 8. apud Eberhardum *Wildium.* Anno 1620.

Guilielmi de *Monferat*, Catalani, Tractatus de Successione Regum, & præcipuè Galliæ: anteà in Germaniâ nunquàm impressus. *Ibid.* apud *eundem.* in 4. Anno Christi. 1620.

Tractatus Ludovici *Rodolfini*, de Sabloneta, de Origine, Dignitate & Potestate Ducum Italiæ; quibus Regalia, Iuraque Imperii competunt, In quo principaliter tractatur; an ipsis Ducibus conveniat nomen, vel Titulus Serenissimi? *Argentinæ.* In 4. apud **Zetznerianos.** Anno Christ., 1624.

Fasciculus primus Iuridico-Politicarum, in Academiâ Tubingensi propositarum Disputationum. (1) De Præmiis, Auctore Friderico Richardo *Mockelio.* (2) De Civitatibus Germaniæ liberis & mixtis, collectore Iohan. Adam *Dapp.* (3) De casibus fortuitis. Auctori Iohanne Leonhardo **Brautschwert.** (4) De Patrocinio & Clientelâ. Auctore Georgio **im Hoff** / Patricio Noribergensi: aucta, & interpolata à C. B. (5) De Iuramento propter calumniam, dandorum & respondendorum; eoque, quod testimonii causâ, à testibus vel peritis præstatur, Auct. C. B. (6) De Iure Vniversitatum, Auct. **Wolff.** *Sattlero*, Campidonensi. (7) De Magistratibus, Auct. Tobia **Oelhafen.** Noriberg. (8) De Pœnis variorum delictorum, auct. Andr. *Rizingero*, Styro. (9) Apparatus Bellicus: Auct. Stephano in Galasino *Bojanovsky*, Equite Polon. Accessit (10) dissertatio de Orgine Feudorum, Auct. *Iohan. Georg. Besoldo*, *Tubingæ* in 4. apud **Wildium** An. 623.

Disputationum aliquot Iuridico-Politicarum, Tubingæ habitarū, Fasciculus alter. (1) Imperii Romani faciem depingit, & habita fuit in Illustriss. Collegio, Præside & Auct. Iohan. Georg. *Besoldo.* Resp. Otth. Hartmanno *à* **Schlitz** / cognom. **Görtz.** (2) De Fœderum Iure & usu agit: Auct. Iohan. Heinr. **Dietrich** / Halâ-Suevo. (3. 4. 5. & 6.) Iuramentorum genericam considerationem, variasque ejus species repræsentat, auctore C. B. (7. & 8.) Ius, quod est de Injuriis, per causas deducit, *Auct. eodem.* (9) De Homicidio. (10.) De Publicis Iudiciis, seu de illustrioribus Quæstionibus ad *lib. 48. ff.* spectantibus, tractat. Hæq; ambæ eundem C. B. Auctorem habent. *Tubingæ* in 4. apud Eberh. ***Wildium.*** Anno eodem.

Fasciculus tertius, comprehendens Disputationes quinque, ad Ius Municipale, aliasque Ducatis Würtembergici ordinationes: desumptas ex adversariis *Iohan. Georgii Besoldi.*

Tu-

Tubingæ Anno Christi, 1629. in 4. apud *Wildium*.

Si quæ aliæ Dissertationes, Disputationes, vel simile quid à C. B. editum, vulgatumque fuit: id omne, jam enumeratis libellis, vel insertum continetur; vel primus conatus, seu unius, aut alterius, prior Editio erat. Eamque variationem, augmentationem, atque impressionis iterationem; excusare satis potest id, quod olim eandem ob insimulationem, ad Iohannem Botzhemum, scripsit Desid. Erasmus, in Catalogo suarum lucrubationum. *Quod quereris exhauriri loculos, quod eundem Librum cogaris identidem emere; ita velim apud te rationem ineas. Si posterior Editio, nihil habet novo pretio dignum, liberum est non emere: si habet, lucrum est, non dispendium. Si prior Editio fructum attulit, tantillâ pecuniâ dignum: & si posterior idem facit, nimirùm auctus gemino lucro, non mulctatus es damno. Poteras, inquies, primâ statim Editione Librum absolutum dare: imò quemadmodum ipsi semper hoc agimus, dum vivimus, ut nobis ipsis reddamur meliores, ita, ut non prius desinemus nostras lucubrationes elimatiores ac locupletiores reddere, quàm desierimus vivere. Quemadmodum nemo tam bonus est, quin possit fieri melior; ita nullus liber tam est elaboratus, quin reddi possit absolutior. Quamquam ipse jam dudum ingenuè fassus sum, me hic indiligentiorem esse, quàm par est: quanquàm alii meâ sententiâ, gravius peccant; qui quùm sint longè doctiores, superstitione quâdam aut nihil edunt, aut serò.*

Addo, quæ olim vir quidam clarissimus, de suis Scriptis cecinit:

Cogitavi multa, tentavi multa,
feci paucula.
Inchoata sunt relicta generis omnis
plurima.
Otium neq; suppetiit, nec tanta
vis fuit ingeni,
Vt liceret instituta corrigendo absolvere,
Aut caput quasi corpori informato adhuc imponere.
Nunc quod est reliquum, videbunt
ista fortè qui legent,
Numquid emendatione digna fortè existiment:
An putent vel supprimenda vel
abolenda esse omnia.

***

Nunc *Veniam* pro *Laude* peto! Laudatus abundè
Non fastiditus, si Tibi Lector ero.

A. T. S. †. C. T. C.

F I N I S.

Vide supra sedificare ll. supra / posset quis cogi aduen-
lendo ob publicam utilitatem. v. supra monumentum inventum est ad memoriam
conditionis humanae. 6i. Signo sufficit. licet deficiat signum ubi. invenit
a signis accidentalibus vel accessoriis non arguit de necessitate /

Triremis poena. Vide Besold. lit. S. n. 2. damnatio ad metallum, vide Besold.
161. Damnati ad triremes, exercitio amittunt militarem factionem. 161.



meza parte si desse ad vna,
a parte all'altra ; Diuidite in-
em viuum in duas partes, &
dimidiam partem vni, & di-

colare insieme
di medicinas

